[Quis dedit os homini? & quis fabricauit mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego Dominus Deus? Perge igitur, & ego aperiam os tuum.] Eo adhuc recusante, & moras nectente, [iratus est, inquit, Dominus in Mosen,] & dixit. [Non ecce Aaron frater tuus? scio quod loquens loquetur ipse tibi.] Rursum, cùm Hieremias inconsideratius dixisset, se iuniorem esse, & nescire loqui, nihilominus ei Deus ita occurrit, [noli dicere, quia iunior ego sum, quoniam ad omnes, ad quos ego mittam te ibis, & vniuersa quæ mandauero tibi loqueris.] Non enim omni periculo vacabat, dicere, aut saltem cogitare, summum consilium à recta ratione aberrasse, dum iuuenem ad vaticinandi officium vocat. Similiter Petrus accepit quidem vocem, linteo de cælo summisso, [surge Petre, occide, & manduca.] Quoniam autem vt Iudæus exclamabat, [nequaquam Domine, quia nunquam comedi commune, aut immundum quippiam,] illico est obiurgatus, & vt diuino proposito obsistere non reformidans, clarè audiuit, [quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.] Quamuis enim Deus vniuersorum & mansuete reprehendere voluit, & non illico, vt in refractarios vehementius est exacerbatus, tamen eorum detrectatio culpa non caruit. Oportere autem existimo omni mora posthabita, cœlestem sententiam rectam atque inculpabilem statuentes, ad iussa exequenda properare, etiam si res animis nostris parū arriserit. Quale est, inquam, quod vniuersorum Deus de Agag occidendo, vt qui in Israelitas nefanda molitus esset, Sauli mādauit, qui benignius in eū consulendum, & venia dignū censuit, quē diuina auctoritas damnauerat. Quare nō leuiter Deū offendit. Curā igitur gessit eius, qui mori iussus fuerat, tantū nō clamās, & dicens facto ipso, iniquam sententiā aduersus ipsum tulisse Deum. Hanc ob causam contristatus magnoperè, & vnà cum Deo indignatus est B. Samuel, occiditque ipsa sua manu Agag, causam superadiiciēs, [sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua.] Prænuntiat autē Sauli, regno pulsum iri, & acerbas contumaciæ pœnas persoluturum. Quod si insuper alterius historiæ intexenda est narratio, in tertio Regum scriptum est, aliquādo contra Israelitas

Exod. 4. (margin)

1. Reg. 15. (margin)

A τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ; καὶ τίς ἐποίησε δύσκωφον, καὶ κωφόν; βλέποντα, καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ κύριος ὁ Θεός; καὶ νῦν, πορεύου, καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου. ἀναδυομένου δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ μέλλοντος ἔτι, ὠργίσθη, φησί, κύριος ἐπὶ Μωσῆν, καὶ εἶπεν· οὐκ ἰδοὺ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου; ἐπίσταμαι ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτός σοι. Ἱερεμίου δὲ πάλιν παραλόγως εἰρηκότος, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, οὐδὲν ἧττον ὑπαντᾷ Θεός,
B λέγων· μὴ λέγε, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς πάντας οὓς ἂν ἐγὼ ἐξαποστείλω σε, πορεύσῃ, καὶ κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαί σοι, λαλήσεις. οὐ γὰρ ἦν ὅλως ἀκίνδυνον, εἰπεῖν, ἤγουν ἐννοῆσαι μόνον, ὅτι λογισμοῦ τοῦ πρέποντος ἡ ὑπερτάτη βουλὴ διημάρτηκε, νέον ἄνδρα καλοῦσα πρὸς προφητείαν. ὁμοίως ὁ θεσπέσιος Πέτρος ἤκουσε μὲν τῆς ὀθόνης καθιεμένης ἐξ οὐρανοῦ, ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. ἐπεὶ δὲ Ἰουδαϊκῶς ἀνακέκραγε τό, μηδαμῶς κύριε. ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον κοινόν, ἢ ἀκάθαρ-
C τον, ἐπετιμᾶτο παραχρῆμα, καὶ ὡς τοῖς θείοις σκέμμασιν ἀντιφέρεσθαι τολμῶν, ἤκουεν ἐναργῶς· ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. εἰ γὰρ καὶ ἐλέγχειν ἤθελεν ἠπίως ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ οὐκ εὐθὺς ὡς ἀντειρηκόσιν οὐ μετρίως ἐξεπικραίνετο, ἀλλ' οὐκ ἔξω γέγονεν αἰτίας αὐτοῖς ἡ παραίτησις. χρῆναι δέ φημι ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἀμώμητα νέμοντας τὸ ὀρθῶς, καὶ ἀδιαβλήτως ἔχειν, ἀπεριέργως ἐπείγεσθαι τὸ κεκελευσμένον, κἂν εἰ μὴ σφόδρα τὸ χρῆμα ταῖς ἡμετέραις ἀνδάνῃ ψυχαῖς. οἷον τί φημι,
D προσέταχε τῷ Σαοὺλ ὁ τῶν ὅλων Θεός, ἀποσφάξαι τὸν Ἀγάγ. ὡς ἀνόσια δεδρακότα κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ἀλλ' ᾠήθη τὸ χρηστὸν ἐπ' αὐτῷ βουλεύεσθαι. καὶ φειδοῦς ἠξίου τὸν ταῖς ψήφοις κατακεκριμένον. προσκρούει δὴ οὖν ταύτῃ τοι τῷ Θεῷ, καὶ μάλα. ἐκήδετο δὴ οὖν τοῦ τεθνάναι προστεταγμένου, μονονουχὶ διακεκραγώς, καὶ λέγων δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὅτι μὴ δικαίαν ἐπ' αὐτῷ τὴν ψῆφον ἐποιεῖτο Θεός. ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας
E ἐλυπεῖτο μὲν λίαν, καὶ συνηγανάκτει Θεῷ ὁ μακάριος Σαμουήλ. καὶ ἀποσφάττει μὲν τὸν Ἀγὰγ αὐτός, ἐπιφωνῶν τὰς αἰτίας. ἀνθ' ὧν γάρ, φησίν, ἠτέκνωσε γυναῖκας ἡ ῥομφαία σου, οὕτως ἀτεκνωθήσεται ἐκ γυναικῶν ἡ μήτηρ σου. παραπέμπει δὲ τῷ Σαοὺλ, ὅτι καὶ τῆς βασιλείας ἐξοισθήσεται, καὶ πικρὰς τῆς παρακοῆς ἀποτίσει δίκας. εἰ δὲ χρὴ πρὸς τούτῳ καὶ ἑτέρας ἡμᾶς ἱστορίας παρενεγκεῖν ἀφήγησιν, ἐν τῇ τρίτῃ γέγραπται τῶν βασιλειῶν, ὅτι κατεστρατεύετό ποτε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ

ὁ Ἀδὲρ, ὁ Σύρων ἡγούμενος, ἤτοι βασιλεύς. δεδιότος δὲ οὐ μικρῶς τοῦ Ἀχαὰβ, ὃς ἦν βασιλεὺς Ἰσραὴλ, καὶ δεδιότος τὴν ἔφοδον, ἁλώσεσθαί τε οὐκ εἰς μακρὰν πανστρατιᾷ προσδοκήσαντος, ἐπηγγέλλετο διὰ προφήτου Θεὸς, παραδώσειν αὐτῷ τὸν ἐχθρόν. εἶτα λαβὼν ἐκεῖνος, ἠξίου φείδεσθαι παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. καὶ τί μετὰ τοῦτο τὸ γράμμα τὸ ἱερόν; καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐκ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐν λόγῳ κυρίου, πάταξον δή με. καὶ οὐκ ἠθέλησεν ὁ ἄνθρωπος πατάξαι αὐτόν. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς κυρίου, ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πατάξει σε λέων. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εὑρίσκει αὐτὸν λέων. καὶ ἐπάταξεν αὐτόν. καὶ εὑρίσκει ἄνθρωπον ἕτερον, καὶ εἶπε, πάταξον δή με. καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πατάξας συνέτριψε. καὶ ἐπορεύθη ὁ προφήτης, καὶ ἔστη τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. καὶ κατεδήσατο τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. μικρὰ δὲ ἄττα μεταξὺ προσλελαληκὼς ὑποστρέφοντι τῷ Ἀχαὰβ, προσετίθει πάλιν. τάδε λέγει κύριος, διότι ἐξήνεγκας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ἀκούεις ὅπως ὁ πατάξαι τὸν προφήτην παραιτούμενος, ἐλεεινῶς ἀνῃρέθη, δεινῷ θηρίῳ περιπεσών; καίτοι, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἦν εὐλαβείας καρπὸς τὸ μὴ καταπαίειν ἀποτολμᾶν ἅγιον καὶ προφήτην, ἀλλ' ἦν ἐν λόγῳ κυρίου, καὶ δυσδιάφυκτον ἔγκλημα γέγονεν ἡ παρακοή. ἐφείσατο δὲ καὶ Ἀχαὰβ παραλόγως τοῦ Ἀδέρ. καίτοι Θεοῦ διολλύναι προστεταχότος, καὶ δέδοται αὐτὸς ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. οὐκοῦν ἀναγκαῖον ὄκνου τε δίχα, καὶ μελησμοῦ ἀποπεραίνεσθαι πρὸς ἡμῶν, ὅπερ ἂν ἁνδάνοι Θεῷ. τὸ δὲ ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο δρᾶν, ἢ καὶ φρονεῖν, ὑπεροψίας ἔγκλημα φέρει. μόνον γὰρ οὐχὶ καὶ ἐπιτιμᾶν ἐγνώκασιν οἱ τοιοίδε λοιπὸν, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔσθ' ὅτε βουλευομένῳ Θεῷ. φαμὲν οὖν τοῖς τῆς ἱστορίας διαβολῆς οὐκ ἔξω τεθεῖσι, καὶ ἀβούλως ἐπαιτιωμένοις ἀκαλλὲς ὑμῖν, ὦ οὗτοι, φαίνεται τὸ μαχλώσῃ γυναικὶ συνέστιον γενέσθαι προφήτην; τί δὲ, οὐ πολὺ ἀκαλλέστερον τὸ ἀποσφάττεσθαί τινας διὰ προφητῶν ἁγίων; πῶς οὖν ἀνῄρηκε Σαμουὴλ μὲν τὸν Ἀγαγ, Ἠλίας δὲ τοὺς προφήτας τοῦ Βάαλ, καίτοι πολλοὺς ὄντας τὸν ἀριθμόν; τί δὲ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ προφήτης Ἠσαΐας τὸν σάκκον ἐκ τῆς ὀσφύος περιελὼν, γυμνός τε, καὶ ἀνυπόδετος περιῄει τὴν Ἱερουσαλήμ; ἆρα γὰρ οὐχὶ τὸν ἐν τοιῷδε γεγονότα σχήματι καταμέμψαιτ' ἄν τις εὐκόλως ὡς ἄσεμνον,

Ader Syrorum Principem, siue Regem expeditionem suscepisse. Mœsto (3. Reg. 20.) autem non mediocriter Achab rege Israel, & incursum hostilem metuente, nec multo post cum omnibus suis copiis in potestatem venturum formidante, promisit per Prophetam Deus, se illi hostem traditurum. Quem cùm accepisset, illi parcendum statuit, secus quam Domino placuerat. Et quid post hæc Scriptura sacra? [Et homo quidam de filiis Prophetarum dixit ad proximum suum in sermone Domini, Percute me. Qui noluit percutere. Et dixit ad eum, quia non audisti vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Et discessit ab eo. Et inuenit eum leo, & percussit ipsum. Et inuenit alterum virum, & dixit, Percute me. Qui percussit eum, & percussum contriuit. Abiit ergo Propheta, & occurrit regi in via, & ligauit fascia oculos suos,] & pauca locutus reuertenti Achab, rursum adiecit: [hæc dicit Dominus. quia dimisisti virum dignum morte è manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo eius.] Vides, quo pacto qui Prophetam percutere noluit, miserabiliter in atrocem bestiam incidit, ac periit? Atqui, quomodo non verum est, munus esse pietatis in Deũ, à sancto & Propheta percutiendo refugere? sed erat hoc in sermone Domini, inobedientia defendi à crimine non poterat. Pepercit autem & Achab inconsulto Ader, quamuis Deus illum perdere iussisset, & pro anima eius ipse traditus est. Quocirca citra tergiuersationem, & dilationem à nobis confici, quod Deo complacitum est, necessitas postulat: aliud quiddam præter hoc aut facere, aut cogitare, superbiæ maculam inurit. Tales enim tantum non etiam Deum in reprehensione ponendum arbitrantur, vt qui interdum non recta decernat. Respondemus igitur historiam calumniantibus, temereque insimulantibus, Heus vos, fœdum putatis Prophetam contubernalem esse libidinosæ fœminæ. Quid? an non multo fœdius quosdã per sanctos Prophetas interfici? Quomodo igitur Samuel Agag, Elias Prophetas Baal, quãuis multos numero, interficit? Quid autẽ, dic mihi, & Propheta Esaias saccũ de lumbis suis soluit, nudúsq. & discalceatus Hierusalẽ obambulauit? (Esai. 20.) An non in tali habitu vt leuem,

& stupidum, & mente captum derisisset quispiam? Et quid ista res dubitationis habet, cùm laudis plenum sit, omnia à nobis decorè, & honestè fieri? Sed occurres, diuino nutui cedentes tunc talia fecisse. Quid ergo, quæso, de beato Osea cogitandum? num sua sponte, an imperio Dei ad mulierem meretricem accedit, & adeò inhonestam, sibi contubernalem, domesticámque facit? Miror nihilominus illum cauillari super eo scripta voluisse, historiámque vt indecoram lacerare non erubuisse. Reiiciens enim rem vt incredibilem, asserénsque apertissimè, Prophetam non habuisse consuetudinem cum scorto: sed cum animabus fornicariis Dei Verbum aliquando copulari, non intellexit, vt par fuit, quibus se ineptiis inuolueret. Honestiorem enim certè Prophetam, quàm Deum omnium honestissimum esse vult. An non enim, obsecro, eiusdem generis quispiam esse dixerit, cum improba muliere Prophetam copulari, & cum immunda anima velle commercium habere Dei Verbum? Puto sanè nihil esse medium. Aut igitur vnà cum illo & hoc propter inconuenientiam repudient: aut certè diuino consilio humana cedere patiantur. Aliquid porrò etiam de euangelicis literis apponendum reor. Accubuit cum publicanis & peccatoribus Dominus noster Iesus Christus, quod iterum criminatores Pharisæi vitio dabant, & ad sanctos discipulos eius adeuntes, liberè obiiciebant, [quare cum peccatoribus manducat, & bibit magister vester?] Quid ad hæc Christus? [non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.] Eum igitur & inquinatos, & à peccato nondum ablutos, ex immensa benignitate admittere, nemo vel parum dubitat. Historia autem de beato Osea neutiquam turpitudinis notanda est, in qua pulcherrimè ostenditur, quo pacto nobis adhuc sceleratis, & immundis spiritualem suam communionem diuinum Verbum largiatur. Alloquitur ergo vniuersorum Deus beatum Oseam in hunc modum, [vade, accipe tibi vxorem fornicationis, & filios fornicationis.] Accipit autem Gomer, non vt inde materiam voluptatis nancisceretur: sed vt ministri obsequentis officium impleret, vt typo præseruiret, quem ipsum esse potissimùm dicemus, in carnalibus, & terrenis spiritualia, vt licet, repræsentantem.

Matth. 9.

Tomus tertius.

A καὶ ἐξεστηκότα, καὶ τὴν φρένα παρενηνεγμένον; πῶς τοῦτο ἀμφίβολον, εἴπερ ἐστὶν ἐπαίνου μεστὸν, τὸ ἐν κόσμῳ τῷ καθήκοντι πάντα πράττεσθαι πρὸς ἡμῶν; ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι τοῖς θείοις εἴκοντες νεύμασιν, ἔδρων τὰ τοιάδε, τηνικάδε. τί δὲ, εἰπέ μοι, φρονεῖν ἄξιον περὶ τοῦ μακαρίου Ὠσηέ; ἆρα γὰρ αὐτόκλητος πρὸς γυναῖκα πόρνην ἔρχεται, καὶ ποιεῖται σύνοικον τὴν οὕτως αἰσχρὰν, ἢ προστέτακται παρὰ Θεοῦ; τεθαύμακα δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς B κατασκώπτειν ἐθέλοντας τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ ἀτερπὲς διασύρειν ἀποτολμήσαντος. ἀναιρῶν γὰρ τὸ χρῆμα διὰ τὸ ἄτοπον, διϊσχυριζόμενός τε καὶ μάλα σαφῶς, ὡς οὐ πόρνῃ γυναικὶ κεκοινώνηκεν ὁ προφήτης, ἀλλ' ἐκπορνευσάσαις ψυχαῖς ὁ θεὸς ἐᾶ ὅτε συνάπτεσθαι λόγος, οὐ νενόηκε, κατὰ τὸ εἰκὸς, οἵῳ περιπέπτωκεν ὕθλῳ. σεμνότερον γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸν προφήτην εἶναι γνοὺς βούλεται τοῦ πανάγνου Θεοῦ. ἢ γὰρ οὐκ ἐν ἴσῳ λόγῳ φαίη τις ἂν, εἰπέ μοι, πονηρᾷ γυναικὶ τὸν προφήτην συνάπτεσθαι, καὶ τὸ ἀκαθάρτῳ ψυχῇ κοι- C νωνεῖν ἐθέλεσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον; ἀλλ' οἶμαι τὸ μεταξὺ παντελῶς οὐδέν. ἢ τοίνυν συναναιρείσθωσαν ἐκείνῳ καὶ τοῦτο, διὰ τὸ ἄτοπον, ἤγουν ἐφιέντων κατόπιν τῆς θείας βουλῆς ἔρχεσθαι τὰ ἀνθρώπινα. χρῆναι δὲ οἶμαι καί τι τῶν εὐαγγελικῶν παραθεῖναι γραμμάτων. συνανεκλίθη τελώναις, καὶ ἁμαρτωλοῖς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλ' ἐπῃτιῶντο πάλιν οἱ φιλέγκλημονες Φαρισαῖοι, καὶ τοῖς ἁγίοις προσιέντες μαθηταῖς ἀναφανδὸν, λέγοντες. διατί μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ διδάσκαλος ὑμῶν D ἐσθίει καὶ πίνει; τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ Χριστός; οὐ χρείαν, φησὶν, ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. ὅτι μὲν οὖν καὶ μεμολυσμένους, καὶ ἐκνενιμμένοις οὔπω τὴν ἁμαρτίαν ἐξ ἀμετρήτου φιλανθρωπίας προσίεται Θεὸς, ἐνδοιάσῃ τις ἂν οὐδαμῶς. χρῆναι δὲ δεῖ μάλιστα τὴν κατὰ τὸν μακάριον Ὠσηὲ διηγηθείσης ἱστορίας μὴ καθυβρίζειν τὸ ἀκαλλὲς, γραφούσης ἡμῖν ἐφ' ἑαυτῆς παγκάλως, ὅτι βδελυροῖς καὶ ἀκαθάρτοις οὖσιν ἔτι, τὴν παρ' ἑαυτοῦ E πνευματικὴν κοινωνίαν ὁ θεὸς ἡμῖν χαρίζεται λόγος. ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον Ὠσηέ· βάδιζε, λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας, καὶ τέκνα πορνείας. δέχεται δὲ τὴν Γόμερ, οὐχ ἡδυπαθείας εὕρεμα τὸ χρῆμα ποιούμενος, ἀλλ' ὑπακοῆς, καὶ διακονίας ἔργον ἀποπληρῶν, καὶ ὑπηρέτης τοῦ τύπου γινόμενος, ὃν αὐτὸν δὴ μάλα ἐρούμεθα, ἐν τοῖς σαρκικοῖς, καὶ γεωδεστέροις διαμορφοῦντα, ὡς ἔνι, τὰ πνευματικά,

αἰτιῷτο δ' ἂν, οἶμαί τις, οὐκ ἐν κόσμῳ λοιπὸν τὸν τοῦ προφήτου σκοπόν. τὸ γὰρ ἐλέσθαι γαμεῖν, καὶ γυναικὶ συναπτέσθαι, καὶ τέκνων ἐρᾶν, ὁ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς οὐκ ἐξείργει λόγος. μᾶλλον δὲ μώμου, καὶ διαβολῆς ἀπαλλάττει πανταχοῦ. τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἐφεῖτο δὲ τοῖς ἐθέλουσι διαβιῶναι ὀρθῶς, καὶ τὸν ἐνάρετόν τε, καὶ εὐσεβῆ κατορθῶσαι βίον, κἂν εἰ τέκνων εὔχοιντο γονάς. βεβίω γὰρ οὕτως ὁ μακάριος Ἀβραάμ. γεγόνασι δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν εὐδόκιμοι παρὰ Θεῷ. τί οὖν, εἰπέ μοι, τὸ ἄτοπον, ἢ πῶς ἂν ὅλως διαβεβλήσεται τὸ μὴ ἀπηνῆναι γάμον, Θεοῦ προστάττοντος γράφεσθαί τι τῶν πνευματικῶν, καὶ ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν τοῖς ἐντευξομένοις ἐν τοῖς σωματικοῖς τε καὶ αἰσθητοῖς; φαίην δ' ἂν ἔγωγε καταδείσας οὐδὲν, ὅτι καὶ σέσωκεν ὁ προφήτης τὴν Γόμερ. γύναιον γὰρ τὸ οὕτως αἰσχρὸν καὶ πολύκοινον, ἑνὶ πέπεικεν ἀνδρὶ προσκεῖσθαι μόνῳ, καὶ τὴν πάλαι καὶ αὐτὴν λυποῦσαν τὴν φύσιν (ὅτι μὴ τέκνων ὑπέκειτο γοναῖς, ἀλλὰ ταῖς τῶν προστυχόντων ἡδυπαθείαις πωλοῦσα τὴν ὥραν, παγὶς ἦν θανάτου, καὶ θύρα, καὶ ὁδὸς εἰς ᾅδου που τὸ βαθὺ, καὶ λίαν καταφέρουσα σκότος) ἀποσχέσθαι πέπεικε τῶν οὕτω διεφθαρμένων ἐπασμάτων τε ἅμα, καὶ ἐγχειρημάτων, καὶ τέκνων ἐποίει μητέρα σεμνήν. τὸ δὲ δὴ μὴ σφόδρα φροντίσαι τῶν καθ' ἑαυτὸν, ἐξανύσαι γε μὴν ἐλέσθαι μᾶλλον τὸ ἑτέρῳ χρήσιμον, καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν, ἁγιοπρεπὲς ἂν φαίνοιτο, καὶ ἀξιάγαστον σπούδασμα. ἢ γὰρ οὐχ οὕτω καὶ ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν, εἰ τὸν χιτωνίσκον ἀποδὺς, ὑπολυσάμενος δὲ καὶ τὰ σανδάλια, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου τὴν εὐκοσμίαν, περιεπάτει γυμνὸς, ἵνα τῆς ἐσομένης αἰχμαλωσίας τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ παραδείξας τὸ σχῆμα, Θεῷ προσκεῖσθαι παρασκευάσῃ λοιπόν; τί δὲ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν Παῦλος οὐκ ἔφασκεν ἐναργῶς· ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα; οὐχὶ δὲ καὶ τοῖς πᾶσι γενέσθαι τὰ πάντα φησὶν, ἵνα πάντως τινὰς σώσῃ, καὶ γεγονέναι μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα σώσῃ τοὺς ἀνόμους; καὶ τί ἔτι ταῦτα λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀφείς; ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος,

Deinceps Prophetæ scopum in modo & ratione nemo accusabit. Velle enim vxoriis vinculis alligari, suscipiendorúmque liberorum studio teneri, à diuinitus inspirata Scriptura non prohibetur: quin id à dedecore, & calumnia vbique defendit: [honorabile enim connubium, & thorus immaculatus,] iuxta beati Pauli dictum. Concessum est autem volentibus rectè viuere, & vitam virtute ac pietate conspicuam cum laude traducere, etiam proles optare. Sic namque vixit beatus Abraham, & posteri eius Deo in hoc statu placuerunt. Quid ergo, dic mihi, alienum est, aut quinam tandem criminationi patebit, non auersari nuptias, cùm Deus in his corporeis, vt sensum mouentibus quippiam spirituale, & lecturis ad animi fructum conducibile describi, ac depingi iusserit? Equidem non verebor affirmare, Prophetam Gomer etiam saluti fuisse. Mulierculam enim adeò infamem, multisque communem eo promouit, vt vni viro adhæresceret: & quæ pridem ipsam quoque naturam contristabat (neque enim prolis tollendæ causa id faciebat: sed accedentium ad se libidinibus formam vendens, laqueus erat mortis, & ianua ac via in ipsas profundas, & extremas tenebras deducens) ei persuasit abstinere ab adeò despuendis incantamentis, & operibus, honestámque liberorum parentem effecit. Quod autem de se parum sollicitus, potius quod alteri vtile, & ad salutem necessarium foret, amplexus est, præclarus conatus, & sancto viro dignus fuit. An enim non ita omni prædicatione cohonestandum censebimus beatum Esaiam, quod exuta tunicula, solutisque sandaliis, & contempta penitus decentia ornatúque nudus obambulauit, vt futuræ captiuitatis habitu Israelitis demonstrato, Deo illos in posterum adhærere faceret? Quid? annon & sapiens ille Paulus nobis apertè dicebat, [optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnē?] An nō etiā omnibus omnia factū se cōfitetur, vt omnes faceret saluos? [Et factū quidē Iudęis vt Iudæū: iis qui sine lege erāt, quasi sine lege esset, cū sine lege Dei nō esset, sed in lege esset Christi, vt lucrifaceret eos qui sine lege erant.] Et quid ego ista cōmemoro, quod maius est relicto? Ipsum itē vnigenitū Dei

Hebr. 13.

Esaias.

Rom. 9.

1. Cor. 9.

Verbum, vt saluaret humanum genus, [non rapinam arbitratum est, esse æquale Deo : sed se ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factum, & inuentum vt homo, sustinuit crucem, confusione contempta.] Nihil ergo mirum, si paulùm extra decorum egressus Propheta, saluauit Gomer, & mulierculam perditam ad morum honestatem reuocauit. Vtilis autem, & necessariæ rei caussa Deum mandasse, vti mulierculæ coniugaretur, statim plenam fidem astruit, hac de caussa illud mandasse confirmans. [Quia fornicans fornicabitur terra post Deum. Et abiit, & accepit Gomer, filiam Debelaim, & concepit, & peperit ei filium.] Non futuram terræ fornicationem, sed iam factam Prophetæ indicat. Erant enim vituli in Dan, & Bethel, & Baal templa excitata fuerant, & cæremoniæ ab Israel per totam Samaritarum regionem adhibebantur. Non igitur discrimen temporum facit, ac seruat diuina scriptura : aut etiam, quod dictu verius est, qui hæc nobis sunt interpretati : sicut item & ipsa Christi persona per Esaiæ vocem inducitur loquens, [dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas.] Et ipse Propheta de ipso, [sicut ouis ad occisionem ductus est, & vt agnus coram tondente se obmutescens : sic non aperit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est.] Cernis quomodo quod futuris temporibus euenturum erat, vt iam transfactum propheticus sermo nobis introduxerit ? Quare illud [fornicans fornicabitur terra] pro, fornicata est intelligi debet. Quonam autem modo fornicata est ? [post Dominum,] id est, sequelam aspernata est, qua quisquasi ad Deum tendit. Scriptum est enim, [post Dominum ambulabis,] hoc est, citra conuersionem supernas, & à Deo præscriptas leges sequeris. Fornicata est igitur post Dominum, non sustinens sequi. Desciuit enim, & contaminata est, & idolorum cultibus dedita, Dominum offendit. Hac igitur de causa Gomer Propheta Oseas vinculo coniugali sociatur, quia fornicata est terra post Dominum. Potest enim quod fit, pro mysticæ rei typo accipi, vt dicebam. Deinde peperit Gomer.

Philip. 2. — Hebr. 12. — 3 Reg. 12. & 16. — Esai. 50. — Esai. 53. — Leuit. 18. — Oseæ 11.

A ἵνα σώσῃ τὸ ἀνθρώπινον γένος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας. οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ θαυμαστὸν, εἰ βραχὺ τοῦ πρέποντος ἐκπεφοιτηκὼς, σέσωκεν ὁ προφήτης τὴν Γόμερ, καὶ ἀπολωλὸς τὸ γύναιον, ἀνακομίζει πρὸς εὐκοσμίαν. ὅτι δὲ χρησίμου τε, B καὶ ἀναγκαίου πράγματος ἕνεκα συνάπτεσθαι τῷ γυναίῳ προσέταττε Θεὸς, πεπληροφόρηκεν εὐθὺς, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐκεῖνα προστάξαι διαβεβαιούμενος. διότι φησὶ, ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ γῆ ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ κυρίου, καὶ οὐκ ἐσομένην πορνείαν τῆς γῆς, ἀλλὰ τὴν ἤδη γεγενημένην τῷ προφήτῃ φησί. καὶ γὰρ ἦσαν αἱ δαμάλεις εἰς Δὰν, καὶ Βηθὴλ, καὶ τὰ τοῦ Βάαλ ἐγήγερτο τεμένη, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ κατὰ πᾶσαν ἐπεράττοντο τῶν Σαμαρειτῶν C τὴν χώραν. ἀδιαφορεῖ τοιγαροῦν κατὰ τοὺς χρόνους ἡ θεόπνευστος γραφή. ἢ καὶ, ὅπερ ἐστὶν ἀληθέστερον εἰπεῖν, οἱ ταύτην ἡμῖν διηρμηνευκότες· καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον διὰ τῆς Ἠσαΐου φωνῆς εἰσφέρεται λέγον, τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. καὶ αὐτὸς δέ φησιν ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν, ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐD τοῦ, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. ὁρᾷς, ὅπως τὸ ἐσόμενον ἐν καιροῖς ὡς ἤδη γεγενημένον ὁ τῆς προφητείας ἡμῖν εἰσκεκόμικε λόγος; οὐκοῦν τὸ, ἐκπορνεύουσα ἐκπορνεύσει ἡ γῆ, ἀντὶ τοῦ, πεπόρνευκεν ἡ γῆ νοητέον. πεπόρνευκε δὲ τίνα τρόπον; ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ κυρίου, τουτέστι, τὴν ἀκολούθησιν ἀθετήσασα, ἣν ἂν ποιοῖτό τις, ὡς πρὸς Θεόν. γέγραπται γὰρ, ὅτι ὀπίσω τοῦ κυρίου πορεύσῃ, τουτέστιν, ἀκολουθήσεις ἀμεταστρεπτὶ τοῖς ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ νόμοις. E πεπόρνευκε τοίνυν ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ κυρίου, κατακολουθεῖν οὐκ ἀνεχομένη. γέγονε γὰρ ἀποστάτις καὶ βέβηλος, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων προσκειμένη λατρείαις, προσκέκρουκε τῷ δεσπότῃ. ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας συνάπτεται τῇ Γόμερ ὁ προφήτης Ὠσηὲ, ὅτι πεπόρνευκεν ἡ γῆ ἀπὸ ὄπισθεν τοῦ κυρίου. μυστικοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, πράγματος τύπος ἂν νοοῖτο τὸ δρώμενον. εἶτα τέτοκεν ἡ Γόμερ.

Καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν· κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰεζραέλ, διότι ἔτι μικρὸν, καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ καταπαύσω βασιλείαν οἴκου Ἰσραήλ. καὶ ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ συντρίψω τὸ τόξον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν κοιλάδι τοῦ Ἰεζραέλ.

Et dixit Dominus ad eum, voca nomen eius Iezrael: quoniam adhuc modicum, & vlciscar sanguinem Iezrael super domum Iuda, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et erit, in die illa conteram arcum Israel in valle Iezrael.

Ἐν τούτοις μὲν ὁ λόγος διττὴν ὠδίνει τὴν θεωρίαν. φέρεται δὲ καὶ ἑτέρα γραφὴ παρά τισιν, ἣν ἀναγκαῖον ἐπιμνησθῆναι νῦν διά γε τὸ ἀκριβές. ὀνήσει γὰρ οὐ μετρίως, τὸ ἀμφοῖν ἡμᾶς ἐπιμνησθῆναι τοῖν λέξεοιν. ἡ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς ἔκδοσις, τουτέστιν, ἡ τῶν ἑβδομήκοντα, καὶ ἐκδικήσω, φησὶ, τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. ἡ δὲ ἑτέρα φησὶ, καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰηοῦ, καὶ εἰ μὲν οὕτω νοεῖν ἕλοιτό τις, ἱστορικωτέραν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν. ἔχει δὲ οὕτως, γέγονε μὲν Ἀχαὰβ βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ὃ καὶ σύνοικον ἔχων τὴν Ἰεζάβελ. ἐπεὶ δὲ ἐζήτει τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαί, ὁ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπηνῶς, λέγων, μή μοι γένοιτο δοῦναι ἀμπελῶνα πατρός μου σοί. πεφόνευται, ταῖς τῆς Ἰεζάβελ δυστροπίαις περιπεσών. ἐπεὶ δὲ τοίνυν πεφόνευτο, κεκληρονόμηκεν Ἀχαὰβ τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαί. προσῴκειτο δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς τῶν δαιμόνων λατρείαις, καὶ τοῦτο ἐκτόπως. ἠγανάκτει λοιπὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός. εἶτα προστέταχεν Ἐλισσαίῳ τῷ προφήτῃ χρίσαι τὸν Ἰηοῦ, βασιλέα ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. ἀποστείλας δὲ τὸ παιδάριον ὁ προφήτης, τὸ θεῖον ἐπλήρου θέσπισμα. εἶτα κεχρισμένος Ἰηοῦ, κάτεισιν ἐκ Σαμαρείας, καὶ τὸν θεῖον ἐπὶ τοῖς λελυπηκόσιν ἐπλήρου θυμόν. ἀπεκτονὼς γὰρ τὸν Ἀχαὰβ, ἔρριψεν ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Ναβουθαί. εἶτα μετὰ τοῦτο τὴν Ἰεζάβελ. ἀνῄρηκε δὲ καὶ ἑβδομήκοντα τοῦ Ἀχαὰβ υἱοὺς, τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ὄντας τὴν Σαμάρειαν. προσετίθει δὲ τούτοις καὶ τὸν Βαάλ. ἐνέπρησε γὰρ τὰς στήλας αὐτοῦ, καὶ κατέσκαψε τὰ τεμένη, καὶ αὐτοὺς ἀπεσφάττε τοὺς ἱερεῖς. ἐπὶ τούτοις αὐτὸν ἀποδέχεται ὁ Θεός· καὶ δὴ καὶ ἐπαγγέλλεται, λέγων, ὅτι υἱοὶ τέταρτοι καθήσονται ἐπὶ θρόνου σου. ἀλλ' ὁ οὕτως γεγονὼς ἀοίδιμος Ἰηοῦ, προσκέκρουκεν οὐδὲν ἧττον Θεῷ, οὐ γὰρ περιεῖλε τὰς δαμάλεις, κατεφωρᾶτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις Ἱεροβοὰμ ἀνοσίως πεπορευμένος. εἶτα γέγονεν ἐξ Ἰηοῦ πρῶτος υἱὸς Ἰωάχας, ἀνὴρ καὶ αὐτὸς εἰδωλολάτρης, καὶ ταῖς δαμάλεσι προσκυνῶν. ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, φησὶν, ὠργίσθη θυμῷ κύριος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἀζαὴλ βασιλέως Συρίας. καὶ ἐν χειρὶ Ἀδὲρ, υἱοῦ Ἀζαήλ.

IV.

Hic sermo duplicem nobis considerationem parit. Ab aliis enim alia scriptura affertur, cuius nunc necesse est meminisse, quò accuratiùs agamus. Capiemus enim magnam vtilitatem, si vtramque perpenderimus. Nostra igitur editio, hoc est, secundùm Septuaginta sic habet: [Et vlciscar sanguinem Iezrael super domum Iuda. Alia, Et vlciscar sanguinem Iezrael super domum Iehu.] Quam si qui amplectantur, explanatio magis historica sit oportet, in hunc modum: Fuit Achab rex Israel, coniugem habens Iezabel. Qui cùm affectaret vineam Naboth, & ille ita occurreret, vt diceret, [propitius sit mihi Deus, ne dem tibi vineam patris mei,] peruersitate Iezabelis irretitus, vitam amisit. Eo occiso, vineam Naboth possedit Achab, qui alioqui infando dæmonum cultui addictus erat. Indignatus igitur vniuersorum Deus, postmodum mandauit Elisæo Prophetæ, vti Iehu regem super Israel vngeret. Misso dehinc famulo diuinum mandatum Propheta impleuit. Deinde vnctus Iehu descendit ex Samaria, diuinæque iræ insontibus puniendis satisfecit. Nam occidit Achab, & cadauer eius in vineam Naboth abiecit. Postea Iezabelem, & septuaginta filios Achab, qui in tota Samaria erant, neci dedit. Quibus etiam Baal addidit: cuius statuas combussit, & delubra diruit, & ipsos eius sacerdotes iugulauit. Ob quæ Deus illum laudat: quin etiam promittit, his verbis: [filii tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum tuum.] Verùm ita celebris Iehu, nihilominus Deum læsit. Nec enim vitulos abstulit: & ipse quoque in peccatis Hieroboam impie ambulare deprehēsus est. Deinde rex factus est, primus, ex eo natus Ioachaz, homo & ipse idololatra, & vitulos adorās. Verùm eius temporibus, inquit Scriptura, [iratus est furor Domini super Israel, & tradidit eos in manu Azael regis Syriæ, & in manu Ader filii Azael.

4.Reg.10.

4.Reg.14.

4.Reg.14

Alter ex Ioachaz prognatus, nempe Ioas, regnauit, ipse quoque improbus. Tertius Hieroboam, sub cuius regno Oseæ prophetia initium sumit. Quartus Azarias (aliâs Zacharias) Hieroboami filius, etiam idololatra. Hunc trucidauit Sellum. Postquam igitur vnctus est Iehu, vt vlcisceretur sanguinem Naboth Iezraelitæ (fuit Samariæ oppidum Iezrael) & vt Israelis idololatria euersa, de cætero eos cum Deo coniungeret, tandem & ipse vitulos adorauit, & filii eius patrem suum impietate æquarunt, [vlciscar, inquit, sanguinem Iezrael super domum Iehu.] Sicut enim vltus est de domo Achab per regnum Iehu: sic vlciscetur etiam de domo Iehu. Regnantibus siquidem filiis eius, Azael, & Ader, seu Benedad, reges Syriæ bellum ipsis fecerunt, & subacto Israele vrbes Samariæ quamplurimas euerterunt. Nascitur ergo Prophetæ puerulus, cui & nomen inditur Iezrael, veluti Deo commissum in Naboth peccatum recordante. Viro namque iusto, & religioso iniustè trucidato, quomodo iustorum tutor ac patronus quieuisset? Contriturum igitur promittit arcum Israel in valle Iezrael. Victæ sunt enim, vt dixi, ab Azaele, & Ader tribus Israel. Et hæc quidem historicè. Age porrò, etiam in alteram scripturam conuenientia dicamus, ad spiritualem commentationem, siue sensum à Deo dicta reuocantes. Nobilis propter maiores Iudæorum Synagoga. Seruierunt enim Abraham, & filii ac nepotes eius Deo viuenti & vero: quin etiam iustitiæ studiosi cultores, & omnibus virtutum germanarum actionibus insignes admodum, & clari fuerunt, & in fide immobiles, & in omni genere bonitatis exercitati. Ast vbi fame compulsi Ægyptiis se commiscuerunt, ibique longo tempore permanserunt, eorum posteri alios mores induerunt, aliósque sensus, & cogitationes assumpserunt, indigenas de cætero imitari statuentes, consuetæque Patribus, & præclarè præstitæ pietatis paruam omnino rationem ducentes. Adorauerunt enim [creaturam potius quàm creatorem, & opera manuum suarum,] sicut scriptum est. Eò autem abominationis abierunt, & ita profanè vitam transierunt, vt vix vllum improbitatis

IV.

4.Reg.15.

Rom.1.
Mich.1.

A δεύτερος ἐξ Ἰωάχας βεβασίλευκεν Ἰωάς. καὶ ἔστι ἀνὴρ πονηρός. τρίτος Ἱεροβοάμ, οὗ καὶ βασιλεύοντος ἄρχεται τῆς προφητείας Ὠσηέ. τέταρτος Ἀζαρίας ἐξ Ἱεροβοάμ, καὶ αὐτὸς εἰδωλολάτρης. τοῦτον ἀπέκτεινεν ὁ Σελλούμ. ἐκεῖνο ἐπειδήπερ κέχριστο μὲν ὁ Ἰηού, ἵνα ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα τοῦ Ναβουθαί, ὃς ἦν ἐξ Ἰεζραὲλ (πόλις δὲ αὕτη τῆς Σαμαρείας) καὶ ἵνα τὴν τοῦ Ἰσραὴλ εἰδωλολατρείαν ἐξελὼν, λοιπὸν ἀναπείσῃ προσ-

B άγεσθαι Θεῷ, εἶτα γέγονε καὶ αὐτὸς δαμάλεων προσκυνητής, δυσσεβεῖς δὲ οὐδὲν ἧττον οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγόνασι παῖδες, ἐκδικήσω, φησί, τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰηού. καὶ ὥσπερ γὰρ ἐκδεδίκηκεν ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἀχαὰβ διὰ τῆς Ἰηοὺ βασιλείας, οὕτως ἐκδικήσει καὶ ἐκ τοῦ οἴκου Ἰηού. ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν υἱῶν αὐτοῦ πεπολέμηκεν Ἀζαὴλ βασιλεὺς Συρίας, καὶ μέν τοι Ἄδερ, καὶ νενικήκασι τὸν Ἰσραήλ, πλείστας δὲ ὅσας τῶν ἐν Σαμαρείᾳ πεπορθήκασι πόλεις. τίκτεται τοίνυν τῷ προφήτῃ παιδίον, ᾧ καὶ ὄνομα τὸ Ἰεζραέλ. οἱο-

C νείπως Θεοῦ τὴν ἐπὶ τοῦ Ναβουθαὶ πλημμεληθεῖσαν ἁμαρτίαν ἀναμιμνήσκοντος. ἀνδρὸς γὰρ δικαίου, καὶ εὐλαβοῦς ἀδίκως ἀνῃρημένου, πῶς ἂν ἠρέμησεν ὁ τῶν δικαίων προστάτης; συντρίψειν οὖν ἐπαγγέλλεται τόξον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰεζραέλ. νενίκηνται γάρ, ὡς ἔφην, ὑπό τε τοῦ Ἀζαὴλ, καὶ μέν τοι τοῦ Ἄδερ αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ὁ μὲν λόγος ἐν τούτοις, τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων. φέρε δὲ καὶ εἰς τὴν ἑτέραν γραφὴν τὰ εἰκότα λέγωμεν, ἀνακομίζοντες ἤδη πρὸς θεωρίαν πνευ-

D ματικὴν τὰ εἰρημένα παρὰ Θεοῦ. εὐγενὴς μὲν διὰ τοὺς πατέρας ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. λελατρεύκασι γὰρ οἱ ἀμφὶ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ Θεῷ ζῶντι, καὶ ἀληθινῷ. καὶ μὴν καὶ δικαιοσύνης γεγόνασιν ἐπιμεληταί, καὶ ἁπάσαις ἀγαθοεργίαις εὖ μάλα κατεστεμμένοι, καὶ γνησιότητι διαπρέποντες· καὶ ἀκλόνητον τὴν πίστιν, καὶ πᾶν εἶδος ἐπιεικείας ἐπησκηκότες. ἐπειδὴ δὲ λιμοῦ κατεπειχθέντος ἐπέμιξαν Αἰγυπτίοις, εἶτα μακροὺς ἐκεῖ-

E σε διατετελέκασι χρόνους, ἑτερότροποί τε; καὶ ἑτερογνώμονες οἱ ἐξ αὐτῶν γεγόνασι, τοῖς τῶν ἐνοικούντων ἔθεσιν ἕπεσθαι ἡρημένοι λοιπόν. καὶ ὀλίγα παντελῶς τῆς τοῖς πατράσιν ἐντελοῦς, καὶ ἐξαιρέτως κατορθουμένης εὐσεβείας πεφροντικότες. προσκεκυνήκασι γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. κατῴχοντο δὲ βδελυρίας εἰς τοῦτο, καὶ βεβήλου ζωῆς, ὡς τάχα που φαυλότητος

τρόπον ἔχειν ἀνεπιτήδευτον παντελῶς οὐδένα. καί μοι τὸ πάθος δοκοῦσι τοιοῦτο, ὅπερ ἂν πάθοι γυνὴ σοφή τε καὶ εὐγενὴς, τὸν μὲν ἑαυτῆς μεθεῖσα τρόπον, μόνον δ' οὐχὶ καὶ ἐρρῶσθαι φράσασα τοῖς εἰς εὐκοσμίαν ἐπιτηδεύμασιν· αἱρουμένη δὲ μᾶλλον τὸ ἐν εἴδει, καὶ σχήμασιν ὁρᾶσθαι πορνικοῖς. ὥσπερ γὰρ τρόπον ἡ τοιάδε γυνὴ τὰς ἁπάντων ἡδονὰς ἐφ' ἑαυτῇ πληροῖ, δυσχερείας ἁπάσης ἐξῃρημένης, οὕτω καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ, τὴν τῆς εὐσεβείας ἀπονεύσασα σπουδασμάτων, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν ἀλογήσασα, καὶ προσκεκλιμένη τῷ Σατανᾷ, ταῖς τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐπιθυμίας ἀποπληροῖ. ἐκπεπόρνευκεν ἐν Αἰγύπτῳ νοητῶς ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. προσέκειτο γὰρ, ὡς ἔφην, ταῖς τῶν δαιμονίων ἐπιθυμίαις εἰς πᾶν ὁτιοῦν τὴν αὐτοῖς καθ' ἡδονὴν ἀποφερομένη εὐκόλως. ἀλλ' ἐπεσκέψατό τε, καὶ ἠλέει Θεὸς, τὴν οὕτω διερριμμένην, καὶ σώφρονα πάλιν αὐτὴν ἀποφαίνειν ἤθελε· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ σύνοικον ἐποίει τὴν βέβηλον ὁ πανάγνος τε, καὶ καθαρὸς, καὶ τέκνων ἐποίει μητέρα, καὶ ἀγάπης ἠξίου, διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς γενόμενον πρωτότοκον, τουτέστι τὸν Ἰεζραὲλ, ὃς ἑρμηνεύεται σπορὰ Θεοῦ. ὅρα δὴ οὖν εἰς εἰκόνα καὶ τύπον τῶν οὕτω πανσόφως οἰκονομηθέντων παρὰ Θεοῦ τεθειμένον τὸν Ὠσηέ. συνάπτεται τῇ Γόμερ, πόρνῃ γυναικὶ προφήτης ἅγιος. ἡ δὲ τέτοκεν αὐτῷ τὸν Ἰεζραέλ. οὕτω καὶ Θεὸς ἐκάλει πρὸς οἰκειότητα διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν, καὶ εἰς κοινωνίαν πνευματικὴν, διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς ἐσόμενον πρωτότοκον, τουτέστι, Χριστὸν, ὅς ἐστι σπορὰ Θεοῦ κατὰ τὸ ἀληθές. γεγέννηται γὰρ ἐκ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ εἰ γέγονε σάρξ. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἂν ἑτέρως γένοιτο σαφὴς, καὶ εὐκρινεστάτη τῆς πνευματικῆς θεωρίας ἡ παράθεσις μὴ προενεχθέντων εἰς μέσον τῶν ἱστορικῶς γεγονότων, φέρε, πάλιν αὐτῶν ἐπιμνησόμεθα. ὅτι μὲν οὖν πόλις ἡ Ἰεζραὲλ παραπέπηχεν ἡμῖν ἐναργῶς ὁ λόγος. ἀλλ' ὡς ἐκ πόλεως τῆς Ἰεζραὲλ σημαίνει τὸν Ναβουθαί. τύπος δ' ἂν γένοιτο καὶ αὐτὸς τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οἰκονομίας. ἑρμηνεύεται δὲ καὶ αὐτὸς, ἐρχόμενος. ὀνόματι δὲ τῷ τοιῷδε τὸν Ἐμμανουὴλ σημαίνει πλειστάκις τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. εἴρηται μὲν οὖν πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἀββακούμ. ἔτι μικρὸν, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβίδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς ἀποστέλλει τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν

modum discere, & consectari prætermiserint. Ac mihi sanè idem illis videtur accidisse, quod mulieri sapienti nec ignobili, quæ moribus suis relictis, & honestatis, ac modestiæ studiis tantum non valere iussis, potius in specie & vestibus meretriciis conspici instituit. Quo enim modo mulier talis omnium voluptatibus seruit, omnis molestiæ secura: eodem modo anima hominis simul à rationibus pietatis deflexerit, charitatémque erga Deum flocci penderit; & ad Satanam inclinauerit, malignorum spirituum cupiditatibus obtemperat. Itaque fornicata est spiritualiter in Ægypto Iudæorum Synagoga. Prostabat enim, vt dixi, dæmonum desideriis, & ad omne quodcunque illis collibuisset, non difficile rapiebatur. Cæterùm ita proiectam visitauit, miseratus Deus, & denuo pudicam reddere molitus est, & propemodum contubernalem impuram illam, qui est omnium castissimus & purissimus, & matrem filiorum fecit, & charitate dignatus est, propter natum ex ea primogenitum, hoc est, Iezrael, quod Latinè sonat, *semen Dei*. Ergo Oseam in imaginem, & typum sapientissimæ huius administrationis Dei delectum intuere. Copulatur Gomer mulieri meretrici Propheta sanctus: illa ei peperit Iezrael. Ita Deus per sapientissimum Mosen Iudæorum Synagogam ad amicitiam & communionem spiritualem vocabat, propter nasciturum ex ea primogenitum, videlicet Christum, qui reuera est semen Dei. Natus est enim ex Patre Filius, quamuis caro factus sit. Quoniam vero spiritualis considerationis collatio perspicua, diiudicatúque facillima aliter fieri nequit, nisi rerum gestarum historiæ in medium producantur, age, iterum earum mentionem faciamus. Iezraelem fuisse ciuitatem, antea clarè docuimus. Sed quod ex ciuitate Iezrael Naboth significat, etiam hic typus esse queat œconomiæ, quam in Christo intelligimus. Nam & ipse Naboth redditur Latinè *venturus*; quo nomine Emmanuelem toties Scriptura sancta indicat. Dictum est ergo ad B. Abacuc, [adhuc modicum, & veniens veniet, & non tardabit] Psallit & Dauid quodam loco [benedictus qui venit in nomine Domini.] Quin & ipse D. Baptista quosdam è discipulis suis

a. Abac.

Psal. 117.

ad Dominum nostrum Iesum Christum ideo mittit percunctatum, [tu es qui venturus es, an alium expectamus?] Fuisse autem & hanc figuram Christi, plane ex iis quæ de eo scripta sunt perspicere licet. Concupiuit enim Achab possidere vineam eius, & locum tam eximium in hortum olitorium conuertere. Naboth indignè ferens, non se vineam patris sui dimissurum expressè profitetur. [Propitius sit mihi Deus, inquit, ne prodam vineam patris mei tibi.] Id postquam resciuit Deo inuisa, & impia Iezabel, Prophetarum persecutrix, & iustorum insidiatrix, peruersis molitionibus iusto cædem est machinata. Quem cum occidi curasset, maritum Achab possidere vineam iussit. Quare meritò indignatus Deus, vlturum se sanguinem Iezraelis promisit. Occisus est ergo Achab à Iehu, vt diximus, & simul longè improbissima Iezabel. Age igitur, ad Christum accommodemus, quæ veteribus velut in typo gesta sunt. Propheta enim Esaias ait, [vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui. Et erat vinea homo Iuda, noua planta, dilecta.] Verùm duces Israel, quorum figura esse possit Achab regnans, desiderarunt habere vineam eius, non vt esset hæreditas electa, id est, vinea: sed vt deserta & inculta, hortus olerum fieret; hoc est, propter conditionem sine comparatione inferiorem deiiceretur: etenim vinea ab horto olitorio nimium quantum differt. Et quod in his adhuc eminet, non est obscurum. Sub Christum quippe redacti Iudæorum populi, quomodo non vineis palmitum copia florentibus, & fertilissimis similes erant futuri, habendique ab omnibus? viuentes autem Pharisæorum institutis & moribus, discentésque doctrinas, ac mandata hominum, nihil prorsus dissimiles herbis humo propinquissimis, quę & facilè succumbunt atque marcescunt. Quocirca appetebant quidem Iudæorum primores vineam Christi, vt sortem propriam, & in hortum olerum: verùm persuadere illi non potuerunt, vt patris sui vineam ipsis proderet. quid deinde occipit Deo exosa Iezabel, hoc est, gregaria multitudo, subdita principibus, id est, synagoga? cum principum nequitia, & dolo conspirans, iustū & sanctū Naboth persequitur, hoc est, *qui venit*, efficitque vt morte multetur.

Matt. 11.

3. Reg. 21.

Esai. 5.

Esai. 29.

A πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ δὴ διεπυνθάνετο λέγων, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; ὅτι δὲ ἦν εἰς εἰκόνα Χριστοῦ, καὶ τοῦτο σαφῶς ἐκ τῶν ἐπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένων εἰσόμεθα. ἐπεθύμει μὲν γὰρ ὁ Ἀχαὰβ κατακτήσασθαι τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, καὶ εἰς κῆπον λαχάνων μετασκευάσαι τὸ οὕτως ἐξαίρετον χωρίον. ὁ δὲ ἠγανάκτει πρὸς τοῦτο. καὶ ὡς οὐκ ἂν προοῖτό ποτε τὸν τοῦ πατρὸς ἀμπελῶνα, διϊσχυρίζετο σαφῶς. μή μοι γὰρ B γένοιτο, φησί, προδοῦναι ἀμπελῶνα πατρός μου σοι. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο μεμάθηκεν ἡ θεομισὴς καὶ βέβηλος Ἰεζάβελ, ἡ τοὺς προφήτας διώκουσα, καὶ τοῖς δικαίοις ἐπιβουλεύουσα, δυστρόφοις ἐπιχειρήμασιν ἐξεμηχανᾶτο τῷ δικαίῳ τὸν φόνον. καὶ δὴ καὶ ἀναιρεθῆναι παρασκευάσασα, κληρονομεῖν ἐκέλευε τῷ συνῳκηκότι, φημὶ δὴ, τῷ Ἀχαάβ. ἐπὶ τούτοις εἰκότως ἠγανάκτει Θεός. καὶ δὴ καὶ ἐκδικήσειν ἐπαγγέλλεται τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραέλ. ἀνῄρηται γοῦν Ἀχαὰβ ὑπὸ Ἰηοῦ, καθάπερ ἤδη προείπομεν. C προσαπώλετο δὲ αὐτῷ καὶ ἡ παμπόνηρος Ἰεζάβελ. Φέρε δὴ οὖν, εἰς Χριστὸν ἀναφέρωμεν τὰ ὡς ἐν τύπῳ τοῖς πάλαι γεγενημένα. ὁ μὲν γὰρ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι. καὶ ἦν ὁ ἀμπελὼν ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, νεόφυτον, ἠγαπημένον. ἀλλ᾽ οἱ τοῦ Ἰσραὴλ ἡγούμενοι, ὧν ἂν εἴη καὶ τύπος ὁ Ἀχαὰβ βασιλεύων, ἐπεθύμησαν ἔχειν τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ· οὐχ ἵνα ᾖ κλῆρος ἐξαίρετος, τουτέστιν, ἀμπελών· ἀλλ᾽ ἵνα χερσούμενος κῆ- D πος γένοιτο λαχανίας, τουτέστιν, ἐπί τι ἀσυγκρίτως ἔλαττον καταφέροιτο, πλείστη γὰρ ὅση κήπου λαχάνων πρὸς ἀμπελῶνα διαφορά. καὶ τὸ ἔτι μεῖζον ἐν τούτοις, οὐκ ἀσυμφανές. γεγονότες μὲν γὰρ ὑπὸ Χριστῷ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, πῶς οὐκ ἔμελλον ἂν εὐκληματούσαις ἀμπέλοις, καὶ μὴν καὶ γονιμωτάταις ἐν ἴσῳ τε εἶναι, καὶ φαίνεσθαι; διαζῶντες δὲ τοῖς τῶν Φαρισαίων ἔθεσί τε, καὶ τρόποις, καὶ μανθάνοντες διδασκαλίας, ἐντάλ- E ματα ἀνθρώπων, κατ᾽ οὐδένα τρόπον διενεγκεῖν τῶν χθαμαλωτάτων λαχάνων. ἃ καὶ λίαν εὐκόλως πίπτει καὶ μαραίνεται. οὐκοῦν ἐγλίχοντο μὲν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ τὸν ἀμπελῶνα Χριστοῦ κλῆρον ἴδιον ἔχειν, καὶ εἰς κῆπον λαχανίας· ἀλλ᾽ οὐκ ἔπειθον καταπροδοῦναι σφίσι τὸν τοῦ πατρὸς ἀμπελῶνα. εἶτα, τί δέδρακεν ἡ θεομισὴς Ἰεζάβελ; τουτέστιν, ἡ ἀγελαία πληθύς, ἡ ὑπὸ χεῖρα τῶν ἡγουμένων, ἤγουν ἡ συναγωγή, τῇ τῶν ἡγουμένων συνδραμοῦσα *κακίᾳ καὶ δόλῳ. μέτεισι τὸν δίκαιον, τὸν ὅσιον Ναβουθαί, τουτέστι, τὸν ἐρχόμενον. καὶ δὴ καὶ ἀναιρεθῆναι παρεσκεύασεν.

* ἴσ. κακοτροπίας

ἀνῄρηται γὰρ συκοφαντούμενος ὁ Ἐμμανουήλ. ἀλλ' ὅτι μὴ ἀνεκτὸν τὸ χρῆμα Θεῷ, σαφὲς ἂν γένοιτο τῷ λέγεσθαι τῷ προφήτῃ Ὠσηέ. Διότι, ἔτι μικρὸν, καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὲλ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ καταπαύσω βασιλείαν οἴκου Ἰσραήλ. ἐκδεδίκηται γὰρ, ὡς ἔφην, τὸ αἷμα Χριστοῦ ἐκ παντὸς Ἰσραήλ. ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃ καὶ ἡ προφητεία γέγονεν, ὠνομάζοντο διῃρημένως, Ἰούδας μὲν οἱ μεμενηκότες ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, Ἰσραὴλ δὲ πάλιν οἱ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ἵνα τὸ ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ ὁρῷτο σημαίνειν, φησὶν ἀναγκαίως, ἐκδικήσειν τὸ αἷμα Ἰεζραὲλ ἐκ τοῦ οἴκου Ἰούδα· καταπαύσειν δὲ καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ προκατεμεμήνυκε, λέγων· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἐπιλάμψαντος γὰρ ἡμῖν τοῦ Ἐμμανουήλ, τότε δὴ τότε καὶ ἐκ μέσου γέγονεν ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσραήλ. καὶ γοῦν Ἡρώδης Ἀντιπάτρου παῖς, Ἀσκαλωνίτης, τῆς Ἰουδαίων ἦρχε χώρας, γεννωμένου Χριστοῦ. συντρίψειν δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τόξον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, κατεπαγγέλλεται, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. τόξον γὰρ δυνατῶν ἠσθένησε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καίτοι κρατήσειν ὑπειληφότων τοῦ Ἐμμανουήλ. καὶ τοῦ μὲν ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος. ἐξελύθη δὲ νεῦρα βραχιόνων αὐτῶν. οὐ γὰρ νενικήκασι τὸν ἀνίκητον. καταστοχαζόμενος δὲ ὥσπερ τῆς πνευματικῆς θεωρίας τὸ βάθος, κάτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τὰ ἱστορικῶς πεπραγμένα, λέγων ὅτι συντρίψω τὸ τόξον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰεζραέλ. ἐκεῖ γὰρ νενίκηκεν Ἀζαὴλ ὁ βασιλεὺς Συρίας ἀντεξάγοντα τὸν Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ προσήκειν ὑπολαμβάνω, τῆς ἀναγκαίας καὶ πνευματικῆς θεωρίας οὐκ ἀποκομίζειν τὸν λόγον, ἐκεῖνό φημι. τὸ λυποῦν οὐδὲν, καθάπερ ἔγωγε οἶμαι, κοιλάδα νοεῖσθαι τοῦ Ἰεζραὲλ, τουτέστι, τῆς τοῦ Θεοῦ σπορᾶς, ἤτοι Χριστοῦ τὸ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀνάστασις ἐπακολουθήσασα τῷ πάθει, νενίκηκε πάντα τρόπον Ἰουδαϊκῶν τολμημάτων. λέλυται γὰρ αὐτῶν διὰ τῆς ἀναστάσεως τὰ δύστροπα, καὶ θεοστυγῆ, καὶ μιαιφόνα τολμήματα. ᾤοντο μὲν γὰρ ἐκ μέσου ποιεῖν δύνασθαι τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ κλῆρον ἴδιον ἔχοιεν τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. ἀλλ' ἐν μνημείῳ τεθεὶς, ἀνεβίω πάλιν, ἄπρακτα τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς ἀποφαίνων τὰ σκέμματα, καὶ μονονουχὶ συντρίβων τὰ τόξα, διὰ τοῦ μηδὲν ἔτι δύνασθαι παθεῖν. καὶ ἐκβάλλει μὲν αὐτοὺς τοῦ ἀμπελῶνος ὡς θεομισεῖς,

A Interficitur enim calumniis appetitus Emmanuel. Eam rem Deo visam intolerabilem, liquere potest inde, quod Oseæ Prophetæ dicitur. [Idcirco adhuc modicum, & vlciscar sanguinem Iezrael super domum Iuda, & quiescere faciam regnum domus Israel.] Vindicatus est enim, vt dixi, sanguis Christi ex toto Israel. Quoniam verò tempore illo, quibus datum est hoc vaticinium distinctè nominabantur, Iudas B quidem qui manserant Hierosolymis; Israel qui erant in Samaria, vt Israelem vniuersè significare videatur, dicere debuit, vlturum se sanguinem Iezrael ex domo Iuda, & finem impositurum regno domus Israel. Hoc item diuinus Iacob ante expressit, his verbis: [Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femore eius, donec veniat cui repositum est; & ipse expectatio gentium.] Vbi enim Emmanuel illuxit, tunc, tunc, inquam, etiam è medio sublatum est regnum Israel. Itaque Herodes Antipatri C filius Ascalonites Iudeæ Christo nato præfuit. Contriturus etiã ipsum arcum Israel in illa die, hoc est, illo tempore promittitur. [Arcum enim fortium infirmauit,] vt scriptum est: tametsi Emmanuelem se subacturos existimauerãt. [Et inimicorum quidem gladii defecerunt in finem,] & dissolutum est robur brachiorum ipsorum. Non enim vicerunt inuictum. Quodammodo autem spiritualis considerationis profunditatem parans, ad historicè gesta mox D descendit, & ait: [Quia conteram arcum Israel in valle Iezrael.] Ibi siquidem Azael Syriæ rex Israelem contrà copias educentem debellauit. Et quia conuenire iudico, à præcipua & spirituali commentatione sermonem non abducere, illud aio, nihil esse incommodi, mea sententia, intelligi per vallem Iezrael (hoc est, seminis Dei, siue Christi) monumentum in horto, in quo & resurrectio passionem consecuta, de E omni genere malorum facinorum à Iudæis susceptorum triumphauit. Per resurrectionem siquidem eorum parua, & Deo exosa, & cruenta consilia ad nihilum reciderunt. Sperabant enim, se posse è medio tollere filium, vt etiã vineam eius sibi propriã sortem haberẽt. Sed in sepulchro collocatus reuixit, & meditatas ipsorum insidias inefficaces reddidit, & quasi arcus contriuit per id, quod amplius pati nihil potest. Et ipsos quidem è vinea, vt Deo detestandos,

Gen. 49.

1. Reg. 2.

Psal. 9.
Hal. 36.

Matth. 21

& scelestos, & Domini interfectores eiicit, eámque aliis agricolis, bonis & gratis, & operis faciendi cupidissimis, iuxta parabolam euangelicam, locat.

Et concepit adhuc, & peperit filiã, & dixit ei: Voca nomen eius Absque misericordia, quia nequaquam addam vltra misereri domui Israel: sed aduersans aduersabor eis. Filiorum verò Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo, & nõ saluabo eos in arcu, neque in gladio, neque in bello, neque in curribus, neque in equis, neque in equitibus.

V. Post natum Iezrael, nata est Prophetæ puellula ex Gomer, cui & nomen iussit imponi, videlicet, Absque misericordia. Adiungit statim occasionem, & causam illico clarè aperit, dicens, nulla amplius venia se Israel dignaturum: sed quasi contra eos insurrecturum, & loco infensissimi hostis futurum, ipsorúmque fœlicitati viriliter aduersaturum, vt in extremã miseriam præcipitentur, & verè intolerandam calamitatem perferant. Deo quippe resistente, afflictis nusquam relinquitur auxilium. [Si enim clauserit contra hominem, quis aperiet?] inquit. Et vtait idem Propheta, [manum excelsam quis auertet?] aut cælesti sentẽtia cõdemnati quis miserebitur? Omnia quippe nutum diuinũ sequuntur, & quæ Dominus ritè facere voluerit, id citra moram omnimodis perficitur, creatura illi cooperante, & dominantis auctoritatem comitante. Sic puniuit Ægyptios, aquis in sanguinem, & cinere seu puluere in ciniphes commutatis, & deiecta grandine horribili, propemodum etiam triduanis tenebris diffusis, & aliis omnibus suppliciis inflictis. Quare puellæ nomen Absque misericordia vtiliter ac necessariò imponitur, vt causam rei curiosius sciscitantes semper, & cognoscẽtes qui tũc Deum per seductionẽ cultus multorũ Deorum offenderant, ad meliora, & rationi magis consentanea cogitanda, faciendáque inducãtur, & de cætero prudenter, saltem posterioribus cogitationibus iram diuinam amoliri cupiant, vniuersorũ Deum offensum, beneuolũ sibi, ac mitem efficientes. Videtur autẽ Propheta rursus nobis hoc loco Israelẽ à Theglatphalasar, & Salmanasar Assyriorum regibus captum subindicare,

καὶ πονηρούς, καὶ κυριοκτόνους· ἐκδίδωσι δὲ γεωργοῖς ἑτέροις αὐτόν, ἀγαθοῖς καὶ εὐγνώμοσι, καὶ φιλεργεστάτοις, κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου παραβολήν.

Καὶ συνέλαβεν ἔτι, καὶ ἔτεκε θυγατέρα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτῆς οὐκ ἠλεημένη. διότι οὐ μὴ προσθήσω ἔτι ἐλεῆσαι τὸν οἶκον Ἰσραήλ, ἀλλ' ἢ ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτοῖς. τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰούδα ἐλεήσω, καὶ σώσω αὐτοὺς ἐν κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ οὐ σώσω αὐτοὺς ἐν τόξῳ, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν ἅρμασιν, οὔτε ἐν ἵπποις, οὔτε ἐν ἱππεῦσι.

Μετὰ δὲ τὸ τεχθῆναι τὸν Ἰεζραὴλ γεγέννηται τῷ προφήτῃ κόριον ἐκ τῆς Γόμερ, ᾧ καὶ ὄνομα κεῖσθαι δεῖν προστέταχε, τὸ, οὐκ ἠλεημένη. ἐπιφέρει δὲ παραχρῆμα τοῦ τοιοῦδε τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς καθίστησιν ἐναργῆ, οὐδὲ μιᾶς ἔτι φειδοῦς ἀξιωθήσεσθαι λέγων τὸν Ἰσραήλ. ἀντιταχθήσεσθαι δὲ ὥσπερ αὐτοῖς, καὶ ἐν τάξει γενέσθαι τῶν ὅτι μάλιστα πολεμιωτάτων. καὶ ταῖς εὐπραγίαις αὐτῶν ἀντιπεσεῖσθαι γενναίως, ὡς εἰς ἐσχάτην αὐτοὺς ἀθλιότητα κατολισθαίνειν, καὶ δύστοιστον ἀληθῶς ἀνατλῆναι συμφοράν. Θεοῦ γὰρ ἀθετηκότος, οὐδαμόθεν ἂν γένοιτο τοῖς παθοῦσιν ἡ ὄνησις. ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; φησίν. καὶ ἥ φησιν ὁ προφήτης, τὴν χεῖρα τὴν ὑψηλήν, τίς ἀποστρέψει; ἢ τίς ἐλεήσει τὸν διὰ τῆς ἄνωθεν ψήφου καταδεδικασμένον; πάντα γὰρ τοῖς θείοις ἕπεται νεύμασι. καὶ ὅπερ ἂν ἕλοιτο κατορθοῦν ὁ δεσπότης, τοῦτο ἀμελητὶ πάντη τε, καὶ πάντως διαπεραίνεται, συνεργαζομένης αὐτῷ τῆς κτίσεως, καὶ ταῖς τοῦ κρατοῦντος ἀκολουθούσης ψήφοις. οὕτω κεκόλακεν Αἰγυπτίους, μεταστοιχειουμένων τῶν ὑδάτων εἰς αἷμα, καὶ τῆς αἰθάλης εἰς σκνῖπας, καὶ ἀφορήτου χαλάζης καταπεμφθείσης, μακροῦ δὲ καὶ τριημέρου καταχεομένου σκότους, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων. οὐκοῦν ὄνομα τῇ κόρῃ τὸ οὐκ ἠλεημένη, χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαίως. ἵνα τὴν αἰτίαν τοῦ πράγματος φιλοπευστοῦντες ἀεὶ, καὶ δὴ καὶ μανθάνοντες οἱ τότε τηνικάδε διὰ τῆς πολυθέου πλάνης προσκεκρουκότες Θεῷ, φρονεῖν τε, καὶ δρᾶν ἀναπείθοιντο τὰ ἀμείνω, καὶ θρησκευτικώτερα, λοιπόν τε μεταφοιτῆσαι πρὸς τὸ ἐλεεῖσθαι σωφρόνως, κἂν γοῦν τοῖς δευτέροις ἀποσείσασθαι τὴν ὀργήν, εὐμενῆ καὶ πρᾶον ἐφ' ἑαυτοῖς καταστήσαντες λελυπημένον τὸν ὅλων Θεόν. ἔοικε δὲ πάλιν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν λόγος τὰς γεγενημένας αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰσραήλ, ὑπό τε τοῦ Θεγλαφαλασάρ, καὶ μήν τοι Σαλμανασὰρ βασιλέων Ἀσσυρίων,

οἱ μετῴκησαν ἐκ Σαμαρείας τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὰ ὄρεια Περσῶν, καὶ Μήδων, τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ καταδῃώσαντες πόλεις. ἀλλ' οὐκ ἂν ταῖς οὕτω δειναῖς περιπεπτώκασι συμφοραῖς, ἐπαμύνειν αὐτοῖς ἐθέλοντος Θεοῦ. μᾶλλον δὲ, μὴ οἱονεί πως καὶ ἀντεξάγοντος, καὶ ἐν τάξει πολεμίου ἀνθεστηκότος. ἔφη γὰρ ἐναργῶς, ὅτι ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτοῖς. ἐλεήσειν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα καταπαγγέλλεται, καὶ σώσειν αὐτοὺς, οὐ πολέμου νόμῳ (τοῦτο γάρ ἐστιν, οὐκ ἐν ἅρμασιν, οὐδὲ ἐν ἵπποις.) ὃ δὴ καὶ τετέλεσται, τοῦ Σενναχηρεὶμ περιέχοντος κύκλῳ τὴν Ἱερουσαλήμ. ὅτε καὶ τῆς θείας δόξης κατεφλυάρει Ῥαψάκης, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειεν εἰπὼν ἀνασῶσαι Θεὸς τήν τε Ἱερουσαλήμ, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ. προσεκόμιζε δὲ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ πάντη τε, καὶ πάντως ἁλώσεσθαι καὶ αὐτοὺς, τὸ μὴ δεδυνῆσθαι τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ θεοὺς ἐξελέσθαι τοὺς ἑαυτῶν. ἀλλ' ἐσώζετο παραδόξως ὁ Ἰούδας, τουτέστιν, αἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦσαι δύο φυλαί. ἐξῆλθε γὰρ ἄγγελος κυρίου, φησὶν, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων μιᾷ νυκτὶ, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας. ᾖδόν τε οὕτως οἱ σεσωσμένοι· καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένης μεγαλουργίας τοὺς τρόπους ἀφηγοῦντο, λέγοντες· οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις· ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν, καὶ ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν. ἀλλ' ἱστορικῶς μὲν ἡμῖν εἰρήσθω ταυτί.

Ἴωμεν δὲ αὖ καὶ ἐφ' ἑτέρας ἐννοίας, φημὶ δὲ πάλιν τὰς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. μετὰ γάρ τοι τὸ τεκεῖν αὐτὸν τὸν Ἰεζραὲλ, τουτέστι, τὴν τοῦ Θεοῦ σποράν, ἵνα νοῇς τὸν Ἐμμανουὴλ, οὗ καὶ ἐκδικήσειν τὸ αἷμα κατεπηγγέλλετο, τίκτεται τῇ Γόμερ, τουτέστι, τῇ πεπορνευμένῃ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ, θυγάτηρ, ἤτοι πλῆθος, ὃ καὶ πρέπον ἂν εἴη τὸ καλεῖσθαι οὐκ ἠλεημένην. αὐτὴ γὰρ ἀπέκτεινε τὸν Ἰεζραὲλ, τουτέστι Χριστόν. ταύτῃ τοι δικαίως ἐχθρὸν, καὶ πολεμιώτατον εὑρίσκει Θεόν. καὶ ἀνηκέστοις εὐθὺς ὑπομεμένηκε συμφοραῖς, ταῖς Ῥωμαίων δυνάμεσιν ἐκπεπορθημένων, καὶ τὸν διαβόητον ὑποστᾶσα πόλεμον, ὅτε καὶ γυναῖκες τῶν ἰδίων ἥψαντο τέκνων, καὶ ᾗ φησὶν ὁ προφήτης Ἱερεμίας, χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ παιδία ἑαυτῶν, καὶ φύσεως ἀνθρωπίνης ἀλογήσασαι νόμων, καὶ φιλοστοργίας ἀμάχου ῥαθυμεῖν αὐτὰς ἀναγκάζοντος τοῦ λιμοῦ. ἀλλὰ καὶ ταυτὶ μὲν ἅπαντα τοῖς ἠσεβηκόσι συμβέβηκεν. ἐλεήσειν

A qui è Samaria, eius vrbibus illata vastitudine, eundem ad montes Persarum, & Medorum transtulerunt. Atque in tam graues calamitates non incidissent, si Deus defendere eos voluisset: imò nisi quodammodo aciem contra eduxisset, & instar hostis aduersarus esset. Ait enim apertè, [aduersans aduersabor illis.] Misericordiam autem filiis Iudæ tributurum se pollicetur, & saluaturum eos, non lege ac more militari, hoc enim est quod [dicit, non in curribus, nec in equis] quod etiam præstitum est, Senacherim Hierosolymam obsidione circundante, quando & aduersus Dei gloriam Rabsaces blaterabat, dicebátque, non posse Deum Hierosolymam, & incolas eius tueri, adducebátque pro argumento firmissimo; planè ipsos quoque in potestatem venturos, quod Dii in Samaria suos eripere nequiuissent. Sed enim seruatus est Iudas mirabiliter, hoc est, Hierusalem habitantes duæ tribus. [Exiuit enim angelus Domini, inquit, & occidit ex castris Assyriorum vna nocte centum octoginta quinque millia.] Saluati tum cantabant, & modum rei tam ingentis in se perpetratæ narrabant, dicentes, [hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Ipsi velut compedibus implicati sunt, & ceciderunt: nos autem resurreximus, & erecti sumus.] Verũ ista à nobis historicè dicta sunto.

4. Reg. 19

Exod. 15

Psal. 19

D Procedamus ad alios sensus, ad Christum, inquam. Post natum quippe Iezraelem, id est, *Dei semen* (vt intelligas Emmanuelem, cuius & sanguinem se vlturum promittit) parit Gomer (hoc est, fornicata Iudæorum synagoga) filiam, siue multitudinem, quæ decenter vocari possit Absque misericordia. Ipsa quippe occidit Iezrael, Christum puta. Quocirca iure inimicum, & infensissimum sibi Deum inuenit, statimque calamitates immedicabiles, à Romanis exercitibus deuastata, & bellum longè latéque auditum perpessa sustinuit, quando & mulieres infantes suos comederunt, & vt est apud Prophetam Hieremiam, [manus mulierum misericordium coxerunt filios suos,] & leges naturæ humanæ spreuerunt, cùm fames eas philostorgiam, alioqui inexpugnabilẽ, negligere compelleret. Porrò hæc omnia ob impietates designatas illis euenerunt.

Thren. 4

Spondet

Spondet autem, se misericordia filios Iuda prosecuturum, hoc est, qui secundùm disciplinam, & regenerationem per spiritum, Christi filii euaserunt, qui de tribu Iuda fuit. Si enim per euangelium quidam sanctis Apostolis in Christo generantur, quomodo non magis per Christum ipsum? de quibus etiam ait, [ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus.] Saluantur itaque in Christo Domino, & Deo vniuersorum, non arma mouentes terrestria & carnalia: sed in virtute saluantis; & concutiente quidem principatus & thronos, triumphante autem cruce sua aduersariorum cateruas, & malignas potestates euertente, & dante diligētibus se [calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutē inimici.] Appositissimè autē incredulum, & effrænem, & Domini interfectorem populum Iudæorum mulieri comparauit, illi, inquam, quæ dicta est Absque misericordia. Indicium enim imbecillitatis est mulier; & animi haud virilis, atque fracti symbolum aptissimè intelligi queat. Tales sunt omnes, qui institutionem per Christum non susceperunt, nec in diuinis, & sanctis mandatis eius ingredi sustinuerunt. Quamobrem Oseas Propheta, inquit, [conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quia infirmata es in iniquitatibus tuis.] Et iterum, de mandatis Saluatoris idem, [quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis; impii autē infirmabuntur in eis.] Idem alicubi de iis qui occiderunt Iezrael, id est, Christū, & [humiliabitur superbia Israel in facie eius. Et Israel, & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus suis.

Esai. 8.

1.Cor.10. Colos. 2.

Luc.10.

Osee 14.

Osee 7.

Et ablactauit eam quæ Absque misericordia dicebatur. Et concepit adhuc, & peperit filiū. Et dixit Dominus, voca nomē eius, Nō populus meus. Quia vos nō populus meus, & ego nō sum vester.

VI. Nascitur Gomer quasi è vestigio, nec ita multo post infans alius, quem Deus vocari iussit Non populus meus. Rei occasio mox solutione huiuscemodi exponitur. [Vos enim, inquit, non populus meus, & ego nō sum vester.] Constare igitur etiā hinc potest, ad reprehēsionem peccatorum, & ad certam correctionem contemptorum, erroréque abductorum hæc historicè facta esse: imagines autem erant eorū, quæ Hierosolymitis olim euentura forēt, vnigenito humanam naturam iam induto,

A διὰ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα κατεπαγγέλλεται, τουτέστι, τοὺς κατὰ μάθησίν τε, καὶ ἀναγέννησιν τὴν διὰ τοῦ πνεύματος υἱοὺς γεγονότας Χριστοῦ, τοῦ ἐκ φυλῆς Ἰούδα. εἰ γὰρ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου γεννῶνταί τινες ἐν Χριστῷ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, πῶς οὐχὶ μᾶλλον δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ; περὶ ὧν καί φησι· ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. σώζονται τοίνυν ἐν Χριστῷ τῷ κυρίῳ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων, οὐχ ὅπλα κινοῦντες ἐπίγειά τε, καὶ σαρκικὰ, ἀλλ' ἐν δυνάμει τοῦ σώζοντος. καὶ κατασείοντος μὲν ἀρχὰς B καὶ θρόνους, θριαμβεύοντος δὲ τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τῶν ἀντικειμένων τὰ στίφη, καὶ δυνάμεις καταστρέφοντος πονηρὰς, καὶ διδόντος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. εὖ δὲ δὴ σφόδρα τὴν ἀπειθῆ, καὶ ἀφηνιον, καὶ κυριοκτόνον τῶν Ἰουδαίων πληθὺν γυναικὶ παρεικάζει, φημὶ δὴ τῇ οὐκ ἠλεημένῃ. σημεῖον μὲν γὰρ ἡ γυνὴ καὶ φρονήματος ἀνάνδρου, καὶ κεκλασμένου τύπος ἂν νοοῖτο, καὶ μάλα C σαφῶς. τοιοίδε δὲ πάντες, ὅσοι τὴν διὰ Χριστοῦ μὴ προσεδέξαντο παίδευσιν, μήτε μὴν ἠνέσχοντο κατόπιν ἰέναι τῶν θείων αὐτοῦ, καὶ ἁγίων διαταγμάτων. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ὠσηὲ, ἐπιστράφηθι, φησὶν, Ἰσραὴλ, πρὸς κύριον τὸν θεόν σου, διότι ἠσθένησας ἐν ταῖς ἀδικίαις σου. καὶ πάλιν περὶ τῶν τοῦ σωτῆρος ἐνταλμάτων ὁ αὐτὸς, διότι εὐθεῖαι, φησὶν, αἱ ὁδοὶ τοῦ κυρίου, καὶ δίκαιοι πορεύσονται ἐν αὐταῖς. οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς. καὶ ὁ αὐτὸς δήπου φησὶν Ὠσηὲ περὶ τῶν ἀποκτονότων τὸν D Ἰεζραὴλ, τουτέστι Χριστόν. καὶ ταπεινωθήσεται ἡ ὕβρις τοῦ Ἰσραὴλ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ Ἰσραὴλ, καὶ Ἐφραὶμ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν.

Καὶ ἀπεγαλάκτισε τὴν οὐκ ἠλεημένην. καὶ συνέλαβεν ἔτι, καὶ ἔτεκεν υἱόν. καὶ εἶπε. κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οὐ λαός μου. διότι ὑμεῖς οὐ λαός μου, καὶ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὑμῶν.

Τίκτεται κατὰ πόδας, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τῇ E Γόμερ παιδίον ἕτερον, ὃ διένεφη καλεῖσθαι θεὸς, οὐ λαός μου. καὶ κεῖται εὐθὺς τῇ τοιᾷδε λύσει πλέκεται πάλιν πρόφασις. ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, οὐ λαός μου, καὶ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὑμῶν. δῆλον δ' ἂν εἴη κἀκ τοῦδε λοιπὸν, ὡς εἰς ἔλεγχον τῶν ἡμαρτηκότων, καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν ἀσφαλῆ τῶν καταφρονεῖν ἠρημένων, καὶ εἰς πλάνησιν ἀπονενευκότων ἐπράττετο μὲν ἱστορικῶς τὰ τοιάδε. τύποι δὲ ἦσαν τῶν συμβησομένων κατὰ καιροὺς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐνανθρωπήσαντος ἤδη τοῦ μο-

νοήμοσι, καὶ τὸ τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ἀνατλάντος σταυρόν. εἰ δὲ δὴ χρὴ περὶ τῶν πνευματικῶν ἀφηγήσασθαι τὰ ἱστορικὰ, φαμὲν, ὅτι μετοικισθέντος τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Σαμαρείας, εἰς τὰ ὄρεια Περσῶν, καὶ Μήδων ὑπό τε τοῦ Θεγλαφαλασὰρ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ μέντοι Σαλμανασὰρ, οἱ παραλειφθέντες ἔτι, καὶ τῶν κεκινδυνευκότων τὸ λείψανον, ἀπώλισθον παντελῶς τοῦ καὶ λαὸς Θεοῦ ὀνομάζεσθαι, διά τοι τὸ τῶν αὐτῶν ἔχεσθαι σπουδασμάτων εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. διαλελοίπασι γὰρ οὐδαμῶς ταῖς μυσαρωτάταις τῶν δαιμόνων λατρείαις προσκείμενοι.

Πρὸς διάνοιαν δὲ τὴν ἀληθῆ, καὶ ἐπὶ Χριστοῦ λόγον συνήσεις ἑτέρως. μετὰ γάρ τοι τὴν ἀνόσιον ἐκείνην πληθὺν, τὴν δικαίως οὐκ ἠλεημένην (κεκυριοκτόνηκε γὰρ) οἱ μετ' ἐκείνους εὐθὺς υἱοὶ γεγονότες, ἢ καὶ ὄντες ἤδη τῆς πεπορνευμένης συναγωγῆς, ἀποπεπλώκασιν ἐναργῶς τοῦ εἶναί τε, καὶ ὀνομάζεσθαι λαὸς Θεοῦ. οὐ γὰρ ἅπαν τὸ τῶν Ἰουδαίων δεδαπάνηκε πλῆθος ὁ Ῥωμαίων πόλεμος· ἀλλὰ πλείστη μὲν ὅση, καὶ ἀριθμοῦ κρείττων διόλωλε πληθύς· οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀνασεσωσμένοι, καὶ τὸ τοῦ θανάτου φυγόντες λίνον, διεσπάρησαν εἰς πάντα ἄνεμον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν κατεσκεδάσθησαν χώραις, οὐκέτι λαὸς, ὡς ἔφην, χρηματίζοντες Θεοῦ. μεταπεφοίτηκε γὰρ εἰς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἡ χάρις, οἷς ἀνεμίγη καὶ τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστιν, οἱ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀνασεσωσμένοι. πεπιστεύκασι γὰρ καὶ ἐκ τούτου οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν. ὅτι δὲ ἀπολακτισθέντος τοῦ Ἰσραὴλ, τῆς εἰς αὐτὸν οἰκειότητος ἀποπεφοίτηκε καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὑπέφηνεν, εἰπὼν, οὐ μόνον, ὅτι καὶ ὑμεῖς οὐ λαός μου, προσεπάγων δὲ τούτοις ἀναγκαίως, τὸ, καὶ ἐγὼ, οὐκ εἰμὶ ὑμῶν. ἀλλ' ἡμῶν γε πέρι, τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων, καὶ ἡγιασμένων ἐν πνεύματι, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα πεπλουτηκότων, διὰ φωνῆς προφήτου φησί· καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς υἱοὺς, καὶ θυγατέρας, λέγει κύριος παντοκράτωρ. καὶ Ἰουδαίοις δὲ ἔφασκεν ὁ Χριστός· ποτὲ μὲν, ὅτι ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, ποτὲ δὲ, ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν δὲ, τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι. κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.

A & precioſæ crucis mortem pro nobis perpeſſo. quod ſi ante ſpiritualia cõmemoranda ſunt hiſtorica, dicimus, Iſraele ex Samaria ad montes Perſarum, & Medorum à Theglatphalaſar, & Salmanaſar Aſſyriorum regibus tranſlato, qui remanſerant, afflictorúmque reliquias à nomine, vt Populus Dei vocarentur, omnino degeneraſſe; quod iis ſtudiis eſſent dediti, per quæ à Deo deſciſcerent. B Neutiquam enim maximè deteſtando dæmonum cultui inhærere intermiſerunt.

Ad veram autem rationem, & ad Chriſtum quod attinet, aliter intelliges. Poſt ſceleratam quippe multitudinem illam, & meritò miſericordiam non conſecutam, quia Dominum interfecit, ſtatim illorum filii poſt eos, aut qui iam erant filii fornicariæ ſynagogæ, palam ſe ita geſſerunt, vt Populus Dei nec eſſent, nec nominarentur. Neque enim vniuer- C ſam Iudæorum nationem bellum à Romanis illatum abſumpſit: ſed maxima, & innumerabili multitudine deleta, de ipſis ſeruati, & qui mortis retia effugerant, ad omnes ventos, iuxta ſcripturam, diſperſi, & per gentium regiones diſſipati ſunt, non amplius, vt dixi, Populus Dei appellati. Tranſiuit enim ad gentes gratia, quibus reliquiæ Iſrael permiſtæ ſunt, hoc eſt, qui per fidem in Chriſtum ſaluati ſunt. Crediderunt enim etiam D ex his non pauci numero. Repulſa autem familiaritate eius ab Iſrael, abſceſſiſſe etiam ab eo vniuerſorum Deum, ſatis oſtendit, cùm dixit, non ſolùm, [& vos non populus meus;] ſed etiam cùm adiunxit, quod omnino ſequebatur, [& ego non ſum veſter.] De nobis autem in Chriſto iuſtificatis in ſpiritu, & eius coniunctione pollentibus, per os Prophetæ dicit, [& ego ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in filios, E & filias, dicit Dominus omnipotens.] Ac Iudæis quidem aiebat Chriſtus, aliquando quidem, [adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: [aliquando autem, [ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.] De conuerſis verò ex gentibus, [oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis.

Zach. 6.
Hier. 31.
Ioan. 13.
Matth. 23.
Ioan. 10.

Et erit numerus filiorum Israel sicut arena maris, quæ non mensurabitur, neque numerabitur.

A

VII. Esai. 10.

Hoc alio modo nobis explanat beatus Esaias. [Et si fuerit, inquit, populus Israel vt arena maris, reliquiæ eorum saluabuntur. Verbum enim consummans, & abbreuians in iustitia. Quia verbum abbreuiatum faciet Dominus in toto mundo.] Sed siue hunc in modum fortè, siue aliter intelligi queat: nempe, quamuis multus, & innumerabilis sit Israel, & arenis littoralibus comparandus, non tamẽ Deo admodũ curæ sunt, quandoquidem impietati se dediderũt: contra, vnum iustum ac pium charitate sua, & indulgentia eximiè dignatur. Respicit igitur etiam [super vnũ humilem, & quietum, & trementem sermones eius.] Nec istud bonis, & mitibus, & timentibus eum, & sincerè ipsi seruientibus sufficit: sed aliis etiam prodesse, & peccati in Deum reos impendẽte nonnunquam supplicio liberare possunt. Ad cuius rei probationem accipe quod de Sodomitis scribitur, quãdo omnipotens Deus ignis pœnam se illis cõdonaturum pollicebatur, si modo quinque iusti inter illos inuenirẽtur. Itaque Loth vnà cum vxore & filiabus seruatus est. Et quid dico quinque iustos & bonos, quando & Hierosolymis iram intentãs, [discurrite, inquit, per vias Hierusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in plateis eius, & si inueneritis virum, si est faciens iudicium, & quærens fidem, & propitius ero eis, dicit Dominus.] Intelligis ergo, quo pacto vel vnum iustum tuendum suscipiat, & pro tota ciuitate orantem non despiciat. Innumerabilem autem multitudinẽ non curat, vt dixi, si videatur profana, & ad improbitatem declinet, & se dæmonum importunorum fallaciis inuolui patiatur.

B

Esai. 66.

C

Gen. 18. 19

Hier. 5.

D

Et erit, in loco in quo dictum est illis, Non populus meus vos, vocabuntur & ipsi filij Dei viuentis.

VIII

Vicinissima est iræ seuerissimæ rerum tristium depulsio, & calamitatum finis, continenter spondetur. Aliquando enim abiectum, ac repudiatum iri Israel disertè prænuntiauit, vt modò ostendimus: at non totum deletum iri, ac funditus periturum: sed venturum tempus, quo ad veterem statum dignitatis reuertantur, Deique charitatẽ recipiant, per fidem in Christũ videlicet,

E

Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἐκμετρηθήσεται, οὐδὲ ἐξαριθμηθήσεται.

Τοῦτο, καθ' ἕτερον ἡμῖν ἐξηγεῖται τρόπον ὁ μακάριος Ἡσαΐας, καὶ ἐὰν γένηται, φησὶ, ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. λόγον γὰρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει ὁ Θεὸς, ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. ἀλλ' εἴτ' οὖν ὧδε νοοῖτο τυχὸν, εἴτε καὶ ἑτέρως, πολὺς, καὶ ἀναρίθμητος ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ψάμμοις ταῖς ἐναλίαις ἰσομέτρως ἔχων, οὐ πολὺς αὐτῶν παρὰ Θεῷ λόγος, δυσσεβεῖν ᾑρημένων· καίτοι ἑνὸς δικαίου καὶ εὐσεβοῦς, καὶ ἀγάπης τῆς περὶ αὐτὸν, καὶ φειδοῦς ἐκκρίτως ἠξιωμένου. ἐπιβλέπει γοῦν καὶ ἐφ' ἕνα ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἀπόχρη τοῦτο τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐπιεικέσι, καὶ δεδιόσιν αὐτὸν, καὶ γνησίως δουλεύουσιν. ἀλλὰ καὶ ἑτέρους εἰσὶν ὠφελεῖν οἷοί τε, καὶ προσηκεκρουκότας ἀπαλλάττειν τῆς ἐπηρτημένης ἔσθ' ὅτε ποινῆς. λάβοις δ' ἂν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τοιοῦδε πράγματος τοὺς ἐπὶ τοῖς Σοδομίταις λόγους. ὅτε καὶ αὐτοῖς ἐπηγγέλλετο τὴν διὰ πυρὸς δίκην ὁ παντοκράτωρ Θεὸς, πέντε μόνων ἐν αὐτοῖς δικαίων εὑρημένων. καὶ γοῦν ἐσώζετο Λὼτ, ὁμοῦ γυναικὶ, καὶ τέκνοις. καὶ τί πέντε λέγω δικαίους, καὶ ἀγαθούς; ὅπου καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ὀργὴν ἐπαρτήσας, περιδράμετε, φησὶ, ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἐὰν εὕρητε ἄνδρα, εἰ ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει κύριος. συνίης οὖν ὅπως καὶ ἑνὸς ἀντέχεται δικαίου, καὶ πόλεως ὅλης ὑπερευχόμενον οὐ περιορᾷ· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῷ λόγος καὶ ἀναριθμήτου πλήθους, ὡς ἔφην, εἰ ὁρῷτο βέβηλος, καὶ ἀπονεύσασα πρὸς τὸ φαῦλον, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἀχρείως ἐνειλημμένη.

Καὶ ἔσται, ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, κληθήσονται καὶ αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος.

Ἐγγὺς δὴ σφόδρα ταῖς ἀποτομωτάταις ὀργαῖς τῶν ἀνιαρῶν ἡ λύσις, καὶ τῶν σκυθρωπῶν τὸ πέρας, ὅσον ἥκει εἰς λόγους, οὐ μακράν. ὅτι μὲν γὰρ ἔσται κατὰ καιροὺς ἀπόβλητος ὁ Ἰσραὴλ, προκαταμεμήνυκεν ἐναργῶς, διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων. ὅτι δὲ οὐκ εἰσάπαν ἐκρίπτεται, καὶ ἀπολεῖται παντελῶς, ἀλλ' ἔσται τις αὐτοῖς τῆς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναδρομῆς ὁ καιρὸς, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀνάληψις, διὰ πίστεως δηλαδὴ τῆς εἰς Χριστὸν, πεπληρω-

φόρηκε πάλιν. ἔδει γὰρ ἔδει τοὺς προφητικῶν μέλλοντας ἀκούσεσθαι λόγων, ὅλον εἰδέναι σαφῶς τὸ μυστήριον, καὶ τοὺς τῆς θείας οἰκονομίας μὴ ἀγνοῆσαι τρόπους. ἔσται τοίνυν, φησὶν, ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, καὶ αὐτοὶ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος. τὸ, ἐν τῷ τόπῳ, τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν, φέρε λέγωμεν ἀκριβῶς. γεγόνασι μὲν γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτοι κατὰ καιρούς, καὶ εἰς τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀπεκομίσθησαν γῆν. ἀλλ' ἦσαν ἐκεῖ κλαίοντες, καὶ οἰμώζοντες περὶ τὸν νόμον, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς ἐποίει λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ. ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. ἔφη δὲ πάλιν. πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; ἀλλ' ὑπονοστήσαντες εἰς Ἱεροσόλυμα, Θεοῦ κατοικτείραντος, οὐδὲν ἧττον ἦσάν τε, καὶ ὠνομάζοντο λαὸς Θεοῦ, καὶ διετέλουν ἐν εὐημερίαις λατρεύοντες ἐλευθέρως, καὶ τὰς κατὰ νόμον τελοῦντες θυσίας. οὐ γὰρ ἐξῆν ὅλως ἑτέρωσε ἀποπληροῦν τὰ διωρισμένα, ἀλλ' ἐν μόνοις τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῷ ναῷ, σαφῶς τοῦ διὰ Μωσέως παρεγγυῶντος νόμου. πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἀνενέγκῃς τὰ ὁλοκαυτώματά σου, ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ Θεός σου, ἐκεῖ ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ οἴσεις τὰ ὁλοκαυτώματά σου. οὐκοῦν ὑποστρέφοντες κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὴν τῶν ἀλλοφύλων καταλιμπάνοντες γῆν, πάλιν ἐπλήρουν τὰ νενομισμένα διὰ Μωσέως, ἐχρημάτιζόν τε λαὸς Θεοῦ. μετὰ δέ γε τὸν τοῦ σωτῆρος σταυρὸν, καὶ τὴν γενομένην αὐτοῖς πολιορκίαν τε καὶ πόρθησιν, ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν πόλεσί τε, καὶ χώραις πανοικὶ διεσπάρησαν. πῶς οὖν ἔσονται κατὰ καιρὸν εἰς λαὸν Θεοῦ; ἆρα δὴ πάλιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὑπονοστήσαντες, καὶ ἐν τῷ ναῷ συνηγμένοι; ἤγουν ἐν ἐκείνοις ὄντες τοῖς τόποις, ἔνθαπερ εἶεν ἂν ἕκαστοι κατεσκεδασμένοι; τί φησιν ὁ προφήτης; ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, καὶ αὐτοὶ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος. ἀπώλισθον μὲν γὰρ τοῦ εἶναι λαὸς Θεοῦ, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διεσπάρησαν χώραις, ὃ καὶ εἰς δεῦρο σωζόμενον κατίδοι τις ἄν. ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόβλητος Ἰσραὴλ, εἰς υἱοὺς παραδεχθήσεται Θεοῦ, καίτοι διατρίβων ἐν τόποις, ἔνθαπερ ἂν εἶεν, καὶ διεσπαρμένος τυχόν. τὸ γὰρ ἀναγκάζον οὐδὲν ἀναβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ἐν λίθοις ἔτι ζητῆσαι ναόν. ὅτι μηδὲ τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι τιμήσει Θεόν,

rursum certò pollicetur. Debebant enim, debebant propheticos sermones audituri totum mysterium probè perspicuéque cognoscere, & diuinæ œconomiæ modos non ignorare. [Erit igitur, inquit, in loco, vbi dictum est illis, Non populus meus vos, & ipsi vocabuntur filii Dei viuentis.] Illud, *in loco*, quid sibi velit, age enucleemus. Fuerunt enim Israelitæ aliquando captiui facti, & in Assyriam translati, vbi flebant, & lamentabantur in pratis, id quod nobis manifestè indicat beatus Dauid. [Super flumen Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.] Et iterum, [quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?] Verùm Deo miserante Hierosolymam reuersi, æquè vt olim erant, & vocabantur Populus Dei, in continua fœlicitate viuebant, liberè Deum colentes, legitimáque sacrificia peragentes. Non enim alibi vspiam, præterquam Hierosolymis, & in templo constituta præstare licebat, lege per Mosen planis verbis hortante. [Attende tibi, ne offeras holocausto-mata tua, nisi in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ibi inuocetur nomen eius. Eo conferes holocausta tua.] Vnde tempore suo, alienigenarum regione relicta Hierosolymam reuersi, rursus per Mosen sancita factitabant, & Populus Dei vocabantur. Post crucem autem Saluatoris nostri, obsidionémque & euersionem, per gentium vrbes atque prouincias totis cum familiis dispersi sunt. Quomodo igitur erunt aliquando Populus Dei? Num Hierosolymam denuo reuersi, & in templo congregati? an versantes in illis locis, in quæ singuli dispersi fuerint? Quid ait Propheta? [in loco, vbi dictum est illis, non Populus meus vos, & ipsi vocabuntur filii Dei viuentis.] Deciderunt enim de gradu, in quo erant Populus Dei, & per gentium terras dispersi sunt, quod hucusque seruatum animaduerti potest. Cæterùm extremis seculi temporibus, [quando plenitudo gentium intrauerit,] tunc sanè tunc & ipse abiectus Israel in filios Dei cooptabitur, quanquam commorans in locis vbi vixerit, & inuentus fortè fuerit. Nihil enim coget ascendere Hierosolymam, & lapideum adhuc templum quærere. Quoniam neque moribus veteribus colet Deum,

Psal. [illegible] Deut. [illegible] Rom. [illegible]

boum, inquam, sacrificiis, & ouium mactationibus: verum modus religionis ipsorum erit fides in Christum, & eius diuina mandata, & sanctificatio in spiritu, & per sacrum baptisma regeneratio, adoptionis filiorum gloriam sanctis ipsis ad hoc à Deo vocatis concilians.

Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel simul, & ponent sibi principatum vnum, & ascendent de terra, quoniam magnus dies Iezrael.

IX. Et hæc euenisse historicè, & spiritualiter constat. Erant enim in finibus Persarum, & Medorum quique è Samaria bello capti fuerant, hoc est, Israel, quique ex Hierosolymis, hoc est, Iudas, & Beniamin. At postquam Cyrus Cambysæ filius Babylone subacta Persarum imperium adeptus, libertate Israel, & Iudam donauit, domúmque redire vnà cum vasis sacris iussit, Hierosolymam venerunt, nec iam dispersi habitarunt, sicut antequam captiui abducerentur; nec vtrique sua regna habuerunt. Omnes quippe concorditer solam Hierusalem incolebant, duce ac Principe tunc Zorobabele, Salathielis filio, qui erat de tribu Iuda, & sacerdotio summo fungente Iesu filio Iosedech, quando & templum diuinum instaurabant, & rem familiarem sedulò curabant. Inquit igitur, [Congregabuntur filii Iuda, & filii Hierusalem simul, & constituent sibi principatum vnum, & ascendent de terra;] vt alienigenarum regionem intelligas, in quam captiui abducti sunt. Iam illud, [quia magnus dies Iezrael,] cum historia non consentit. Itaque ibi dicimus Israelem vocatum iri Populum Dei, quamuis propter impietatem longè maximam vocatus sit Non populus, vt iam docuimus. Tunc congregabuntur ipsi, & filii Iuda, hoc est, omnis deinceps in extremis temporibus Iudæorum inuenta multitudo. Et omnes sub vno principatu erunt, hoc est, Christi. Tale quid etiam per Ezechielem prænuntiauit vniuersorum Deus, de Christo dicens, [Et suscitabo super eos pastorē vnum, & pascet eos, & seruum meum Dauid, & erit eorum pastor.] Dauid appellat ex semine Dauid Christum natum secundum carnem. Quare vocato iam gentium grege, tandem Israel introducetur, & vnum principatum omnes agnoscent.

Ezech. 34

A βουθυσίαις δὲ λέγω, καὶ προβάτων σφαγαῖς. ἀλλ' ὁ τῆς λατρείας αὐτοῖς ἔσται τρόπος πίστις εἰς Χριστόν, καὶ τὰ αὐτοῦ διατάγματα, καὶ ἁγιασμὸς ὁ ἐν πνεύματι. καὶ ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀναγέννησις, τῆς υἱοθεσίας περιποιοῦσα τὴν δόξαν, τοῖς αὐτοῖς ἁγίοις κεκλημένοις εἰς τοῦτο παρὰ κυρίου.

Καὶ συναχθήσονται υἱοὶ Ἰούδα, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν, καὶ ἀναβήσονται ἐκ τῆς γῆς, ὅτι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραέλ.

B Καὶ τούτοις πέρας ἐκβεβηκὸς εὑρήσομεν ἱστορικῶς τε, καὶ πνευματικῶς. ἦσαν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὁρίοις Περσῶν τε, καὶ Μήδων οἵ τε ἐκ τῆς Σαμαρείας δορυάλωτοι γεγονότες, τουτέστιν, ὁ Ἰσραήλ, καὶ αὐτοὶ δὲ πρὸς τούτοις, οἱ ἐκ τῆς Ἱερουσαλήμ, τουτέστιν Ἰούδας, καὶ Βενιαμίν. ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ὁ Καμβύσου τὴν Βαβυλῶνα ἑλών, καὶ τὸ Περσῶν κράτος εἰς ἑαυτὸν μεταστήσας, ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας τόν τε Ἰσραήλ, καὶ τὸν Ἰούδαν, οἴκοι τε ἰέναι προστέταχεν C ὁμοῦ τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱεροῖς, ἀφίκοντο μὲν εἰς Ἱεροσόλυμα, κατῳκήκασι δὲ λοιπὸν οὐκ ἔτι διῃρημένως, καθὰ καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας οὔτε μὴν ἰδίους ἕκαστοι βασιλέας ἐσχήκασι. διῆγον δὲ πάντες ἐν ὁμοψυχίᾳ κατὰ μόνην τὴν Ἱερουσαλήμ, ἡγουμένου τοῦ τηνικάδε Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιήλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ ἱερατεύοντος Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ, τοῦ μεγάλου, ὅτε καὶ τὸν θεῖον ἀνεδείματο ναόν· καὶ τῶν εἰς τὸν οἶκον εἴχοντο σπουδασμάτων. συναχθήσονται τοίνυν, φησίν, οἱ υἱοὶ Ἰούδα, καὶ οἱ υἱοὶ D Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν, καὶ ἀναβήσονται ἐκ τῆς γῆς. ἵνα τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐννοῇς, εἰς ἣν καὶ ἀπεκομίσθησαν αἰχμάλωτοι γεγονότες. τὸ δέ, ὅτι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραέλ, τῷ τῆς ἱστορίας οὐχ ἁρμόζει λόγῳ. οὐκοῦν ἐκεῖ φαμὲν ὅτι κεκλήσεται λαὸς Θεοῦ ὁ Ἰσραήλ, καίτοι διὰ πλείστην ὅσην δυσσέβειαν ὠνομασμένος οὐ λαός, καθάπερ ἤδη προείπομεν. τότε συναχθήσονται αὐτοί τε, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰούδα, τουτέστι, πᾶσα λοιπὸν ἡ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τῶν Ἰουδαίων εὑ-E ρισκομένη πληθύς. καὶ ὑπὸ μίαν ἔσονται πάντες ἀρχήν, τουτέστι, Χριστόν. καίτοι τοιοῦτον δὲ διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ προανατεφώνηκε λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περὶ Χριστοῦ. καὶ ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα, καὶ ποιμανεῖ αὐτούς, τὸν δοῦλόν μου Δαβίδ, καὶ ἔσται αὐτῶν ποιμήν. ὀνομάζει δὲ Δαβὶδ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεγονότα κατὰ σάρκα, Χριστόν. οὐκοῦν κεκλημένης ἤδη τῆς τῶν ἐθνῶν ἀγέλης, εἰσκομισθήσεται τελευταῖος ὁ Ἰσραήλ, καὶ ὑπὸ μίαν ἔσονται πάντες ἀρχήν.

A Καὶ ἀναβήσονται φησὶν ἐκ τῆς γῆς. δηλοῖ δ' οἶμαι τοῖς νοοῦσιν ὀρθῶς. ἢ ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως οἱ τὸν τοῦ Σωτῆρος προσιέμενοι ζυγὸν, ἀποστήσονται λοιπὸν τοῦ φρονεῖν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀμείνους ἔσονται φρονήματος σαρκικοῦ (τοιοῦτοι γὰρ πάντες οἱ ὑπὸ Χριστῷ γεγονότες, καὶ πιστώσεται λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ· ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. καὶ μὴν καὶ ὁ Παῦλος· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις) ἤγουν, ὅτι τεύξονται καὶ αὐτοὶ B τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. ἔφη γάρ που καὶ ὁ Χριστός· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται. καίτοι, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον εἰπεῖν. οἱ γὰρ μὴ πιστεύοντες, εἰπέ μοι, μενοῦσι νεκροὶ, οὐκ ἀναβήσονται δὲ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ; ποῖον οὖν ἄρα τοῖς πεπιστευκόσι τὸ περιττὸν, αὐτὸς ἡμῖν ὑπέδειξεν ὁ Σωτὴρ, οὕτω λέγων· ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ ἀπολέσῃ. ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. οὐκοῦν, ἀναστήσονται μὲν ἅπαντες, πονηροί τε καὶ ἀγαθοί. ἀλλ' C οὐ πάντες ἕξουσι τὸ περιττόν. οἱ μὲν γὰρ οὐκ ὄντες Χριστοῦ, διὰ τὸ τοῖς τῆς ἀπειθείας ἐγκλήμασιν ἐνειλημμένοις ὁρᾶσθαι, θανάτου χαλεπωτέραν τὴν ἐν τελευταίοις ἕξουσι ζωήν. ἀποτίσουσι γὰρ λόγους καὶ τῶν ἐπταισμένων, καὶ τῆς ἀπειθείας. οἱ δέ γε ὄντες αὐτοῦ, καὶ ὅσοι τὴν πνεύματος οἰκειότητα τὴν πρὸς Θεὸν πεπλουτηκότες, καὶ ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους, πρὸς τῇ ἀναστάσει τῇ κοινῇ, καὶ τῷ παλινδρομῆσαι πρὸς ζωὴν, πάντη τε, καὶ πάντως ἕξουσι τὰ ἑπόμενα, τουτέστι, τὰ δῶρα, τὰς τιμὰς, τοὺς στεφά- D νους, τὰς ἀμοιβὰς, τὴν λαμπρότητα. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος, ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα· οἱ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. ἀναβήσονται τοίνυν, φησὶ, ἀπὸ τῆς γῆς, τουτέστι, τὴν τῶν ἁγίων καὶ αὐτοὶ ζήσονται ζωὴν, ὅτι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραέλ. μεγάλη γὰρ ὄντως ἡ ἡμέρα Χριστοῦ, καθ' E ἣν ἀπαλλάξας ἐγερεῖ τοὺς νεκρούς. καὶ καταβήσεται μὲν ἐξ οὐρανοῦ, καθίσει δὲ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ. καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις, ἡμέραν νοεῖν τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, καθ' ὃν ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτημάτων δέδοτο παρὰ Χριστοῦ, Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκόσι, κατευθὺ καὶ ἐπὶ τῆς ἀληθείας βαδιεῖται λόγων. οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τὸν καιρὸν ὑποφαίνει λέγων· αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.

[Et ascendent de terra, inquit.] quod rectè intelligentibus, opinor, significat aut qui iugum Saluatoris admiserunt, de cętero omnimodis desituros terrena sapere, & prudentia carnis superiores fore (tales enim omnes, qui Christo se subiecerunt; & fidem faciet B. Dauid. [Quia Dei fortes terræ vehementer eleuati sunt.] (Psal. 46) Quin & Paulus. [Qui autē sunt Christi Iesu, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.] (Gal. 5) aut certè & ipsos resurrectione mortuorum potituros. Dixit enim alicubi etiam Christus. [Amen dico vobis, quia omnis qui credit in me, etiāsi mortuus fuerit, viuet.] (Ioan. 11) Quod si coactus ita obiicias: At enim, non credentes, dic mihi, manebunt mortui, nec cum aliis ascendent? Ipse Saluator, quid amplius habituri sint, qui crediderunt, nobis demonstrauit, ita loquens, [fur non venit nisi vt furetur, & perdat: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeāt.] Quāobrem resurgent quidem omnes, probi & improbi: sed non omnes habebunt illud *abundantius*. Qui enim non sunt Christi, quos infidelitatis sceleribus inuolutos constat, in extremis vitā morte duriorem habebunt. Rationem enim & commissorum, & infidelitatis reddent. Qui autem sunt eius, quique spirituali cum Deo amicitia locupletati sunt, & morum integritate præstant, præter cōmunem resurrectionem, & reditum in vitam, planè habebunt quæ cōsequuntur, hoc est, dona, honores, coronas, remunerationes, claritatem, quod Paulus testificatur. [Ecce mysterium ego vobis dico. Omnes quidem non dormiemus, omnes autē immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur.] (1. Cor. 15) Inquit igitur, [ascēdēt de terra.] Hoc est, sanctorū vitā & ipsi viuēt, [quia magnus dies Iezrael.] Magnus enim reuera dies Christi, quo omnes vita functos excitabit. Et descēdet quidē de cęlo: sedebit autē super throno gloriæ suæ, [& reddet vnicuiq; iuxta opera sua.] (Matth. 16) quod si quis per diē intelligere malit tēpus aduētus, quo remissio peccatorū tributa est à Christo Græcis, & Iudæis, & qui in ipsū peccauerunt, etiā hic à via veritatis non aberrabit. Nam & Dauid sic de tempore aduentus loquens ait. [Hæc dies, quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.] (Psal. 117)

CAPVT SECVNDVM. A ΚΕΦΑΛ. β.

Dicite fratri vestro, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiã consecuta.

X. DICTIS ista subiicere omnino oportuit. Postquam enim dixit, sub vno principatu omnes futuros, nemine in posterum ad discordiam dirimente ac diuellente, potius animorum consensione dominante, & ad vnionem in spiritu fidei in Christum, omnes colligente, de cætero necessario spiritus iussit, fide iam præditos, & sub Christum subiunctos, non amplius studium pacis erga illos repellere, qui iure vocati sint Populus meus, & misericordiam cõsecuta. Postquam enim semel Israel susceptus est, remissionémque impetrauit, & ad Christum se adiunxit, quo pacto adhuc dissidere, & non potius in concordia perstare, in vno spiritu adoptionis filiorum Dei ad fraternitatem vocatos consentaneum fuit? Inquit ergo, O qui fide in Christum illuminati, germanorúmque filiorum gloriam sortiti estis, fratri vestro, qui quondam meritò, Non populus meus vocabatur, dicite tandem, Populus meus: Et sorori vestræ, quę Nõ misericordiam consecuta, dicite, Misericordiam consecuta. Subiecti enim cum Domino sententiis congruere videantur necesse est; & eadem velle quæ pater, ii, qui in vnitatem filiorũ per gratiam vocati sunt: & lætari magis, saluatas esse reliquias Israel & qui olim propter magnam incredulitatem reiecti fuerãt, nunc admissos, & de cætero sanctificatos esse in Christo, per quem, & cum quo Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen.

Εἴπατε τῷ ἀδελφῷ ὑμῶν, λαός μου, καὶ τῇ ἀδελφῇ ὑμῶν, ἠλεημένη.

Ἀναγκαίως σφόδρα τοῖς ἤδη προειρημένοις ἐπιφέρει καὶ ταῦτα. ἐπεὶ γὰρ εἰρήκει, ὡς ὑπὸ μίαν ἔσονται πάντες ἀρχὴν, οὐδενός ἔτι διατειχίζοντος, ἢ διατέμνοντος εἰς διχόνοιαν. κρατούσης δὲ μᾶλλον ὁμοψυχίας, καὶ εἰς ἑνότητα τὴν ἐν πνεύματι συλλεγούσης ἀπάντας τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, λοιπὸν ἀναγκαίως τὸ πνεῦμα προστέταχε τοῖς ἤδη τῇ πίστει πεπλουτηκόσι, καὶ γεγενόσιν ὑπὸ Χριστῷ, μηκέτι τὴν πρὸς ἐκείνους εἰρήνην ἀποσείεσθαι φιλεῖν, οἳ δικαίως κέκληνται ὁ λαός μου, καὶ ἠλεημένη. εἰσδεδεγμένου γὰρ ἅπαξ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ κομισαμένου τὴν ἄφεσιν, καὶ γεγονότος ὑπὸ Χριστῷ, πῶς ἦν ἀκόλουθον διχονοεῖν ἔτι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐν ὁμονοίᾳ διατελεῖν τοὺς ἑνὶ τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι κεκλημένους εἰς ἀδελφότητα; ὦ τοίνυν, φησὶν, οἱ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ἐκλελαμπρυσμένοι, καὶ τὰ τῆς γνησιότητος λαχόντες αὐχήματα, τῷ ἀδελφῷ ὑμῶν, τῷ πάλαι δικαίως οὐ λαός μου κεκλημένῳ, λέγετε λοιπὸν τὸ λαός μου· καὶ τῇ ἀδελφῇ ὑμῶν, τῇ οὐκ ἠλεημένῃ, λέγετε τὸ, ἠλεημένη. καὶ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον, συμφέρειν τῷ δεσπότῃ τοὺς ὑπὸ χεῖρα φαίνεσθαι λαοὺς, καὶ ταὐτὰ βούλεσθαι τῷ πατρὶ, τοὺς εἰς ἑνότητα κεκλημένους διὰ τῆς χάριτος· ἥδεσθαί τε μᾶλλον, ὅτι σέσωσται τὸ κατάλειμμα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ πάλαι διὰ πολλὴν ἀπείθειαν ἀπερριμμένοι, νῦν γεγόνασι δεκτοὶ, καὶ ἡγιασμένοι λοιπὸν ἐν Χριστῷ. δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Tom II. *Litigate cum matre vestra, litigate, quia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.*

XI. Cũ prius dixisset, reiectũ iri Israel, nec immeritò, & insuper vocatũ iri Nõ populum: quin etiã multitudinem Domini interfectricẽ fore omnino Absq. misericordia, & iure optimo: deinde statim subiunxisset, vltimis seculi tẽporibus futurã conuersionem per fidem in Christũ, cùm diceret, [& congregabuntur filii Iuda, & filii Israel simul, & constituent sibi principatũ vnum,] totámque à principio vsque ad finem œconomiam enarrasset, transit iam in his ad detegenda crimina eorum,

Κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, καὶ ἐγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς.

Προειρηκὼς, ὅτι καὶ ἀπόβλητος ἔσται δικαίως ὁ Ἰσραὴλ, κεκλήσεται δὲ πρὸς τούτῳ καὶ οὐ λαός· καὶ μὴν ὅτι καὶ ἡ πληθὺς ἡ κυριοκτόνος ἔσται δήπου πάντως οὐκ ἠλεημένη, καὶ σφόδρα εἰκότως· εἶτα τούτοις ἐπενεγκὼν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, τὴν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐσομένην ἐπιστροφὴν διὰ πίστεως εἰς Χριστὸν, διά γε τοῦ φάναι, καὶ συναχθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰούδα, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν, ἀπ' αὐτῆς τε αὐτῆς ἀρχῆς μέχρι τέλους τὴν οἰκονομίαν ἀφηγησάμενος, μέτεισι λοιπὸν ἐν τούτοις ἐπὶ τὸ γυμνοῦν τὰ ἐξ-

κλήματα τῶν ὁσίως ἀποβεβλημένων. καὶ τὰ ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐκεῖνα παθεῖν συμβέβηκεν, εἰς μέσον ἄγει σαφῶς. Τοιγάρτοι, φησὶ, πρὸς τοὺς ἠλεημένους μὲν, καὶ εἰσδεδεγμένους, καὶ εἰς λαὸν γεγονότας Θεοῦ, πλὴν οἷά τινος πόρνης ἐκπεφυκότας τῆς συναγωγῆς, κρίθητε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κρίθητε. εἰ γὰρ δὴ βούλεσθε, φησὶν, ἀναμαθεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς οὐ λαός μου, καὶ οὐκ ἠλεημένοι γεγόνατέ τε, καὶ κέκλησθε κατά γε τοὺς χρόνους τοὺς πρὸ τῆς ἐπιστροφῆς, οὐκ ἐμὲ γεγονότα περὶ ὑμᾶς ἀπηνῆ, καὶ ὀλιγωροῦν εἰς φιλοστοργίαν εὑρήσετε. κρίθητε δὲ πρὸς τὴν ἑαυτῶν μητέρα, ὅτι μὴ σέσωκεν ἀγάπης τῆς εἰς ἐμὲ τὸ γνήσιον, ἠρνήσατο δὲ τὴν οἰκειότητα καὶ ὀλίγου που παντελῶς ἠξίωσε λόγου, τῆς πρὸς ἐμὲ πνευματικῆς κοινωνίας τὴν καθαρότητα· οὐκ ἠθέλησέ τε τοὺς τῶν ἐμῶν θελημάτων ὠδίνειν καρπούς. αὕτη γέγονεν οὐ γυνή μου, κἀγὼ διὰ τοῦτο λοιπὸν οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. οὐκ ἐμοὶ τέτοκεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἑτέροις. ἢ γὰρ ἂν ἐπέγνων τοὺς ἐμούς. οὐ βραδὺς εἰς ἔλεον ὁ φύσει πατήρ· ὀκνηρὸς δὲ εἶναι χρηστὸς ἐπὶ νόθῃ γονῇ. καὶ ταῦτα μὲν ἴσως φαίη τις ἂν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. λογιεῖται δὲ αὖ, καὶ περινοήσει καλῶς, ὅτι τετραμμένης τῆς συναγωγῆς εἰς ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων λατρείαν ᾑρημένης, μόνον δὲ οὐχὶ πόρνης δίκην ἁπλούσης αὐτοῖς τὰ σκέλη, γεγόνασιν οἱ ἐξ αὐτῆς οὔτε φιλόθεοι καθαρῶς, καὶ ἐρηρεισμένως, οὔτε μὴν ἐπιεικεῖς τοὺς τρόπους· ἐντεθραμμένοι δὲ μᾶλλον τοῖς ἤθεσι τῶν γεγεννηκότων, ἀφυλάκτως ᾔεσαν ἐπὶ τὰ λυποῦντα Θεόν· τοῦτο μὲν θύοντές τῷ Βάαλ, καὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς· τοῦτο δὲ καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας ἀπερισκέπτως διαθέοντες. αἰτιάσονται δὲ, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὴν ἑαυτῶν μητέρα, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν φιλάρετόν τε, καὶ πάναγνον ἀληθῶς δεσπότην, ὃς σύνοικον ἔχειν οὐκ ἀξιοῖ τὴν πεπορνευμένην. νοητὸς δὲ πάντως τῆς πορνείας ὁ τρόπος, κἂν εἰ λαλοῖτο σωματικῶς.

Καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ἐκ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου μαστῶν αὐτῆς, ὅπως ἂν ἐκδύσω αὐτὴν γυμνὴν, καὶ ἀποκαταστήσω αὐτὴν καθὼς ἡμέρα γενέσεως αὐτῆς.

Τοῖς ἀπὸ γνώμης ἰδίας οὐκ ἐπιστρέφουσι πρὸς Θεὸν, οὔτε μὴν ἀνεχομένοις τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν, ἀλλὰ τοῖς οὐκ οἶδ' ὅπως τετιμημένης αὐτοῖς φαυλότητος ἀπρὶξ ἡμμένοις, ποινὴ καὶ κόλασις ἐπινοεῖται. τίς; ἐφ' ὅσον ἦν ἄμεινον ἐξ ἰδίας

A qui iustè reiecti fuerunt, & quorum causa ea pati ipsos contigerit, in medium perspicuè adducit. Proinde ait ad misericordiam consecutos, & receptos, & populum Dei factos, nihilominus ex synagoga tanquam ex fornicaria quadam natos, [litigate cum matre vestra, litigate.] Si enim causam vultis nosse, inquit, quare non Populus meus, & Absque misericordia fueritis, & vocati sitis ante conB uersionem, non me in vos inclementem, & ab amore vestri abhorrentem inuenietis. Litigate autem cum matre vestra, quoniam germanam erga me charitatem non seruauit, & familiaritatem abnegauit, & puritatem spiritualis mecum communionis minimi duxit: nec voluit voluntatum mearum fructus parere. Ipsa non fuit vxor mea, & ego deinceps non vir eius. Non illa vos mihi, sed aliis peperit. Certè enim agnouissem meos. Non est tardus ad miserendum naturâ pater: at in proC lem non legitimam cunctantior eius lenitas. Atque ista forsitan tanquam ex persona Dei dicuntur. Cogitabit quispiam, & animo voluet rursum, idque non malè, synagoga ad defectionem à Deo conuersa, & dæmonum cultu suscepto, & illis tantum non meretricis instar cruribus diuaricatis, natos ex ea neque sincerè atque constanter Deum amasse, neque bonis moribus fuisse: quin potius parentum moribus educatos, sine pudore Deo D displicentia factitasse, partim Baal, & vitulis aureis sacrificantes: partim etiam in omne genus impuritatis per præceps abeuntes. Iustissimè autem matrem suam accusabunt magis, quàm virtutis amantem veréque castissimum Dominum, qui fornicatione contaminatam contubernalem pati refugit. Est porrò modus fornicationis spiritualis planè, quamuis vt de corporea sermo habeatur.

E *Et auferam fornicationem eius à facie mea, & adulterium eius de medio uberum illius, vt exuã eam nudam, & restituam eam sicut dies natiuitatis eius.*

XII. Qui à voluntate sua ad Deũ se nõ cõuertunt, nec adduci possunt, vt quæ illi placent exsequantur, verùm in flagitiis suis (quæ nescio quomodo suspiciunt) pertinaciter hærent, iis pœna suppliciũque proponitur. Quodnam illud? vt ad quod se sponte sua accommodare

A melius fuerat, ad hoc ipsum, tanquam ex necessitate, & timore se transferant. Sicut enim vulnera corporum sanatu difficilia, & intractabilia, nisi medicamentorum virtuti cedentia mutationem ad sanitatem admittant, aut ferro secantur, peritia medicorum hunc auxilii modum suadente; aut certè igni vincuntur; ita & hominis anima, ad desciscendum à probitate perquam prona, nisi vocibus admonentium locum reliquerit, & à B turpitudine ad honestatem transire instituerit, pœnis vincitur, & supplicii laqueis implicata, velit nolit conuertitur. Quale est quod apud Hieremiam legimus, [dolore, & flagello erudieris Hierusalem.] Simile quid psallit & beatus Dauid de iis, quibus volupe est in peccata ruere: [In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.] Asperas enim, & adhuc rudes animantes pro arbitrio suo domitores C frænis circumagunt: similiter peccatis deditos Deus ad eorum vtilitatem tractat. Quocirca consilium dabant synagogæ Prophetæ, & iusti, vti se ab idolorum cultu remoueret, & ab errore, nescio vndè inuento, & introducto se contineret. Neque hi tantùm, sed etiam ipse Deus minabatur, fœdissimis eos se malis exagitaturum, nisi mutata mente ad cogitanda, & facienda quæ ipsi grata, & amica essent, regrederentur. Illi verò adhuc D asperi, & indomiti, & animo præfracto erant. Quare bello capti apud Assyrios, & Medos perdiu vixerunt. Vbi cùm essent, & iugo seruitutis grauarentur, vitulis illi quidem non amplius rem diuinam faciebant (qui enim, aut vnde facerent, qui malis premebantur ineuitabilibus?) sed neque ipsius Baal opem implorabant; quin suas potius calamitates assiduò lamentabantur. Hoc igitur est, quod E vniuersorum Dominus ait, [auferam fornicationem eius à facie mea, & adulterium eius de medio vberum eius.] Abibit enim captiua, inquit, nec videbo in posterum sacrificantem Baal: nec vitulis aureis vltra offerentem holocausta: & præ multa superbia tantum non etiam amatoribus suis vbera nudantem. Lætabor potius super mœsta, & afflicta, & ærumnis circumuentà grauissimis in terra non sua, ferocibúsque & acerbis dominis seruiente,

Hiere. 6.

Psal. 31.

A φέρεσθαι γνώμης, ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μεταπεθῶσι λοιπὸν, ὡς ἐξ ἀνάγκης, καὶ φόβου. ὥσπερ γὰρ ἔσθ' ὅπου τῶν ἐν τοῖς σώμασι τραυμάτων τὰ δυσχερῆ, καὶ δυσμεταχείριστα, κἂν εἰ μὴ ταῖς τῶν φαρμάκων δυνάμεσιν εἴκοντα δέχοιντό τινα τὴν εἰς τὸ ἄμεινον μεταβολὴν, ἢ σιδήρῳ τέμνεται, τῆς τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίας εἰς τοῦτο καλούσης τῆς ἐπικουρίας τὸν τρόπον, ἤγουν νικᾶται πυρί· οὕτω καὶ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ πολὺ διακινδυνεύσασα πρὸς ἀπόστασιν τὴν ἐξ ἀγαB θῶν, κἂν εἰ μὴ ταῖς τῶν νουθετούντων εἴκοι φωναῖς, μήτε μὴν ἕλοιτο μεταφοιτᾶν ἐκ τῶν αἰσχρόνων ἐπὶ τὸ ἄμεινον, νικᾶται ταῖς δίκαις, καὶ τοῖς τῆς κολάσεως ἐναλοῦσα βρόχοις, ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἐπιστροφήν· ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου. πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ Ἱερουσαλήμ. ψάλλει δὲ ὅμοιόν τι καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, περὶ τῶν ἠγαπηκότων τὸ πολὺ δὴ λίαν ἀγκαλίζεσθαι πρὸς τὸ πλημμελεῖν. ἐν κημῷ, καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. τὰ γάρ τοι σκληρά τε C καὶ ἀστοιχείωτα τῶν ἀλόγων ζώων χαλινοῖς περιτρέπουσιν εἰς ὃ ἂν ἔχειν δοκοῖεν οἱ πωλοδαμνεῖν εἰωθότες· οὕτω καὶ Θεὸς χρησίμως προσφέρεται τοῖς φιλαμαρτήμοσιν. ἐκεῖνοι συνεβούλευον μὲν τῇ συναγωγῇ προφῆται, καὶ δίκαιοι τῆς τῶν εἰδώλων ἀποφοιτῆσαι λατρείας, καὶ τῆς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐξευρηθείσης ἀποσχέσθαι πλάνης. καὶ οὐ μέχρι τούτων· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠπείλει Θεὸς ἐπιθήσειν αὐτοῖς τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν, εἰ μὴ ἕλοιντο παλινδρομεῖν εἰς τὸ φρονεῖν τε, καὶ δρᾶν τὰ αὐτῷ δοκοῦν-D τα, καὶ φίλα. οἱ δὲ ἦσαν ἔτι δεινοί τε, καὶ ἀτεράμονες, καὶ τὴν διάνοιαν ἀκαμπεῖς. ταύτῃ τοι δορυάλωτοι γεγονότες, εἰς Ἀσσυρίους, καὶ Μήδους μακροῖς διατετελέκασι χρόνοις. οὐ γεγονότες, καὶ τῷ τῆς δουλείας καταχθιζόμενοι ζυγῷ, ἔθυον μὲν ταῖς δαμάλεσιν οὐκέτι· πῶς γὰρ, ἢ πόθεν, οἱ δὲ ἦσαν ἐν ἀφύκτοις κακοῖς; ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν ἐπεκαλοῦντο τὸν Βαάλ. διετέλουν δὲ μᾶλλον, τὰς ἑαυτῶν ἀνοιμώζοντες συμφοράς. τοῦτό τοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων E δεσπότης. καὶ ἐξαρῶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ἐκ προσώπου μου, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῆς ἐκ μέσου μαστῶν αὐτῆς. οἰχήσεται γὰρ αἰχμάλωτος, φησὶ, καὶ οὐκ ὄψομαι θύουσαν ἔτι τῷ Βαάλ· οὔτε ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς ἔτι τελοῦσαν ὁλοκαυτώματα. καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβροψυχίας μονονουχὶ καὶ ἀπογυμνοῦσαν τοῖς ἰδίοις ἐρασταῖς τοὺς μαστούς. ἐφησθήσομαι δὲ μᾶλλον ὀδυνωμένῃ τε, καὶ ταλαιπωρουμένῃ, καὶ ἀνήκεστον ἐχούσῃ συμφορὰν, ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ ὑπὸ δεινοῖς, καὶ πικροῖς γεγενημένῃ δεσπόταις.

ἐποίσω δὲ ταῦτα, τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας ἀπογυμνώσας αὐτήν, καὶ ἀσχήμονα καταλελοιπώς, ὡς ἐν οἷς ἦν ἐν ἀρχαῖς ὁρᾶσθαι γεγυμνωμένην, ὅτε τὸν τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀχθοφοροῦσα ζυγὸν, γυμνὴ διετέλει τῆς παρ' ἐμοῦ χάριτός τε, καὶ ἀγάπης, καὶ σοφίας νομικῆς. οὐκοῦν εἰς ὑποστροφὴν, καὶ αὖθις ὥσπερ ἰοῦσα, πάλιν ἐν οἷς ἦν γέγονεν ἡ συναγωγή, τὴν μεταξὺ τιμήν τε, καὶ δόξαν ἐξ ἀμαθίας ζημιουμένη. τοῦτο καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδασκεν ὁ σωτὴρ, λέγων· ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. τότε λέγει, ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον. καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ. καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων· οὕτως ἔσται τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ. ἔτι μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διατρίβουσι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐνῴκησεν ὡς εἰδωλολάτραις τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, ἀλλ' ἐκβέβληται μεταξύ· κέκληνται γὰρ εἰς θεογνωσίαν διὰ Μωσέως. ἐπειδὴ δὲ γεγόνασι κυριοκτόνοι, καὶ μυρίοις ἐγκλήμασιν ἔνοχοι, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, δαιμονίων ἀγέλης, οὐχ ἑνὸς ἔτι μόνου κατοικούσης ἐν αὐτοῖς. τῆς γὰρ οὐρανίου χάριτος τὴν περιβολὴν ἀποβαλοῦσα ψυχὴ, πάντη τε, καὶ πάντως εὐάλωτος ἔσται τῷ σατανᾷ.

Inferam autem hæc priuatæ auxiliis meis, & relictæ in turpitudine, vt videre liceat constitutam in iis, in quibus fuit à principio, quando iugum Ægyptiæ tyrannidis portans, gratia mea, & dilectione, & legali sapientia destituta manebat. Itaque velut retro regressa synagoga, rursum fuit in quibus fuerat, medii temporis honore, & gloria propter suam stultitiam multata. Hoc nos & ipse Saluator docebat, cùm diceret. [Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui: & veniens inuenit vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc abit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ.] Adhuc enim in Ægypto commorantibus Israelitis spiritus nequam in ipsis, vt idololatris habitabat. Sed eiectus est postea: per Mosen enim ad cognitionem Dei vocati sunt. Postquam autem Dominum occiderunt, & mille se sceleribus obstrinxerunt, facta sunt illis nouissima peiora prioribus, non vno tantùm, sed grege dæmonum ipsos inhabitante. Anima enim cum cœlestis gratiæ munimentum abiecerit, facillimè à Satana capietur.

Matth. 12.

Καὶ θήσομαι αὐτὴν εἰς ἔρημον, καὶ τάξω αὐτὴν ὡς γῆν ἄνυδρον, καὶ ἀποκτενῶ αὐτὴν ἐν δίψει, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς οὐ μὴ ἐλεήσω, ὅτι τέκνα πορνείας ἐστίν· ὅτι ἐξεπόρνευσεν ἡ μήτηρ αὐτῶν, καὶ κατῄσχυνεν ἡ τεκοῦσα αὐτά.

Et ponam eam in desertum, & statuam eam sicut terram sine aqua, & occidam illam in siti: & filiorum eius non miserebor, quia filij fornicationis sunt: quia fornicata est mater ipsorum, & dedecorauit eos quæ peperit eos.

XIII

Ἄκαρπον ἔσεσθαί φησι τὴν πεπορνευμένην, ξηρὰν, καὶ ἀκανθοτόκον, διψάδα, καὶ ἄνυδρον, οὐχ ὑδάτων τάχα που τῶν γηΐνων ἐστερημένην, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ πιότητος, τουτέστι, τῆς διὰ τοῦ πνεύματος χορηγίας, ἣν ἑκάστῃ σοφῇ τε, καὶ ἀγαθῇ διανέμει ψυχῇ. ψάλλει γάρ που πρὸς Θεὸν, καί φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ. Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου. καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς, ὅτι παρά σοι πηγὴ ζωῆς. ἄξιοι δὲ τῆς οὕτω σεπτῆς, καὶ ἀμφιλαφοῦς χορηγίας εἶεν ἂν οἱ γνήσιοι, καὶ βεβιωκότες ὀρθῶς, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν προθέντες οὐδέν. τὴν δέ γε πεπορνευμένην ἄνυδρον γενήσεσθαι, καὶ μὴν καὶ ἐν

Sterilem fore ait fornicatricẽ, aridã, spinas parientẽ, siticulosam & inaquosã, haud terrenis, credo, aquis spoliatã: sed superna cœlestiq. pinguedine, hoc est, erogatione donorũ per spiritum, quæ, in quamlibet animã sapientẽ, ac bonã cõfert. Psallit enim quodã loco ad Dominũ B. Dauid, & ait, [filii autẽ hominũ in tegmine alarũ tuarũ sperabũt. Inebriabũtur ab vbertate domus tuę, & torrẽte voluptatis tuę potabis eos. quoniã apud te est fons vitæ.] Adeò autẽ venerãda, & larga erogatione digni cẽseri debẽt germani filii, qui cũ integritate vixerũt, diuinæque charitati nihil præposuerunt. Fornicariã autẽ inaquosã factã, & in siti

Psal. 35.

morituram affirmat. Atque hoc, ni fallor, est, quod per alios Prophetas de ipsa dicitur. Quidam enim sic. [Ecce dies venient, dicit Dominus, & emittam famem super terram, non famem panis, neque sitim aquæ: sed famem audiendi verbum Domini. Et ab oriente vsque ad occidentem circumcursabunt, quærentes verbum Domini, & non inuenient.] Et Hieremias, quasi ex persona Dei, [dolore & flagello erudieris Hierusalem, ne recedat anima mea à te, ne faciam te terram inuiam, quæ non habitabitur.] Vnicuique enim nostrum, vt dixi, sermones per spiritum immittit Deus, qui possunt alere animos ad vitam æternam. Aut etiam per voces sanctorum sæpius pinguefacit. Cum fornicaria igitur matre filios vnà sine misericordia perituros dicit. Quam ob causam? quia filii fornicationis sunt. Nec sanè dicimus materni peccati reum esse filium. Occurrit enim nobis, quod alicubi extat apud Ezechielem, [non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus: vnusquisque in peccato suo morietur.] Tenendum potius, quamuis excogitata sit persona fornicantis matris, vt typus quidam synagogæ, nihilominus æquè fornicarios esse, qui ex ea extiterunt. Cùm autem dicit, esse filios fornicationis, manifestè ostendit, fornicationis quæ intelligentia percipitur crimine teneri: & hoc quasi ab ipsis fasciis & vtero impii fuerint, nec vnquam opera pietatis attigerint, nullamque virtuti operam dederint; nec viam Deo placentem magnifecerint. Idem Psaltes. [Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa;] cum contrà quilibet pius, & operibus iustitiæ innutritus exclamare ad Deum luculente possit, [In te proiectus sum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus es tu.] Quemadmodum filii lucis, & filii diei meritò queāt intelligi, qui vt in luce, & die præclarè, & honestè vitam degunt: ita etiam si qui filii fornicationis dicantur, intelliges vicissim tanquam in lupanari, & in genere vitæ turpissimo versantes, quos misericordia non dignatur, [quia fornicata est mater eorũ: pudore affecit eos, quæ peperit eos.] Pudefecit autē seipsam videlicet, & filios ex se natos. Sicut enim iusto sua virtus decori & ornamento, ita cuiuis scelerato sua scelera dedecori ac pudori sunt.

Amos 8. Hier. 6. Ezech. 18. Psal. 57. Psal. 21.

. Mercede igitur mulierculam conducit Propheta. Collocat autem domi, & eam à nequitia se cohibere, adulteriiq. fœditatibus finem imponere iubet. Pollicetur vero, si ad ipsum solum cõuersa ab alio intactam sese conseruauerit, apud ipsam & se futurum, hoc est, ad thorum coniugalem adhibiturũ, & vnum cum ipsa futurum. Inquit enim scriptu- Gen. 2. " ra; [erant hi duo in carne vna.] Quid autem vult ænigma? Iudæorum turbam incredulam, & Domini mactatricem, adulteram, & impuram post Christi in cælos reditum sedere iubet, sine viro quidem: veruntamen nisi adhuc fornicata fuerit, hoc est, si deos alienos rursũ colere detrectauerit, sibi eam suo tempore copulaturum promittit, gentium videlicet multitudine prius ingressa. Positus est enim à tergo Israel, id est, sequela quædam, & appendix, & in postremis. Obserua item, quo pacto nuptialis corporum coniunctio Prophetæ cum adultera, & improba nulla planè fuerit: promissa vero post dies multos, nisi interea fuisset cũ viro rursus altero, hoc est, se in sceleribus, & impuritatibus fornicationis animæ perpetratæ non contaminasset. Suscipiet enim, vt dixi, aliquando adulterã multitudinem spõsus de cælo, si idola colere desierit. Post crucem enim Saluatoris solis Mosi legibus deditus erat Israel; flaccidè quidẽ, & negligẽter: veruntamen ad Pseudolatrias dæmonũ deflectere non libebat. Cæterũ quæ ratio vitæ adulterio pollu-

Καὶ μισθοῦται μὲν οὖν τὸ γύναιον ὁ προφήτης, καθίζει δὲ οἴκοι, καὶ τῆς ἐν ἔθει φαυλότητος ἀποC σχέσθαι κελεύει, καὶ τοῖς τῆς μοιχείας καταλῆξαι μολυσμοῖς. ἐπαγγέλλεται γε μὴν σωφρονοῦσι ἠρημωμένῃ, καὶ εἰς αὐτὸν ὁρώσῃ μόνον ἐπ' αὐτῇ καὶ αὐτὸς ἔσεσθαι· τουτέστιν, οἰκειώσεσθαι γαμικῶς, καὶ ἓν ἔσεσθαι πρὸς αὐτήν, ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. καὶ τί τὸ αἴνιγμα; τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθὺν, τὴν ἀπειθῆ, καὶ κυριοκτόνον, τὴν μοιχαλίδα, καὶ βέβηλον μετὰ τὸ ἀναφοιτῆσαι Χριστὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς καθίζει Θεός, ἄνανδρον μὲν· πλὴν εἰ μὴ πορνεύσειεν ἔτι, τουτέστιν, εἰ μὴ βαδίζοι πάλιν πρὸς D τὸ δεῖν ἑλέσθαι λατρεύειν θεοὺς ἀλλοτρίους, ἑαυτῷ συνάψειν κατὰ καιροὺς ἐπαγγέλλεται, τοῦ τῶν ἐθνῶν δηλονότι πλήθους προεισκεκλημένου. τέθειται γὰρ εἰς νῶτον οἱ ἐξ Ἰσραήλ. τουτέστι, παρακολούθημα, καὶ ὀπίσω, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις. ἐπιτήρει δὲ, ὅπως σύνοδος μὲν γαμικὴ τῷ προφήτῃ πρὸς τὴν μοιχαλίδα, καὶ πονηρὰν οὐ γέγονεν ὅλως, ὑπόσχεσις δὲ τοῦ πράγματος, μετὰ πολλὰς ἡμέρας, εἰ μὴ ἀνδρὶ γένοιτο πάλιν ἑτέρῳ, τουτέστιν, εἰ ἀπόσχοιτο τῶν τῆς νοητῆς πορνείας ἐγκλημάτων, καὶ μοE λυσμῶν. εἰσδέξεται γάρ, ὡς ἔφην, κατὰ καιροὺς τὴν μοιχαλίδα πληθὺν ὁ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίος, οὐ λατρεύσασαν εἰδώλοις. μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ σωτῆρος σταυρὸν, μόνοις τοῖς διὰ Μωσέως προσκείμενος νόμοις ὁ Ἰσραήλ, χλιαρῶς μὲν γὰρ λίαν, καὶ κατημελημένως, πλὴν οὐκ ἀπονένευκεν εἰς τὸ ἑλέσθαι λατρεύειν τὰς τῶν δαιμονίων ψευδολατρείας. ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς ζωῆς τῇ μεμοιχευμένῃ,

καὶ περιελθούσῃ κατὰ καιροὺς τοῦ προφήτου τὴν κοινωνίαν; ἢ ποῖα γέγονεν αὐτῇ τὰ μισθώματα; πεντεκαίδεκα, φησὶν, ἀργύρια, καὶ γόμορ κριθῶν, καὶ νέβελ οἴνου. διατετέλεκε γὰρ ὁ Ἰσραὴλ τὸν μεταξὺ τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ κλήσεως χρόνον, ἀδοκίμῳ τρεφόμενος λόγῳ, καὶ διδασκαλίαις προσέχων τῆς μυθικῆς, καὶ πρᾳοπρεπέσιν ἀληθῶς ταῖς τῶν ἰδίως καθηγητῶν. γέγονε δὲ αὐτοῦ κτηνοπρεπὴς ὁ βίος. καὶ ὁ νοῦς ἐν μέθῃ, καὶ σκότῳ. τύπος δ' ἂν εἴη, καὶ μάλα σαφὴς, λόγου μὲν διδασκαλικοῦ τὸ ἀργύριον, κατά γε τὸ διὰ τῆς Ἠσαΐου φωνῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον, τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν τῷ πονηρῷ, καὶ ὀκνηρῷ δούλῳ δικαίως ἐπιτιμῶντος, καὶ λέγοντος. ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. οὐκοῦν τὸ ἀργύριον τὸν τῶν διδασκόντων ἐκδέξῃ λόγον. εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο καὶ εἰς αὐτὸν τὸν διὰ Μωσέως ἀνοίσειν νόμον, πεντεκαίδεκα εἶναι φήσει, ἢ ὅτι τέλειός τε ὁμοῦ, καὶ ἀτελὴς ὁ νόμος. καὶ τέλειος μὲν, εἰ νοοῖτο πνευματικῶς, λαλεῖ γὰρ ἡμῖν τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον· ἀτελὴς δὲ αὖ, εἰ μέχρις ἴοι τοῦ γράμματος τῶν παιδαγωγουμένων ὁ νοῦς. οἱονεὶ γάρ πως ἐν ἡμίσει γνώσεως τῆς ἱστορίας τὸ πάχος. σύμβολον δὲ τελειότητος ὁ δέκα ἐστὶν ἀριθμὸς, παντέλειος ὤν, κατὰ τὸ, ἔσο ἐπάνω δέκα πόλεων, καὶ τὸ, τῷ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα. τοῦ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντος, νοοῖτ' ἂν ὁ πέντε. καὶ γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ἡμίσει τῶν δέκα. ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοῖς εἰρημένοις προσβαλεῖς. ὁ δέκα καὶ πέντε ἀριθμὸς περιεκτικός ἐστι τῶν ἑπτὰ, καὶ μήν τοι καὶ τῶν ὀκτώ. σημαίνεται δέ πως ἀεὶ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, διὰ μὲν τῶν ἑπτὰ σύμπας ὁ τοῦ νόμου καιρὸς μέχρι τῶν ἁγίων προφητῶν, διὰ τὸν ἐν ἑβδόμῃ σαββατισμόν· ἐπὶ δὲ τῶν ὀκτὼ πάλιν ὁ τῆς νέας διαθήκης, καθ' ἣν ἡ ἀνάστασις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, γενομένη κατὰ τὴν ὀγδόην. καὶ τοῦτο, οἶμαι, δηλοῦν τὸ αἰνιγματωδῶς εἰρημένον, δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ. τουτέστι τόπον ἐχέτωσαν παρὰ σοὶ, νόμος τε, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν προφῆται, τὸν ἐν ἑβδόμῃ τιμῶντες σαββατισμόν. ἐχέτωσαν δὲ καὶ οἱ ὀκτὼ, τουτέστιν, οἱ μετὰ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν ἀπόστολοί τε, καὶ εὐαγγελισταί. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ τὸ διὰ φωνῆς τοῦ προφήτου πλαγίως ὑποδηλούμενον, καὶ ἐπαναστήσονται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων. ἐπιλάμψαντος γὰρ ἡμῖν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατεξανέστησαν τρόπον τινὰ τοῦ παραλύσαντος ἡμᾶς Σατανᾶ νομικά τε,

A tæ, & Prophetæ consuetudinem tempore suo futuram expectanti? aut quæ fuerunt, quibus conducta est, mercedes? [Quindecim, inquit, argentei, & gomor hordei, & nebel vini.] Perseuerabat enim Israel vsque ad extremum tempus vocationis suæ pasci, ac nutriri adulterinis sermonibus, & attendere doctrinis fabulosis, & in speciem vere mitibus magistrorum suorum. Vita autem fuit ei bestiarum vitæ similis, & mens ebria, ac tenebris offusa. B Euidens typus esse potest, sermonis quidē instituentis argentū, iuxta illud, quod ab Esaia ad eos dictum est, [argentū vestrum reprobum,] & iuxta verbū Saluatoris, seruum nequā, & pigrum iustè increpātis, ac dicentis, [oportuit te committere argentum meū nummulariis.] Itaque argenti nomine sermonē docentium accipies. Quod si cui placuerit etiā, ad ipsam Mosis legem referre, quindecim argenteos esse dicet, aut quia perfecta simul, & imperfecta est lex: C & perfecta quidem, si spiritualiter intelligatur (loquitur enim nobis Christi mysterium) imperfecta, si mēs eorū qui ea instituuntur, vltra literam non procedat: velut enim dimidium cognitionis historiæ crassities obtinet. Symbolū porrò perfectionis denarius est numerus, longe perfectissimus: iuxta illud, [esto super decē ciuitates;] & illud, [& alii quidem dedit quinque talēta,] vbi per quinariū quod secus, seu imperfectum est intelligere licet. Nam vt dicebā, dimidium decem D sunt quinque. Aut alio modo dicta explanabis. Quindecim, numerus est septem, & octo continēs. Significatur autem pœne semper in diuina scriptura per septē totum legis tempus, vsque ad sanctos Prophetas, propter sabbatismū, seu quietē die septima. Contrà, per octo lex noui Testamenti, in quo resurrectio Domini nostri Iesu Christi die octauo contigit. Atque hoc mihi videtur velle, quod inuolutius dictū est, [da partē septem, & octo.] Hoc est, locū apud te habeant & lex, & qui post eā venerūt E Prophetæ, septimi diei sabbatismū honorātes. Habeant autē partē & octo, qui post resurrectionem extiterunt Apostoli, & Euangelistæ. Huc etiam illud pertinet, quod per os Prophetæ occultius significatū est, [& consurgēt super eū septem pastores, & octo morsus hominū.] Postquā enim nobis illuxit Saluator noster Iesus Christus, contra Satanam, qui nos eneruauerat, præconia seu dicta legalia, &

Esai. 1.
Matth. 25.
Luc. 19. Matth. 25.
Exod. 16.
Eccles. 11.
Mich. 5.

& Prophetica, institutióque Apostolica aliquo modo insurrexerunt. Per hæc enim morsus quadam ratione, & spoliatus est, & iuxta vocem Saluatoris direpta vasa eius, cum seducti olim è seruitute eius elapsi sunt, naturáque, & verè Deum, & vniuersorum Dominum agnouerunt. Quare insurrexerunt in illum pastores septem, & octo morsus hominum, hoc est, qui ante aduentum, & qui post octauam fuerunt, per legales, & nouas scripturas ad salutem vocantes qui errauerunt. Affixus ergo manebat Israel, vt docui, suorum magistrorum adulterinis vocibus; seu nuda litera pascebatur, quamuis & illa quæ octauæ sunt, hoc est, Christi mysteria complecteretur. Quod autẽ egerit vitã pecudum, & ad carnalia solum propenderit, cõmodissimè subindicauit, quod datum est hordeum adulteræ ad alimoniam. Est enim cibus pecudibus conueniens. Ebrietatis deinde nota vinum esse poterit. Dictum est autem ad eos, [auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis,] qui sunt morbi ebriosorum & crapulantium vitia, vt neque videant videntes, neque audientes quidquam possint intelligere: sed mentem velut incrassatam, & cæcitatis plenam habeant.

Matth. 12

Esai. 6

Quia diebus multis sedebunt filii Israel, non existente rege, neque principe, neque existente sacrificio, neque existẽte altari, neque sacerdotio, neq; manifestis. Et post hæc reuertentur filii Israel, & quærẽt Dominum Deũ suũ, & Dauid regem suum, & stupebunt in Domino, & in bonis eius in nouissimo dierum.

XXXIV.

Aperta, miniméq. dubia sequitur, vt in his declaratio assũptionis adulteræ mãsionisq. domi diebus multis, donec Propheta apud eã esset. scriptũ est quidẽ ita, sed quod agebatur, delineatio, seu adũbratio quædã erat eius, quod adulterio deformatę Iudęorũ synagogæ aliquãdo euenturũ erat. Posteaquã enim D. N. I. C. sponte sua crucẽ pro omniũ salute pertulit, debacchatis in illum Israelitis, tunc eorũ regione ad vastitatẽ redacta, quasi ad omnẽ ventũ, seu mundi angulũ profugerunt. Vsque hodie autem otiosi sunt quod ad legẽ attinet, inflammato quidẽ templo Hierosolymitano, euerso altari, sublato sacrificio, & vacãte sacerdotio, nec apparẽtibus amplius manifestis. Nã cum nõ esset summus sacerdos,

Zach.

A καὶ προφητικὰ κηρύγματα, ἀποστολική τε παίδευσις. διὰ γάρ τοι τούτων κατεδήχθη τρόπον τινά, καὶ σεσύληται. καὶ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν διηρπάσθη τὰ σκεύη αὐτοῦ, τῶν ἀπ' αὐτοῦ δουλείας ἐκπεφοιτηκότων τῶν πεπλανημένων ποτέ, καὶ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Θεόν, καὶ τῶν ὅλων δεσπότην ἐπεγνωκότων. Οὐκοῦν ἐπανέστησαν μὲν αὐτῷ ποιμένες ἑπτά, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων, τουτέστιν, οἱ πρὸ τῆς ἐπιδημίας, καὶ οἱ μετὰ τὴν ὀγδόην, διά γε νομικῶν τε, καὶ νέων γραμμάτων καλοῦντες εἰς σωτηρίαν τοὺς πεπλανημένους. B Διατετέλεκε τοίνυν ὁ Ἰσραήλ, ὡς ἔφην, ταῖς ἀδοκίμοις τῶν ἰδίων διδασκάλων φωναῖς, ἤτοι ψιλῷ τῷ νομικῷ τρεφόμενος γράμματι, καίτοι περιέχοντι καὶ τὰ τῆς ὀγδόης, τουτέστι, τὰ Χριστοῦ μυστήρια. ὅτι δὲ καὶ κτηνοπρεπὴς ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ πρὸς μόνα τὰ σαρκικὰ διανένευκεν, ὑποφήνειεν ἂν τὸ μάλα, τὸ κριθὴν δεδόσθαι τῇ μοιχαλίδι πρὸς τροφήν. κτηνοπρεπὲς γὰρ τὸ ἔδεσμα, μέθης δ' ἂν γένοιτο σημεῖον. C εἴρηται δὲ πρὸς αὐτούς, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψατε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ταῦτα δέ ἐστι μεθυόντων πάθη, καὶ κραιπαλώντων ἐγκλήματα, τὸ μήτε ὁρᾷν ὁρῶντας, μήτε ἀκούοντας συνιέναι δύνασθαί τι, πεπαχυμένην δὲ ὥσπερ, καὶ πηρώσεως μεμεστωμένην τὴν διάνοιαν ἔχειν.

Διότι ἡμέρας πολλὰς καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἐπιζητήσουσι D κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν, καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.

Σαφής, καὶ ἀναμφιλόγως ἔχουσα λοιπόν, ὡς ἔγωγε δὲ τούτοις, ἡ δήλωσις τοῦ τὴν μοιχαλίδα παρειλῆφθαι, καὶ οἴκοι μένειν ἡμέρας πολλάς, ἄχρις ἂν ὁ προφήτης ἐπ' αὐτῇ γένοιτο. γέγραπται γὰρ οὕτω, ὑποτύπωσις δὲ τὸ δρώμενον ἦν τοῦ κατὰ καιροὺς ὑπάρξειν μέλλοντος τῇ μεμοιχευμένῃ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ. ἐπειδὴ E γὰρ ἐθελοντὴς τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ὑπομεμένηκε σταυρὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἐμπαροινησάντων αὐτῷ τῶν ἐξ Ἰσραήλ, τότε δὴ τότε κατερημωθείσης αὐτοῖς τῆς χώρας ᾤχοντο μὲν ὥσπερ εἰς πάντα ἄνεμον· ἀργοὶ δὲ καὶ εἰς δεῦρο τὰ περὶ τὸν νόμον εἰσίν, ἐμπεπρησμένου μὲν τοῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντος ναοῦ, περιῃρημένου τε τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀνῃρημένης θυσίας, καὶ ἀργούσης ἱερωσύνης, καὶ δήλων οὐχ ὁρωμένων. οὐ γὰρ ὄντος ἀρχιερέως ἱερατεύ-

F

πῶς ἐσαλευμένους κατὰ τὸν νόμον, πῶς ἦν ἔτι δήλους ἰδεῖν; τί δὲ καὶ οἱ δῆλοι νομισθεῖεν ἄν, οἶδε μὲν ἴσως ὁ φιλομαθής, ὑπομνῆσαι δὲ διὰ βραχέων οὐκ ἀκερδές. ὅτε τὰ εἰς κόσμον τοῦ ἀρχιερέως γενέσθαι προσετέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεός, τότε πρὸς τὸν ἱερὸν ἔφη Μωσέα. καὶ ποιήσεις λόγιον κρίσεως ἔργον ὑφαντοῦ, σπιθαμῆς τὸ μῆκος, καὶ σπιθαμῆς τὸ εὖρος. τετράγωνος ἔσται. εἶτα προσετέταχεν ἐξ ὀνόματος τῶν φυλῶν δυοκαίδεκα τῷ τεχνιτεύματι τούτῳ ἐντέχνως ὑφαίνεσθαι λίθους. δύο γε μὴν ἑτέρους μεταξὺ τῶν ἄλλων, οἷς ἦν ὀνόματα ἡ δήλωσις, καὶ ἡ ἀλήθεια. εἶτα τοῦτο τὸ λόγιον τῆς κρίσεως ἐκ τῆς ἐπωμίδος χρυσαῖς ἀπῃώρητο σειραῖς. ἐπενήχετό τε τῷ στέρνῳ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἦσαν εἰς τύπον τοῦ Ἐμμανουὴλ ἡ δήλωσις, καὶ ἡ ἀλήθεια. πάντα γὰρ ἃ ἤκουσε παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀπήγγελλεν ἡμῖν. καὶ δεδήλωκε τὸ θέλημα τοῦ γεννήσαντος αὐτόν· καὶ κατέστησεν ἐναργῆ τῆς σωτηρίας τὴν ὁδόν. ὅτι δὲ ἐστὶ καὶ ἀλήθεια, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια; διὰ τοῦτο καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ ἀρχιερέως ἀπεκρέματο καρδίᾳ, μονονουχὶ βοῶντος τοῦ τύπου, καὶ ἀναφανδὸν ἀνακεκραγότος, ὅτι τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν δήλωσιν εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τὸ ἱερὸν ἕξει γένος. ἤγουν ὅτι πᾶσά πως ἀνάγκη, τοὺς ἱερουργοὺς ἀεὶ μεμνῆσθαι Χριστοῦ, καὶ ἐνοικοῦντα φέρειν διὰ τοῦ πνεύματος. οἶκος δὲ αὐτοῦ νοῦς καθαρὸς, καὶ καρδία διεσμηγμένη. καθεδοῦνται δὴ οὖν ἡμέρας πολλὰς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, φησὶ, βασιλέως οὐκ ὄντος, οὐδὲ ἄρχοντος, τουτέστιν, ἀβασίλευτοι, καὶ * ἀνεπίστατοι. οὔτε γὰρ βασιλεύσουσιν, οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, οὔτε μὴν οἱ κατὰ νόμον προεδρεύσουσιν ἄρχοντες, τουτέστιν, οἱ ἱερεῖς. ἀλλ' οὐδὲ ἔσται, φησὶ, θυσιαστήριον, ἢ θυσία, ἱερωσύνη τε καὶ δῆλοι. πλὴν οὐκ ἐν τούτοις διαπαντὸς, οὐδὲ ἀπόπεμπτος ὁλοτρόπως ὁ Ἰσραὴλ ἔσται. κεκλήσεται γὰρ κατὰ καιροὺς, καὶ ἐπιστρέψει διὰ πίστεως, καὶ ἐπιγνώσεται τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Δαβὶδ, τουτέστι, τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὸν κατὰ σάρκα Χριστὸν, τὸν τῶν ὅλων βασιλέα καὶ κύριον. τότε δὴ τότε καταπλαγήσονται τῆς φιλοτιμίας τὸ μέγεθος, καὶ τὴν τῆς ἡμερότητος ἀμέτρητον χάριν. συμμεθέξουσι γὰρ τῆς τοῖς ἁγίοις ηὐτρεπισμένης ἐλπίδος, καὶ ταῖς τῶν πεπιστευκότων ἀγέλαις ἀναμὶξ, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι νεμηθήσονται. καιρὸς γὰρ αὐτοῖς τῆς οὕτω λαμπρᾶς, καὶ ἀξιαγάστου χάριτος ὁ τελευταῖος, καὶ ἐν ἐσχάτοις, καὶ ἐν Χριστῷ.

A pro dignitate sacerdotali secundum legem vestibus ornatus, quomodo iam manifestos videre licebat? Qui autem sint putandi sint, nouit, credo, discendi studiosus; breuiter suggerere non erit abs re. Quando ad sacerdotis ornatum pertinentia fieri Deus vniuersorum iussit, S. Mosi dicit, [& facies rationale iudicii, opus textile. Palmi longitudo, & palmi latitudo. Quadrangulum erit.] Deinde lapides artificiosè inseri huic textili cum nominibus B duodecim tribuum mandauit. Inter alios autẽ duos, quibus nomina Manifestatio, & Veritas. Deinde hoc rationale iudicii ex humerali aureis catenis suspensum in pectus summi sacerdotis dependebat, eránt que in typum Emmanuelis Manifestatio, & Veritas. [Omnia enim quæ audiuit à Patre, annuntiauit nobis,] & manifestauit voluntatem eius qui genuit ipsum, & viam salutis demonstrauit. Esse autem veritatem, quî tandem dubitauerit C quispiam, cum ipse apertè dicat, [ego sum veritas?] Idcirco & ipsi summi sacerdotis pectori appendebantur, tantum non clamante typo, & manifestè exclamante, vniuersorum Saluatorem & liberatorem, veritatem & manifestationem sanctum genus in mente & corde habiturum: aut certè, necessarium esse omnino, sacerdotes Christi semper meminisse, & per spiritum in se habitantem circumferre. Domus eius est mens pura, & cor perpurgatum. D Sedebunt igitur dies multos filii Israel, inquit, cum non erit rex, non princeps, hoc est, sine rege, * sine præside. Nec enim regnabunt qui sunt è tribu Iuda, nec præsidebunt Principes, hoc est, sacerdotes. Nec erit, inquit, altare, aut sacrificium, sacerdotiúmque, & manifesti. Veruntamen non in istis semper, nec omnimodis reiectus Israel manebit: vocabitur enim aliquando, & per fidẽ conuersus, Deum E vniuersorum agnoscet, & cum ipso Dauid, hoc est, qui prodiit ex semine Dauid, Christum secundùm carnem, vniuersorum regem ac Dominum. Tunc tunc beneficẽtiæ magnitudinẽ, & mansuetudinis immensam gratiã obstupescent. Participes enim erunt spei sanctis præparatæ, sanctorúmq. agminibus admixti, in pascuis bonis, & in loco pingui pascentur. Tempus enim adeo splendidæ, & admirandæ gratię ipsis erit extremum illud, & vltimum, & in Christo,

Exod. 28.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

per quem & cum quo Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

CAPVT QVARTVM.

Audite verbum Domini, filij Israel, quia iudicium Domino ad habitantes terram; quia non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei super terram. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram, & sanguines in sanguinibus miscent.

XXXV. NECESSE est nos sententiam horum verborum explanare volentes, pœne omnia à principio dicta resumere, & quasi totum prophetiæ huius scopum recolligere. Itaque vt licet, & in pauca conferens illud aio. Osee 1. » [Factum est principium verbi Domi- » ni in Osea.] Quæ cum interpretaremur, dicebamus verbum Dei ad beatum Prophetam Oseam à Deo meritò factum, veluti mysteria ipsum docente, & ventura per figuras & verba prænunciante. Idcirco initio ascita est Gomer, peperitque Non populus meus, & Misericordiam non consecutam. Postea assumpta est altera & mœcha, & improba: & singulorum istorum arcana subtiliter accuratéque Propheta, vt dixi, edoctus est. Tanquam igitur mysterii virtute apud se vndiquaque percepta & cognita, deinceps Israelitis futura promulgare, & calamitatis breui eos inuasuræ nuntium efferre, & quibus exacerbatus sit Deus, clarissimè exponere orditur: vt qui punientur, sciant se pati iure, quæcunque eos pati contigerit. Cum enim ab hostibus capiendi essent, & ludibrio futuri ipsos antea admirantibus, & Israelem supra omnes gentes alias expugnatu difficillimum arbitrantibus, ne putarent auxiliatricem, & seruatricem manum in ipsis elanguisse: sed resipiscerent potius, & ad salutaria recurrere instituerent, cogitantes, quia per ignorantiam offenderint eum, qui seruare nouit, ideo diuinam iram in se exacuisse, necessariò etiam ante futurorum exspectationem scelera eorum ipsis annuntiat,

A δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Ἀκούσατε λόγον κυρίου υἱοὶ Ἰσραήλ, ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν· διότι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὐδ' ἔλεος, οὐ- B δὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ ἐπὶ γῆς. ἀρά, καὶ ψεῦδος, καὶ φόνος, καὶ κλοπή, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσιν.

ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ ἡμᾶς διασαφοῦν ἐθέλοντας τῶν προκειμένων τὸν νοῦν, μονονουχὶ παλινάγρετα ποιεῖσθαι τὰ ἐν ἀρχαῖς, καὶ ὅλον ὥσπερ ἀναμηρύσασθαι τῆς προφητείας τὸν σκοπόν. οὐκοῦν, ὡς ἔνι, καὶ ἐν βραχέσι συνενεγ- C κὼν, ἐκεῖνό φημι. γέγονε μὲν γὰρ ἀρχὴ λόγου κυρίου ἐν Ὠσηέ. διερμηνεύοντες δὲ τὰ τοιάδε, πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ὠσηὲ τοὺς παρὰ Θεοῦ γενέσθαι λόγους εἰκότως ἐλέγομεν, οἱονεὶ μυσταγωγοῦντος αὐτὸν, καὶ τὰ ἐσόμενα προαναφωνοῦντος διά τε τύπων, καὶ λόγων. ταύτῃ τοι παρελαμβάνετο μὲν ἐν ἀρχαῖς ἡ Γόμερ. ἔτικτε δὲ τὸν οὐ λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠλεημένην. εἶτα μετ' ἐκείνην προσελήφθη δευτέρα μοιχαλίς τε, καὶ πονηρά, καὶ τὰ ἐφ' ἑ- D κάστῳ τούτων λεπτῶς τε, καὶ ἀκριβῶς ὁ προφήτης, ὡς ἔφην, ἐξεπαιδεύετο. ὡς οὖν ἀποχρώντως τὴν μυστηρίου τὴν δύναμιν συναγηοχὼς ἐν ἑαυτῷ, ἄρχεται λοιπὸν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀναφωνεῖν τὰ μέλλοντα, καὶ τῆς ὅσον οὐδέπω προσεσομένης αὐτοῖς συμφορᾶς ἐναργῆ ποιεῖσθαι τὴν πρόφασιν, καὶ τὰ ἐφ' οἷς λελύπηται Θεὸς, εὖ μάλα διασαφοῦν. ἵν' εἰδεῖεν οἱ κολαζόμενοι παθόντες ἐν δίκῃ, τὰ ὅσαπερ ἂν E συμβαίη παθεῖν αὐτοῖς. ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον ἁλίσκεσθαι μὲν ὑπ' ἐχθρῶν, εἰς γέλωτα δὲ προκεῖσθαι λοιπὸν τοῖς ἀρίστην ἔχουσιν αὐτῶν τὴν δόξαν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐθνῶν δυσαλώτατον ὑπάρχειν οἰομένοις τὸν Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ νομίσωσι κατὰ σφᾶς αὐτοὺς τὴν ἐπαμύνουσάν τε, καὶ σώζουσαν ἀτονῆσαι χεῖρα, μεταγινώσκειν δὲ μᾶλλον ἕλοιντό τε, καὶ πρὸς τὰ ἀμείνω παλινδρομεῖν, ἐννοοῦντες ὅτι προσκεκρούκασιν ἁμαρτάνοντες τῷ σώζειν εἰδότι, ταύτῃ τοι καὶ πεπτώκασιν ὑπὸ θείαν ὀργήν, ἀναγκαίως αὐτοῖς καὶ πρό γε τοῦ ἔσεσθαι προσδοκωμένων προσαπαγγέλλει τὰ ἐγκλήματα,

καί φησιν. ἀκούσατε λόγον κυρίου, οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. κρίνεται δὲ πρὸς ἀνθρώπους Θεὸς, ἐλέγχων, οὐ δικαζόμενος, καὶ παραδεικνὺς τοῖς εἰς αὐτὸν δεδυσσεβηκόσι γυμνὰ τὰ ἐγκλήματα, κατ' ἐκεῖνό που τάχα τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον. ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἀνομίας σου, ἵνα μὴ μάτην αὐτοῖς ἀπενηνέχθαι φάσκωσι τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ὀφλήματος τάξει λοιπὸν, καὶ τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελεῖν εἰωθόσι, καὶ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνουσαν. τί δέ φησιν ὁ κρινόμενος, ἤτοι διελέγχων; οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὐδὲ ἔλεος, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸ μὲν οὖν ἀλήθειαν μὴ εἶναι λέγειν, ὑπεμφαίνει ἂν καὶ μάλα εἰκότως, ὅτι πολλὴ παρὰ πᾶσι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γέγονεν ἡ συκοφαντία, ψευδορκία τε, καὶ ἀπάτη, καὶ δόλος, τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν. ὅτι δὲ ἦσαν ἀφιλάλληλοί τε, καὶ ἀφιλοικτίρμονες, ἄτεγκτοί τε, καὶ ἀτεράμονες, καὶ τὸν νοῦν ἀπεσκληκότες, ὑποσημαίνει ἂν τὸ μὴ εἶναι ἔλεος. ὅτι δὲ φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι, καὶ τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς ὁλοτρόπως προσκείμενοι, σαφηνιεῖ πάλιν, ἐπίγνωσιν Θεοῦ μὴ εἶναι λέγων ἐπὶ τῆς γῆς. ἄλλως τε πρέποι ἂν εἰκότως τοῖς ταῖς οὕτω δειναῖς ἀτοπίαις ἐνισχημένοις καὶ τὸ δοκεῖν ἤδη πως μηδὲ εἰδέναι Θεόν. εἴπερ εἰδέναι φαμὲν αὐτὸν φρονοῦντος ὀρθῶς, καὶ τοῖς θείοις αὐτοῦ θελήμασιν ἑπομένους. προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ φόνος, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσιν. ἀκούεις ὅπως εἰς λῆξιν ἥκασι παντὸς κακοῦ, καὶ ἀνοσίων ἐγχειρημάτων ἐπέκεινα λοιπὸν, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων οὐδὲν ἐῶντες ἀνεπιτήδευτον; καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτερον, αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι φησί. σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο σαφὲς, τοῦ μήτε ἀνακωχὴν προσκεῖσθαι τοῖς κακοῖς· μήτε μὴν ἐν μεταγνώσει τῶν τετολμημένων γενέσθαι τοὺς δεδρακότας. συνεχῆ δὲ ὥσπερ, καὶ ἐπάλληλον παραπέμψαι τὴν ἁμαρτίαν. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν εἰρήσθω πρὸς διασάφησιν τὴν προχειροτέραν.

Ἔοικε δὲ πάλιν ὁ μακάριος προφήτης μυστικωτέραν ποιεῖσθαι ἡμῖν τὴν ἀφήγησιν, καὶ καταιτιᾶσθαι τὸν Ἰσραὴλ, ἐπὶ ταῖς εἰς Χριστὸν παροινίαις, καὶ μιαιφονίαις ταῖς εἰς αὐτὸν, καὶ ἁγίους. κρίσις γὰρ τῷ κυρίῳ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. αἰτίᾳ δ' ὅτου, καὶ ἐπὶ τίσιν; ἐπεφάνη γὰρ ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, καὶ ἀπεστάλη, καθά φησιν αὐτὸς, εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ,

& ait, [audite verbũ Domini, filii Israel, quia iudicium Domino ad habitantes terram.] Iudicio autẽ contẽdit cum hominibus, coarguens, non sententiã excipiens, & impietati in ipsũ obnoxiis aperta, ac nuda eorũ scela proponit, iuxta illud opinor, [arguam te, & statuam cõtra faciem tuam iniquitates tuas,] ne temere iram in se collatã dicant: sed vt debitũ quoddam, & maximis peccatoribus, & necessario persolutum. Quid porrò dicit qui disceptat, siue qui arguit? [non est veritas, nec misericordia, nec scientia Dei super terrã.] Quod dicitur, non esse veritatem, id insinuat, & cõuenienter admodũ, apud omnes per id tempus multum fuisse calumniarũ, periurii, fallaciæ, ac doli, extrema malorum omniũ. Fuisse verò nec redamãtes, nec misericordiam habuisse cordi, rigidos, immites, animo obfirmatos, satis ostendere potest, quod dicitur, non esse apud eos misericordiã. Esse autẽ voluptatis potius, quam Dei amantes, & diis commentitiis penitus addictos, insuper declarat, cum Dei scientiam non esse in terris affirmat. Præterea non indecens fuerit, tam tetris, & à ratione alienis vitiis obstrictos, arbitrari no nosse quidem amplius Deum: siquidẽ nosse illum dicimus cum bene de eo sentiẽtes diuinæ eius voluntati obsecundamus. Adiungit his, maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulteriũ effusum esse super terram, & misceri sanguines sanguinibus. Audis quomodo in genus omne scelerum præcipites abierint, & vltra fines impietatis progressi, de quibus sermo est, nihil quantumuis longè insolẽtissimum inexpertũ reliquerint? Et quod his adhuc à ratione distat longius, [sanguines, inquit, sanguinibus miscent.] Hoc etiã signum fuerit manifestum, neque inducias malorũ ab iis admitti: neque huiusmodi facinorũ perpetratores vlla pœnitudine tactos vnquã fuisse: sed assiduo peccatũ peccato cumulare. Sed ista quidẽ pro expositione faciliore, ac promptiore dicta sunto.

Videtur autem B. Propheta rursum arcanam quandã, & mysticam nobis narrationẽ adducere, & Israelem propter debacchationes in Christũ, & cædes in ipsum, & sanctos eius cõmissas accusare. [Iudicium enim Domino ad habitãtes terram.] Quorsum, & quibus de causis? Apparuit enim nobis Dominus noster Iesus Christus, & missus, sicut ait ipse, [ad oues quæ perierunt domus Israel,]

Psal. 49.

Matth. 15.

vt tenebris opertos spiritus facibus illuminaret: vt legalibus vmbris expeditos, ad veram diuini cultus normam introduceret, quo iustificatos per fidem, qui erant peccatis implicati, per se cum Deo & Patre coniungeret. Verùm Israeli non est visum sapere. Illum namque qui huius ergô de cælo venerat, eiecerunt, reprobarunt veritatem, misericordiam, scientiam Dei & Patris secũ habere noluerũt. Christum enim esse veritatem, & misericordiam, non erit necesse, vt existimo, multis verbis demonstrare, cum ad hoc diuinitus inspirata scriptura sufficiat: quę passim Christum veritatem, & misericordiã nobis inculcat. Esse autẽ & scientiam, siue agnitionem Dei, discere potest quispiã vel citra vllum negotiũ manifestè, & clarissimis verbis ipso clamante, [qui vidit me, vidit & Patrem meum.] Inquit igitur, [iudiciũ Domino ad habitantes terrã,] sine controuersia Iudæorum terrã, quoniam apud eos amplius non extabãt veritas, & misericordia, & scientia Patris. Discrepat igitur cum ista non habentibus. Effugerunt autem aut iudiciũ subeundũ aduersus ipsum; aut iudiciũ perferendum ab ipso, fidem cõplexi. Quod perspicuum fiet ex verbis Christi, iterũ dicentis, [Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit.] Quid ergo est [effusum super terram?] maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, & sanguis sanguini mistus. [Quænam maledictio?] obrectatio, & contumelia: nunquam enim populus Iudæorum Iesum contumeliosissimè vexare destitit, impudenti & effrænata lingua in eum insultans, vt modò Samaritanum, modò ebriosum appellaret, & ex fornicatione progenitum diceret: opinabantur enim apud animos suos, sanctam virginem constupratam. Maledictio itaque in his posita intelligitur. Mentiebantur item aduersus gloriam eius, affirmantes, habere dæmoniũ, & diuina miracula virtuti Beelzebub adscribentes. Conuinci etiam possunt mentem eius interficiendi cupidam gestasse. Probare id licet ex eo, quod lapidibus Emmanuelem non semel appetiuerunt, & ad supercilium montis perduxerunt, vt inde præcipitẽ deturbarent. Nec verò hucusque tantũ scelera processerunt. Magnopere quoque furtum honorarunt. Pretio enim proditorem eius Iudam conduxerunt,

Ioan. 14. — Ioan. 5. — Ioan 8. Matth. 12 — Ioan 8. Matth. 12 — Luc. 4. — Ioan. 12.

ἵνα φωτίσῃ τῇ διὰ πνεύματος δᾳδουχίᾳ τοὺς ἐσκοτισμένους, ἵνα τῆς νομικῆς ἀπαλλάξας σκιᾶς, τοὺς τῆς ἀληθοῦς λατρείας ἐμβιβάσῃ τρόποις, ἵνα δικαιώσας τῇ πίστει τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐνειλημμένους, συνάψῃ δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἀλλ' οὐκ ἐδόκει φρονεῖν ὀρθῶς τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. τὸν γὰρ ἐπὶ τούτοις ἐξ οὐρανῶν ἀφιγμένον ἐκβεβλήκασιν, ἀπεδοκίμασαν, οὐκ ἠθέλησαν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν, τὸ ἔλεος, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ὅτι γὰρ ἀλήθειά τε ἐστὶ, καὶ ἔλεος ὁ Χριστὸς, οὐ μακρῶν, οἶμαι, δεήσει πρὸς ἀπόδειξιν λόγων, ἀποχρώσης εἰς τοῦτο τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ἄνω τε καὶ κάτω Χριστὸν ὀνομαζούσης ἡμῖν ἔλεος, καὶ ἀλήθειαν. ὅτι δέ ἐστι καὶ ἐπίγνωσις Θεοῦ, διαμάθοι τις ἄν. καὶ λίαν ἀκονιτὶ σαφέστατά τε, καὶ ἐναργῶς αὐτοῦ διακεκραγότος, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. κρίσις τοίνυν τῷ κυρίῳ, φησὶν, πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν· δῆλον δὲ ὅτι τὴν τῶν Ἰουδαίων· ἐπεὶ μὴ ὅτε παρ' αὐτοῖς ἡ ἀλήθειά τε, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ ἡ ἐπίγνωσις τοῦ πατρός· κρίνεται μὲν οὖν πρὸς τοὺς τὰ τοιάδε μὴ ἔχοντας. Διαπεφεύγασι δὲ τὸ κρίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἤτοι πρὸς αὐτοῦ, τὴν πίστιν οἱ προσηκάμενοι. καὶ τοῦτο αὐτὸ σαφὲς ἂν γένοιτο. Χριστοῦ λέγοντος πάλιν. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. τί τοίνυν τὸ κεχυμένον ἐπὶ τῆς γῆς; ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ φόνος, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία· καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι. καὶ τίς ἡ ἀρά; καταλαλιὰ καὶ ὕβρεις. διαλελοίπασι γὰρ οὐδαμῶς τῶν Ἑβραίων οἱ δῆμοι περιυβρίζοντες τὸν Ἰησοῦν, ἀθύρῳ τε, καὶ ἀχαλίνῳ γλώσσῃ κατεπεμβαίνοντες, ὡς ποτὲ μὲν Σαμαρείτην, ποτὲ δὲ μέθυσον ἀποκαλεῖν, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον. ᾤοντο γὰρ κατὰ σφᾶς, τὴν ἁγίαν μεμοιχεῦσθαι παρθένον. οὐκοῦν ἡ ἀρὰ μὲν ἐν τούτοις. κατεψεύδοντο δὲ καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ, δαιμόνιον ἔχειν λέγοντες αὐτὸν, καὶ ταῖς τοῦ Βελζεβοὺλ δυνάμεσιν ἀπονέμοντες τὰς θεοσημείας. ὅτι δὲ καὶ μιαιφόνον ἐπ' αὐτῷ τὴν διάνοιαν ἐσχηκότες ἁλοῖεν ἄν, εἰδείη τις ἂν ἀπό γε τοῦ λίθοις βεβλῆσθαι πολλάκις παρ' αὐτῶν τὸν Ἐμμανουήλ· ἀποκομισθῆναι δὲ καὶ μέχρις αὐτῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἵνα κατακρημνίζοιτο. καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ ἐγκλήματα. ἐκτετίμηντο δὲ λίαν καὶ τὸ χρῆμα τῆς κλοπῆς. κατεμισθοῦντο γὰρ ἐπ' αὐτῷ, τὸν προδότην Ἰούδαν,

τὸν αἰσχροκερδῆ, καὶ κλεπτίστατον. μοιχοὶ δὲ ὥσπερ τινες ἀλιτήριοι γεγονότες οἱ Φαρισαῖοι τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, ἀπεσόβησαν μὲν αὐτῆς τὸν ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τουτέστι, Χριστόν. συνεπόρνευον δὲ, ταῖς ἰδίαις ἡδοναῖς ὑπηρετεῖν ἀναπείθοντες. ἔμισγον δὲ καὶ ἐφ' αἵμασιν αἵματα. πῶς, ἢ τίνα τρόπον; ἀπεκτονότες γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας, καὶ αὐτὸν ἐκείνοις προσεθήκασιν τὸν τῶν προφητῶν δεσπότην. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Στέφανος ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων πράξεσι δικαίως αὐτοῖς ὀνειδίζει, λέγων· τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται, καὶ φονεῖς ἐγένεσθε. ἀλλὰ καὶ ὁ σωτὴρ τοῖς Φαρισαίοις, καὶ γραμματεῦσιν ὀνειδίζων τὰ πεπλημμελημένα, ἔλεγε· καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

Διὰ τοῦτο πενθήσει ἡ γῆ, καὶ σμικρυνθήσεται σὺν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν, σὺν τοῖς θηρίοις τοῦ ἀγροῦ, καὶ σὺν τοῖς ἑρπετοῖς τῆς γῆς, καὶ σὺν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης ἐκλείψουσιν, ὅπως μηδεὶς μήτε δικάζηται, μήτε ἐλέγχῃ μηδείς.

Ἐπειδὴ γὰρ τὸν οὕτω, φησὶ, θεοστυγῆ, καὶ παγχάλεπον διεζήκασι βίον, τὸν δυσσεβῆ, καὶ ἐξώλιον, πεφρονήκασί τε, καὶ δεδράκασιν ἃ μὴ θέμις, ἐμπαροινοῦντες Θεῷ· ταύτητοι, καὶ μάλα δικαίως, οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν, πενθήσης μὲν οἱονεὶ τῆς γῆς· καταδηωθήσεται γὰρ αὕτη, καὶ μεταμείψει τὸ σχῆμα, καὶ ἀτερπῆ φορέσει τὴν ὄψιν. πόλεων μὲν ἐμπεπρησμένων, οἴκων δὲ κατασεσεισμένων, καὶ ἀγρῶν ἐκκεκομμένων συνδιακείσονται τῇ γῇ καὶ οἱ κάτοικοι, συνολοφυρόμενοί τε, καὶ συνοιμώζοντες. πενθήσουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ, τουτέστιν, ἁπάσης εὐθυμίας, καὶ εὐημερίας ἀποτέρω γενήσονται. τίνες δὲ οἱ κάτοικοι; θῆρές τε, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πρός γε τούτοις τὰ διιπτάμενα. καὶ οὐ δήπου νομιοῦμεν, εἴγε συνίεμεν ὀρθῶς, ὅτι θηρίων ἀγρίων, ἤγουν ἑρπετῶν, ἢ πετεινῶν ὁ προφητικὸς ἡμῖν κατακόρεται λόγος. εὔηθες γὰρ παντελῶς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεον τὸ τόδε νοεῖν. οἰόμεθα γὰρ μᾶλλον, ὀρθὰ φρονεῖν ἐγνωκότες, τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἐξομοιοῦσθαι τρόπους. καὶ διὰ μὲν τῶν θηρίων τοὺς δυνατωτάτους, καὶ ἐκδειματοῦν ἑτέρους ἰσχυρῶς ἔχοντας, τοὺς ἀγρίους καὶ ἐπελαστικούς, καὶ μιαιφονεῖν εἰωθότας, καὶ πολὺ λίαν ἔχοντας τὸ ἀνήμερον ὑπεμφαίνει ὁ λόγος. διὰ δέ γε τῶν ἑρπετῶν

A turpis lucri auidū, & furacissimum. Et velut flagitiosi quidam mœchi Iudęorū synagogæ, Pharisæi ab ipsa cœlestem sponsum, Christū purà, abegerunt: simúlque fornicati sunt, propriis voluptatibus suadentes operā dare. Et miscuerunt sanguines sanguinibus. Quomodo tandem? occisis enim sanctis Prophetis, ipsum quoque Prophetarum Dominum addiderunt. Quamobrem beatus Stephanus in Actibus Apostolo- B rum non immeritò illis exprobrat his verbis: [quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prænuntiarunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuistis.] Quin & Saluator Pharisæis, & Scribis improbros conatus obiiciens, aiebat, [implete mensuram patrum vestrorum.

Act. 7.

Matth. 23

Ideo lugebit terra, & imminuetur, cum omnibus qui habitant eam, cum C *bestiis agri, & cum reptilibus terræ, & cum volatilibus cæli. Et pisces maris deficient, vt nullus neque iudicet, neque arguat quisquam.*

XXXVI

Postquam enim, inquit, adeo Deo exósam, & per quam inhumanam, impiam, metúque legum solutam vitam exegerunt, cogitarúntque & fecerunt quæ fas non est, Deum ludibrio habentes, idcirco & iustissimè in exitium abibunt, lugente quodammo- D do terra, quæ vastitati dabitur, & habitum mutabit, & faciem præferet inamœnam, vrbibus exustis, domibus euersis, segetibus, ac stirpibus succisis. Similis sensus erit habitantium terram, vnà lamentantium, & eiulantium: nam & ipsi lugebunt: hoc est, ab omni lætitia, & fœlicitate procul aberunt. Qui porrò sunt habitatores isti? feræ, & reptilia, & insuper vola- E tilia. Sed nequaquam existimabimus, si rectè intelligimus, de agrestibus bestiis, aut reptilibus, aut volucribus Prophetam nobis concionari: esset enim hoc stultum planè, & insipientiæ plenum. Arbitramur enim potius, rectum & germanum sensum amplexi, Iudæorum mores his iam dictis exprimi. Ac per bestias quidem potentissimos, & qui alios terrere possunt, agrestes, & oppressores, & trucidare solitos, & moribus magnopere feros, & immites significat. Per reptilia vero

in morum acerbitate exercitatissimos, & improbitate iam consummatos. Sic enim & alicubi sapiens Ioannes improbissimam Pharisæorum, Scribarúmque multitudinem reprehendit, acclamans, & serpentes, ac progeniem viperarum nominans. Per volatilia rectissimè intelliges, qui promptè ad defectionem à Deo eriguntur, siue qui execranda superbia laborant, & sursum ferri, & alta sapere consueuerunt. Videtur autem & pisces vocare sordidos, & gregarios, vitæ sollicitudinibus immersos, & mentē ijs quasi offusam habentes, mutos, & rationis maximè expertes: est enim piscis res à voce remotissima: Et secundum alium sensum, eos qui imbecilliores velut deglutiunt: mutua enim deuoratione pisces imprimis gaudent. Inquit ergo. [Lugebit terra vnà cum habitantibus.] Et quæ huius rei causa? [vt nullus neque iudicet, neque arguat quisquā.] Quoniam enim maledictum, & mendacium, furtum, & cædes, & adulterium diffusa sunt super terram, & sanguines sanguinibus miscentur, idcirco lugebit, & cessabit deinceps mendacium, & fallacia, & calumnia. Eiulātes enim super his, quæ præter spem acciderunt, & calamitatem præsentem deplorantes, talibus delictis etiam inuiti abstinebunt. Iudicare enim, & arguere nihil mea sententia aliud fuerit quam accusare, & sententiā malè ferre contra quosdam, siue falsū testificari. Hoc nobis & alius sanctorum Prophetarum ex sanguine Israel proclamauit, cùm dixit, [væ mihi anima, quia periit religiosus de terra, & qui rectè faciat in hominibus, non est: omnes in sanguines iudicant, vnusquisque proximum suum tribulant tribulatione.] Sed hæc quidem historicè.

Mich. 7.

Ad intimum porrò sensum vaticinii verba dirigentes, illud dicimus. Quia in regione Iudæorum, siue apud ipsos Iudæos non est veritas, nec misericordia, nec scientia Dei (hæc autem esse & dici Emmanuelē monuimus) inualuitq. potius maledictū, & mendaciū, & studuerunt furtis, & sanguines in sanguinibus miscuerunt (occisis nāque Prophetis, vt dixi, & ipsum Iesum occiderūt) lugebit in posterum terra vnà cum habitatoribus, manibus Romanorum incensa. Erunt autem hæc, inquit, [vt neque iudicet, neque arguat vllus:] quod est manifestè accusare Iudęos, vt qui impiè ius dixerunt, & redarguerunt, siue falsū testimonium in Christum protulerunt.

τοὺς ἄγαν ἐξησκημένους τὸ πικρὸν εἰς τρόπους, καὶ εἰς λῆξιν τῆς ὅλης ἤδη ἥκοντας πονηρίας. οὕτω γάρ που καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης τὴν μοχθηροτάτην τῶν Φαρισαίων, καὶ γραμματέων ἤλεγχε πληθὺν, ἐπιβοῶν τε, καὶ λέγων· ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. Διὰ δέ γε τῶν πετεινῶν εὖ μάλα συνήσεις τοὺς ἑτοίμως ἀνεπτοημένους εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, εἴτ' οὖν τὴν ἐπάρατον νοσοῦντας ὑπεροψίαν, καὶ ἄνω που φέρεσθαι, καὶ ὑψηλὰ φρονεῖν εἰωθότας. ἔοικε δὲ καὶ ἰχθύας ἀποκαλεῖν τοὺς συρφετώδεις, καὶ ἀγελαίους, τοὺς ταῖς τοῦ βίου φροντίσι βεβαπτισμένους, καὶ ὑποβρύχιον ὥσπερ ἔχοντας νοῦν, τοὺς ἀφώνους, καὶ ἀλογωτάτους. ἀφωνότατον γὰρ τῶν ἰχθύων τὸ χρῆμα. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, τοὺς ἐν καταπίνοντας τοὺς ἀσθενεστέρους· ἀλληλοφαγία γὰρ μάλιστα παρὰ τοῖς ἰχθῦσι τετίμηται. πενθήσει τοίνυν, φησὶν, ἡ γῆ τοῖς κατοικοῦσιν ὁμοῦ. καὶ τίς ἡ τοῦδε πρόφασις; ὅπως μηδεὶς μήτε δικάζηται, μήτε ἐλέγχῃ μηδείς. ἐπεὶ γὰρ ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, κλοπή τε καὶ φόνος, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι, ταύτῃ τοι πενθήσει, καὶ ἀργήσει λοιπὸν ψεῦδος, καὶ ἀπάτη, καὶ συκοφαντία. ἐποιμώζοντες γὰρ τοῖς παρ' ἐλπίδα συμβεβηκόσι, καὶ τὴν ἐν χερσὶ κλαίοντες συμφορὰν, καὶ οὐχ ἑκόντες ἀφέξονται τῶν τοιούτων πλημμελημάτων. τὸ γάρ τοι δικάζεσθαι, καὶ ἐλέγχειν, εἴη κατ' ἕτερον οὐδὲν, καθάπερ ἐγῷμαι, πλὴν ὅτι τὸ κατηγορεῖν, καὶ καταψηφίζεσθαί τινων, ἤτοι ψευδομαρτυρεῖν. τοῦτό τοι καὶ ἕτερος ἡμῖν τῶν ἁγίων προφητῶν, τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ κατεκεκράγει, λέγων· οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔστι. πάντες εἰς αἵματα δικάζονται. ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐκθλίβουσιν ἐκθλιβῇ. ἀλλὰ ταῦτα ἱστορικῶς.

Πρὸς διάνοιαν δὲ τὴν ἐσωτάτω τὸν τῆς προφητείας εὐθύνοντες λόγον, ἐκεῖνό φαμεν. ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων γῇ, ἤγουν παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὐδὲ ἔλεος, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ· ταῦτα δὲ εἶναί τε, καὶ λέγεσθαι τὸν Ἐμμανουὴλ εἰρήκαμεν· κεκράτηκε δὲ μᾶλλον ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ τετίμηται κλοπὴ, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσιν· ἀπεκτονότες γὰρ τοὺς προφήτας, ὡς ἔφην, καὶ αὐτὸν ἀπεκτόνασι τὸν Ἰησοῦν. καταπενθήσει λοιπὸν ἡ γῆ τοῖς κατοίκοις ὁμοῦ ταῖς Ῥωμαίων ἐμπυραμένη χερσίν. ἔσται δὲ ταῦτα, φησὶ, ἵνα μήτε δικάζηται, μήτε ἐλέγχῃ μηδείς. ὅπερ ἐστὶν ἐναργῶς ἐπαιτιωμένου τοὺς Ἰουδαίους, ὡς δικασαμένους ἀνοσίως, καὶ κατελέγξαντας, ἤτοι ψευδομαρτυρήσαντας τοῦ Χριστοῦ,

οἱ μὲν γὰρ ἡγούμενοι προσῆγον Πιλάτῳ δικαζόμενοί τε, καὶ κατηγοροῦντες αὐτοῦ. προσελθόντες δέ τινες κατεμαρτύρουν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐλέγχειν ἀπετόλμων ψευδοποιοῦντες οἱ δείλαιοι, ποτὲ μὲν, ὅτι διαστρέφει τὸν λαόν· ποτὲ δὲ, ὅτι τούτου λέγοντος ἀκηκόαμεν, ὡς ἐν τρισὶν ἡμέραις καταλύσει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐγερεῖ πάλιν αὐτόν. ἀναιρεθήσεται τοίνυν, φησὶ, δίκη, καὶ ἔλεγχος, ἤτοι καταμαρτυρία, καὶ ψῆφος οὐκ ἀληθής. οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ἄρχοντος τοῦ δικάζειν εἰωθότος. ταύτη τοι, καθάπερ ἔγωγε οἶμαι καὶ ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος τοῖς ἀβασιλεύτοις τῶν ζώων τοὺς τῶν Ἰουδαίων παρεικάζει λαοὺς, θηρσὶ δὲ λέγω, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἰχθύσιν. οὕτω καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἀβακοὺμ, ἔφη που πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. εἰς τί ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον. καὶ ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς τὰ ἑρπετὰ οὐκ ἔχοντα ἡγούμενον.

Principes enim adduxerunt eum ad Pilatum, illum iudicantes, & accusantes. Progressi deinde quidam in medium, testimonium contra ipsum perhibuerunt, & tantùm non ipsum quoque argumentis conuincere ausi sunt, mentientes miseri: nunc eum seducere populum: nunc, se hoc ipsum dicentem audiuisse, tribus diebus templum Dei destructurum, & reædificaturum. Tolletur igitur, inquit, iudicium, & reprehensio, siue testimonii dictio, & sententia non vera, cum non erit rex, neque princeps, qui iudicare norit. Hac de causa, vt ego sentio, etiam propheticus sermo Iudæorum populum animalibus rege carentibus comparat, belluis, inquam, & reptilibus, & volucribus, & piscibus. Ita & beatus Abacuc vniuersitatis Deum alloquitur. [Quare respicis super contemptores? Tacebis cùm deuorauerit impius iustum, & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia, non habentia ducem.]

Matt. 26.

Abac. 1.

Ὁ δὲ λαός μου ὡς ἀντιλεγόμενος ἱερεὺς, καὶ ἀσθενήσει ἡμέραις, καὶ ἀσθενήσει ὁ προφήτης μετά σου.

At populus meus quasi sacerdos, cui contradicitur, & infirmabitur per dies, & infirmabitur Propheta tecum.

Ἀθρει δή μοι τὸν μακάριον Προφήτην ἑτεροτρόπως ἐκφέροντα τὰ πρὸς αὐτὸν εἰρημένα παρὰ Θεοῦ. ἤκουσε μὲν γὰρ ἐναργῶς, ὅτι ἡμέρας πολλὰς καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων. ὑποτρέχων δὲ ὥσπερ αὐτὸς τῶν ἀκρωμένων τὸ ἀχάλινον εἰς ὀργὰς, ὑπεσταλμένως ἐλέγχει, καὶ συμμέτροις ἀσαφείαις κατασκιάζει τὸν λόγον. ὅτι μὲν γὰρ ἡγουμένων δίχα, καὶ τοῦ βασιλεύοντος διατελέσουσι καιροὺς, καὶ ἀπαιδαγώγητοι μενοῦσιν, ἰσχνῶς ἐπαινίττεται, τοῖς τῶν ζώων ἀβασιλεύτοις παρεικάζων αὐτούς. ὅτι δὲ καὶ θυσιῶν ἐξωθήσονται, καὶ λειτουργίας ἱερῶν, ὑποφαίνει, λέγων, ἐν ἴσῳ γενήσεσθαι τοῖς τῶν ἱερέων ἀντιλεγομένοις. καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; ἤτοι τίς ὁ ἀντιλεγόμενος ἱερεύς; ὁ μῶμον ἔχων, ἢ ἀρρώστημα σαρκικὸν· ταύτῃ τοι καὶ τῆς λειτουργίας εἰργόμενος. ἢ γὰρ διὰ σκέλους, ἢ ὀφθαλμῶν ἐπήρειαν, ἢ διὰ σύντριμμα ποδὸς, ἢ καθ' ἑτέραν αἰτίαν ἐξεπέμποντό τινες τοῦ ἱερᾶσθαι δεῖν, καίτοι γεγονότες ἐκ φυλῆς τε, καὶ αἵματος Λευΐ. κεχρημάτικε γὰρ οὕτως ὁ διὰ Μωσέως νόμος. οὕτως οὖν ἔσται, φησὶ, ὁ λαός μου. ἢ γὰρ ὅτι ὑπάρχων ἱερὸς διὰ τοὺς πατέ-

Considera mihi beatum Prophetam alio modo proferentem, quæ ipsi à Deo dicta fuerant. Audierat enim apertè, dies multos sessuros filios Israel, destitutos rege, principe, sacrificio, altari, sacerdotio, & manifestis. At ipse iræ vehementi, his verbis significatæ quasi cursim succedens, contractius reprehendit, moderatisque obscuritatibus sermonem obumbrat. Nam sine Principibus, rege, institutione aliquãdiu mansuros, inuolucro quodam subtiliter indicat, animalibus regem non habentibus eos comparans. Exclusum autem iri sacrificiis, & liturgiis sacerdotum subostendit, eodem loco fore dicens, quo sacerdotes, quibus contradicitur. Quinam autem isti sint? aut quis est sacerdos cui contradicitur? qui maculam, & morbum carnis habet, & idcirco liturgia excluditur. Aut enim propter cruris, aut oculorum vitium, aut contritionem pedis, aut aliam ob causam quidam officio sacerdotali mouebantur, quantumuis de tribu, & sanguine Leui essent. Id quod diuina lex per Mosen præcepit. Sic igitur erit, inquit, populus meus. Etenim cum sit sacer propter patres,

XXXVII

Exod. 2.

& dignatus sacrificio, extra sanctum tabernaculum sedebit, extra liturgiam, & sacerdotes. Non enim sacrificium, neque odorem suauitatis offeret Deo. Ægrotauit enim non iam mediocribus detrimentis animi, & vitiatus est corde, & merito iam reiectitius, atque odiosus euasit. Euenturum autem Israelitis, vt & Prophetæ taceant, declarauit his verbis, [& infirmabitur Propheta tecum;] secundum illud vtique, quod à Deo ad B. Ezechielem dictum est. [Et linguam tuam alligabo, & eris mutus, & non eris illis in virum obiurgantem, quia domus exasperans est.] Hæc porrò omnia propter impietatem in Christum, & scelera in Prophetas designata contingent. Veruntamen non in perpetuum infirmatum iri Israelem, sed per dies dicit. Salutis enim, & conuersionis ad fidem tempus illi reseruatum est.

Ezech. 3.

Nocti assimilaui matrem tuam. Assimilatus est populus meus quasi non habens scientiam. Quia scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, & ego obliuiscar filiorum tuorum.

XXXVIII

Adhuc sermo velut ad Iudæorum mendacem, & impiam multitudinem dirigitur. Matrem eius appellat Synagogam, quemadmodum videlicet in Christo iustificatorum Ecclesiam. Cum obscuritate igitur, & tenebris aptè Iudæorum synagogam confert. Proinde & sapientissimus Paulus de se, & in fide illustratis rectissimè, [non sumus noctis, nec tenebrarum, sed sumus filii lucis, & diei.] Similis est porrò, inquit, & populus meus non habentibus scientiam, quamuis lege præeunte, ac monstrante viam diues. Vocatus enim ad scientiam veri Dei, & per miracula certa illi fides facta: & nihil prorsus defuit omnium, quæcunque illuminare velut in tenebris versantes, & ad admirabilem sciētiam inserendam sufficiunt. Quoniam verò repulisti scientiam, inquit, hoc est, Christum, per quem, & in quo accedi, & cognosci potest Pater, repellam ego de cætero te, ne mihi sis sanctus, & ne offeras mihi sacrificiū, vtpote profanus. Et quoniam in obliuionem diuinarum legum lapsus es, neque intellexisti Mosaica spiritualiter, neque doctrinā Christi exactè & cum industria comprehendisti, etiam ego in obliuionem tuorum

1. Thes. 5.

ρας, καὶ τῆς θυσίας ἠξιωμένος, ἔξω τῆς ἁγίας καθεδεῖται σκηνῆς, ἔξω λειτουργίας καὶ ἱερέων. οὐ γὰρ προσοίσει θυσίας, οὔτε μὴν ὀσμὴν εὐωδίας αἰτήσει τῷ Θεῷ· κατηῤῥώστησε γὰρ οὐκέτι μετρίως τὴν εἰς νοῦν ἐπήρειαν, καὶ καταλελώβηται τὴν καρδίαν, γέγονέ τε δικαίως ἀπόπεμπτος ἤδη, καὶ ἀπηχθημένος. ὅτι δὲ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ συμβήσεται καὶ τὸ σιγῆσαι προφήτας, διαμεμαρτύρηκεν εἰπών. καὶ ἀσθενήσει καὶ προφήτης μετὰ σοῦ, κατ' B ἐκεῖνό που πάντως τὸ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεκιήλ· καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ, καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα εὐθύνοντα, ἤγουν ἐλέγχοντα. ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. ταῦτα δὲ πάντα συμβήσεται διά τε τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, καὶ τὰ εἰς προφήτας ἐγκλήματα. πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν ἀσθενήσειν τὸν Ἰσραήλ, ἀλλ' εἰς ἡμέρας φησί. τετήρηται γὰρ αὐτοῦ σωτηρίας καὶ ἐπιστροφῆς τῆς ὡς ἐν πίστει καιρός.

Νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου. ὡμοιώθη ὁ λαός μου ὡς οὐκ ἔχων γνῶσιν. ὅτι σὺ ἐπί- C γνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ ἱερατεύειν μοι. καὶ ἐπελάθου νόμου Θεοῦ σου, κἀγὼ ἐπιλήσομαι τέκνων σου.

Ἔτι μὲν οὖν ὁ λόγος ὡς πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀμετροεπῆ τε, καὶ ἀνοσίαν πληθύν. μητέρα γε μὴν αὐτῆς ὀνομάζει τὴν συναγωγήν, καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων τὴν ἐκκλησίαν. ἀφεγγείᾳ τοίνυν, καὶ σκότῳ παρεικάζει δικαίως τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν. τοιγάρτοι καὶ D ὁ σοφώτατος Παῦλος ἑαυτοῦ τε πέρι, καὶ τῶν ἐν πίστει λελαμπρυσμένων εὖ μάλα φησίν, οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, ἀλλ' υἱοὶ φωτὸς, καὶ ἡμέρας. ἔοικε δὲ, φησί, καὶ ὁ λαὸς ὁ ἐμὸς τοῖς οὐκ ἔχουσι γνῶσιν, καίτοι τὴν διὰ νόμου πεπλουτηκὼς ποδηγίαν. κέκληται γὰρ πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, πεπληροφόρηται διὰ θαυμάτων, ἐλλέλοιπε δὲ παντελῶς οὐδὲν τῶν ὅσα φωτίζειν οἷά τε τοὺς ἐσκοτισμένους, καὶ ἀξιάγαστον τοῖς εὐμαθεστέροις ἐνεῖναι γνῶσιν οὐκ ἀμηχάνως ἔχει. ἐπεὶ δὲ ἀπώσω, φησί, τὴν ἐπίγνωσιν, τουτέστι E Χριστόν, δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ πρόσιτός τε ἅμα, καὶ γνωστὸς ὁ πατήρ, ἐξωθήσῃ λοιπὸν τοῦ εἶναι ἱερεύς, καὶ τοῦ προσάγειν θυσίας, ὡς βέβηλος. καὶ ἐπειδὴ τῶν θείων εἰς λήθην κατώλισθες νόμων, μήτε τὰ Μωσέως νοήσας πνευματικῶς, μήτε τοῖς διὰ Χριστοῦ παιδεύμασιν ἰσχρόν τε, καὶ εὐφυᾶ τὸν νοῦν ἐνιεὶς, εἰς λήθην κἀγὼ τῶν σῶν οἱονείπως κατενεχθήσομαι

τέκνων, τουτέστιν, οὐκέτι μεμνήσομαι, διά γε τοῦ καὶ φειδοῦς, καὶ φροντίδος ἀξιοῦν. ὧν γὰρ ἀξιοῖ μεμνῆσθαι Θεός, τούτοις τὴν ἰδίαν ἀπονέμει φιλανθρωπίαν. ἐπελάθετο δὲ καὶ ἑτέρως τοῦ θείου νόμου, καὶ ἀπώσατο τὴν ἐπίγνωσιν εἰδωλολατρήσας ὁ Ἰσραήλ.

Κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν, οὕτως ἥμαρτόν μοι. τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι.

Ἡ ἡμερότητος μὲν ἁπάσης καὶ πηγή, καὶ γένεσις, καὶ αὐτόχρημα τὸ ἀγαθὸν ἡ θεία τέ ἐστι, καὶ ἀπόρρητος φύσις. πλὴν οὐκ εἰσάπαν τῶν πλημμελούντων ἀνέχεται. τοῖς δὲ ἀχαλίνως εἰς τοῦτο ἰοῦσι, τὰς αὐτοῖς πρεπούσας ἐπιφέρει δίκας. ἀφικέσθαι δὴ οὖν εἰς τοῦτο φαυλότητος διϊσχυρίζεται τὸν Ἰσραήλ, ὡς οὐκέτι μὲν οἰστὴν γενέσθαι τὴν ἀπόνοιαν. ἰσάριθμον δὲ ὥσπερ αὐτοῖς, ὁρᾶσθαι τὴν ἁμαρτίαν. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἦσαν ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, κατὰ τὸ γεγραμμένον. οὐδὲν δὲ τοῦ πλήθους ἀποδεῖν ἔφη τὰ πλημμελήματα. τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τό, κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν, οὕτως ἥμαρτόν μοι. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀθλιότητός τε, καὶ δυσβουλίας, καὶ Θεῷ προσκρούοντες οὐ διαλελοίπασι, τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι, τουτέστιν, ἐφ' ᾧ μεγάλα φρονεῖν ἐγνώκασιν, ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ καταισχυνθήσονται. πῶς ἢ τίνα τρόπον; αὐχήματος γὰρ ἀποπεσοῦνται, τοῦ ἐπὶ πλήθει, πολλοῦ δαπανήσαντος τοῦ πολέμου τοῖς μαχίμοις ὁμοῦ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἡλικίαν. κένανδροι γὰρ ἀπομενοῦσιν οἶκοί τε, καὶ πόλεις. καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὴν Ἰουδαίαν ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἐθρήνει, λέγων· πῶς ἐκάθισε μόνη ἡ πόλις ἡ πεπληθυσμένη λαῶν; ἄρχουσα ἐν χώραις, ἐγενήθη εἰς φόρον.

Καὶ ἑτέρως δέ. Θεῷ προσκρούοντες, ἁπάσης εὐκλείας ὡς ἀποτάτω κεισόμεθα δρῶντες ἃ μὴ θέμις· καὶ ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι χρή, ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις ἔσθ' ὅτε μεγαλαυχούμενοι, καὶ ὑψηλὴν αἴροντες τὴν ὀφρύν. ὡς δικαίως λέγεσθαι καὶ περὶ ἡμῶν, ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. οὐκοῦν καὶ κατὰ τόνδε τὸν νοῦν ἐκδέξῃ πάλιν τὸ εἰρημένον. τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι. ὅτι γὰρ παραδίδονταί τινες εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν, τοῦ μακαρίου Παύλου σαφῶς εἰρηκότος;

Ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν λήψονται τὰς ψυχὰς αὐτῶν. καὶ ἔσται καθὼς ὁ λαός, οὕτως καὶ ὁ ἱερεύς.

A filiorum velut prolabar, hoc est, immemor ero, vt eos indulgentia, & sollicitudine dignari desinam. Quorum enim dignatur recordari, illos sua benignitate prosequitur. Oblitus est autem & aliter diuinæ legis, & repulit scientiam, idolis abs se cultis Israel.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi. Gloriam eorum in ignominiam ponam.

B Omnis mansuetudinis & fons, & origo, & reuera bonum ipsum diuina, & ineffabilis natura est. Veruntamé peccantes nō vsquequaque sustinet: sed effrænatè eò se dantibus, pœnas commeritas infligit. Huc igitur scelerum Israelem venisse affirmat, vt amētia eius tolerari amplius non possit. Peccata autem numerum capitum quodāmodo æquasse videri. Ipsi enim erant [velut stellæ cæli multitudine, aut velut arena in littore maris,] vt scriptum est: à qua multitudine ait non discrepare delictorum copiā. C Hoc est, opinor, [secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi.] Vbi autem eò miseriæ, stultitiæque deuenerunt, vt Deo ægrè facere non desisterēt, ait, [gloriam eorū in ignominiā ponā.] Hoc est, propter quod efferre se voluerunt, propter hoc ipsum dedecorabuntur. Quî, aut quonam modo? Amittent enim occasionē gloriandi de multitudine, bello vnà cum bellatoribus reliquam quoque ætatē omnem absumente. Vacuæ namque hominibus & domus, & vrbes manebūt. Ac propter hoc D ipsum Propheta Hieremias Iudæam deflebat his dictis. [Quomodo sedit sola ciuitas plena populo? princeps prouinciarum facta est sub tributo.]

Προκατῃτιάσατο τὸν Ἰούδαν, ὡς πνεύματος συστροφὴν γεγονότα τῷ Ἰσραὴλ, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν προειρημένον τρόπον. μεθίστησι δὲ λοιπὸν τὸν τῆς ἐπιπλήξεως λόγον ἐπὶ τοὺς τῆς ἀπάτης, καὶ τῆς πλάνης εὑρετὰς, καὶ τὸ τῆς ἀποπληξίας αὐτοῖς προξενήσαντας νόσον. οὗτοι δὲ ἦσαν μὲν οἱ ἱερεῖς οἱ ψευδώνυμοι, καὶ οὐκ ἐξ αἵματος τοῦ Λευὶ, ἀλλ' ὠνητὴν ἔχοντες τὴν ἱερωσύνην, καὶ χρήμασιν ἐκπριάμενοι τὸ δεῖν εἰδώλοις ἱερουργεῖν. γέγραπται γὰρ περὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ, ὅτι ὁ βουλόμενος ἐπλήρου τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐγίνετο ἱερεὺς τῶν ὑψηλῶν. ἔρχεται δὴ οὖν εἰκότως ὁ λόγος ἐπ' αὐτούς τε τοὺς ἱερουργοὺς, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, συμπεριειλημμένου ταῖς αἰτίαις καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰσραήλ. οἱ μὲν γὰρ τὰ πρὸς σύστασιν τῆς εἰδωλολατρείας ἔφασκόν τε, καὶ ἔδρων, βωμοὺς ἀνιστάντες, σπονδὰς, καὶ θυσίας προσάγοντες, καὶ τὴν τῆς ἀπωλείας τοῖς ἀπατωμένοις κατευρύνοντες τρίβον. εὑρεταὶ δὲ τῆς πλάνης, οἱ βασιλεῖς. τοιγάρτοι φησὶ πρὸς αὐτοὺς, ὅτι παγὶς ἐγενήθητε τῇ σκοπιᾷ. σκοπιὰν δὲ λέγει τὸ ὑπό γε τῶν ἱερέων, εἴπερ ἦσαν ὄντως ἱερεῖς, καὶ ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἡγουμένων περισκοπουμένην πληθὺν, ἐφορῶσι γὰρ αὐτοὶ τὸ ὑπήκοον· ἢ καὶ ἀφορῶνται παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὅποι περ αὐτοῖς κρατοῦσι δόξειε, περιτρέπουσι τὸ ὑπήκοον· ἕπεται δὲ τοῖς τῶν ἡγου-

CAPVT QVINTVM.

Audite hæc, sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auribus percipite, quia ad vos est iudiciũ, quoniã laqueus facti estis speculationi, & sicut C *rete expansum super Itabyrium, quod qui captant venationem, depanxerunt.*

12.

ACCVSAVIT antea Iudam, vt turbinem spiritus factum Israeli, iuxta rationem à nobis modò explicatam. Deinceps verba obiurgationis ad fallaciæ, & deceptionis inuentores, & ad morbi amentiæ huius auctores conuertit. Hi erant sacerdotes ementito nomine, nec de D sanguine Leui; & vt possent idolis sacrificare, sacerdotium pretio sibi comparauerant. Scriptum est enim de Hieroboam, [quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.] Iure igitur sermo procedit ad sacerdotes ipsos, & ad domum regis; & Israel ipse simul accusatur. Illi enim quæ ad idololatriam constituendam pertinerent & dicebant & faciebant, aras erigentes, libamina, & victimas offerentes, & E perditionis viam seductis dilatantes. Architecti autem erroris erant reges. Proinde ad illos ait, [laquei facti estis speculationi.] Speculationem vocat sub sacerdotibus (qui quidem erant veri sacerdotes) & sub ipsis Principibus speculationem, seu curam populi. Speculantur enim ipsi, & inspiciunt subditos: aut etiam inspiciuntur à subditis, & quò dominis visum fuerit, eò subditos auertunt,

3. Reg. 13.

qui voluntatem Principum sequuntur. Fuistis igitur, inquit, vt laqueus multitudini quam speculamini: aut fortasse quæ vos speculatur, [& funis vt rete expansum super Itabyrium,] qui est mons Galilææ nobilissimus, ferarum auiúmque venatu longe ditissimus propter celsitudinem, arboribus ac fruticibus densissimus.

Ego vero eruditor vester, ego cognoui Ephraim, & Israel non recessit à me.

Sacerdotes igitur, atque etiam regio sanguine prognati rete, & laqueus, & venatio populo facti sunt, incensum dæmonibus adolere iubentes, & ante alios ipsi & facientes, & sentire suadentes nefaria, & aliorum impia inuenta, excelsa, inquã, Beelphegor, abominationẽ Sidoniorum, Baal, Chamos, nouis rationibus seductionis amplificantes. Fore autem se eorum eruditorem, nec ita multo post pollicetur, vt mox pro furore & ira sua pœnis eos prosecuturus. Et verus est sermo. Nam qui erant de domo regia, atrocibus, & ineuitabilibus malis constricti, alii perierunt, iuxta narrationem sanctarum literarum: alii abierunt, Babyloniorum, Medorúmque tyrannidem perlaturi. Occisi sunt autem miserè, imò iustè pseudosacerdotes, & pecunia gradum hunc adepti, alii à Iehu, alii à Iosia, qui fuit ex tribu Iuda, siue Dauid. Atque hoc vir Dei sacrificante aliquando Hierobam, & stante ad altare vaticinatus est, his verbis. [Altare, altare, hæc dicit Dominus, ecce nascitur filius in domo Dauid, Iosias nomen eius, & ponet super te sacerdotes excelsorum, sacrificantes super te.] Itaque comminatus est se castigaturum in furore & ira speculationi laqueum factos, sacerdotes, inquam, & sanguine regio procreatos. Neutiquam verò inaccusatum dimittit eum qui deceptus est, putà Israelem. Idcirco, inquit, [ego cognoui Ephraim, & Israel non recessit à me.] Ac si dicat, quis est iste, qui celat me consilium, continens verba in corde, & me putat posse latere? Cognoui enim Ephraim, inquit, & non recessi ab Israel, [Deus enim appropinquans ego sum, & non Deus de longè. Si abscondetur homo in occultis, & ego non videbo eum?] Et iterum, [num à me abscondetur quippiam?]

4. Reg. 10. & 23.

4. Reg. 13.

Hier. 23.

μένων θελήμασι τὸ ὑποζευγνύμενον. γεγόνατε τοίνυν, φησὶν, ὡς παγὶς τῷ ὑφ' ὑμῶν ἐπισκοπουμένῳ πλήθει, ἤτοι τῷ εἰς ὑμᾶς ἀφορῶντι τυχόν. γεγόνατε δὲ καὶ ὡς δίκτυον ἐκτεταμένον ἐπὶ τὸ Ιταβύριον. ὄρος δὲ τοῦτο περιφανέστατον, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κείμενον, πλείστην τε ὅσην καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν ἄγραν ἔχον, θηρίων τε καὶ πτηνῶν, διὰ τὸ ἦρθαι τε ὕψους, καὶ καταδασύνεσθαι σφόδρα δρυμοῖς τε, καὶ λόχμαις.

Ἐγὼ δὲ παιδευτὴς ὑμῶν, ἐγὼ ἔγνων τὸν Ἐφραὶμ, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.

Οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς, καὶ μὴν καὶ οἱ ἐξ αἵματος βασιλικοῦ, λίνον, καὶ παγὶς, καὶ θήρα γεγόνασι τοῖς λαοῖς, θυμιᾷν τοῖς δαίμοσιν ἐπιτάττοντες, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων δρῶντες αὐτοὶ, καὶ φρονεῖν ἀναπείθοντες ἃ μὴ θέμις, καὶ τοῖς ἀνοσίως ἐξηυρημένοις πλάνης ἑτέροις προσεπάγοντες τρόποις, τὰ ὑψηλὰ, φημὶ, τὸν Βεελφεγὼρ, τὸ τῶν Σιδωνίων βδέλυγμα, τὸν Βαὰλ, τὸν Χαμώς. ἔσεσθαι δὲ αὐτῶν παιδευτὴς αὐτὸς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, ἐπαγγέλλεται, ὡς ὅσον οὐδέπω τὰ ἐκ θυμοῦ, καὶ ὀργῆς ἐπιθήσων κακά. ἔχει δὲ τὸ ἀτρεκὲς ὁ λόγος. οἱ μὲν γὰρ ἐξ οἴκου τοῦ βασιλικοῦ δειναῖς, καὶ ἀφύκτοις ἐνισχημένοι συμφοραῖς, οἱ μὲν διολώλασι, κατά γε τὴν πίστιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων· οἱ δὲ ἀπῴχοντο ταῖς Βαβυλωνίων, καὶ Μήδων πλεονεξίαις ὑποκεισόμενοι. ἀποτεθνήκασι δὲ ἀθλίως, μᾶλλον δὲ ὁσίως οἱ ψευδώνυμοί τε, καὶ χρήμασιν ἱερεῖς, οἱ μὲν ὑπὸ Ἰηοὺ, οἱ δὲ ὑπὸ Ἰωσίου, γεγονότος ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἤτοι Δαβίδ. τοῦτο ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, θύοντός ποτε τοῦ Ἱεροβοὰμ, καὶ ἐφεστηκότος τῷ θυσιαστηρίῳ, προεφήτευσε, λέγων· θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται ἐν οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ· καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, τοὺς ἐπιθύοντας ἐπὶ σοί. οὐκοῦν ἐπαπείλησε παιδεύσειν ἐν θυμῷ, καὶ ὀργῇ τοὺς τῇ σκοπιᾷ πάγην γεγονότας, ἱερέας τε, φημὶ, καὶ τοὺς ἐξ αἵματος βασιλικοῦ. ἀκαταιτίατον δὲ οὐδαμῶς τὸν ἠπατημένον ἠφίει, τουτέστι, τὸν Ἰσραήλ. τοιγάρτοι φησίν· ἔγνων τὸν Ἐφραὶμ, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. ἴσον δὴ τοῦτο ἐκείνῳ, τίς ἐστιν, ὁ κρύπτων με βουλὴν, συνέχων ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν; ἔγνωκα γὰρ τὸν Ἐφραὶμ, φησὶ, καὶ οὐκ ἀφέστηκα τοῦ Ἰσραήλ. Θεὸς γὰρ ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. εἰ κρυβήσεται ἄνθρωπος ἐν κρυφαίοις, καὶ ἐγὼ οὐκ ὄψομαι αὐτόν; καὶ πάλιν, μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι;

Διότι νῦν ἐξεπόρνευσεν Ἐφραίμ, ἐμιάνθη Ἰσραήλ, οὐκ ἔδωκαν τὰ διαβούλια αὐτῶν τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν, ὅτι πνεῦμα πορνείας ἐν αὐτοῖς ἐστι, τὸν δὲ κύριον οὐκ ἐπέγνωσαν. A

Ἐπειδὴ γὰρ εἰς νεφροὺς ὁρᾷ καὶ καρδίας ὁ τῶν ὅλων Θεός, ἄποπτον δὲ αὐτῷ παντελῶς οὐδέν, ἔγνωκεν, ὅτι πεπόρνευκε μέν, καὶ εἰς ἄκρον ἧκε φαυλότητος ὁ Ἰσραήλ, ἤγουν ὁ Ἐφραίμ. πλήν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν κἂν γοῦν τὸ χρῆναι μετανοεῖν εἰσεδέξατο, διά γε τὸ κατεσχῆσθαι τῷ πορνεύειν αὐτὸν ἀναπείθοντι πνεύματι, καὶ τὸν ἀληθῆ δεσπότην μὴ ἐθελῆσαι ζητεῖν. ἀληθὲς οὖν ὅτι, καθά φησιν ὁ Σωτήρ, οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. B

Καὶ ταπεινωθήσεται ἡ ὕβρις τοῦ Ἰσραὴλ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἐφραὶμ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν· καὶ ἀσθενήσει καὶ Ἰούδας μετ' αὐτῶν.

Ὕβριν ἐνθάδε φησὶ τὴν ἐπάρατον ὑπεροψίαν, ὑβριστὴς γὰρ ὁ ἀλαζών. ταπεινωθήσεσθαι τοίνυν φησὶ τὴν ὑπεροψίαν τοῦ Ἰσραήλ, ἐκεῖνα παθόντος, καὶ σφόδρα δικαίως, ἃ καὶ ταπεινὸν αὐτὸν ἔμελλον ἀποφαίνειν, οἰκτρόν, καὶ κατερριμμένον, καὶ αὐχημάτων ἔρημον τῶν ἐπὶ Θεῷ, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἄνωθεν, καὶ πατρῴας αὐτοῖς ἐλευθερίας ἐστερημένον. τὸ δὲ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τὴν ὕβριν ἀποστραφήσεσθαι, νοητέον διὰ τὸ πᾶν εἶδος ἀτιμίας ἐοικέναι πως ταῖς κατὰ πρόσωπον πληγαῖς. ἀσθενήσειν δὲ ὁμοῦ τῷ Ἰούδᾳ φησὶ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. καταδῃώσαντες γὰρ ὅτε τῆς Συρίας, καὶ Περσῶν βασιλεῖς τὴν Σαμάρειαν, οὐκ ἀπλῆγα συγκεχωρήκασι διαμεῖναι τὸν Ἰούδαν, προσθέντες ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ πόλεσι καί τινας τῶν ἀνηκουσῶν τοῖς ἐξ Ἰούδα καὶ Βενιαμίν. ὅτι δὲ ἁπάσης αὐτοῖς συμφορᾶς προξενήτρια γέγονεν ὁμολογουμένως ἡ εἰς Θεὸν ἀσέβειά τε, καὶ ὕβρις, δεδίδαχεν, εἰπών, μὴ ἂν ἑτέρως αὐτοῖς τὸ τῆς ἀσθενείας συμβήσεσθαι πάθος, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν. χρήσιμον οὖν ἄρα, καὶ τιμαλφέστατον ἀληθῶς ἡ εἰς Θεὸν εὐσέβεια, δι' ἧς ἂν γένοιτο καὶ τὸ ἐθνῶν δύνασθαι κρατεῖν, καὶ πάντα ἰσχύειν κατορθοῦν εὐκόλως. καὶ ἀληθεύων ἔφασκεν ὁ Σωτήρ, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε οὐδέν. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένος, ἰσχύς μου, καὶ ὕμνησίς μου ὁ κύριος. C D E

Quia nunc fornicatus est Ephraim, & contaminatus est Israel, non dederũt cogitationes suas, vt reuertãtur ad Deũ, quia spiritus fornicationũ est in ipsis, Dominum vero non cognouerunt.

Quoniam enim renes & corda intuetur vniuersorum Deus, & prorsus nihil est illi inaspectabile, cognouit fornicatum esse, & ad fastigium improbitatis peruenisse Israel, siue Ephraim. Veruntamen nec ad punctum temporis pœnitentiæ cogitationem saltem suscepit, quod a spiritu fornicario esset occupatus, verúmque Dominum quærere nollet. Verum est igitur quod ait Saluator, [nemo potest duobus dominis seruire.]

LIII. Hiere.12. Hebr. 4. Matth.6.

Et humiliabitur iniuria Israel in faciem eius. Et Israel, & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus suis: & infirmabitur quoque Iudas cum eis.

LIV. Iniuriam hic appellat detestandam superbiam: est enim iniuriosus superbus. Humiliatum ergo iri superbiam Israelis inquit, vbi illa passus fuerit, & meritissimo, quæ & humilem illum, & miserandum, & abiectum & materia de Deo gloriandi destitutum, supernáque & patria libertate spoliatum reddent. In faciem porrò eius iniuriam reuersuram intelligendum est, omne genus ignominiæ quodammodo simile fore plagis in facie acceptis. Et ait infirmandos simul cum Iuda Israelitas. Nam Syriæ, & Persarum reges in Samariam hostiliter grassati, non siuerunt immunem esse Iudam: Israelis quippe vrbibus etiam nonnullas ad tribum Iuda, & Beniamin pertinentes addiderunt. Vniuersam autem calamitatem citra dubitationem importasse illis impietatem, & iniuriam in Deum docuit cum dixit, non aliter ipsis malum infirmitatis euenturum, nisi [quia infirmabuntur in iniquitatibus suis.] Vtilis igitur, & res profecto honoris plenissima pietas erga Deum, cuius ope etiam hostes domari, & omnia fieri cum laude atque virtute facilè queant. Ac verus est Saluator cum dicit, [sine me nihil potestis facere.] Psallit & Dauid alicubi ex vero sensu, [fortitudo & laus mea Dominus.]

Ioan.15. Psal.117.

Cum

A *Cum ouibus, & vitulis ibunt, vt quærant Dominum, & non inuenient eum; declinauit enim ab illis, quia Dominum reliquerunt, & filij alieni nati sunt. Nunc deuorabit eos rubigo, & sortes eorum.*

I V. Heb. 9.

Res ipsa comprobat, quod diuinus Paulus ait, sanguinem taurorum, aut hircorum abolere peccata non posse, & per legem accessum ad Deum non dari, B legem autem dico cultum secundum legem, per sanguines, & sacrificia. Itaque licet offerant Israelitæ hostias legitimas, scelerate factorum suorum condonationem petentes, siue coniunctionem cum Deo. & amicitiam quærentes, non eam assequentur, inquit, neque proficient ad Deum inueniendum, neque tali modo pœnitentibus aditus ad eum patebit. Per solam quippe vitam in Christo inuenitur, cuius præuius ingressus haberi potest verbum fidei, & cum eo salutare baptisma, familiarem C cum Deo coniunctionem in spiritu efficiens. Quare Israel Dominum per legis cærimonias non inueniet: declinauit enim ab ipsis, quoniã & ipsi dereliquerunt eum, vsque adeo resilientes, vt & filiorum alienorum patres fierent. *Alienos filios* nominat, qui quasi ex vtero, & ab ipsis cunabulis opinionibus idolorum addicti sunt, parentibus forsitan eos dæmonibus pro munere gratiarum, & in sacrificium pro fœlici partu obtento offerentibus. Aut aliter, qui nati sunt D ex mulieribus alienigenis. Citra vllum quippe pudorem, qui de Israel erant, cum gentium filiabus etiamnum idola colentibus corpora copulabant, tametsi lex huiusmodi nuptias expresse vetaret. Ait enim, [filiam tuam non dabis „ filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo: auertet enim filium tuum à me, „ & vadens seruiet diis alienis.] Quoniam „ autem hæc fecerunt, [deuorabit eos „ rubigo.] Per quod vt ænigmate signifi E cat, quam afflictionem, damnúmque subituri sint ex impressione hostili, cuius non minor vis erit quam rubiginis ad ipsos, & quæ ipsorum sunt miserè disperdenda: hoc enim sunt cleri, siue sortes. Quod verò bellum citra procrastinationem, & inducias in vestigio sit, certò astruit, cùm dicit. [nunc come„ det eos rubigo.] Perinde ac si dicat, verba mea tristium experientia sequetur, prope sunt iam, & ante fores ærumnæ.

Deut. 7.

A Μετὰ προβάτων καὶ μόσχων πορεύσονται τοῦ ἐκζητῆσαι τὸν κύριον, καὶ μὴ εὕρωσιν αὐτόν· ὅτι ἐξέκλινεν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι τὸν κύριον ἐγκατέλιπον· ὅτι τέκνα ἀλλότρια ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. νῦν καταφάγεται αὐτοὺς ἡ ἐρυσίβη, καὶ τοὺς κλήρους αὐτῶν.

Ἀληθὲς ὁρᾶται διὰ πραγμάτων, ὅτι καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἀδύνατον αἷμα ταύρων, καὶ τράγων ἀφελεῖν ἁμαρτίας, καὶ ἔστιν ἀπρόσιτος B διὰ νόμου Θεός. νόμον δέ φημι, τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, τὴν δι' αἱμάτων καὶ θυσιῶν. οὐκοῦν κἂν προσάγοιεν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὰ νενομισμένα θύματα, τῶν ἀνοσίως αὐτοῖς ἐπλημμελημένων ἐξαιτοῦντες τὴν ἄφεσιν, ἤγουν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ζητοῦντες οἰκείωσιν, οὐκ ἂν ἐφίκοιντο, φησίν, οὐδ' ἂν ἐξανύσειαν τὸ εὑρίσκειν δύνασθαι τὸν Θεόν. ἀλλ' οὐδ' ἂν γένοιτο προσιτὸς τοῖς οὕτω μεταγινώσκουσιν. εὑρίσκεται γὰρ διὰ μόνης τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς, ἧς ἂν νοοῖτο προεισβολὴ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, καὶ προσέτι τούτῳ τὸ C σωτήριον βάπτισμα, τὴν ἐν πνεύματι πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν προξενοῦν. οὐκοῦν, οὐκ ἂν εὕροι τὸν κύριον ὁ Ἰσραὴλ, διά γε τῆς κατὰ νόμον λατρείας. ἐκκέκλικε γὰρ ἀπ' αὐτῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ καταλελοίπασιν αὐτὸν, ἀποπηδῶντες τοσοῦτον, ὡς καὶ τέκνων ἀλλοτρίων γενέσθαι πατέρες. ἀλλότρια δὲ τέκνα φησί, τὰ οἷον ἐκ μήτρας, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων ταῖς τῶν εἰδώλων ἀνακείμενα δόξαις, προσαγόντων τάχα που τοῖς δαιμονίοις τὰ χαριστήρια, καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς ὠδῖσι θυσίας τῶν γεγεννηκότων. τέκνα D τοίνυν ἀλλότρια, τὰ μὴ ἐν Θεῷ. ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, τὰ ἐκ γυναικῶν ἀλλογενῶν. ἐπεμίγνυντο γὰρ ἀπερισκέπτως οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ταῖς τῶν ἐθνῶν θυγατράσιν, εἰδωλολατρούσαις ἔτι, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς, τὸ, μὴ δεῖν συνάπτεσθαι γαμικῶς τοῖς ἀλλογενέσι. τὴν θυγατέρα σου γὰρ, φησίν, οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου· ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. ἐπεὶ δὲ ταῦτα δε- E δράκασι, καταφάγεται αὐτοὺς ἡ ἐρυσίβη. σημαίνει δὲ πάλιν αἰνιγματωδῶς διὰ τούτου τὴν ἐσομένην αὐτοῖς κάκωσίν τε, καὶ βλάβην ἐκ τῆς τοῦ πολέμου προσβολῆς, οὐκ ἀνισχύως ἐχούσης ἐρυσίβης δίκην ἀφανίσαι δεινῶς αὐτούς τε, καὶ τὰ αὐτῶν. τοῦτο γὰρ οἱ κλῆροι. ὅτι δὲ μὴ εἰς ὑπέρθεσιν, καὶ ἀνακωχὴν ὁ πόλεμος, ἀλλ' εὐθὺς, καὶ κατὰ πόδας, πεπληροφόρηκεν εἰπών. νῦν καταφάγεται αὐτοὺς ἡ ἐρυσίβη. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι. κατόπιν ἥξει τῶν λόγων, ἡ τῶν ἀνιαρῶν ἡ πεῖρα. ἐγγὺς ἤδη καὶ ἐπὶ θύραις ἡ συμφορά.

περιέσται δὴ οὖν τοῖς λυποῦσι Θεὸν, τὸ μήτε δὴ εὑρεῖν αὐτὸν δύνασθαι, κἂν εἰ ἕλοιντο ζητεῖν, γενέσθαι δὲ καὶ τέκνων ἀλλοτρίων πατέρας, τουτέστιν, οὐκ εὐγενεῖς, καὶ γνησίους ἔχειν καρπούς. οὗτοι δ᾽ ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἀρετῆς τε, καὶ ἁγίας ζωῆς. ἀπολέσθαι δὲ μᾶλλον, καθάπερ ἐρυσίβῃ τινὶ τῇ σφῶν αὐτῶν παραφθαρομένους κακίᾳ, καὶ ἀθλιότητι, καὶ προσέτι τούτοις καὶ αὐτοὺς ζημιοῦσθαι τοὺς παρὰ Θεοῦ κλήρους. περὶ ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. ἅπας γὰρ ἡμῶν κλῆρος, καὶ πᾶσα μερὶς ἐν ἐξουσίᾳ Θεοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τῶν στεφάνων διανομεύς.

Σαλπίσατε σάλπιγγι ἐπὶ τοὺς βουνοὺς, ἠχήσατε ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν, κηρύξατε ἐν τῷ οἴκῳ ὢν, ἐξέστη Βενιαμὶν, Ἐφραὶμ εἰς ἀφανισμὸν ἐγένετο. ἐν ἡμέραις ἐλέγχου ἐν ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἔδειξα πιστά.

Προείρηται σαφῶς, ὅτι πρὸς ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς καὶ ἑτέρας τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰδωλολατρείας, ὀλέθρου τε καὶ πλάνης εἰσκεκόμικε τρόπους ὁ ἐπάρατος Ἱεροβοάμ. ἐθρήσκευον γὰρ ἐν ὄρεσι, καὶ βουνοῖς τὸν Χαμὼς, τὸν Βεελφεγὼρ, ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος· ἦσαν δὲ, ὡς ἔφην, καὶ ἐν Βαιθὴλ, καὶ ἐν Δὰν αἱ χρυσαῖ δαμάλεις. ἀλλ᾽ ἥδε μὲν τοῦ Ἰσραὴλ ἡ πλάνησις. ὁ δέ γε Ἰούδας, ἤγουν ὁ Βενιαμὶν, οὐδὲν ἧττον πεπλάνητο, καὶ λελατρεύκασι μὲν τῇ Ἀστάρτῃ προσοχθίσματι Σιδωνίων. προσεκύνουν δὲ καὶ τῷ ἡλίῳ. καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς ἔσται πάλιν διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ. ἤχθη μὲν γὰρ, ὥς φησιν αὐτὸς, εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐν ὁράσει Θεοῦ. εἶτα τεθέαται τὴν τῶν ἐνοικούντων πλάνην. εἶδον γὰρ, φησὶν, ὡς εἴκοσι καὶ πέντε ἄνδρας, τὰ ὀπίσθια αὐτῶν πρὸς τὸν ναὸν κυρίου, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀπέναντι, καὶ οὗτοι προσεκύνουν κατὰ ἀνατολὰς τῷ ἡλίῳ. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἐμερίζοντο τὴν ἀπώλειαν, κατὰ πολλοὺς προσκρούοντες τρόπους, καὶ λυποῦντες Θεόν. οὐκοῦν τοῖς καταδηοῦν ἐθέλουσι, καὶ ὅσον οὐδέπω προσδοκωμένοις τὴν Σαμάρειαν, καὶ θορυβεῖν οὐ μετρίως μέλλουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ, Ἀσσυρίοις τέ φημι, καὶ Πέρσαις, καὶ τοῖς ἀπὸ Δαμασκοῦ, φημὶ δὴ τοῖς Σύροις, ἐπῆλθον γὰρ ἀμφότεροι κατὰ καιροὺς, ἄλλοι τε ἄλλως εἰς τοῦτο παραθηγόμενοι, μονονουχὶ καὶ ἐγκαλεῖ τῆς ἐφόδου τὴν μέλλησιν, ἀπάρχεσθαι δὲ ἤδη τοῦ πολέμου προστέταχε, περιηχοῦντας ταῖς σάλπιγξι, καὶ τὰς τῶν δειμάτων ἀπαρχὰς ταῖς τῶν πλανωμένων ἐνιέντας ψυχαῖς.

A Reſtabit igitur Deum lædentibus, vt eum, quamuis quærentes inuenire nequeant, fiántque alienorum filiorum patres, hoc eſt, non habeant nobiles, & germanos fructus, quos virtus & ſanctimonia vitæ proferunt: pereant autem potius, vt rubigine quadam ſua ipſorum improbitate, & miſeria confecti atque conſumpti. Et nihilominus donatæ à Deo ſortes damna accipiant, de quibus & diuinus Dauid B vniuerſorum ſaluatori Deo canit, [in manibus tuis ſortes meæ.] Omnis quippe ſors, & omnis pars noſtra in poteſtate Dei eſt, & ipſe eſt qui coronas diſtribuit. (Psal. 30.)

Clangite tuba ſuper colles, ſonate ſuperexcelſis, prædicate in domo ὢν, mente excidit Beniamin, Ephraim in deſolationem factus eſt. In diebus correptionis in tribubus Iſrael oſtendi fidelia.

LVI. Planis verbis dictum eſt ſupra, deteſtabilem Hieroboam cum vitulis C aureis etiam alios quoſdam idololatriæ, peſtiferique erroris modos apud Iſraelitas introduxiſſe. Superſtitioſis enim ritibus Chamos, & Beelphegor in montibus & collibus ſub quercu, & populo, & arbore vmbroſa venerabantur. Viſebantur autem, vt dixi, etiam in Bethel, & Dan vituli aurei. Et hæc quidem Iſraelis ſeductio fuit. Iudas autem, ſiue Beniamin nihilominus ſeducti ſunt, & Aſtarten, offendiculum Sidoniorum coluerunt. Suppli- D ces fiebant præterea Soli, quod nobis etiam per Ezechielem liquebit. Ductus eſt enim, vt ſcribit ipſe, Hieroſolymam in viſione Dei. Deinde vidit ſeductionem incolarum eius. [Vidi enim, inquit, quaſi vigintiquinque viros. Dorſa eorum contra templum Domini, & facies eorum contra, & iſti adorabant Solem ad orientem.] (Ezech. 8.) Conſidera ergo quomodo peſtem, & exitium variè ſibi comparabant, multis E modis Deum offendentes, & irritantes. Volentes igitur etiam in propinqua expectatione poſitos vaſtare Samariam, & non parum conturbare Hieruſalem, Aſſyrios, inquam, & Perſas, & Damaſcenos, Syros puta (inuaſerunt enim ambo ſuis temporibus, aliâs alia de cauſa ad hoc incitati) ob moram, & cunctationem irruptionis tantum non obiurgat, & ordiri bellum iubebat, circum clangentes buccina, terrorúmque primitias mentibus ſeductorũ incutientes,

Quoniam enim eos, & sortes ipsorum rubigo deuoratura est (diximus autem nos, rubiginem vocatos esse clades belli, & desolationem) docens malum hoc esse supra caput, breuique euenturum, tuba canere conuenienter admodum iussit, & ante alia super locis idolorum: aut vt quamprimum incendendos, & diruendos: aut quia ipsi commoditatem bellicam haberent, & inde seductos infestissimè oppugnare liceret. Quando itaque dicit canendum tuba super colles, & super excelsa, & in domo ὤν, idolorum locos intelliges. Sciendum vero aliis interpretibus, quod attinet ad illud *in domo ὤν*, non conuenire cum Septuaginta. Nam illi transtulerunt *in domum inutilis*, hoc est, omnis idoli. Ast hi, *in domo ὤν*. Quare existimabimus illud nunc propheticum sermonem velle, oportere illos canere, non super colles tantùm, & super excelsa, hoc est, non contra solam idololatriam Israelis, siue decem tribuum in Samaria: sed contra eam quoque quæ erat Hierosolymis apud Iudam, & Beniamin: adorabant quippe Solem, vt dixi, (ὤν autem est sol) Deum post tergum proiicientes, & sacra eius auersantes. Hoc siquidem opinor significare, quod posteriora sua obuerterent templo Domini, & facies suas contra, haud dubie, contra Solem. Cum igitur audis, *in domo ὤν*, fanum aut Dei penitus falsi, & ficti, aut Solis intellige. Nihil porrò absurdum, aut incredibile cuipiam videatur, domum Solis intelligi, & appellari iis qui Solem adorant: quemadmodum & domum Dei fas est intelligere eos, qui, quæ sunt illius, sapiunt, cultúmque ac venerationem eidem impendunt. Quod si cui placebit, etiam vitulum aureum ὤν vocari, & sic probabilis erit oratio. Deo enim inuisus Hieroboam ad exemplum Ægyptii numinis, Apis videlicet, vitulos conflauit. Honorarunt autem Ægyptiis Apim, Lunæ filium asserentes. Quocirca & forma Lunæ signum in fronte habebat, & quasi Solis nepotem credebant esse, quod, vt ipsi putabant, à Sole Luna illuminaretur. Quamobrem vt Lunæ quidem filium, Solis verò tanquam nepotem honoribus Apim prosequebantur. In hanc erroris opinionúmque miseriam multorum machinator draco, puta, Satanas eos abduxit. Iubet ergo canere tuba super colles, & excelsa, & in domo ὤν,

A ἐπεὶ γάρ, ἔφη, νῦν καταφάγεται αὐτοὺς ἡ ἐρυσίβη, καὶ τοὺς κλήρους αὐτῶν, (ἐλέγομεν δὲ ἡμεῖς, ἐρυσίβην ὀνομάζεσθαι τὴν ἐκ τοῦ πολέμου κάκωσιν, καὶ τὸν ἀφανισμὸν) διδάσκων, ὅτι γέγονεν ἐπὶ θύραις, συμβήσεται δέ, καὶ οὐκ εἰς μακράν, σαλπίζειν εὖ μάλα προστέταχε, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς τῶν εἰδώλων τόπους, ἢ ὡς ὅσον οὐδέπω κατασκαφήσεσθαι μέλλοντας, καὶ σφαθησομένους· ἤγουν, ὅτι γεγόνασιν αὐτοὶ τοῦ πολέμου πρόφασις, καὶ τῆς ἀνηκέ- B στου συμφορᾶς τοῖς πεπλανημένοις. ὅταν οὖν λέγῃ τὸ χρῆναι σαλπίζειν ἐπὶ τοὺς βουνούς, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλά, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ὤν, τοὺς τῶν εἰδώλων νοήσεις τόπους. ἰστέον δέ, ὅτι τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς εἰς τό, ἐν τῷ οἴκῳ ὤν, οὐ συνῳδὰ ἐξέθεντο οἱ ἑβδομήκοντα. οἱ μὲν γὰρ εἰρήκασιν, εἰς οἶκον ἀνωφελοῦς, τουτέστιν, εἰδώλου παντός· οἱ δέ, ἐν τῷ οἴκῳ ὤν. οἰησόμεθα δὴ οὖν, ἐκεῖνο βούλεσθαι νυνὶ τὸν προφητικὸν ἡμῖν ἀποσημῆναι λόγον, ὅτι χρὴ σαλπίζειν αὐτούς, οὐκ ἐπὶ μόνους τοὺς βουνούς, καὶ τὰ ὑψηλά, τουτέστιν, οὐ κατὰ μόνης τῆς εἰδωλολατρείας τοῦ Ἰσραήλ, C ἤτοι τῶν δέκα φυλῶν τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτης τῆς οὔσης ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις παρά τε τῷ Ἰούδᾳ, καὶ τῷ Βενιαμίν. προσεκύνουν γάρ, ὡς ἔφην, τῷ ἡλίῳ (ὢν δέ ἐστιν ὁ ἥλιος) Θεὸν ῥιπτοῦντες κατόπιν, καὶ ἀποστρεφόμενοι τὰ αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν, τὸ ἔχειν τὰ ὀπίσθια πρὸς τὸν ναὸν κυρίου, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀπέναντι, δηλονότι τοῦ ἡλίου. ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς τό, ἐν τῷ οἴκῳ ὤν, οἶκον ἢ τέμενος νοήσεις Θεοῦ ψευδωνύμου παντός, καὶ πεποιημένου, ἤτοι τοῦ ἡλίου. ἄτοπον δὲ D οὐδέν, ἢ ἀπίθανον εἶναι τῷ δόξειεν ἄν, οἶκον ἡλίου τοῖς ἡλίῳ προσκυνοῦσι τάς νοεῖσθαί τε, καὶ ὀνομάζεσθαι, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἶκος Θεοῦ νοηθεῖεν ἂν οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, καὶ αὐτῷ τὸ σέβας ἀνάπτοντες. εἰ δὲ βούλοιτό τις καὶ τὴν δάμαλιν τὴν χρυσῆν ὢν ὀνομάζεσθαι, φερέσθω καὶ οὕτως τὸ πιθανὸν ὁ λόγος. ὁ μὲν γὰρ θεομισὴς Ἱεροβοὰμ πρὸς τὸ τῶν Αἰγυπτίων σέβας, φημὶ δὴ τὸν Ἆπιν, τὰς δαμάλεις εἰργάζετο. τετιμήκασι δὲ τὸν Ἆπιν Αἰγύπτιοι, σελήνης μὲν τέκνον εἶναι λέγοντες. ταύτῃ τοι καὶ μηνοειδὲς ἐπὶ μετώπου εἶχε σημεῖον, ἔκγονον δὲ ὡς τοῦ E ἡλίου πιστεύοντες εἶναι, διὰ τό, κατά γε τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ἐξ ἡλίου τὴν σελήνην φωτίζεσθαι. οὐκοῦν ὡς σελήνης μὲν τέκνον, ἡλίου δὲ ἔκγονον ἐτίμων τὸν Ἆπιν. ἀπεκόμιζε δὲ αὐτοὺς εἰς τοῦτο δὴ πλάνης, καὶ λογισμῶν ἀθλιότητος ὁ πολυμήχανος δράκων, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς. σαλπίζειν οὖν ἄρα προστέταχεν ἐπὶ τοὺς βουνούς, καὶ τὰ ὑψηλά, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ὤν.

τουτέστι τῆς δαμάλεως τῆς χρυσῆς, ποῖα δὲ ἄρα τὰ ἀμφοῖν ἐγκλήματα, καὶ οὗ χρεῶν αὐτοὺς κολάζεσθαι λόγος, καθίστησιν ἐναργῆ, ἐπιφέρων εὐθύς. ἐξέστη Βενιαμὶν, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἰδίων ἐκπεφοίτηκεν ἠθῶν, ἤγουν, τῆς ἀρίστης ἀπώλισθε φρενός. τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἡ ἔκστασις ἐπὶ φαῦλα νοοῖτο. κατηφανίσθαι δὲ καὶ Ἐφραὶμ, πλὴν οὐχ οὕτω ταῦτα διὰ παντὸς φησίν. ἐν γὰρ ἡμέραις ἐλέγχου τῆς ἀμφοῖν πλημμελείας ἔδειξα πιστὰ, βεβαίους, καὶ ἀληθεῖς τοὺς ἐμοὺς ἀποφήνας λόγους. συμβέβηκε γὰρ αὐτοῖς, ἅπερ ἤδη προεῖπον, καὶ οὐδὲν διέφυγον τῶν ἐμῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἐξέστησαν τῶν ἀρχαίων ἐθῶν, καὶ φρενὸς ἔξω γεγόνασιν ἀγαθῆς, ἐξώσθησαν καὶ αὐτῆς τῆς ἑαυτῶν χώρας, καὶ ἀποπεπτώκασιν ὁμοίως τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καὶ πάσης εὐημερείας.

Ἕψεται δὲ καὶ ἑτέρως τοῖς καταλιμπάνουσι Θεὸν, τὸ ἐξίστασθαι διανοίας ἀγαθῆς ἁπάσης ἐννοίας, καὶ μὴν καὶ ἔργου παντὸς τοῦ τεταγμένου πρὸς ἀρετήν. βαδιοῦνται δὲ πρὸς ἀφανισμὸν ἐλέγχοντός τε, καὶ ἐπιτιμῶντος Θεοῦ, καὶ τῆς ῥᾳθυμίας ἐξαιτοῦντος δίκας. χρήσιμον οὖν ἄρα, καὶ ἀναγκαῖον εἰς ζωὴν, τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ, μόνον δὲ οὐχὶ τὸ ἐν ψαλμοῖς ἐκεῖνο βοᾶν, ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. ἀντιλήψεται γὰρ τότε καὶ ἐπικουρήσει προθύμως ἡ δεξιὰ τοῦ πάντα ἰσχύοντος, ἀφ᾽ ἧς οὐδεὶς ἁρπάσει κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν.

Ἐγένοντο οἱ ἄρχοντες Ἰούδα ὡς μετατιθέντες ὅρια, ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐκχεῶ ὡς ὕδωρ τὸ ὅρμημά μου.

Τοῦτό ἐστιν αἰνιγματωδῶς, τὸ ἐξέστη Βενιαμίν. γεγόνασι γὰρ ἐν ἴσῳ, φησὶ, τοῖς μετατιθεῖσιν ὅρια, καὶ ὑπερβαίνειν ἐθέλουσι τὰ πάλαι διωρισμένα. οἱ γὰρ τὰ μόνῳ πρέποντα τῷ Θεῷ, καὶ αὐτῷ δικαίως ἀνατεθειμένα, τὴν ἀγάπην δὲ λέγω, τὴν τιμὴν, τὴν προσκύνησιν μεθιστάντες εἰς ἑτέρους, διά γε τοῦ προσκυνεῖν ἡλίῳ τυχὸν, ἤγουν σελήνῃ καὶ ἄστροις, δρῷεν ἂν ἕτερον οὐδὲν κατά γε τὸ εἰκὸς, ἢ ὅτι δὴ πάντως μεθιστᾶσιν ὅρια. ὅτι δὲ τὴν πρέπουσαν τῷ Θεῷ δόξαν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις ἀνατέθεικεν ὁ Ἰούδας, ἤγουν ὁ Βενιαμὶν, σαφὲς ἂν νοοῖτο πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν λέγοντος Θεοῦ. ἢ οὐχ ὁρᾷς τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ; οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσπεισαν σπονδὰς θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἵνα παροργίσωσί με. ὅρια δὴ οὖν μετατεθείκασιν οἱ ἐξ Ἰούδα φυλῆς ἡγούμε-

A hoc est, vituli aurei. Deinde statim quæ sint amborum scelera, & ratio pœnæ manifestat. [Mente excedit Beniamin,] pro, mores suos deseruit, seu optimæ viuendi normæ valedixit: vere enim hoc verbo in malum mutatio intelligi potest. [Et Ephraim desolatus est.] Veruntamen non ita hæc semper, inquit. [In diebus enim correptionis peccati amborum ostendi fidelia,] firmos & veros demonstrans sermones meos. Contigerunt enim illis B quæ iam prædixi, nihilque verborum meorum eos fefellit. Vt enim à moribus antiquis recesserunt, & bonam mentem amiserunt, etiam regione sua pulsi sunt, & similiter charitate Dei, & omni prosperitate exciderunt.

Sequetur autem alioqui Deum derelinquentes ab omni bona cogitatione discessio, atque adeo ab omni opere ad virtutem pertinente. Et procedent huiusmodi ad desolationem, corripiente & increpante Deo, C & ignauiæ pœnas exposcente. Conducibile igitur, & necessarium est ad vitam, esse cum Deo, & tantum non illud ex Psalmis clamare, [adhæsit anima mea post te.] Suscipiet enim, & promptè opitulabitur dextera omnipotentis, è qua nemo rapiet, vt Saluator testatur.

Psal. 62. Ioan. 10.

Facti sunt principes Iuda velut transponentes terminos, super eos effundam sicut aquam impetum meum.

LVII.

D Hoc est, (quamuis sub inuolucro) quod dicebat, [excedit mente Beniamin.] Similes enim fuerunt, inquit, terminos transferentibus, & olim definita transgredi volentibus. Qui enim soli Deo conuenientia, ipsique iurè dicata, charitatem, inquam, honorem, adorationem aliis tribuunt, quia fortè Solem, aut Lunam, & astra precibus sollicitant, nihil reuera faciunt aliud, quam quod omnino terminos mutant. Iudam autem, siue Beniamin gloriam Deo debi- E tam Soli, & Lunæ, & astris dicauisse, ex eo claret, quod ad Hieremiam Prophetam ait Dominus. [An non vides, quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in viis Hierusalem? Filii eorũ colligunt ligna, & patres eorum succendunt ignem, & mulieres eorum commiscent similaginem, vt faciant placentas militiæ cęli, & libauerunt libamina diis alienis, vt ad iracundiam prouocent me.] Terminos itaque mouerũt Principes tribus Iuda,

Hier. 7.

hoc est, suprema & regia circumfluentes gloria, quos vulgus errantes, vt exemplaria sequi conueniebat. Verùm [instar aquæ cum impetu effusæ effundam in eos impetum, seu furorem meum.] Calamitates siquidem à Deo irato impositæ prorsus nec ferri tolerarique, nec repelli queunt: quomodo nimirum nec aqua multa vbertim effusa reprimi.

Oppressit Ephraim aduersarium suum, & conculcauit iudicium, quia cœpit abire post vana. Et ego quasi conturbatio Ephraim, & quasi stimulus domui Iuda.

LVIII. Quonam modo Beniamin mente alienatus sit, haud obscurè declarauit. Dixit enim, factos esse Principes Iuda, vt qui terminos transferunt. Quomodo autem & Ephraim desolationem passus sit, deinceps exponit, & addit. Oppressit Ephraim aduersarium suum. Et videntur velut cum vrbanitate ad nos verba fieri. Quęnam igitur accusatio sit tribus Ephraim, aut de quo aduersario diuinum oraculum loquatur, quem oppresserit Ephraim, explanare quantum in me est conabor. Tribules enim Iuda, & Beniamin reuerebantur aliquantum leges Mosaicas, & adhuc earum rationē ducebant, dabántque studiosè operam iustitiæ. Non enim omnes declinauerunt: sed erant nō pauci transfugas deplorantes ac lamentantes, & dolorem animo non mediocrem concipientes, cum quidā despecto vniuersitatis Deo mores idololatricos inueherent. Hinc B. Ezechiel, missos ait contra Hierusalem cum securibus: audisse autē Deum clare dicentem præcinctum in veste talari sequerentur, parceréntque nemini. Inquit enim, [vidi, & ecce sex viri veniebant per portam respicientem ad Aquilonem, & vnicuique securis in manu sua. Et dixit viro vestito vestitu talari. Transi per mediam Hierusalem, & da signum super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis iniquitatibus quæ fiūt in medio eorū. Et dixit illis audiente me, ite in ciuitatē post eū, & percutite, & non parcatis, & senem, & iuuenem, & infantes, & mulieres interficite ad deletionem: super omnes autem, super quos est signum, ne appropinquetis.] Audis signatos esse quosdā, vt ab vltione, & ira, & à culpa immunes, quia videlicet rectè sapere, atque etiam ex legibus viuere, & iustitiam colere,

Ezech. 9.

A νοι, τουτέστιν, οἱ τῇ αἰωτάτῃ, καὶ βασιλίδα περικείμενοι δόξαν, οἷς ἦν εἰκὸς κατακολουθεῖν ἐλέσθαι πεπλανημένοις τὴν ἀγελαίαν πληθύν. ἀλλ' ὕδατος δίκην ῥαγδαιοτάτου, φησὶν, ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεῶ τὸ ὅρμημά μου. δύσοιστα γὰρ, καὶ ἀφόρητα, καὶ ἀναπαλαίσιστα παντελῶς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. καθάπερ ἀμέλει καὶ χεῦμα δυσανάστατον ἡ πολλὴ, καὶ ἀμφιλαφὴς τῶν ὑδάτων φορά.

Κατεδυνάστευσεν Ἐφραὶμ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, καὶ κατεπάτησε τὸ κρίμα, ὅτι ἤρξατο πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματαίων. καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὡς B ταραχὴ τῷ Ἐφραὶμ, καὶ ὡς κέντρον τῷ οἴκῳ Ἰούδα.

Τίνα μὲν τρόπον ἐξέστη Βενιαμὶν, ἀποδέδειχε σαφῶς. ἔφη γὰρ, ὅτι γεγόνασιν ἄρχοντες Ἰούδα ὡς μεταιρέντες ὅρια. πῶς δὲ καὶ Ἐφραὶμ εἰς ἀφανισμὸν ἐγένετο, διερμηνεύει πάλιν, ἐπειπών· κατεδυνάστευσεν Ἐφραὶμ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ. καὶ δοκεῖ πως ἐν ἤθει πεποιῆσθαι νυνὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος. C ποῖον οὖν ἄρα τὸ κατηγόρημα, τὸ ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ, ἢ ποῖον ἀντίδικον τὸ θεῖον ἡμῖν χρησμῴδημά φησι, ὃν κατεδυνάστευσεν ὁ Ἐφραὶμ, διειπεῖν ὡς ἔνι πειρασόμεθα. οἱ μὲν γὰρ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Βενιαμὶν αἰδῶ τινα καὶ λόγον ἔτι τῶν διὰ Μωσέως ἐποιοῦντο νόμων. ἐπετήδευόν τε τὴν δικαιοσύνην. οὐ γὰρ πάντες ἐκκεκλίκασιν, ἀλλ' ἦσαν οὐκ ὀλίγοι κλαίοντές τε, καὶ ὀλοφυρόμενοι τὴν τῶν πλανωμένων ἀπόστασιν, καὶ δυσχεραίνοντες οὐ μετρίως, ἐπείτοι τὸν τῶν ὅλων ἀτιμάζοντες Θεὸν τοὺς τῆς εἰδωλολατρείας τινὲς ἐπετήδευον τρόπους. καὶ γοῦν ὁ μα- D κάριος φησι Προφήτης Ἰεζεκιὴλ, ἀπεστέλλοντο μὲν τινες κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, πελέκεις ἠρμένοι. ἤκουόν τε σαφῶς Θεοῦ λέγοντος ἕπεσθαι μὲν δεῖ τῷ τὸν ποδήρη διεζωσμένῳ, φείδεσθαι δὲ μηδενός. εἶδον γὰρ, φησὶ, καὶ ἰδοὺ ἓξ ἄνδρες ἤρχοντο διὰ τῆς πύλης τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν. καὶ ἑκάστου πέλυξ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπε τῷ ἀνδρὶ, φησὶ, τῷ ἐζωσμένῳ τὸν ποδήρη. Δίελθε μέσην τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν καταστεναζόν- E των, καὶ κατοδυνωμένων ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀδικίαις ταῖς γινομέναις ἐν μέσῳ αὐτῆς. καὶ τούτοις εἶπεν ἀκούοντός μου, πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ κόπτετε, καὶ μὴ φείδεσθε· καὶ πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, νήπια, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν. ἐπὶ δὲ πάντας ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖον μὴ ἐγγίσητε. ἀκούεις ὅτι κατεσημαίνοντό τινες ὡς ἔξω δίκης, καὶ θυμοῦ, καὶ ἀπάσης ὄντες αἰτίας, διά τοι τὸ ἑλέσθαι φρονεῖν ὀρθῶς, καὶ μὴν καὶ βιοῦν ἐννόμως, καὶ δικαιοσύνης ἀντέχεσθαι,

καὶ τὸ εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀνεπίπληκτον ἐρᾶν; ἐν δέ γε τῇ Σαμαρείᾳ ὁλοτρόπως ἐξώκειλεν ὁ Ἰσραήλ, οὐδ᾽ ὅσον εἰπεῖν κἂν γοῦν μνήμης τάχα που τὰ Μωσέως ἀξιῶν, μαχόμενα δὲ ὥσπερ, καὶ εἰς ἅπαν αὐτοῖς ἀντικειμένην ἐπιτήδευε ζωήν. ὡς καὶ ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον. ὅσον ἥκει εἰπεῖν, ὡς μηδὲ εἰδέναι θέλειν αὐτόν, ἀτιμάζειν δὲ τὸν παιδαγωγόν, καίτοι σώζειν εἰδότα, καὶ ἀποκομίζειν εὖ μάλα δυνάμενον εἰς εὐηθῆ τε, καὶ ἀκατάσκωπτον ζωήν. τοῦτο τοίνυν, ὡς ἔοικεν, ὁ προφητικὸς αἰνίττεται λόγος. πεποίηται δὲ μετ᾽ ἤθους, ὡς ἔφην. κατεδυνάστευσε γάρ, φησίν, ὁ Ἐφραὶμ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, νίκην ἐκτοπωτάτην, καὶ ὀλεθρίαν παράξενον νενίκηκεν ὁ Ἐφραίμ, κατεδυνάστευσεν ὡς ἴδιον ἐχθρόν, τουτέστι, νενίκηκε γενικῶς ὃν μεμίσηκε νόμον. ἐπειδὴ δὲ ἐστιν ἀμυδρὸς ὁ λόγος, ἑτέρως αὐτὸ διαπερανεῖ, λέγων· κατεπάτησε κρίμα, τουτέστιν, οὐ πεφρόντικεν ὅλως τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης. ἀεὶ γάρ πως τὸ καταπατούμενον ἐν ἀτιμίᾳ νοεῖται, καὶ οὐδενὸς ἄξιον καταφωρᾶται λόγου. καὶ γοῦν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, καλὸν τὸ ἅλας φησίν. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βεβληθῆναι ἔξω, καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ὅταν τοίνυν κρίμα λέγῃ, νοήσεις τὸν νόμον. οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὀνομάζων αὐτόν, ἀναφωνεῖ πρὸς Θεόν, κρίμα, καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. Θεοῦ γὰρ ὁ νόμος, καὶ εἰ λελάληται δι᾽ ἀγγέλων. ἀλλὰ τίς ἡ πρόφασις, τοῦ καὶ ἐχθρὸν ἡγήσασθαι τὸν νόμον, καὶ καταπατῆσαι τὸ κρίμα, προέδειξε πάλιν, εὐθὺς εἰπών, ὅτι ἤρξατο πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματαίων. ἀρχὴ τῆς τοιᾶσδε νόσου, φησί, τὸ τιμᾶν ἐλέσθαι τὰ μάταια, καὶ κατακολουθεῖν εἰδώλοις. ἀμήχανον γὰρ ἐν ταὐτῷ καὶ Θεῷ δύνασθαι κατακολουθεῖν, καὶ τοῖς πονηροῖς, καὶ ἀκαθάρτοις πνεύμασι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· οὐ δύνασθε ποτήριον τοῦ κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων; οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. μονότροπος γὰρ ὁ θεοφιλής, ἀλλοπρόσαλλος δέ, καὶ σεσαλευμένος, καὶ ἐπ᾽ ἄμφω βαίνειν εἰδώς, ὁ ἀνασφαλής, καὶ ἐφ᾽ ὅπερ ἂν τύχοι βαδίζων εὐκόλως. οὐκοῦν γεγόνασι μὲν οἱ ἄρχοντες Ἰούδα, φησίν, ὡς μετατιθέντες ὅρια. καταδυναστεύουσι δὲ καὶ ὁ Ἐφραὶμ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ. κατεπάτησε δὲ καὶ κρίμα. ἔσομαι δὲ λοιπὸν ὡς ταραχὴ τῷ Ἐφραίμ, καὶ ὡς κέντρον τῷ Ἰούδα. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον. οἱ μὲν οὖν ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν ἀντὶ τοῦ ταραχή, βρωστὴρ εἰρήκασιν· ἀντὶ δὲ τοῦ κέντρου, σῆψις.

A & charitatem erga Deum sincere in amatoribus habere voluerunt? In Samaria verò omnimodis in offensam incurrit Israel, fortassis nec dignatus meminisse Mosaica, velut repugnantem, & vniuersè illis aduersantem persequens vitam, vt etiam Dei legem inimicam arbitraretur quodammodo; & eam nec nosse vellet, sperneretque pædagogum, quamuis seruare, & ad rectam, nullique calumniæ obnoxiam vitam optimè adducere posset. B Hoc igitur, vt videtur, prophetica verba insinuant. Habent autem festiuitatem, seu ironiam, vt dixi. Ait enim; [oppressit Ephraim aduersarium suum,] pro, victoria turpissima, & exitiosa vicit Ephraim. Oppressit vt hostem suum, hoc est, vicit generosè legem, quam oderat. quia vero oratio tectior est, aliter ipsam declarat, dicens. [Conculcauit iudicium,] hoc est, iustitiam lege præscriptam nullo modo curauit: semper enim quod conculcatur despicabile cognoscitur, C nullàque æstimatione dignum deprehenditur. Quare Dominus noster Iesus Christus, [bonum est sal, inquit, si autem sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Igitur per iudicium intellige legem. Ita & diuinus Dauid eam nominans, Deum affatur, [Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.] Dei enim est lex, dictata per angelos. Verumenimvero quæ causa fuerit, legem pro hoste D ducendi, & iudicium conculcandi, mox deinceps ostendit his verbis, [quia cœpit abire post vana.] Principium huius morbi, inquit, dedisse se vanis honorandis, & secutum esse idola. Fieri enim non potest, vt in eodem, & Deum, & nequam atque immundos spiritus sequaris. Quocirca & diuinus Paulus, [non potestis, inquit, bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum.] Moribus quippe vniformis est qui diligit Deum: E mutabilis autem, & fluctuans, & vtroque versum ire gnarus subuersor, & facilè vadens quo sors tulerit. [Itaque facti sunt, inquit, principes Iuda vt transponentes terminos. Oppressit vero & Ephraim aduersariũ suum, & conculcauit iudicium. Ero autẽ in posterum quasi cõturbatio Ephraim, & quasi stimulus Iuda.] Quod, quid sit, necesse est accuratius indagemus. Alii igitur interpretes pro *turbatio*, comestor reddiderunt, & pro *stimulus*, putredo,

Matth. 5.

Psal. 98.

1. Cor. 10.

At septuaginta turbationem, & stimulum nominarunt. Conturbato enim non modicè Ephraim, siue decem tribubus propter bellum partim à finitimis Syris, partim à Persis, & Assyriis ingruens, dolebat grauiter, nec parum formidabat Iudas; siue potius animo æstuabat vehementer, quod propediem paria, aut longe deteriora mala in ceruicibus sibi futura diuinaret. Ingrauescente enim bello, & Samariæ oppida vrgente, necesse erat vtique finitima, Iuda, inquam, & Beniamin simul perire. Quamobrem hic turbatio belli hostilem aduentum, stimulus autem ex tristitia, & mœrore cruciatum subindicat, à quibus tutissimi erunt sapere volentes quæ Christi sunt: per quem, & cum quo Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu in omnem æternitatem, Amen.

Et vidit Ephraim morbum suum, & Iudas dolorem suum, & abiit Ephraim ad Assyrios, & misit legatos ad regem Iarim, & hic non potuit sanare vos, & non faciet cessare à vobis dolorem.

LIX. Posteaquam factus est Deus conturbatio Ephraim, & tanquam stimulus domui Iuda, vidit morbum suum, siue imbecillitatem, & infirmitatem suam Ephraim. Quin & Iudas dolorem suum: vnà enim cum Samaria fines Beniamin incursati sunt. Deinde ob hoc fractus desperatione Ephraim, nec potis casibus istis robore suo obsistere, nec bellicas clades moliri, denuo omnipotentem Deum offendit, nec in ipsis flagellis, vt ita dicam, vtilitatem suam cognouit; & cum aduenisset tempus, quo potius conuerti ad Deum debuisset, tunc maximè ei molestiam exhibere, & insolentius ab eo discedere non dubitauit. Non enim ignorabat omnis gloriæ suæ auctorem, ac tutorem Deum esse, qui vires ad frangendos aduersarios semper largitur. Sed nihil pluribus opus est, cum extet illa vox Mosis sapientissimi, [Dominus conterens bella: Dominus nomen eius,] (Iudic. 16.) doceátque idem perspicuè, quod per ipsum, & in ipso [vnus persequetur mille, & duo fugabunt decem millia.] (Deut. 32.) Deinde cum ab ipso, & solo consuetum auxilium iterum petere,

A οἱ δέ γε ἑβδομήκοντα ταραχὴν, καὶ κέντρον ὠνόμασαν. Θορυβουμένου γὰρ οὐ μετρίως τοῦ Ἐφραῒμ, ἤτοι τῶν δέκα φυλῶν ὑπὸ τοῦ κατασκήψαντος αὐτοῖς πολέμου, τοῦτο μὲν ὑπὸ γείτονος τοῦ παρὰ Σύρων φημὶ, τοῦτο δὲ ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ, καὶ ἔτι δὲ τῶν Ἀσσυρίων ἥκοντος χάριν, ἐν ὀδύναις ἦν· καὶ οὐκ ἐν μέτριοις δείμασιν ὁ Ἰούδας, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ. προσεδόκησε γὰρ, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, τοῖς ἴσοις τυχὸν, ἢ πολὺ χείροσιν ἐναλῶναι κακοῖς· ἐπιβρίθοντος γὰρ τοῦ πολέμου, καὶ ταῖς κατὰ
B τὴν Σαμάρειαν πόλεσιν ἐπισκήπτοντος, πᾶσά πως ἀνάγκη ἦν συνδιόλλυσθαι τὰς ὁμόρους, τὰς τῶν ἐξ Ἰούδα φημὶ, καὶ Βενιαμίν. Οὐκοῦν ἡ μὲν ταραχὴ τοῦ πολέμου τὴν ἔφοδον, τὸ δὲ κέντρον ἐν τούτοις τὴν ἐκ λύπης τε, καὶ δυσθυμίας ὀδύνην ὑποδηλοῖ, ὧν ἔξω που πάντως εἶεν ἂν οἱ φρονεῖν ἐθέλοντες τὰ Χριστοῦ· δι᾽ οὗ, καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Καὶ εἶδεν Ἐφραῒμ τὴν νόσον αὐτοῦ, καὶ Ἰούδας
C τὴν ὀδύνην αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθη Ἐφραῒμ πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ιαρείμ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἠδυνάσθη ἰάσασθαι ὑμᾶς, καὶ οὐ μὴ διαπαύσῃ ἐξ ὑμῶν ὀδύνην.

Θεοῦ γεγονότος ὡς ταραχῆς τῷ Ἐφραῒμ, καὶ μὴν καὶ ὡς κέντρου τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τεθέαται μὲν τὴν ἑαυτοῦ νόσον, ἤτοι τὸ ἄναλκι, καὶ ἀσθενὲς ὁ Ἐφραῒμ· καὶ μὴν καὶ Ἰούδας τὴν ὀδύνην αὐτοῦ· συγκατεδηοῦ-
D το γὰρ, ὡς ἔφην, τῇ ἐν Σαμαρείᾳ καὶ τὰ ὅρια τοῦ Βενιαμίν· εἶτα πρὸς τοῦτο ἀπειρηκὼς ὁ Ἐφραῒμ, καὶ ἰδίαις δυνάμεσιν ἀντιφέρεσθαι τοῖς συμβεβηκόσιν οὐκ ἔχων, ὅτι μὴν ἀποσείσασθαι τὰ ἐκ τοῦ πολέμου βλάβη δυνάμενος, προσπέκρουκε πάλιν τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ, οὐδὲ ἐν αὐταῖς, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ταῖς μάστιξιν ἐννενοηκὼς τὸ συμφέρον. ἐνεστηκότος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ᾽ ὃν ἔδει μᾶλλον ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν, τότε δὴ μάλιστα λυπεῖν ᾑρημένος, καὶ ἀπεφοίτα ἀγελαιότερον. Οὐκ ἠγνόει μὲν
E γὰρ τῆς ἁπάσης αὐτοῖς εὐκλείας καὶ χορηγὸν, καὶ πρύτανιν, τὸν τοῦ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ἀνθεστηκότων ἀεὶ δοτῆρα Θεόν· ἀλλ᾽ οὐδενὸς ἄξιον τοῦ χρήματος λόγου, καίτοι τοῦ πανσόφου διακεκραγότος Μωσέως· κύριος συντρίβων πολέμους, κύριος ὄνομα αὐτῷ, διδάσκοντός τε σαφῶς, ὅτι δι᾽ αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μετακινήσουσι μυριάδας. εἶτα, δέον παρ᾽ αὐτοῦ δὲ καὶ μόνου τὴν συνήθη πάλιν ἐπικουρίαν αἰτεῖν, καὶ

καὶ λιταῖς ἀναπείθειν ἀμύνασθαι οἱ τὸν σώζοντα, πικρὰ κατὰ τῆς ἰδίας ἐσκέπτετο κεφαλῆς. ἐπρεσβεύετο γὰρ πρὸς ἀλλοφύλους, καὶ τὴν παρ' ἐχθρῶν συμμαχίαν. ἐγένετο γὰρ Ἐφραῒμ ὡς περιστερὰ ἄνους, οὐκ ἔχουσα καρδίαν. Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύετο, ἀπαλλάξεσθαι τῶν ἐπηρτημένων οἰόμενος κακῶν. καὶ δὴ βασιλεύοντος ἐν τῇ Σαμαρείᾳ τοῦ Μαναὴμ, ἀνέβη Φουλὰς βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. εἶτα χρήμασι, καὶ πρεσβείαις ἀνέπειθον ἀποσχέσθαι τῆς γῆς. τουτέστι τὸ, ἐπορεύθη Ἐφραῒμ πρὸς Ἀσσυρίους. Φακεὲ δὲ πάλιν, ὁ τοῦ Ρωμελίου, βασιλεὺς Ἰσραὴλ, κατεμισθοῦτό ποτε τὸν Ραασὼν, βασιλέα Συρίας, καὶ πεπολέμηκε τῷ Ἰούδᾳ, καὶ τοῖς ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, βασιλεύοντος Ἀχὰζ τοῦ Ἰωάθαμ υἱοῦ, ὃς δεδιὼς τὴν ἔφοδον, πρεσβείαις καὶ χρήμασιν ἀναπείθει τὸν Ἀσσύριον Θεγλαφαλασὰρ ἐπαμύνασθαι αὐτῷ· ὁ δὲ τὴν Δαμασκὸν κατακράτος ἑλὼν, ἐκ μέσου καὶ αὐτὸν ἐποίει Ραασών. ἀλλ' εἰ καὶ πεπόρευται, φησὶ, πρὸς Ἀσσυρίους ὁ Ἐφραῒμ, καὶ χρήμασιν ἐξεπρίατο καὶ λιταῖς τῆς ἐφόδου τὴν ἀναβολήν· κἂν εἰ ἀπέστελλε πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰαρεὶμ, τουτέστιν, ἔκδικον, ἤτοι ἐκδικητὴν (τοῦτο γὰρ τὸ Ἰαρεὶμ σημαίνει) ἀλλ' οὐ νενικήκασι τὴν θείαν ὀργὴν, οὔτε μὴν περιέσονται Θεοῦ, τοῦ οὕτω δεινῆς ἀποστασίας ἐξαιτοῦντος δίκας. οὐ γὰρ ἴσχυσε, φησὶν, ὁ χρήμασιν ἀναπεπεισμένος ἠρεμῆσαι βραχὺ, ἀλλ' οὐδὲ ἕτερός τις τῶν μεμισθοφορηκότων ἰάσασθαι ὑμᾶς. πεπαύσεται δὲ οὐδαμῶς τῆς ὀδύνης τὸ κέντρον. πανδεινὸν οὖν ἄρα, τὸ μὴ σώζεσθαι μᾶλλον ἐπιθυμεῖν διὰ τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος· ἐπιθαρρῆσαι δὲ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίαις. καίτοι βοῶντος τοῦ πνεύματος διὰ μὲν φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαβίδ. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας. διὰ δὲ τοῦ προφήτου πάλιν Ἱερεμίου. ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει πρὸς ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκας βραχίονος αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀπὸ κυρίου ἀποστῇ ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἣ οὐκ ὄψεται ὅταν ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. καὶ εὐλογημένος ὁ ἄνθρωπος, ὃς πέποιθεν ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἔσται κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ. καὶ ἔσται ὡς ξύλον εὐθυνοῦν παρ' ὕδατι, καὶ ἐπὶ ἰκμάδα βαλεῖ ῥίζας αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ φοβηθῇ ὅταν ἔλθῃ καῦμα. καὶ ἔσται ἐπ' αὐτῷ στελέχη ἀλσώδη, ἐν ἐνιαυτῷ ἀβροχίας οὐ φοβηθήσεται, καὶ οὐ διαλείψει ποιῶν καρπόν. ἄμεινον οὖν ἄρα, προσοικειοῦσθαι Θεῷ, καὶ τὸ σοφὸν ἐκεῖνο λέγειν ἐξ ἀγαθῆς συνειδήσεως· σός εἰμι ἐγὼ, σῶσόν με, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

A & precibus ad succurrendum sibi saluatorem sollicitare oporteret, dira in caput suum meditatus est. Missa enim legatione ad alienos, & hostes, eos suppetias rogauit. [Factus est enim Ephraim vt columba insipiens, & cor non habens. Ægyptum inuocabat, & ad Assyrios ibat,] ratus se impendentibus malis liberatum iri. Etiam regnante Manaim, Phulas rex Assyriorum contra Israelem ascendit: qui legatis, & pecuniis persuasus est reditus. B Hoc est, [abiit Ephraim ad Assyrios.] Deinde Phacee filius Romeliæ rex Israel pretio conduxit aliquando Rasin regem Syriæ, oppugnauitque Iudam, & tribules Beniamin, regnante Achaz filio Ioatham: qui, incursionem timens, per legatos numerata pecunia Theglatphalasar ad sibi opitulandum impulit. Qui Damasco armis capta, Rasin è medio sustulit. Sed quamuis abierit, inquit, ad Assyrios Ephraim, pecuniáque, & precibus dilationem irruptionis emerit, tametsi C legatos miserit ad regem Iarim, hoc est, defensorem siue vltorem (hoc enim Iarim sonat) tamen diuinam iram non domuerunt, neque Deo præualebunt, huius adeo tetræ defectionis pœnas exigenti. Non enim potuit, inquit, pecunia persuasus efficere, vt paulum quiescereris: nec alius mercede conductus sanare vos. Nunquam autem doloris stimulus cessabit. Est igitur pessimum, non magis cupere saluari per supernam mansuetudinem: sed humanis opibus D fidere, cum per os B. Dauid spiritus clamet. [Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam in Principibus.] Et per Hieremiam, [maledictus homo, qui spem suam ponit in homine, & firmabit carnem brachii sui super eum, & à Domino recessit cor eius. Et erit quasi syluestris myrica, quæ est in deserto, non videbit cum venerint bona. Benedictus homo qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, E & erit quasi lignum abundans iuxta aquas, & super humorem mittet radices suas, & non timebit cum venerit æstus, & in eo rami frondosi: in anno siccitatis non timebit, & non desinet faciens fructum.] Melius igitur ad Deum se adiungere, & illud sapiens dictum cum bona conscientia vsurpare, [tuus sum ego, salua me, quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Osee 7. 4. Reg. 15. 4. Reg. 16. Psal. 117. Hier. 17. Psal. 118.

Quia ego quasi panthera Ephraim, & quasi leo domui Iuda, & ego rapiam, & vadam, & tollam, & non erit qui eruat. Ibo, & reuertar in locum meum, donec disperreant.

XL. Manifestam affert rationem, quare Ephraim auxilium ferentes nihil promouerint, & nō cessaturus sit ab eis dolor eorum. [Ego enim sum, inquit, Israeli vt panthera, & vt leo domui Iuda.] Liquet ergo, Deo perdente neminem fore qui saluet. [Manū enim excelsam quis auertet?] vt scriptū est. Contigisse autem illis quæ contigerunt, desertis ab omni clementia Dei; sub velamento, impetū suum terribilibus, robustissimisque belluis comparās significauit. Panthera enim incitatissimo cursu fertur in quos vult, adeóque leui pede salit, vt vix vestigiū eius cernatur, neque vllum signum humi relinquat. Ast leo tremendum quidē, & horrisonum in montibus rugit, & tantum nō tonat, audientésque percellit quodammodo. Ait enim, [leo rugiet, & quis non timebit?] nec eius accessus arceri, & vis inuadentis difficulter repelli potest. Quod corripuerit, illico perdit, nec quisquam eius vnguibus implicitum auferat. Pantheram porrò celeritate valere, & volare propemodum præda direpta; leonē bestiā esse validā, imperterritam, cuius occursus periculosus, ipse ostendit cum subiungit, [& ego rapiam, & vadam, & tollam; & non erit qui eruat:] hoc enim leonum robori conuenit: ast illud, [rapiam, & vadam, & tollam] pāthera facit, vt dixi. Quod autem Dominus eos à quibus offensus est deserturus sit, & auxilium pœne subtracturus, & beneuolentia sua eos priuaturus, indicauit illis verbis, [ibo, & reuertar in locum meum, donec disperreant.] Nullo quidē modo diuinitas loco includitur ac definitur: sed adesse quibusdam dicitur, cum eos gratia, & fauore suo donat; abesse rursū ab iis qui peccauerunt, quando eos auersatur, lenitatémq. suā ipsis tribuere desinit. De Deo enim more humano loquitur: sed ea prout illi consentaneum est intelligimus.

Esai. 9.

Amos 3.

Et requirent faciem meam cum fuerint tribulati.

XLI. Impotenter ad nefaria declinantibus, & sine fine peccare solitis non temere, sed ad vtilitatem potius, & tanquam medicinam à Deo sæpenumero incommoda importari, iterum

A Διότι ἐγώ εἰμι ὡς πάνθηρ τῷ Ἐφραΐμ, καὶ ὡς λέων τῷ οἴκῳ Ἰούδα. καὶ ἐγὼ ἁρπῶμαι, καὶ πορεύσομαι, καὶ λήψομαι, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος. πορεύσομαι, καὶ ἐπιστρέψω εἰς τὸν τόπον μου, ἕως οὗ ἀφανισθῶσι.

Ἐναργῆ καθίστησι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὤνησαν μὲν οὐδὲν οἱ τῷ Ἐφραΐμ ἐπαμύνοντες, οὐ διαπεπαύσεται δὲ τὰ τῆς ὀδύνης αὐτοῖς. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησί, ὡς πάνθηρ τῷ Ἐφραΐμ, καὶ ὡς λέων τῷ
B οἴκῳ Ἰούδα. Πρόδηλον οὖν, ὅτι Θεοῦ παραλύοντος, ὁ σώσων οὐδείς. τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν, τίς ἀποστρέψει; κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι δὲ καὶ ἡμερότητος ἁπάσης ἐξηρημένοις, τὰ ἐπ' αὐτοῖς γενέσθαι συμβέβηκεν, ὑπέφηνεν αἰνιγματωδῶς, τοῖς ὅτι μάλιστα δεινοῖς, καὶ ἀλκιμωτάτοις θηρίοις τὴν οἰκείαν ὁρμὴν παρεικάζων. ὁ μὲν γὰρ πάνθηρ ὀξυτάτῳ λίαν καθ' ὧν ἂν ἕλοιτο φέρεται δρόμῳ, ἐλαφρεῖς δὲ οὕτως ἅλλεται ποσὶν, ὡς μηδὲ ἴχνεσιν ὁρᾶσθαι τάχα που, μήτε μὴν ἐνσημαίνεσθαί τι τῇ γῇ. ὁ δὲ
C λέων ἐρεύγεται μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι δεινὸν, καὶ διαβοειδὲς, καὶ βροντῇ παραπλήσιον, καὶ καταπλήττει οἷς τε τοὺς ἀκροωμένους. λέων γὰρ, φησὶν, ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; ἄμαχον δὲ ἔφοδον ἔχει, καὶ σφόδρα δυσαπότρεπτον τὴν ὁρμήν. εἰ δὲ δή τι λάβοι, τοῦτο διόλλυσιν εὐθὺς, καὶ οὐκ ἂν ἐξέλοιτό τις τὸ ἐνειλημμένον. ὅτι δὲ θηρίον ὀξὺ ὁ πάνθηρ, ἀφίπτασθαι δὲ ὥσπερ, τὸ ἐπιτυχὸν ἁρπάσας, ἄθραυστον δὲ χρῆμα καὶ ἀδεὲς, καὶ δυσαπότρεπτον ὁ λέων ἐστὶν, αὐτὸς προέδειξεν ἐπειπών. καὶ ἐγὼ ἁρπῶμαι; καὶ
D πορεύσομαι, καὶ λήψομαι, καὶ οὐκ ἔσται ἐξαιρούμενος. ἁρμόζει γὰρ τοῦτο τῇ λεόντων ἀλκῇ· τὸ δὲ ἁρπῶμαι, καὶ πορεύσομαι, δράσειεν ἂν ὁ πάνθηρ, ὡς ἔφην. ὅτι δὲ καὶ ἀποφοιτήσει τῶν λελυπηκότων ὁ κύριος, καὶ μονονουχὶ συστελεῖ τὴν ἐπικουρίαν, καὶ ἀποστερήσει τὸ εὐμενὲς, διαμεμήνυκεν, εἰπών. πορεύσομαι, καὶ ἐπιστρέψω εἰς τὸν τόπον μου, ἕως οὗ ἀφανισθῶσι. τόπου μὲν γὰρ ἀπερίοριστον παντελῶς τὸ θεῖόν ἐστι. παρεῖναι δὲ λέγεταί τισιν, ὅταν χαρίζηται τὴν εὐμέ-
Magicis quippe artibus omnia leui negotio commodè efficiebant. Veriti sunt igitur etiam habitare in terra à Deo electa, quam idolorum regione commutarunt. Sed quamuis hoc fecerint, migrabūt ad Assyrios. [Non libabant Domino.] Congesto enim in torcular fructu vineæ, primitias libabant dæmoni, non Deo, vnde acceperant. Dedicabant etiam panes, vt primitias messis. Atenim in contaminationem, & profanationem ea res ipsis cedet, inquit, & vt panes luctus reputabuntur, quæ offeruntur, hoc est, abominanda, & profana, & odiosa. Cur ita? Lex enim immundum decernebat, qui appropinquaret mortuo. Appropinquaret autem, aut per sanguinis communitatem, aut per ipsum contactum. Oportebat igitur genere propinquos, aut amicos mortuorum propter luctum contaminari, curantes mortuum, & iusta ei facere cupientes. Et erant immunda omnia, quæ illi forte attigissent. Panis itaque luctus est, qui mortuum lugentibus apponitur in alimentum, quem vel gustare durissimum videbatur, pollutionem super mortuo effugere nitentibus. Polluti igitur & abiiciendi etiam ipsi panes, inquit, qui loco primitiarum messis oblati fuerint, [& qui comedunt eos, polluentur.] Vtiles autem potius erunt animabus ipsorum, id est, ad esum ipsorum. [Non ingredientur enim in domum Domini.] Sciendum porrò, legem quoque primitias messis, manipulósque, & panem in sacrificium offerri præcepisse. Iam verò Israel, quæ sibi gloria Dei vendicabat, simulacris offerebat, Deo licet manifestè dicente, [gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas simulacris.]

Quocirca ad vitam sustentandam requisita à Deo petenda sunt, confitendúmque, ipsum esse datorem, & largitorem omnis vbertatis nostræ, siue illa ad corpus, siue ad spiritum pertineat. Nec enim alius est præter illū qui pluat, vt scriptum est: sed nutu eius fruges temporibus suis ruri existunt, & superna benedictione replemur, pane sub intelligentiam cadente nutriti, & vinum habētes cæleste, [quod lætificat cor hominis.] Ita affecti, terram sanctam habitabimus. Erimus enim cum Deo, & inter Assyrios immundis non vescemur. Pascunt enim in immunditiis ad se accedentes [principes mundi huius, spiritualia nequitiæ in cælestibus.]

Num. 19.
Exod. 23.
Leuit. 7.
Esai 42.
Hier. 14.
Eccles. 40.
Ephes. 6.

τί γὰρ ἂν καὶ μεῖζον πάθοι κακόν τις, τὸ τιμιώτατον τῶν ὄντων ζημιωθεὶς τὴν ἀλήθειαν; τί οὖν φημι ἀδελφοί; οὐχ ὅτι ἀναμάρτητός εἰμι ἐγώ· οὐδ᾽ ὅτι ὁ βίος ὁ ἐμὸς οὐχὶ πλήρης ἐστὶ μυρίων ἐλαττωμάτων. οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν καὶ οὐ διαλείπω στάζων τὸ δάκρυον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων, εἴ πως δυνηθείην ἐξιλάσασθαί μου τὸν Θεὸν, καὶ διαφύγοιμι τὴν ἀπειληθεῖσαν κόλασιν. ἀλλ᾽, ὅτι ὁ τὰ ἡμέτερα κρίνων, εἰ μὲν καθαρὸν ἔχειν διαβεβαιοῦται τὸν ὀφθαλμὸν, καρφολογείτω ἡμῶν τὸ ὄμμα· ὁμολογοῦμεν γὰρ δεῖσθαι πολλῆς τῆς ἐκ τῶν ὑγιαινόντων ἐπιμελείας. εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἴποι, καὶ τοσούτῳ γε πλέον οὐκ ἐρεῖ, ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον ᾖ καθαρὸς αὐτὸς (διότι ἴδιον τῶν τελείων τὸ μὴ ἑαυτοὺς ὑπεραίρειν, ἐπεὶ πάντως ὑπόδικοι τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ Φαρισαίου γενήσονται), ὃς ἑαυτὸν δικαιῶν, κατέκρινε τὸν τελώνην) μήτ᾽ ἐμοῦ ζητείτω τὸν ἰατρὸν, καὶ μὴ πρὸ καιροῦ κρινέτω, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς ἀποκαλύψει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. μεμνήσθω δὲ καὶ τοῦ εἰπόντος· μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. καὶ τοῦ, μὴ καταδικάζετε, ἵνα μὴ καταδικασθῆτε. ὅλως δὲ, ἀδελφοί, εἰ μὲν ἰάσιμα ἡμῶν ἐστι τὰ πλημμελήματα, τί οὐχὶ πείθεσθε τῷ διδασκάλῳ τῶν ἐκκλησιῶν λέγοντι· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον; εἰ δὲ ἀνίατος ἡμῶν ἡ ἀνομία, τί οὐχὶ εἰς πρόσωπον ἡμῖν ἀντικαθίστασθε, καὶ δημοσιεύσαντες ἡμῶν τὰ ἀνομήματα, ἐλευθεροῖτε τῆς παρ᾽ ἡμῶν βλάβης τὰς ἐκκλησίας; μὴ τοίνυν ἀνάσχησθε τῆς ὑπ᾽ ὀδόντα λαλουμένης καθ᾽ ἡμῶν λοιδορίας. τοῦτο γὰρ κἂν παιδίσκη μία τῶν ἐκ μύλωνος ποιήσειε· κἂν τῶν ἀγοραίων τις μεθ᾽ ὑπερβολῆς ἐπιδείξαιτο, οἷς τε γλῶσσα πρὸς πᾶσαν ἠκόνηται λοιδορίαν. ἀλλ᾽ εἰσὶν ἐπίσκοποι· κληθήτωσαν εἰς ἀκρόασιν. ἔστι κλῆρος καθ᾽ ἑκάστην τοῦ Θεοῦ παροικίαν. συναχθήτωσαν οἱ δοκιμώτατοι. λεγέτω μετὰ παρρησίας ὁ βουλόμενος, ἵνα ἔλεγχος ᾖ τὸ γινόμενον, καὶ μὴ λοιδορία. ὑπ᾽ ὄψιν ἀγέτω τὰ λανθάνοντά μου τῆς πονηρίας. μισείτω δὲ, μηδὲ τότε· ἀλλὰ νουθετείτω ὡς ἀδελφόν. ἐλεεῖσθαί που δίκαιοι ἐσμὲν παρὰ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν καὶ ἀναμαρτήτων, εἰ ἁμαρτωλοὶ ἡμεῖς, μᾶλλον ἢ χαλεπαίνεσθαι. εἰ δὲ περὶ πίστιν τὸ σφάλμα, δειχθήτω ἡμῖν ἡ συγγραφή. πάλιν ἴσον καὶ κοινὸν κριτήριον καθισάτω. ἀναγνωσθήτω τὸ ἔγκλημα, δοκιμασθήτω, εἰ μὴ ἀγνοίᾳ τῶν ἐγκαλούντων, ἔγκλημα εἶναι δοκεῖ μᾶλλον, ἢ τῇ ἑαυτοῦ φύσει κατεγνωσμένον ἐστὶ τὸ γράμμα. πολλὰ γὰρ τῶν καλῶν οὐ δοκεῖ εἶναι τοιαῦτα, τοῖς τὸ κριτήριον τῆς διανοίας οὐκ ἀκριβὲς κεκτημένοις.

A Quod enim maius malum cuiquam accidere poterit, quàm vt rem omnium pretiosissimam, veritatem videlicet amittat? Quid igitur dico fratres? Non quod ego ignorem me obnoxium peccatis, neque quod vita mea non referta sit innumeris delictis. Noui enim meipsum, nec cesso lacrymas profundere propter peccata mea, si quo pacto mihi Deum placare, ac futuri supplicii comminationem effugere queam: Sed hoc dico: Si is qui nostra iudicat, mundum se B cõfirmet habere oculum, auferat ex nostro oculo festucam, fatemur enim nos multa eorum, qui probè valent, opus habere curandi diligentia. Si vero hoc non facilè dicet, & tanto minus dicet, quanto magis fuerit mundus, (propterea quod perfectorum hoc est proprium, vt seipsos non extollant; alioqui arrogantiæ Pharisæi obnoxii essent, qui seipsum iustificans condemnauit publicanum) neque mihi quærat medicum, nec iudicet ante tempus, donec veniat Dominus, qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Memor sit eius, qui dixit, Nolite iudicare, C ne iudicemini, neque condemnare, ne condemnemini. In summa fratres, si curabilia sunt nostra delicta, quare non obeditis doctori ecclesiarum, dicenti, Argue, increpa, obsecra? Si vero scelus nostrum ita habet, vt sit immedicabile, quamobrem non in faciem nobis resistit aduersarius, vt patefactis sceleribus nostris, ecclesias ab ea pernicie liberet, qua per nos illæ perduntur? Itaque ne feratis conuicium illud, quod sub dentibus aduersarii clanculum aduersum nos immurmuratur: ferendum enim non est, etiam si id ancilla faciat ex pistrino, aut vnus D aliquis supra modum nebulo ex istis circumforaneis, cui hominum generi hoc vitii est, vt linguas in omnis generis conuitia acutas habeant. Iam sunt episcopi, vocentur illi vt causam cognoscant. Est clerus in vnaquaque Dei parœcia. Congregentur selectiores ac probatiores. Dicat cum fiducia ac liberè qui volet, vt examen fit quod agitur, non conuitium. In conspectum ac publicum producat, si qua sunt malitiæ meæ occulta facinora. Odio vero me ne tum E quidem prosequatur, sed admoneat vt fratrem. Si peccatores sumus, commiserandi potius sumus apud viros beatos & innoxios, quàm acerbè & odiosè tractandi. Si vero erroris circa fidem culpamur, ostendantur nobis scripta nostra. Deinde iudicium detur æquum & neutri parti separatim addictum. Legatur obiectum delictum. Probetur natura sui, condemnatum esse scriptum quod obiicitur magis quam quod ex ignorãtia accusatoris culpandum esse videatur. Sunt namque multa bona, quæ non exacto mẽtis iudicio præditis talia non apparent.

1. Cor. 4. 5.

Matt. 7.

2. Tim. 4

Neque enim quæ eiusdem sunt ponderis paria esse videntur: nisi æquilibres sint inter se lances. Iam mel malè morbo quopiam affectis apparet gustu amarum per corruptelam organi. Quin & oculus vitiatus multa non videt eorum quæ sunt, & multa supponit quæ non sunt. Idem & in iudicanda sermonum virtute sæpenumero fieri video: quando eorum qui conscripserunt mentem habitumve non assequitur iudex. Oportet enim vt eadem propè sint animi industria præditi, & qui aliorum scripta iudicaturus est, & qui illa conscripsit. An vero de agriculturæ operibus iudicare non poterit, qui non ipse est agricola: & qui musices scientiam non tenet, nec consonantiam nec dissonantiam in musicis rythmis cognoscat: librorum iudex mox erit quicumque volet, qui neque præceptorem suum, neque tempus in quo didicerit, assignare valet: nec prorsus quicquam eorum quæ ad libros iudicandos attinent, siue multum siue parum intelligit? Ego vero noui, quod quæ in oraculis spiritus dicuntur, haud cuiuis liceat proprio subiicere examini, sed ei qui spiritum habet discretionis, quemadmodum nos Apostolus in diuisionibus charismatum docuit dicens. Huic namque per spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii operationes virtutum, alii Prophetia, alii discretiones spirituum. Itaque si nostra spiritalia sunt, ostendat se donum habere discernendorum spiritalium, qui nostra iudicare præsumit: si vero, quemadmodum ipse conuiciatur, ex sapientia sunt mundi huius, declaret se mundanæ sapientiæ experientiam habere, & tum demum ipsi iudicandi calculos permittemus. Nemo autem putet ista nos ad hoc excogitare, vt causæ examen fugiamus. Vobis enim, fratres desideratissimi, permitto, vt inter vos ipsos eorum de quibus incusamur examen faciatis. An vsque adeò tardo estis ingenio, vt ad veri cognitionem omnino aduocatis indigeatis? Quod si nostra vobis indubitata videntur, curate vt omnem contentionem abiiciant contentiosi illi nugatores. Si vero ambiguum quid illis inesse videtur, rogate nos, per intermediatores, qui nostra vobis fideliter referre & exponere queant. Vel si videbitur, scripto comprehensas probationes exigite. Omnino verò quotius modo curate, vt ista quæ nobis obiiciuntur inexcussa non relinquantur: fidei vero nostræ quæ poterit esse euidentior probatio, quàm quòd à nutrice beata fœmina,

1.Cor.12. 10.

ἐπεὶ καὶ τὰ ἰσοβαρῆ τῷ ὄγκῳ οὐκ ἴσα εἶναι δοκεῖ, ὅταν μὴ ἰσορρόπως ἔχωσι πρὸς ἀλλήλας αἱ πλάστιγγες. καὶ τὸ μέλι ἤδη πικρὸν τοῖς κατεφθαρμένην τὴν γευστικὴν αἴσθησιν ὑπὸ τοῦ πάθους διεφθαρμένοις. ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμὸς οὐχ ὑγιῶς ἔχων, πολλὰ μὲν τῶν ὄντων οὐκ εἶδε· πολλὰ δὲ τῶν οὐκ ὄντων ὑπέδειξε· καὶ τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς τῶν λόγων δυνάμεως, τὸ ἴσον ὁρῶ πολλάκις γινόμενον. ὅταν τῆς τῶν συγγραψαμένων ἕξεως ὁ κριτὴς ἀπολιμπάνηται. δεῖ γὰρ σχεδὸν ἐκ τῆς αὐτῆς παρασκευῆς ὡρμῆσθαι, τόν τε κρίνοντα τοὺς λόγους, καὶ τὸν συγγράφοντα. οὔτε τὰ μὲν γεωργίας ἔργα οὐ δυνατὸς ἐπικρίνειν ὅ γε μὴ γεωργικός, καὶ τὸ ἐκμελές τε καὶ ἐμμελὲς τῶν κατὰ μουσικὴν ῥυθμῶν οὐ διαγνώσεται, ὁ μὴ τὴν ἐπιστήμην ἔχων τῆς μουσικῆς. λόγων δὲ κριτὴς εὐθὺς ὁ βουλόμενος ἔσται. ὁ μήτε διδάσκαλον ἔχων ἑαυτοῦ δεικνύναι, οὔτε χρόνον ἐν ᾧ μεμάθηκεν, οὔτε ὅλως ἐπαΐων τι μικρὸν ἢ μεῖζον τῶν περὶ λόγους. ἐγὼ δὲ ὁρῶ ὅτι καὶ ἐν τοῖς λογίοις τοῦ πνεύματος ἁγίου, οὐ παντὶ ἀξιοῦν ἐπιβάλλειν τῇ ἐξετάσει τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ τῷ ἔχοντι τὸ πνεῦμα τῆς διακρίσεως, καθὼς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος, ἐν τῇ διαιρέσει τῶν χαρισμάτων εἰπών· ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων· ἄλλῳ δὲ προφητεία· ἄλλῳ διακρίσεις πνευμάτων. ὥστε εἰ μὲν πνευματικὰ τὰ ἡμέτερα, δεικνύτω ἑαυτὸν ἔχοντα τὸ χάρισμα τῆς διακρίσεως τῶν πνευματικῶν ὁ τὰ ἡμέτερα κρίνειν βουλόμενος· εἰ δέ, ὡς αὐτὸς λοιδορεῖ, ἀπὸ τῆς σοφίας ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, δειξάτω ἑαυτὸν ἔμπειρον τῆς σοφίας τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τότε αὐτῷ τὰς ψήφους τῆς κρίσεως ἐπιτρέψομεν. καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταῦτα πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ ἐλέγχου ἐπινοεῖσθαι παρ' ἡμῶν. ὑμῖν γὰρ ἐπιτρέπω, ποθεινότατοι ἀδελφοί, ἐφ' ἑαυτῶν ποιήσασθαι τῶν ἐγκαλουμένων ἡμῖν τὴν ἐξέτασιν. οὕτως ἐστὲ βραδεῖς τὴν διάνοιαν, ὥστε πάντως δεῖσθαι τῶν συνηγόρων πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς εὕρεσιν; ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀναμφίρρητα ὑμῖν φανῇ ἐφ' ἑαυτῶν, πείσατε τοὺς ἐρεσχελοῦντας ἀφεῖναι πάσης φιλονεικίας. ἐὰν δέ τι δοκῇ καὶ ἀμφίβολον ἔχειν, ἐρωτήσατε ἡμᾶς διά τινων μέσων, δυναμένων πιστῶς διακονήσασθαι τὰ ἡμέτερα· ἢ καὶ ἐγγράφους, εἰ δοκεῖ, ἀπαιτήσατε ἡμᾶς τὰς ἀποδείξεις. πάντως δὲ παντὶ τρόπῳ σπουδάσατε, μὴ ἀνεξέταστα ταῦτα καταλιπεῖν. πίστεως δὲ τῆς ἡμετέρας τίς ἂν γένοιτο ἐναργεστέρα ἀπόδειξις, ἢ ὅτι τραφέντες ἡμεῖς ὑπὸ τίτθῃ μακαρίᾳ γυναικί,

& infirma eorum conſcientia percutienda conſumunt, quamuis Chriſtus pro nobis mortuus ſit.

Venerunt dies vltionis, venerunt dies tribulationis tuæ, & affligetur Iſrael ſicut Propheta inſaniens, homo qui habet ſpiritum.

XCXIX. Solebant Iſraelitæ ſanctorum Prophetarum ſermones repudiare, quæque à Deo mandabantur, pro nihilo putare, quanquam toties illis mala euentura prædixiſſet. Itaque alicubi Prophetam Ezechielem ſic compellat. Ezech. 12. [Fili hominis, ecce domus „ Iſrael exaſperans; dicentes dicunt. Vi„ ſio quam iſte videt, in dies multos, „ & in tempora longa iſte prophetat. „ Propterea dic ad eos. Hæc dicit ado„ nai Dominus, Non prolongabuntur „ vltrà omnia verba mea, quæcun„ que locutus fuero. Quia loquar ver„ bum, & faciam, dicit adonai Domi„ nus.] Tale quiddam & hic loquitur. „ [Venerunt dies vltionis.] Ac ſi dicat, prope eſt vltio, & iam in ipſis foribus diſcrimen: vicina clades, & bellum ante oculos eſt. Retributionis dies adeſt. Dum tu autem affligeris Iſrael, omnino, & æquali pœna tecum affligetur omnis Pſeudopropheta apud te, homo de ſtatu mentis dimotus, hoc eſt, fanaticus, & inſanus, & qui mentem perdidit, quem tu putaſti ſpiritualem. Simul ſiquidem cum aliis perierunt ſacerdotes excelſorum, & cultores Idolorum, & quotquot mendaces, & falſi vates erant in Iſrael. Quia enim vaticinaturi furere ſe ſimulabant, & quaſi Phœbæo numine afflatos fingebant, ideo & hominem inſanum, ſeu mente captum iſtiuſmodi nominauit.

Præ multitudine iniquitatum tuarum multiplicata eſt inſania tua.

C. Multitudinem iniquitatis nominat quaſi multimodam, & multiformem ſuperſtitionem Iſraelis. Vno verbo, corrupti erant omnes, & idololatræ. Veruntamen ſecundùm modos deceptionis diuiſi, alii aliis ſacra faciebant, & ſe conuenientibus falſa prædicabant. Nam quidam vitulos: quidam Chamos idolum Moab: alii Aſtarten colebant. Non deerant item qui Baal, & militiam cæli in deorum numero venerarentur. Idcirco Deus incuſans eos, per Hieremiam ait,

A καὶ τύπτει αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, καίτοι Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν.

Ἥκασιν αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως, ἥκασιν αἱ ἡμέραι τῆς ἀνταποδόσεώς σου, καὶ κακωθήσεται Ἰσραὴλ ὥσπερ ὁ προφήτης ὁ παρεξεστηκώς, ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος.

Ἔθος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τοὺς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀποσείεσθαι λόγους, καὶ οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὰ παρὰ Θεοῦ. καίτοι πολλάκις ὅτι παθεῖν αὐτοῖς B συμβήσεται τὰ δεινὰ προηγορευκότος· καὶ γοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς προσαποπεφώνηκέ που τῷ προφήτῃ Ἰεζεκιήλ, λέγων· υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων, λέγοντες λέγουσιν. ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλάς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. Διὰ τοῦτο εἰπὸν πρὸς αὐτούς. τάδε λέγει Ἀδωναῒ κύριος. οὐ μὴ μηκύνωσιν οὐκέτι πάντες οἱ λόγοι μου, οὓς ἂν λαλήσω. ὅτι λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει ἀδωναῒ κύριος. τοιοῦτό τί φησι κἀνθάδε. ἥκασι γάρ, C φησίν, αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως. ὅμοιον ὡς λέγει, ἐγγὺς ἡ δίκη, καὶ ἐπ' αὐταῖς ἤδη θύραις ὁ ἀγών, γείτων ἡ συμφορά, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁ πόλεμος. ἐνέστηκεν ἡ τῆς ἀνταποδόσεως ἡμέρα. κακουμένῳ δέ σοι, φησίν, ὦ Ἰσραήλ, συγκακωθήσεται πάντως, καὶ ἐν ἴσῳ τρόπῳ μεθέξει τῆς δίκης, ὁ πᾶς ἐν σοὶ ψευδοπροφήτης, ὁ παρεξεστηκὼς ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ ἔνθους, καὶ μαινόμενος, καὶ ἀπολωλεκὼς τὰς φρένας, ὃν σὺ νενόμικας εἶναι πνευματοφόρον. ὁμοῦ γὰρ τοῖς ἄλλοις δια- D λώλασιν οἵ τε ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, καὶ οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευταί. καὶ πάντες, ὅσοι ψευδεπεῖς τε, καὶ ψευδομάντεις ἦσαν ἐν τῷ Ἰσραήλ. ἐπειδὴ γὰρ μαίνεσθαι προσεποιοῦντο τὰς μαντείας ποιησάμενοι, καὶ φοιβᾶν ὑπεκρίνοντο, ταύτητοι καὶ ἄνθρωπον παρεξεστηκότα τὸν τοιοῦτον ὀνομάζει.

Ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου ἐπληθύνθη μανία σου.

E Πλῆθος ἀδικίας φησίν, οἱονεὶ τὴν πολύτροπόν τε, καὶ πολυειδῆ θρησκείαν τοῦ Ἰσραήλ. ἑνὶ μὲν λόγῳ, πεπλάνηντο, καὶ πάντες ἦσαν εἰδωλολάτραι. πλὴν ἐμερίζοντο τοὺς τῆς πλανήσεως τρόπους, ἄλλοι τε ἄλλοις προσῆγον τὰς τελετάς, καὶ τοῖς πρέπουσιν ἐποιοῦντο τὰς ψευδομαντείας· οἱ μὲν γὰρ ταῖς δαμάλεσιν ἐλάτρευον· οἱ δὲ τῷ Χαμώς, εἰδώλῳ Μωάβ· ἕτεροι δὲ τῇ Ἀστάρτῃ. ἦσαν δέ, οἱ καὶ τῷ Βάαλ, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. ταύτητοι Θεὸς ἐπῃτιᾶτο, λέγων διὰ φωνῆς Ἰερεμίου.

ὅτι κατὰ ἀριθμὸν πόλεών σου, ἦσαν θεοί σου, Ἰούδα. ἑκάστη γὰρ πόλις τὸν παρ' αὐτοῖς ἴδιον ἔχειν ὡμολόγει Θεόν. τοῦτο αὐτὸ πλῆθος ἀδικίας ὀνομάζει δικαίως. ἀδίκημα γὰρ ἀληθῶς, καὶ ὕβρις εἰς Θεόν, τὸ ἀποφοιτᾶν μὲν αὐτοῦ, προσκεῖσθαι δὲ ξύλοις τε, καὶ λίθοις, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, καθάπερ γέγραπται. μανίαν δὲ λέγει τὴν μαντείαν. οὐκοῦν ἐπειδήπερ πλῆθος ἀδικίας εὕρηται ἐν σοί, φησί, τοιγάρτοι καὶ παρὰ σοὶ πεπλήθυνται μανία, τουτέστιν, ἡ ψευδομαντεία, ἑκάστου κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν ψευδομάντεων ἴδιον ἔχοντος τρόπον, καθ' ὃν ἐμαντεύετο. ἔκτοπον οὖν ἄρα, καὶ παράνομον, καὶ βέβηλον ἀληθῶς, καὶ οὐχ ἱκανῶς ἔχον, εἴπερ τὸ δύνασθαι λυπεῖν, καὶ παροξύνειν δεινῶς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸ ψευδοεπείαις προσκεῖσθαι φιλεῖν, τῶν λαλεῖν εἰωθότων τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος κυρίου. παραφυλακτέον δὴ οὖν Χριστιανοῖς τὸ πλημμέλημα. μόνοις γὰρ ἂν πρέποι τὸ τοιάδε νοσεῖν τοῖς τῶν ἁγίων θεραπευταῖς.

Σκοπὸς Ἐφραὶμ μετὰ Θεοῦ προφήτης, παγὶς σκολιὰ ἐπὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ.

Σκοποὺς ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ τοὺς τῶν λαῶν προεστηκότας, ὑψοῦ τε ἠρμένους διὰ τιμὴν, οἷς ἂν καὶ ἐνορῴη τις, εἴ δὴ βούλοιτο τὸν ὀρθὸν, καὶ ἀνεπίληπτον διαζῆσαι βίον. καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἰεζεκιήλ, υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ στόματός μου λόγον, καὶ διαπειλήσῃ αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ. ἔθος γὰρ τοῖσδε σκοποῖς, οὐχὶ μόνον τοῖς παιδευομένοις πρὸς ὑποτύπωσιν ἀρετῆς, ἤτοι πολιτείας σὺν νόμοις τὸν ἑαυτῶν προτιθέναι βίον, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰσηγεῖσθαι τὰ χρήσιμα, καὶ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν διερμηνεύειν ὀρθῶς. ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὸ σκοποὺς ὄντες ἀγαθοὺς, κατ' εὐθὺ τοῦ πρέποντος ἰόντες, ἐσῴζοντο· οἱ δὲ πονηροῖς, καὶ φαύλοις ἀνδράσι τῆς ἑαυτῶν διανοίας προσνέμοντες τὴν ῥοπὴν, πλανῶντές τε, καὶ πλανώμενοι διετέλουν, καὶ ἁπάσης ἀγαθουργίας, καὶ γνώσεως ἀληθοῦς ἐξῳκισμένον ἔχοντες τὸν νοῦν. οὕτω πεπονθότας καταιτιᾶται καὶ νῦν τοὺς ἐκ τῆς φυλῆς Ἐφραὶμ, ἤτοι τὸν Ἰσραήλ. γέγονε γὰρ αὐτῷ, φησί, σκοπὸς μετὰ Θεοῦ προφήτης. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, καθ' ἕκαστον τῶν ψευδωνύμων θεῶν, καὶ ψευδόμαντις ἰδικός. ὡς γὰρ ἤδη προέφην, εἰς πολύτροπον ἐμερίζοντο πλάνην. καὶ οἱ μὲν λελατρεύκασι τῷ Βάαλ· οἱ δὲ τῷ Χαμὼς, ἤγουν τῷ Βεελφεγώρ.

[Secundùm numerum ciuitatum tuarum erant dii tui, Iuda.] Vnaquæque enim vrbs illorum proprium Deum habere se profitebatur. Hoc ipsum [multitudinem iniquitatis] conuenienter appellat. Vere enim iniquitas est in Deum, & iniuria, ab illo recedere, & lignis, lapidibus, atque [operibus manuum suarum,] vt scriptum est, colendis deditum esse. Insaniam autem nuncupat vaticinationem. Quare, quoniam multitudo iniquitatis in te inuenta est, inquit, idcirco & apud te multiplicata est insania, id est, vaticinatio, vnoquoque falso vate, vt consentaneum est, suum vaticinandi modum habente. Absurdum ergo, & iniquum est reuera, & quod satis sit ad grauiter offendendum, & irritandũ Deum vniuersorum, libenter attendere falsis sermonibus solitorũ loqui [de corde suo, sicut scriptũ est, & non de ore Domini.] Cauendum igitur Christianis peccatũ. Solos enim sanctarum rerum cultores ad huiusmodi languere, & infirmos esse condecet.

Scopus Ephraim cum Deo Propheta, laqueus tortuosus super omnes vias eius.

Solet diuina scriptura scopos nominare præsides, & moderatores populi, & in sublimi dignitatum gradu collocatos, in quos intueatur qui rectam, & inculpatam vitam degere velit. Quare alicubi Deus ad beatum Prophetam Ezechielem, [Fili hominis, scopum dedi te domui Israel, & sermonem audies ex ore meo, & minaberis eis à me.] Vsitatum enim erat his scopis, non solum iis quos instituerent ad descriptionem & formam virtutis, vna cum legibus suam ipsorum vitam proponere; sed etiam optima præcepta tradere, & Dei voluntatem probè interpretari. Cæterùm alii quidem scopis bonis subiecti, directum iter officii ambulantes saluabantur: alii prauis, & improbis hominibus animorum suorum momenta committentes, seducere & seduci perseuerabant, mente ab omni opere bono, & cognitione vera inanes. Propter huiuscemodi tribules Ephraim, siue Israelem & nunc castigat. [Factus est enim illi scopus, inquit, Deo Propheta.] Quasi dicat, cuiusque Dei falsi, falsus Propheta. Vt enim supra dixi, in multiplices errores dispertiti fuerunt. Et alii quidem seruierunt Baal; alii Chamos, siue Beelphegor: & in

& in quolibet fano formatum, & manufactum simulacrũ aliquod, idolúmque cernebatur, cui assidebat, assiduóque seruiebat Pseudopheta proprius, erátque apud eos genus vaticinãdi varium. Et eructabant accedentibus quod volebant, sine ratione tanquam conducibile, & necessarium. Quoniam igitur factus est scopus tribulibus Ephraim cum vnoquoque falso Deo etiam Propheta proprius, idcirco postea ad quiduis turpissimum impotenter se dederunt. Hoc illis factum est [& laqueus tortuosus.] Non enim poterant dirigi, & rectã vnquam incedere in tot deorum cultum prolapsi, vt cum quolibet Deo & proprium Prophetam haberent, & insuper scopum sibi facerent, qui eos à pietate erga Deum abducebat, & in foueam perditionis præcipitabat. Volentes igitur legibus conuenienter viuere, auscultare debent non docentibus simpliciter, nec loquentibus de corde suo, sed quibus diuina, & superna gratia sinceræ erga Deum charitatis testimonium dederit. Hinc & Christus, [Attendite, inquit, à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.]

Hier.23. — Matth.7.

A crudelibus autẽ feris parum discrepare non falsò affirmamus impiarum hæresum inuẽtores & patronos, qui ore diducto Israelẽ deuorant. Quodammodo enim consumunt simpliciorum animas, fallaciæ dentibus eos comminuentes. Dicatur itaque à nobis etiã, [Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. Molas leonum confregit Dominus. Ad nihilum deuenient, vt aqua decurrens. Intendet arcũ suũ donec infirmentur.]

Psal.57.

Insaniam in domo Dei defixerunt. Corrupti sunt secundùm dies collis. Recordabitur iniquitatis eorum, vlciscetur peccata eorum.

C11. Insaniam & hîc more solito falsas prædictiones nominat, domum autem Domini Israelem. Dictum est igitur quodam loco per Hieremiã ad Iudæorum synagogam, velut ex persona Dei. [Nonne vt domum me vocasti, & patrem, & ducem virginitatis tuæ?] Magnitudine igitur amentiæ, & nefandarum molitionum exsuperãtia obstupescit. Progressi sunt enim iam, inquit, eò impietatis, vt insaniam in domo Dei defixerint, hoc est, falsum vaticinium, diuinarúmque legum violationem. Aptè autem & illud dictum, *defixerunt.*

Hier.3.

A καὶ ἐν ἑκάστῳ τεμένει πεπλαστουργημένον τι, καὶ χειρόκμητον ἄγαλμά τι, καὶ βρέτας, καὶ ὁ προσεδρεύων ἑκάστῳ ψευδοπροφήτης ἰδικός. καὶ διάφορος παρ' αὐτοῖς ὁ τῆς μαντείας ἦν τρόπος. ἠρεύγοντο δὲ τοῖς προσερχομένοις τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ὡς χρήσιμόν τε, καὶ ἀναγκαῖον. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ γέγονε σκοπὸς τοῖς ἐξ Ἐφραὶμ μεθ' ἑκάστου τῶν ψευδωνύμων Θεῶν, καὶ προφήτης ἰδικὸς, ταύτητοι λοιπὸν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἀφέτως ἀπονενεύκασι. τοῦτο γέγονεν B αὐτοῖς καὶ παγὶς σκολιά. οὐ γὰρ ἦν κατευθύνεσθαι, καὶ ὀρθῶς βαδίζειν δύνασθαί ποτε τοὺς εἰς τοσαύτην πολυθεΐαν ὠλισθηκότας, ὡς σὺν ἑκάστῳ Θεῷ καὶ προφήτην ἔχειν ἰδικόν· καὶ προσέτι, ποιεῖσθαι σκοπὸν, τὸν τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀποκομίζοντα, καὶ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιέντα βόθροις. προσεκτέον δὴ οὖν τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ἐννόμως, οὐχὶ τοῖς διδάσκουσιν ἁπλῶς, οὐδὲ τοῖς λαλοῦσι τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, ἀλλ' οἷς αὐτὴ ἡ θεία καὶ ἄνωθεν ἐπιμαρτυρήσει χάρις τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. τοιγάρτοι καὶ ὁ Χριστός· προσέχετε, φησὶν, ἀπὸ τῶν ψευδοπρο- C φητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

Θηρῶν γὰρ ἀγρίων ὀλίγα διενεγκεῖν φαμὲν ἀληθεύοντες, τοὺς τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρετὰς, καὶ προεστηκότας, τοὺς καταπιόντας τὸν Ἰσραὴλ ὅλῳ τῷ στόματι. δαπανῶσι γὰρ ὥσπερ τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς, τοῖς τῆς ἀπάτης ὀδοῦσι συντρίβοντες. εἰρήσθω δὴ οὖν καὶ πρὸς τὴν ἡμῶν. ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ κύριος. ἐξουδενωθήσον- D ται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον. ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσωσιν.

Μανίαν ἐν οἴκῳ κυρίου κατέπηξεν. ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ. μνησθήσεται ἀδικίας αὐτῶν, ἐκδικήσει ἁμαρτίας αὐτῶν.

Μανίαν κἀνθάδε συνήθως φησὶ τὴν ψευδομαντείαν. κυρίου δὲ οἶκον ὀνομάζει τὸν Ἰσραήλ. καὶ γοῦν εἴρηταί που διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὴν τῶν E Ἰουδαίων συναγωγὴν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; καταπλήττεται δὴ οὖν τῆς ἀποπληξίας τὸ μέγεθος, καὶ τῶν ἀτόπων ἐγχειρημάτων τὴν ὑπερβολήν. ἐληλάκασι γὰρ πρὸς τοῦτο λοιπὸν δυσοσιότητος, φησὶν, ὡς μανίαν ἐν οἴκῳ κυρίου καταπῆξαι, τουτέστι, ψευδομαντείαν, καὶ τὰ τοῖς θείοις νόμοις ἀπηγορευμένα πλημμελεῖν. ἦν δὲ δὴ, καὶ τὸ κατέπηξαν, φησὶ,

οὐ γὰρ πέπαυται τολμηθὲν εἰσάπαξ, ἀλλ' οἱονεὶ πέπηγε καὶ ἐνεβοθρεύθη λοιπὸν τῆς δυσσεβείας τὸ χρῆμα. οὐ γὰρ κατέληξε ψευδομάντεις ἔχων, καὶ ψευδοπροφήτας ὁ Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ τὰ τοιάδε τετολμήκασιν, εἰκότως ὧν ἔδρασαν ἐξαιτούμενοι δίκας, [ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ. μεμνήσεται γὰρ τῆς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ ἐκδικήσει πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.] καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι τό, ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ, φέρε, διὰ βραχέων ὑπομνήσωμεν. γέγραπταί τι τοιοῦτον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν κριτῶν. ἐπιτομάδην δὲ ἅπασαν, ὡς ἔνι, ποιήσομαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ μακροτέραν οὖσαν συστελῶ. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησίν, οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραήλ, ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει. καὶ ἐγενήθη νεανίας ἐκ Βηθλεέμ, δήμου Ἰούδα, καὶ αὐτὸς Λευίτης. καὶ οὗτος παρῴκει ἐκεῖ. καὶ ἐπορεύθη ὁ ἀνὴρ ἀπὸ Βηθλεέμ τῆς πόλεως Ἰούδα, παροικῆσαι ἐν ᾧ ἂν εὕρῃ τόπῳ. καὶ ἦλθεν ἕως ὄρους Ἐφραίμ, καὶ ἕως οἴκου Μιχαίου, τοῦ ποιῆσαι ὁδὸν αὐτοῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ Μιχαίας, πόθεν ἔρχῃ; καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Λευίτης, ἐγώ εἰμι ἀπὸ Βηθλεὲμ Ἰούδα, καὶ ἐγὼ πορεύομαι κατοικῆσαι ἐν ᾧ ἂν εὕρω τόπῳ. καὶ εἶπεν αὐτῷ Μιχαίας, κάθου μετ' ἐμοῦ, καὶ γίνου μοι εἰς πατέρα, καὶ εἰς ἱερέα, καὶ ἐγὼ δώσω σοι δέκα ἀργυρίους εἰς ἡμέραν, καὶ στολὴν ἱματίων, καὶ τὰ πρὸς ζωήν σου. καὶ ἐπορεύθη ὁ Λευίτης, καὶ ἤρξατο παροικεῖν παρὰ τῷ ἀνδρί. καὶ ἐγενήθη ὁ νεανίας παρ' αὐτῷ ὡς εἷς ἀπὸ υἱῶν αὐτοῦ. καὶ ἐπλήρωσε Μιχαίας τὴν χεῖρα τοῦ Λευίτου, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ εἰς ἱερέα, καὶ ἐγένετο ἐν οἴκῳ Μιχαίου. Εἰδωλολάτρης μὲν οὖν ὁ Μιχαίας. κατεμισθοῦτο γε μὴν τὸν ἐξ αἵματος τοῦ Λευί, καὶ θεραπευτὴν ἐποίει γλυπτοῦ, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων ἀνετίθει χρείαις. καὶ τί μετὰ τοῦτο γενέσθαι συμβέβηκεν, ἔφη πάλιν ὧδε τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἡ φυλὴ Δὰν ἐζήτει αὐτῇ κληρονομίαν τοῦ κατοικῆσαι, ὅτι οὐκ ἐνέπεσεν αὐτῇ ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν μέσῳ φυλῶν Ἰσραὴλ κληρονομία. Εἶτα πέντε τινὰς ἐπιλεξάμενοι, προβαδίζειν ἑαυτῶν ἀναπείθουσι, καὶ κατοπτεῦσαι τὴν γῆν ἣν ἂν δύναιντο λαβεῖν, καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κλῆρον. οἱ δὲ ἀφίκοντο, φησίν, ἕως ὄρους Ἐφραίμ, ἕως οἴκου Μιχαίου, καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ, καὶ τὸν Λευίτην ἐπιγινώσκουσιν, ὡς ὁμογενῆ, διά τοι τὸ γλώττῃ χρῆσθαι τῇ κατ' αὐτούς· Ἑβραίοις γὰρ οὖσιν, ὡς Ἑβραῖος ἐλάλει. ἐρόμενοι δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ ἀναμαθόντες, ὅπως ἐκ φυλῆς ὄντα Λευὶ κατεμισθοῦτο μὲν ὁ Μιχαίας, ἱερουργὸν δὲ τὴν ἑαυτοῦ κεχειροτόνηκε σεβασμάτων, συναλγῆσαι δέον, ὡς αἰχμαλώτῳ, καὶ ἠπατημένῳ, καὶ ἀλητεύοντι,

A Non enim desiit audacter patratum semel: sed quodammodo fixa est, & in scrobem impacta impietas: quia non cessauit falsos vates, & Pseudoprophetas habere Israel. Quia verò in hanc audaciam eruperunt, merito factorum pœnas exacti, [corrupti sunt secundum dies collis. Recordabitur enim iniquitatis ipsorum, & vlciscetur omnia peccata eorum.] Quidnam autem sit, [corrupti sunt secundum dies collis,] age, paucis suggeramus. Scriptum est quippiam huiusmodi in libro Iudicum: totam narra- B tionē quam potero breuissimè perstringam, & longiorem in pauca conferam. [In diebus illis, inquit, non erat rex in Israel, & quisque quod rectum erat in oculis suis, faciebat. Et fuit iuuenis in Bethleem, tribus Iuda, & ipse Leuites, & hic habitabat ibi. Et abiit vir ille à Bethleem ciuitate Iuda habitare in loco quem inuenisset, & venit vsque ad montem Ephraim, & vsque ad domum Micha, vt faceret inter suum. Et dixit ei Micha, vnde venis? Et respōdit Leuites: C ego sum de Bethleem Iuda, & ego vado habitare in loco quē inuenero. Et dixit ei Micha, Sede mecum, & esto mihi in patrem, & in sacerdotē, & ego dabo tibi decem argenteos in diem, & stolam vestium, & quæ ad victum tuū pertinent. Et abiit Leuites, & incepit habitare apud virū. Et fuit adolescens apud illum, vt vnus de filiis eius. Et impleuit Micha manum Leuitæ, & fuit ei in sacerdotē, & fuit in domo Michæ.] Idololatra igi- D tur fuit Michas, mercede nihilominus de sanguine Leui propagatū conduxit, & cultorem fecit sculptilis, idolorúmque vsibus eum dedicauit. Quid postea? narrat rursum Scriptura sacra in hunc modum. Et in diebus illis tribus Dan quærebat sibi possessionem ad habitandum, quoniam non cecidit illi vsque ad diem illum in medio tribuum Israel possessio. Deinde quinque delectis vt præcederent persuaserunt, & explorarent teerram, quam possint occupare, & in sortem suam conuertere. Illi vene- E runt vsque ad montem Ephraim, in domum Michæ, & requieuerunt ibi, & Leuitam vt cognatum agnouerunt, quod eorum lingua vteretur. Hebræis enim vt Hebræus loquebatur. Percunctati igitur caussam, & cognito quomodo ex tribu Leui natus, à Micha conductus esset, & ab eo sacrificus idolorū eius institutus, cùm miserari vt captiuū, & deceptum, & erronem deberent,

Iud.17.& 19.10.

confestim in eosdem deceptionis laqueos inciderunt, & eum ex idolis sciscitatum sibi referre postularunt, si eis ex sententia cœptum esset processurum, vt obtinerent, inquam, regionem, quam exploratum veniebant. Ille quod iubebat, tanquam à Deo responsum referebat. Considerata igitur terra, legati renuntiarunt iis, à quibus missi erant, bonam & pinguem esse, nec citra sudorem posse redigi in potestatem. His sermonibus auditis, tribules Dan, sexcenti numero, armati ascenderunt. Venerunt autem & ipsi in ædes Michæ. Et responderunt, inquit, illi quinque viri qui abierant consideratum terram Laisa, & dixerunt fratribus suis: Scitote quod in domo ista est Ephod, & Theraphim, & sculptile, & conflatile. Et nunc scitote quid facietis. Ephod igitur sonat liberatio, Theraphim remissio, aut sanans ipsos. Idolum enim falsam opinionem habebat, quasi sanare quosdam posset. Græci enim huiusmodi de quibusdam sculptilibus comminiscuntur. Hoc cum didicissent tribules Dan, tollunt sculptile, & Leuitam vt Micha derelicto sequatur permouent. Congressi autem, & victoria potiti, & regione occupata, vrbem ædificant vocabulo Dan, primi parentis sui nomen ei decernentes: erant enim, vt dixi, de tribu, & sanguine Dan. Collocato autem ibi & idolo, sacrificabant eidem, & cum terra Deum quoque possidebant: tanta fuit ipsorum vecordia. Hanc ob causam postea iratus est Deus, & æquissimè, vt indignè habitus. Cum autem omne nomen Israelis loco inimicorum, infensissimorúmque hostium tribules Dan ducere, & admissæ in Deum impietatis rationem eos poscere oporteret, etiam fortasse iis assensi sunt, & laudandos censuerunt, vt qui nihil planè deliquissent. Iam vero quæ huius ignauiæ stipendia acceperint, age commemoremus. Nullo adhuc rege Israelis, vir quidam Leuites, habitans in latere montis Ephraim, vxorem Bethleemitidem duxit. Quæ cum fugisset ad patrem suum, secutus eam maritus, persuasit, vt secum redire, ac de cætero cohabitare vellet. Quo facto, in medio itinere cum ea in Gabaa oppidum, quod interpretantur collem, diuertit. Gabaæ, siue collis incolæ erant Beniamitæ.

συνηκατώλισθον εὐθὺς εἰς τοὺς τῆς ἀπάτης βρόχους, καὶ ἀγορεύειν αὐτὸν ἠξίουν, ἐπερωτῶντα τὸ εἴδωλον εἰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἐκβήσεται τὸ ἐγχείρημα, τὸ κρατῆσαι, φημὶ, τῆς χώρας, ἣν ἀφίκοντο καταθρήσοντες. ὁ δὲ τὸ δοκοῦν λελάληκεν ὡς παρὰ Θεοῦ. κατασκεψάμενοι δὲ τὴν γῆν οἱ ἀπεσταλμένοι, τοῖς πεπομφόσιν ἀπήγγελον, ὡς ἀγαθὴ καὶ πίων, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι ληπτή. ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἐπύθοντο λόγων, οἱ ἀπὸ φυλῆς τοῦ Δὰν, ἑξακόσιοι τὸν ἀριθμὸν, ἐν ὅπλοις ὄντες ἀνέβαινον. ἀφίκοντο δὲ καὶ αὐτοὶ μέχρις οἴκου Μιχαίου. καὶ ἀπεκρίθησαν, φησὶν, οἱ πέντε ἄνδρες, οἱ πορευθέντες κατασκέψασθαι τὴν γῆν Λαϊσὰ, καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν. ἔγνωτε, ὅτι ἔστιν ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ Ἐφὼδ, καὶ Θεραφὶμ, καὶ γλυπτὸν, καὶ χωνευτόν. καὶ νῦν γνῶτε τί ποιήσετε. τὸ μὲν οὖν Ἐφὼδ ἑρμηνεύεται λύτρωσις, Θεραφὶμ δὲ πάλιν ἄφεσις, ἢ ἰώμενος αὐτούς. εἴδωλον γὰρ ἦν ὑπόληψιν ἔχον ἐφ' ἑαυτῷ ψευδῆ, τοῦ θεραπεύειν δύνασθαί τινας. περιπλάττουσι γὰρ Ἑλλήνων παῖδες ἔσθ' ὅτε ταῖς τοιαύταις δόξαις τὰ χειροποίητα. τοῦτο μεμαθηκότες οἱ ἀπὸ Δὰν, ἀναλαμβάνουσι τὸ γλυπτόν. ἀναπείθουσι δὲ καὶ τὸν ἐξ αἵματος τοῦ Λευὶ κατακολουθῆσαί σφισιν, ἀποφοιτῶντα Μιχαίου. παραταξάμενοι δὲ, καὶ νενικηκότες, καὶ ὑπὸ χεῖρα λαβόντες τὴν γῆν, ἀνεδείμαντο πόλιν, ἣν ἐπωνόμασαν Δὰν, τὸ τοῦ προπάτορος γράφοντες αὐτῇ. φυλῆς γὰρ ἦσαν καὶ αἵματος τῆς ἀπὸ Δὰν, ὡς ἔφην. ἱδρυσάμενοι δὲ καὶ τὸ εἴδωλον ἐν αὐτῇ, θυσίας προσῆγον, καὶ ὁμοῦ τῇ γῇ καὶ Θεὸν ἐκτήσαντο. πρὸς τοῦτο αὐτοῖς ἀβουλίας κατεκομίσθη τὸ φρόνημα. ταύτῃ τοι Θεὸς ἠγανάκτει λοιπὸν, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ὑβρισμένος. εἶτα δέον πάντας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἐχθροὺς ἡγεῖσθαι, καὶ πολεμιωτάτους τοὺς ἀπὸ Δὰν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν δυσσεβείας ἐξαιτῆσαι λόγους, τάχα που καὶ συνηνέχθησαν, καὶ ἐπαινεῖν ἠξίουν, ὡς κατ' οὐδὲν ὅλως ἡμαρτηκότας, καὶ ποῖα γέγονεν αὐτοῖς τῆς εἰς τοῦτο ῥαθυμίας τὰ ὀψώνια, φέρε λέγωμεν ἐφεξῆς. ἀβασιλεύτου μεμενηκότος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνήρ τις Λευΐτης, παροικῶν ἐν μηροῖς ὄρους Ἐφραὶμ, σύνοικον ἐποιήσατό τινα τῶν ἐκ Βηθλεέμ. ἐπειδὴ δὲ γύναιον ἀπέδρα πρὸς τὸν πατέρα, εἵπετο μὲν ὁ Λευΐτης. ἀναπείθει δὲ αὖθις ὑπονοστῆσαι σὺν αὐτῷ, καὶ οἴκοι γενέσθαι λοιπόν. οὗ δὴ γεγονότος, κατὰ μέσην ἰὼν τὴν ὁδὸν, ὁμοῦ τῇ γυναικὶ κατέλυσεν ἐν Γαβαὰ, ἣ διερμηνεύεται βουνός. ᾤκουν δὲ τὴν Γαβαὰ, ἤτοι τὸν βουνὸν οἱ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν.

Ἐπειδὴ δὲ παρά τινα κατηυλίζετο πρεσβύτην, κατὰ μέσην τὴν νύκτα ἐλθόντες τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἄνδρες παράνομοι, καθὰ γέγραπται, κατεβιάζοντο πρὸς ἀσέλγειαν τόν τε Λευίτην, καὶ αὐτὸν, καὶ ἑτέρους ἤθελον. δυσωπηθέντες δὲ μόλις τῆς ἀτοπίας τὴν ὑπερβολὴν, τὴν τοῦ Λευίτου συλλαμβάνουσι παλλακίδα. καὶ δὴ καὶ ἀπεκτόνασι, δι᾽ ὅλης τῆς νυκτὸς εἰς τὸ γύναιον ἀσελγαίνοντες. ὁ δὲ διελὼν εἰς μέλη τὸ σῶμα διένειμε τοῖς ἐκ φυλῆς Ἰσραὴλ, καταφανῆ καθιστὰς τῶν ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν τήν τε εἰς τοὺς ξένους ἁμαρτίαν, καὶ τὸ ἀχάλινον εἰς ἀσέλγειαν καὶ ὅτι τὰ Σοδομιτῶν μεμίμηνται πλημμελήματα. ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας συναγήγερται πᾶς Ἰσραὴλ, καὶ κατεστρατεύοντο τῆς φυλῆς Βενιαμὶν ἐν Γαβαὰ, τουτέστιν, ἐν τῷ βουνῷ· οὕτω τε αὐτὴν ἀνῃρήκασι, καίτοι πολυανδροῦσαν λίαν, ὡς ὀλίγους κομιδῇ περισωθέντας, μόλις ἀναφυγεῖν εἰς τὴν ἔρημον. διολώλασι δὲ καὶ ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ τῶν μαχίμων οὐκ εὐαρίθμητοι. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἐφῆκε Θεὸς ἀλλήλοις συμπλέκεσθαι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ τὸ ἐξ οἴκου Μιχαίου γλυπτὸν οἱ μὲν ἀπὸ Δὰν τετιμήκασι, κατηρέμησαν δὲ παραλόγως οἱ ἐκ τῶν ἑτέρων φυλῶν. τοιοῦτόν τι γέγονε καὶ ἐπὶ τοῖς δαμάλεσι τοῖς χρυσοῖς λελυπημένου Θεοῦ. συνεπλάκησαν γὰρ ἀλλήλαις αἵ τε τοῦ Ἰούδα φυλαὶ δύο, καὶ αἱ δέκα τοῦ Ἐφραΐμ. καὶ ὡς ἐν τοῖς ἡμέραις τοῦ βουνοῦ μυρίοι μὲν ὅσοι πεπτώκασι, συναπωλέσθησαν δὲ τοῖς νικῶσιν οἱ ἡττημένοι, θείας εἰς τοῦτο καλούσης ὀργῆς. πέπρακται δὲ ταῦτα Ἀμασίου μὲν βασιλεύοντος ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, τοῦ γε μὴν Ἰωὰς, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ὃς εἷλεν οὕτω τὰ Ἱεροσόλυμα, ὡς καὶ καθελεῖν τοῦ τείχους μέρος εἰς πήχεις τετρακοσίας.

Iis apud senem quendam diuersantibus, nocte media venientes nonnulli ciues Beniamitæ, homines improbi, vt scriptum est, Leuita, & aliis abuti ad libidinem voluerunt. Vix tandem re scelestissima precibus condonata, corripiunt vxorem eius, mulierculamque per totam noctem impura libidine vexatam mori cogunt. Vir corpus exanime in partes concisum, per tribus Israeliticas distribuit, Beniamitarúmque & in hospites facinus, & effrenatam lasciuiam, & Sodomitici flagitii imitationem manifestat. Ex eo indignatus totus Israel congregatur, & copias contra Beniamitas Gabaam, seu ad collem educit. Tantas autem strages ediderunt, vt quamuis populosa esset admodum, vix perpauci incolumes in solitudinem fuga se eriperent. Ex omni item Israel bellicosi viri ingenti numero interierunt. At enim non permisisset Deus Israelitas conserere manus, nisi sculptile ex domo Michææ sublatum qui erant de tribu Dan coluissent, & aliæ tribus id iniquè dissimulantes quieuissent. Simile quid etiam propter vitulos aureos Deo exacerbato euenit. Conflixerunt enim duæ tribus Iuda cum decem Ephraim: & perinde vt temporibus collis, millia multa occubuerunt, & ira Dei instigante cum victis ipsi victores dati sunt exitio. Gesta sunt hæc super Iudam regnante Amasia, super Israel Ioas, qui ita subegit Hierosolymam, vt partem muri cubitorum quadringentorum dirueret.

4.Reg.14

Ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς σῦκον ἐν συκῇ πρόϊμον εἶδον πατέρας αὐτῶν. αὐτοὶ εἰσῆλθον πρὸς τὸν Βεελφεγώρ. καὶ ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην. καὶ ἐγένοντο οἱ ἠγαπημένοι ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι.

Sicut vuam in deserto inueni Israel, & sicut ficum in ficu tempestiuam vidi patres eorũ. Ipsi ingressi sunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem. Et facti sunt dilecti sicut abominabiles.

Ὅτι μὴ μάτην αὐτοῖς τὸ καταφθαρῆναι συμβέβηκεν, ἀλλ᾽ ἐν δίκῃ, λοιπὸν πειρᾶται διδάσκειν. ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, ἐπελεξάμην αὐτοὺς, ὡς ἐν ἐρήμῳ σταφυλὴν εὑρὼν, καὶ ὡς σῦκον πέπειρον ἀπὸ συκῆς ἁρπάσας· ἐξήγαγον γὰρ τῆς Αἰγυπτίων χώρας, εἰδωλολατρούσης ὅλης, καὶ πεπλανημένης, καὶ πολλὴν νοσούσης τὴν ἐρημίαν παντὸς ἀγαθοῦ. τί οὖν οἱ ἀπόλεκτοι, οἱ διὰ τῆς ἐμῆς ἡρπασμένοι χειρός; προσκεκλίκασι τῷ Βεελφεγὼρ, ἐξῆλθον οἰκειότητος τῆς πρός με εἰς αἰσχύνην. τοῦτο ἐστι τὸ, ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην.

Non temere, sed iure perniciem illis illatam esse conatur modò ostendere. Ego enim, inquit, elegi eos, vt in solitudine vuam inuentam, & vt ficum maturam ab arbore decerptam: eduxi enim ex Ægypto, quam totam idololatria, & error, & magna omnis boni penuria obsidebant. Quid igitur electi, quid manu mea erepti? Declinauerũt ad Beelphegor, ab amicitia mea desciuerũt in confusione; hoc enim est, quod ait, [abalienati sunt in confusionem.]

Confusionem autem vocat Beelphegor: erat enim idolum forma omnium turpissima, & aspectu inhonestum.

Quare cupientes esse cum Deo, eúmque venerantes, vt qui nos vocauit, & elegit, & tanquam ex solitudine, & terra spinas generante eripuit, ex statu videlicet mundi huius, atque vt vuam, & ficum tempestiuam adamauit, coniunctionem cum ipso indissolubilem, spiritualem, inquam, retineamus. Quod si ad indecora quædam, eique odiosa deflexerimus, nihil à gentibus differemus. Erimus enim nos dilecti eo loco quo execrati, quos æquum est odisse. [Iustitia enim iusti, inquit, non liberabit eum; in die qua peccauerit, morietur.] Et persapienter scribit B. Paulus. [Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.]

Ephraim quasi auis extensa est.

CIV. Quæcunque aues non cicures & domesticæ, vbi captæ fuerint, custodiuntur, & dominos suos delectant. Sin quæ opportunitas volandi inciderit, citra moram celerrimè ad consuetum sibi vitæ genus auolant. Itaque captus est quodammodo à Mose volucris instar Israel, & oblatus Deo, & bene ac beatè habebat, disciplina legis docefactus, & cum cura, indulgentiáque tractatus desuper. Sed rursum vbi prius erat auolauit, tantùm non manu aucupis sui elapsus. Poteris & alio sensu quod dictum est accipere. Multæ aues climatis sui hyemem non ferentes, aliena petunt, & sine magistro quid sibi expediat nouerunt, prout conditori placuit. Simili modo & Ephraim bellicarum calamitatum metu percussus, in Ægyptum auolauit.

Gloriæ eorum ex partubus, & doloribus, & conceptibus. Quare etiamsi nutrierint filios suos, sine filiis erunt ex hominibus, quia & væ eis est.

CV. Aufugiens ad Ægyptios à patriis sedibus Israel, Deum regni illius tutelarem auxilium orabat. Num quasi Deus esset imbecillus, eósque seruare non posset? Neutiquam. Est enim valentissima diuinitas, & bellum ab Assyriis imminens reprimere facilè poterat. Contigit autem hæc perpeti Ephraim, siue Israelem, quia relicto Deo saluatore, & in ipso ac solo gloriandi

A αἰσχύνην δὲ ὀνομάζει τὸν Βεελφεγώρ. ἦν γὰρ ἐν ἀσχημονεστάτῳ σχήματι τῶν ἄλλων μάλιστα, καὶ ἄσεμνον ἰδεῖν.

Οὐκοῦν, ἀγαπῶντες μὲν τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ, καὶ τιμῶντες ὡς καλέσαντα, καὶ ἐπιλεξάμενον, καὶ ὥσπερ ἐξ ἐρήμου, καὶ ἀκανθοτόκου γῆς ἁρπάσαντα τῆς ἐν τῷ δε τῷ κόσμῳ καταστάσεως, ὡς σταφυλήν τε, καὶ σῦκον ἠγαπηκότα πρώϊμον, διασώσωμεν ἀρραγῆ τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, δῆλον δὲ B ὅτι τὴν πνευματικήν. εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις ἀπόνευσις εἰς τὸ ἀσχημονὲς, καὶ εἰς τὸ λυποῦν αὐτὸν, οὐδὲν ἔτι διοίσομεν τῶν ἐθνῶν. ἐσόμεθα γὰρ οἱ ἠγαπημένοι ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι, οἳ καὶ εὐλόγως μεμίσηνται. Δικαιοσύνη γὰρ, φησὶ, δικαίου οὐ μὴ ἐξέληται αὐτὸν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἁμάρτῃ, ἀποθανεῖται. καὶ σφόδρα σοφῶς ὁ μακάριος γράφει Παῦλος. ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.

Ἐφραὶμ ὡς ὄρνεον ἐξεπετάσθη.

Ὅσα τῶν ὀρνέων μὴ ἔστι τιθασσά τε, καὶ κατοικίδια, συλληφθέντα φυλάττεται, καὶ κατατέρπει G τοὺς ἔχοντας. Εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις τοῦ διαδρᾶναι καιρὸς, ἀνυπερθέτως ἀποφοιτᾷ, καὶ ὀξείᾳ φέρεται πτήσει πρὸς τὸ αὖθις συνήθες ἐν διαίτῃ μέρος. Οὐκοῦν τεθήρευτο μὲν τρόπον τινὰ διὰ Μωσέως ὀρνέου δίκην ὁ Ἰσραὴλ, καὶ προσκεκόμιστο τῷ Θεῷ, καὶ ἦν ἐν καλῷ τῆς εὐημερίας νόμῳ παιδαγωγούμενος, καὶ φροντίδος ἀπολαύων, καὶ φειδοῦς τῆς ἄνωθεν. ἀπέπτη δὲ πάλιν, ἐφ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς, μονονουχὶ τὴν τοῦ λαβόντος χεῖρα διεκφυγών. ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον συνήσεις τὸ εἰρημένον. D πολλὰ τῶν ὀρνέων τοὺς ἐπιχωρίους χειμῶνας οὐ φέροντα, πρὸς ἑτέρας μεθίστανται χώρας, ἀδιδάκτως ἔχοντα τὴν τοῦ συμφέροντος γνῶσιν, κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ πεποιηκότι. ἀλλ' ἐν ἴσῳ τρόπῳ καὶ ὁ Ἐφραὶμ τὰς ἐκ τοῦ πολέμου δεδιὼς συμφορὰς ἀπέπτη πρὸς Αἰγυπτίους.

Αἱ δόξαι αὐτῶν ἐκ τόκων, καὶ ὠδίνων, καὶ συλλήψεων. διότι καὶ ἐὰν ἐκθρέψωσι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἀτεκνωθήσονται ἐξ ἀνθρώπων, διότι καὶ E οὐαὶ αὐτοῖς ἐστί.

Ἀπέδρα πρὸς Αἰγυπτίους τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς ὁ Ἰσραὴλ, ἐπαμυνῶναί τε οἱ παρεκάλει τὸν Θεὸν τῆς χώρας ἡγούμενον. ἆρ' ὡς ἀπορουῦντος Θεοῦ, καὶ σώζειν αὐτοὺς οὐχ οἵου τε ὄντος; οὐ μὲν οὖν. παναλκὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχον, τὸν τῶν Ἀσσυρίων ἀποσοβῆσαι πόλεμον. συμβέβηκε δὲ τὰ τοιάδε παθεῖν τοὺς ἐξ Ἐφραὶμ, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι Θεὸν ἀφέντες, τὸν σώζοντα, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ μεγάλα φρονεῖν

* ἴσ. διαπρέποντες

* διαπλεῶντες ὡς ἔωλον, ᾤοντο κατὰ σφᾶς δεινοί, καὶ ἀνάλωτοι γενήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, διά τοι τὸ εἰς πλῆθος ἐκτετάσθαι πολλύ, καὶ ἀναρίθμητον ἔχειν τὴν πολυπαιδίαν. ἔτικτον μὲν γὰρ αἱ παρ᾽ αὐτοῖς γυναῖκες κατ᾽ ἐπαγγελίαν, καὶ ἐν εὐλογίας τάξει, Μωσέως προειρηκότος, οὐκ ἔσται ἄγονος, οὐδὲ στεῖρα ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. ἀλλ᾽ ἦν εὐήθες κομιδῆ, διὰ πλῆθος σωμάτων ἀφειδῆσαι βοηθείας τῆς παρὰ Θεοῦ. ἐννοῆσαι δὲ μᾶλλον ὀρθὰ φρονοῦντας ἐχρῆν, ὅτι σὺν αὐτῷ τε, καὶ δι᾽ αὐτοῦ διώξεται μὲν εἷς χιλίους, δύο δὲ μετακινήσουσι μυριάδας. ἀποσεμνύνονται τοίνυν, φησίν, οὐκ ἐπὶ Θεῷ μᾶλλον, ποιοῦνται δὲ δόξαν τόκους, καὶ συλλήψεις, καὶ ὠδῖνας τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γυναικῶν. ἴστωσαν δὲ οὖν, ὅτι κἂν εἰ τέκοιεν υἱούς, κἂν εἰ κάμοιεν ἐκτρέφοντες τέκνα, μεταγνώσονται πονοῦντες εἰκῆ. θρηνήσουσι γὰρ πάντη τε καὶ πάντως τὴν ἀπαιδίαν. ἀρκέσει δὲ ξίφος αὐτοῖς τὸ Βαβυλώνιον εἰς τὸ δαπανῆσαι ῥαδίως πᾶν ὅσον αὐτῶν γένος. Διότι καὶ οὐαὶ αὐτοῖς ἐστιν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, Θεοῦ αὐτοῖς ἐπιρριπτοῦντος τὸ οὐαί, τίς ἐπιδώσει τὴν εὐθυμίαν; ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν.

Ἀπειλοῦντος Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ φάσκοντος περὶ τοῦ Ἐφραΐμ, ἤτοι παντὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὡς καὶ ὁλόρριζος ἀπολεῖται, καὶ θρηνήσει τὴν ἀπαιδίαν, καὶ πονήσει μάτην ἐπὶ ταῖς τῶν τέκνων ἀνατροφαῖς, ἑαυτὸν ὁ προφήτης ὑπεξάγει τῆς δίκης, ἔξω τε γενέσθαι τῆς ὀργῆς προσεύχεται, λέγων· Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν συνήσεις, ἀντὶ τοῦ μακρὰν ἀπ᾽ αὐτῶν. ἔξω γὰρ αὐτῶν καὶ ἀποτάτω, φησίν, εἴην τε γενοίμην ἐγώ, καὶ τὸ ἐμὸν ἅπαν γένος. δηλοῖ γὰρ ἔσθ᾽ ὅτε καὶ τὸ γένος ἡ σάρξ. ἐκδεξόμεθα γὰρ οὕτω καὶ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον. γέγραφε γὰρ ὧδε. ἐφ᾽ ὅσον μὲν οὖν ἐγώ εἰμι ἐθνῶν Ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω, εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις προφήταις, ὅταν ἴδωσι πολλάκις δεινά, καὶ δυσφόρητα τὰ τινῶν ἐγκλήματα, λοιπὸν τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς τῆς ἐκείνων βδελυρίας ἀλλοτριοῦν. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας πλείστοις ὅσοις αἰτιάμασιν ἐμπεπτωκότας τοὺς Ἰουδαίους, καὶ Θεῷ προσκεκρουκότας ὁρῶν, κύριε, φησί, παντοκράτωρ, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ᾽ ηὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου·

perseuerātia, vt re iam veteri, atque obsoleta, posthabita, existimabāt per se hostibus formidabiles fore, nec ab iis subactū iri, cum in tātam frequentiā essent aucti, abundarēntque liberorum multitudine infinita. Pariebāt enim mulieres eorum secundum promissionem, & benedictionem, Mose ita vaticinato, [non erit infœcunda, nec sterilis in filiis Israel.] (Exod. 23.) Sed mirè fatuum erat, propter multitudinem corporum contemnere Dei auxilium. Cogitandum illis potius, si saperent, cum ipso, & per ipsum, [persequi posse vnum mille, & duos fugaturos decem millia.] (Deut. 32.) Placent itaque sibi, & iactant se, inquit, non in Deo potissimùm; sed gloriæ sibi ducunt partus, & cōceptiones, & dolores parturientium feminarū suarum. Sciant igitur, etiamsi genuerint filios, etiamsi laborarint enutrientes liberos, fore vt pœnitudine capiātur, cum se frustra viderint laborasse. Filiorū enim orbitatē omnimodis plorabunt, & gladius Babylonicus ad genus ipsorum facilè delendū sufficiet. [Quia & væ illis est.] Quasi dicat, Deo in illos væ vibrante, quis illis lætitiam suppeditabit? Si enim [clauserit contra hominem, quis aperiet?] (Esai. 22.) vt scriptum extat.

Caro mea ex eis.

xcvi.

Minante Deo, atque etiam dicente de Ephraim, siue de omni Israel, radicitus periturum, & deploraturum orbitatem, laboraturúmque frustra in educatione liberorum, seipsum Propheta ab vltione subducit, & immunitatem ab ira sic precatur, [caro mea ex eis.] Intellige *ex eis*, procul ab eis. Extra illos, inquit, enim, & quam longissimè ego sim, & omne genus meum. Interdum enim huic voci *caro*, generis quoque subiecta est notio. Sic enim & illud Pauli, vt rectè dictum accipiemus, cùm scribit: [Quamdiu ego quidem sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.] (Rom. 11.) Mos porrò est sanctis Prophetis, si sæpe grauia, & intoleranda quorundam scelera viderint, de cætero se ab illorum impuritate, & nequitia seiungere. Quare Hieremias Iudæos in plurima delicta prolapsos, & Deum læsisse cernens, [Domine omnipotens, ait, non sedi in concilio ludentium, sed timui à facie manus tuæ: seorsum

" sedebam, quia, amaritudine repletus A
" eram.] Admirandus est itaque beatus Paulus, quando nobis ita mandat.
" [Te ipsum castum custodi, & ne
" communices peccatis alienis.] Omnis autem impius de offendentibus Deum,
1.Tim.5. " & mox puniendis iure dixerit, [caro
" mea ex eis.]

καταυσίας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. διὸ δὴ οὕτω ἄρα θαυμάσαι τὸν μακάριον Παῦλον, ὅταν ἡμῖν ἐπιστέλλῃ, σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, καὶ μὴ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. εἴποι δ' ἂν εἰκότως πᾶς ἀσεβὴς περὶ τῶν προσκρουόντων τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον οὐδέπω κολασθησομένων, σάρξ μου ἐξ αὐτῶν.

Ephraim sicut vidi, in captionem præbuit filios suos, vt educeret ad punctionem filios suos.

Ἐφραὶμ ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θήραν παρέστησε τὰ τέκνα αὐτοῦ, τοῦ ἐξαγαγεῖν εἰς ἀποκέντησιν τὰ τέκνα αὐτοῦ. B

CVII. Deflet etiam nunc Ephraim, siue Israel Propheta, & ipsum sibi causam attulisse prædicat & orbitatis filiorum, & calamitatis grauissimæ. Vt enim vidi ex sermonibus tuis, Domine, inquit, & ex rebus ipsis, ipse Ephraim, & capiendos, & trucidandos filios suos præbuit, nec alios deinceps criminari poterit, nec diuinæ iræ reclamauerit: sed si ex æquo & iusto rem æstimare voluerit, suam potius insipientiam, & apostasiam accusabit. Postquam enim opitulantem, C & seruantem Deum non mediocriter offendit, tantum non etiam manu sua semen suum sæuitiæ gentium volens contradidit, & in captiuitatem abducendum exhibuit. Hoc enim vult, *in captionem*, quin & *ad punctionem*, id est, ad iugulationem. Alios quippe de Israelitis occiderunt Babylonii: alios secum abstraxerunt.

Ταλανίζει καὶ νῦν ὁ προφήτης τὸν Ἐφραὶμ, ἤτοι τὸν Ἰσραὴλ. αὐτὸν τε γενέσθαι παραίτιον ἑαυτῷ φησι καὶ τῆς ἀπαιδίας, καὶ τῆς αἰσχίστου συμφορᾶς. ὡς γὰρ τεθέαμαι καὶ ἐκ τῶν σῶν λόγων, ὦ δέσποτα, φησί, καὶ ἀπό γε τῶν πραγμάτων αὐτῶν, αὐτὸς ὁ Ἐφραὶμ εἰς θήραν, καὶ ἀποκέντησιν τὰ ἑαυτοῦ παρέστησε τέκνα. καὶ οὐκ ἂν ἑτέροις αἰτιῷτο λοιπὸν, οὐδ' ἂν τῆς θείας καταβοήσειεν ὀργῆς, εἰ τὰ εἰκότα φρονεῖν ἕλοιτο. αἰτιάσεται δὲ μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ δυσβουλίαν καὶ ἀπόστασιν. ἐπειδὴ γὰρ λελύπηκεν οὐ μετρίως τὸν ἐπαμύνοντά τε, καὶ σώζοντα Θεὸν, μονονουχὶ καὶ ἰδίᾳ χειρὶ παραδέδωκεν ἑκὼν τῇ τῶν ἐθνῶν ἀγριότητι τὸ ἴδιον σπέρμα, καὶ παρέστησεν εἰς ἀπαγωγὴν, καὶ αἰχμαλωσίαν. τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ εἰς θήραν, καὶ μὴν καὶ εἰς ἀποκέντησιν, ὅ ἐστι σφαγήν. τοὺς μὲν γὰρ ἀνεῖλον οἱ Βαβυλώνιοι τοῦ Ἰσραὴλ· τοὺς δὲ ἀπεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν.

Cum igitur peccauerimus, si non delipimus, nosmetipsos potius, non iram Dei damnabimus. Contempsimus D enim officium, & in Dei voluntate exequenda segnes fuimus. Contemptor autem, & contumax, & propemodum
Iob.21. " Deo dicens, [Recede à me, vias tuas
" scire nolo,] puniendus est.

Ὅταν τοίνυν πλημμελήσωμεν ἡμεῖς, ἑαυτοὺς μᾶλλον αἰτιασόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς, καὶ οὐχὶ τὴν θείαν ὀργήν. καταπεφρονήκαμεν γὰρ τοῦ πρέποντος, καὶ ῥᾴθυμοι γεγόναμεν περὶ τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. κολάζεσθαι δὲ ἀνάγκη τὸν ὑβριστὴν, καὶ ἐξίτηλον, καὶ μονονουχὶ λέγοντα τῷ πάντων δεσπότῃ. ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι.

Da eis Domine. Quid dabis eis? da eis vuluam sine filiis, & vbera arentia.

Δὸς αὐτοῖς κύριε. τί δώσεις αὐτοῖς; δὸς αὐτοῖς μήτραν ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξηρούς.

CVIII. Si non scient Dominum Israelitæ, abripientúrque magis spe inutili, & insipienti, existimabúntque se hostibus propter multitudinem filiorum superiores fore, & se militaribus viris abundare, & hanc ob causam manus tuæ auxiliis non egere, omnino ne pariant mulieres illo-
" rum, hoc enim est, [vulua sine libe-
" ris.] Quod si pepererint, ne alant, hoc est, absumantur ante tempus, & prius quam annos pubertatis attingat, occidat genus. Sic enim amputata qua hinc tumescunt superbia;

Εἰ δὴ μὴ ᾔδεισαν, φησὶν, οὐκ εἰδέναι Θεὸν οἱ Ἰσραὴλ, ἀποφέρεσθαι δὲ μᾶλλον πρὸς ἀνωφελῆ, E καὶ ἀνόητον ἐλπίδα, οἴεσθαί τε ὅτι περιέσονται τῶν ἐχθρῶν, διὰ πλῆθος τέκνων, καὶ ὅτι πολὺ παρ' αὐτοῖς τὸ μάχιμον γένος, ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας οὐκ ἀναγκαῖον τὸ παρὰ τῆς σῆς ἐπικουρίας χειρὸς, μηδὲ ἐκτίκτωσαν ὅλως αἱ παρ' αὐτοῖς γυναῖκες. τοῦτο γὰρ ἡ ἀτεκνοῦσα μήτρα. κἂν εἰ τέκοιεν δὲ, μὴ ἀνατρεφέτωσαν, τουτέστι, δαπανάσθωσαν πρὸς ὥρας, καὶ πρὶν εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν πιπτέτω τὸ γένος. περιτεμνομένης γὰρ οὕτω τῆς ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐπαιτίου ὑπερ-

οὐσίας, καὶ λοιπὸν ἀνῃρημένης τῆς ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν μαχομένων ἐλπίδος, τὴν σὴν ὑποδραμοῦνται φειδὼ, καί σε σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν ἐπιγράψονται. ἐκ φιλοθείας δὲ τὰ τοιάδε καὶ νῦν ὁ προφήτης φησίν. ἐν ταυτῷ δὲ ζητεῖ καὶ τοῦ ἰδίου δεσπότου τὴν δόξαν, καὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὴν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐπιστροφὴν, εἰ μὴ προαιρέσεως ἀγαθῆς ἔχοιεν τὸ χρῆμα καρπόν.

Ἀτεκνοῦσα δὲ μήτρα, καὶ μασοὶ ξηροὶ, πρέποιεν ἂν νοητῶς καὶ τοῖς τῶν φαύλων ἐργάταις, καὶ παντὶ πλανῶντι, καὶ ἀποφέροντι τῆς εὐθείας ὁδοῦ τοὺς ὀρθοποδεῖν εἰωθότας, ἐν πίστει δὴ λέγω, καὶ κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τικτούσης τῆς διανοίας, οὐ λόγον ψευδῆ, οὐ θεώρημα νόθον, οὐδ' ἂν ἐκθρέψαιεν ἐν πλάνῃ τὰ ἴδια τέκνα, τὰ κατὰ μάθησιν λέγω, καὶ ξηροὺς ἔχουσι τοὺς μασοὺς αἱ τῶν πονηρευομένων ἐκκλησίαι, οὐκ ἂν γένοιντο μητέρες τῶν ἠπατημένων.

Πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν ἐν Γαλγὰλ, ὅτι ἐκεῖ ἐμίσησα αὐτοὺς, διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων. ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐκβαλῶ αὐτοὺς, οὐ μὴ προσθήσω ἀγαπῆσαι αὐτούς.

Ἄρχεται πάλιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀπαριθμεῖσθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ διαμέμνηται τῆς Γαλγάλ. πόλις δὲ αὕτη, καθ' ἣν ὅτι μάλιστα δεινῶς, καὶ ἐκτόπως ἐθρησκεύετο τὰ χειρόκμητα. ἔστι δὲ ὅ φησι τοιοῦτόν τι πάλιν. βδελυροὶ μὲν γὰρ κατὰ πολλοὺς τρόπους οἱ ἐξ Ἰσραήλ. ἴδοι δ' ἄν τις τῆς ἐνούσης αὐτοῖς φαυλότητος τὴν ὑπερβολὴν, ἐννενοηκὼς τὴν Γαλγάλ, ἐκεῖ πᾶσαν αὐτῶν τεθέαμαι τὴν κακίαν, ἐκεῖ μεμίσηκα αὐτούς. οὐ διά γε τὸν τόπον, εὔηθες γὰρ, καθεστηκὼς δὲ μᾶλλον τὰ ἐν αὐτῷ γεγονότα. τοιγάρτοι, φησὶ, ἐξοικιῶ μὲν αὐτοὺς, καὶ αὐλῆς ἀποσοβήσω τῆς ἐμῆς, καὶ οἰκειότητος ἐκβαλῶ. μεμισηκὼς δὲ δικαίως, ἐνστήσομαί τε λοιπὸν, καὶ οὐκ ἂν μεταθοίμην ἔτι πρὸς τὸ ἀγαπᾶν ἑλέσθαι ποτὲ τοὺς τὰ τοιάδε πεπλημμεληκότας. ἀλλ', οἶμαι, τις ἐρεῖ. πῶς οὖν ἀνεκόμισεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐκ τῆς Ἀσσυρίων αὐτοὺς, ἢ πῶς ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας; ἆρ' οὐχὶ μετατεθειμένος εἰς ἡμερότητα, καὶ φειδοῦς, καὶ ἀγάπης ἀξιώσας αὐτούς; ναὶ φαίην ἂν ἀληθῆ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον. ἠλέηνται γὰρ ἐξ ἡμερότητος, ὁμολογουμένως. ἀλλ' οἵγε καθ' ὧν ὁ λόγος ἀπήχθησαν μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν, τεθνήκασι δὲ τῇ δίκῃ, χρόνου μακροῦ διιππεύσαντος. καὶ ὥσπερ ἐπηγγέλλετο μὲν διὰ Μωσέως κατὰ τὴν Αἴγυπτον τοῖς Ἰσραὴλ, εἰσάξειν ἅπαντας εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσιν αὐτῶν,

& sublata deinceps spe in copia bello idoneorum reposita, ad tuam indulgentiam confugient, & te saluatorem liberatorémque vindicabunt. Hæc porrò nunc etiam ex amore Dei loquitur, & simul Domini sui gloriam, & Israelitarum coactam conuersionem quærit, si vltro, & cum bonæ voluntatis fructu conuerti nolint.

Vulua autem sterilis, & vbera arentia spiritualiter etiam quadrabunt in malos operarios, & quemuis errantem, & à recta via rectè ingredi solitos auertentem (in fide, inquam) & in vijs suis directè procedentes. Nihil enim ingenio ipsis pariente, nisi sermonem falsum, nisi theorema spurium, nec educauerint in seductione filios suos, secundum doctrinam dico: & arida habentes vbera Ecclesiæ malignantium, deceptorum matres fieri nequeant.

Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi odi eos, propter malitias adinuentionum eorum. E domo mea eiiciam eos, non addam diligere eos.

Incipit rursum vniuersorum Deus enumerare crimina, & meminit Galgal. Vrbis nomen est, in qua vehementer inprimis, & infandum in modum superstitiosi statuarum cultus vigebant. Habet autem quod dicit hanc sententiam. Flagitiosi non vno in genere Israelitæ fuerunt. Ac videre licet, quam insigniter improbi fuerint si Galgal cogites. Ibi omnē eorum vidi nequitiam, ibi odi eos. Non quidem propter locum, esset enim id imprudentiæ: sed potius in eo perpetrata ante oculos cōstituens. Ait igitur, [expellam eos domo mea,] & arcebo ab atrio meo, & familiaritate mea excludam. Cum autem oderim illos iustè, instabo de cætero, nec mutabor amplius, vt velim eos vnquam diligere tātis sceleribus alligatos. Occurret aliquis, opinor. quomodo igitur ex Assyria reduxit eos, aut quomodo è captiuitate liberauit? An non mitior factus, & indulgētia, & charitate eos dignatus est? Non negauerim & ego istuc ita esse. Misericordiā enim ex benignitate consecuti sunt, hoc in confesso est. Sed hi de quibus sermo est, abierunt in captiuitatem, & longo post tempore in pœna vitam finierunt. Et quemadmodum cum promisisset per Mosen in Ægypto Israelitis, educturum se omnes in terram, quam iurasset patribus eorum,

cix.

quidam tamen impii sese rebelles præbuerunt, quorum etiam corpora in solitudine ceciderunt, & terra ipsorum filiis potius sorte distributa est: sic etiam hîc intelliges. Mortui sunt enim de quibus loquimur: reuersi sunt autem quidam aliquando in Iudæam Cyro tandem demittente, vbi annum in peregrina tellure septuagesimum compleuissent.

1.Esdr.1.

Eiicientur autem è domo Dei, vel potius eiecti sunt, etiam qui contra Christum indigna, & quæ verbis exprimi satis non possunt, impia facinora ausi sunt, qui amaram, & detractoriam linguam in ipsum exeruerunt, subibúntque iram immutabilem. Non enim in Prophetarum aliquem, sed in ipsum Prophetarum Dominum debacchati inueniuntur. Silentio igitur prætermissis quæcunque seorsum præterea amiserunt, omnem eorum nequitiam, & prauitatis magnitudinem quodammodo in solis contra Christum susceptis facinoribus videre possis.

Omnes principes eorum inobedientes. Doluit Ephraim radices suas, exaruit, fructum nequaquam vltra feret. Quia si genuerint, interficiam desideria vteri eorum. Repellet eos Deus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in gentibus.

CX.

Neminem bonum, siue promptè obedientem, & facilem inter eos repertum ait, non paruum, non magnum, non principem, non clientem, & subditum. Quocirca & omnino, velut radicitus effossos perisse confirmat, & iam similes esse lignis arefactis, & percussis, quibus sola resectione opus est, vtpote sterilitatem suam palam ostentantibus. Lignis autem infructuosis amputationem conuenire, ipse quoque Saluator docuit, ficulneam fructu carentem, & Iudæorum synagogam adumbrantem exscindi iubens. Inquit enim, [vt quid etiam terram occupat?] Infructuosus itaque inuentus Israel, inquit, meritò exscindatur. Non enim dabit fructum. Quod si etiam dederint, inquit, ex ipsis prognata perdam. Et hæc sunt [desideria vteri eorum.] Existimo etiam considerandum, quid illa verba contineant. Cur enim dicit, [omnes principes eorum inobedientes?] Quid enim omnium Principum obedientia opus erat? Spectat oratio historiam quandam veterem, quam exponam. Absente Mose Israel in solitudi-

Luc.13.

A οὐχ ὑπείκουσαν δὲ ἀπειθήσαντές τινες, ὧν καὶ τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατεκληροδοτήθη δὲ μᾶλλον ἡ γῆ τοῖς ἐξ αὐτῶν γεγονόσιν· οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. τετελευτήκασι μὲν γὰρ οἱ καθ' ὧν ὁ λόγος, ἐπανενόστησαν δὲ κατά τινας καιροὺς οἱ ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, Κύρου μόλις ἀνέντος, ἐπεὶ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος αὐτοῖς πεπλήρωτο, διατετελοῦσιν ἐν ἀλλοδαπῇ.

B Ἐκβληθήσονται δὲ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκβεβλήκασι, καὶ οἱ κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντες τὰ δεινά, καὶ παρὰ λόγου παντὸς δυσσεβήματα, καὶ οἱ πικρὰν, καὶ παλίμφημον ἐπ' αὐτῷ τὴν γλῶτταν ἀνέντες, ὑποδέδονται δὲ τὴν ἀμετάθετον ὀργήν. οὐ γὰρ εἰς ἕνα τῶν προφητῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν πεπαρῳνηκότες, ἁλίσκονται τὸν τῶν προφητῶν δεσπότην. σεσιγημένων δὲ οὖν τῶν ἑτέρων πλημμελημάτων, ἃ δεδράκασι κατὰ σφᾶς αὐτούς, πᾶσαν αὐτῶν τὴν κακίαν ἴδοι καὶ τὴν τῆς φαυλότητος ὑπερβολήν, καὶ ὡς ἔν γε δὴ μόνοις τοῖς κατὰ C Χριστοῦ γεγενόσιν.

Πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες. ἐπόνεσεν Ἐφραὶμ τὰς ῥίζας αὐτοῦ, ἐξηράνθη, καρπὸν οὐκ ἔτι μὴ ἐνέγκῃ. διότι καὶ ἐὰν γεννήσωσιν, ἀποκτενῶ τὰ ἐπιθυμήματα κοιλίας αὐτῶν. ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ Θεός, ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Οὐδένα χρηστόν, ἤγουν εὐπειθῆ καὶ εὐήνιον ἐν αὐτοῖς εὑρῆσθαί φησιν, οὐ μικρόν, οὐ μέγαν, οὐχ ἡγούμενον, οὐ τὸν ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποτεταγμένον. τοιγάρτοι καὶ δὴν D ἀπολέσθαι παντελῶς, ῥίζης ὥσπερ αὐτῆς ἐκβεβοθρευμένον διϊσχυρίζεται, ἐν ἴσῳ τε γεγενῆσθαι λοιπὸν τοῖς ἀφαυανθεῖσι, καὶ πεπληγόσι τῶν ξύλων. ἃ καὶ μόνης δεῖται τομῆς, ἀναφανδὸν ὥσπερ ὁμολογοῦντα τὴν ἀκαρπίαν. ὅτι δὲ τοῖς ἀκάρποις ξύλοις τὸ ἀποκείρεσθαι πρέπει, καὶ αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Σωτήρ, τὴν καρπὸν οὐκ ἔχουσαν συκῆν ὡς ἐν εἴδει τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἐκκόπτεσθαι ἐπιτάττων. ἵνα τί γάρ, φησί, καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ἄκαρπος δὴ οὖν E εὑρεθεὶς ὁ Ἰσραήλ, φησίν, ἐκκόπτοιτο ἂν εἰκότως, οὐ γὰρ ἐκδώσει καρπόν. ἀλλὰ κἂν εἰς τοῦτο ἥκοιτο, φησιν, ἀπολῶ τὰ ἐξ αὐτῶν φυόμενα. καὶ τοῦτό ἐστι τὰ ἐπιθυμήματα τῆς κοιλίας αὐτῶν. ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι κἀκεῖνο περιαθρεῖν, τί τὸ χρῆμα τοῦ λόγου. διὰ τί γάρ φησιν, ὅτι πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες; τί γὰρ ὅλως ἔδει τῆς τῶν ἀρχόντων ὑπακοῆς; ἀναφορὰν οὖν ὁ λόγος ἔχει πρὸς ἱστορίαν τινὰ τῶν ἀρχαιοτέρων. καὶ τίς δὴ αὕτη, πάλιν ἐρῶ. μεμοσχοποίηκε κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰσραήλ, ἀπόντος Μωσέως,

ἀναπεφοίτηκε γὰρ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, τὸν νόμον ὑποδεξόμενος. εἶτα κατελθὼν, λελύπηται σφόδρα πρὸς τὸ πλημμέλημα, συνέτριψε τὸν μόσχον, ἀγανακτοῦντα Θεὸν ἐδυσώπει τρόπον τινὰ τῇ ἰδίᾳ γνησιότητι καὶ ἀρετῇ. προσέπιπτε γὰρ, καὶ ἐξελιπάρει λέγων· εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες. εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψον κἀμὲ ἐκ τῆς βίβλου ταύτης, ἧς ἔγραψας. κατένευσε δὲ τῷ προφήτῃ Θεὸς τὴν εἰς ἅπαντας ἡμερότητα, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν, ἵλεως αὐτοῖς εἰμι, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. ὁρᾷς ὅσον ὤνησε τὸν Ἰσραὴλ ἡ τοῦ προεστηκότος φιλοθεΐα, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀρκέσας εἰς τὸ ἀναπεῖσαι Θεὸν, δι' ὑποταγήν τε, καὶ εὐπείθειαν; αἰτιᾶται τοίνυν εἰκότως, ὡς ὁλοτρόπως ἐκκεκλικότα τὸν Ἰσραήλ. εἶτα μὴ ἔχοντά τινα τῶν παρ' αὐτοῖς ἡγουμένων, τὸν ἐπιτιμῶντα τοῖς πταίουσι, τὸν ἀφιστάντα τῆς πλάνης. ἤγουν τῇ ἰδίᾳ λαμπρότητι τῇ κατὰ τρόπον, καὶ ἀρετὴν ἀποστῆσαι δυνάμενον τὴν ὀργὴν, Θεοῦ παρακεκλημένου. καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν καιροῖς γέγονε τοῖς κατὰ Μωσέα. τοιγάρτοι καὶ ἐξωσθήσονται, φησὶ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Τοῦτο συνέβη παθεῖν αὐτοῖς, καὶ τότε μὲν ἀποκομισθεῖσιν εἰς Ἀσσυρίους, καὶ νῦν δὲ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ ταῖς εἰς Χριστὸν παροινίαις κατεστυγημένοις. ἀνέστιοι γὰρ, καὶ ἐπήλυται πανταχῇ, καὶ πόλιν οὐκ ἔχοντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ διατελοῦσιν ἐν κόσμῳ. λικμήσω γὰρ αὐτοὺς εἰς πάντα ἄνεμον, διὰ προφητῶν ἁγίων ἔφασκε Θεός. εἰ τοίνυν ἐπὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος φροντὶς ἡμῖν καὶ λόγος, ὑποφέρωμεν αὐτῷ τὸν αὐχένα, καὶ προσίωμεν ὡς ἐξ ἀγαθῆς εὐπειθείας λέγοντι τῷ Χριστῷ. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. ἐσόμεθα γὰρ οὕτως εὔκαρποί τε, καὶ ἀπλῆγες, οὐκ αὐαινομένης ἡμῖν τῆς ῥίζης, οὐ καρποῦ πίπτοντος εἰς μηδὲν, οὐ πλανῆται, καὶ ἀπωτάτω Θεοῦ, ἀλλ' ἐγγύς τε αὐτοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ. καὶ πόλιν ἔχοντες τὴν ἄνω, καὶ ἐν οὐρανοῖς, τὴν τῶν πρωτοτόκων μητέρα, τὴν τῶν ἁγίων τροφὸν, τῶν ἄνω πνευμάτων τὸ καθαρὸν ἐνδιαίτημα.

ΚΕΦΑΛ. ι'.

Ἄμπελος εὐκληματοῦσα Ἰσραήλ. ὁ καρπὸς αὐτῆς εὐθηνῶν· κατὰ τὸ πλῆθος τῶν καρπῶν αὐτοῦ ἐπλήθυνε τὰ θυσιαστήρια. κατὰ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς αὐτοῦ ᾠκοδόμησε στήλας, ἐμέρισαν καρδίας αὐτῶν, νῦν ἀφανισθήσονται. αὐτὸς κατασκάψει τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν, ταλαιπωρήσουσιν αἱ στῆλαι αὐτῶν.

A ne vitulum fecit. Ascenderat quippe in montem Sina legē accepturus. Qui vbi descendit, eo scelere maiorē in modum cōtristatus, vitulū cōminuit, Deúmque indignantē sua virtute, & germanitate quodammodo ad ignoscēdum compulit: Procidens enim, supplex rogauit, his verbis. [Si quidem dimittis illis peccatū dimitte: Sin autem, dele & me de libro hoc quem scripsisti.] Annuit Prophetæ Deus, vt ignosceret omnibus: quin etiā dixit, B propitius sum illis secundùm verbum tuum. Cernis quantū moderatoris erga Deum amor Israeli profuerit, & quomodo vnus ad Deum flectendum propter subiectionem, & obedientiam pro omnibus suffecerit. Accusat igitur nō iniuriâ Israelē, vt qui penitus a recto itinere declinauerit, & principē de suis nullum omnino habeat, qui peccantes corripiat; qui ab errore auocet, aut certè qui morum ac virtutis suæ splendore Deo exorato, iram eius amoliri possit, quemadmodū & temporibus Mosis fa- C ctum legimus. Quamobrem etiam [repellentur, inquit, & erūt vagi in gētibus.]

Exod. 32.

Hoc illis euenit & tunc quidem ad Assyrios deportatis, & nunc nihilominus propter debacchationes eorum in Christum exosis: vbique enim exules & extranei, nec ciuitatem habentes in mundo manent, qui sunt de Israel. [Dispergam enim eos in omnem ventum,] dixit per sanctos Prophetas Deus. Si ergo amicitia cum Deo nobis curæ est; si eius rationem ducimus, D subiiciamus ei ceruicem, & pia cum obedientia ad Christum accedamus dicentem: [Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos.] Sic enim & fructiferi, & à percussu immunes erimus; nec radix nostra exarescet; nec fructus in nihilum recidet; haud à Deo longissimè vagabimur; & prope ipsum, & apud ipsum erimus; & ciuitatem supernam in cælis habebimus, primogenitorum matrem, sanctorum altricem, cælestiúmque spi- E rituum purum habitaculum.

Zach. 2.

Matth. 11.

CAPVT DECIMVM.

Vinea frondosa Israel. Fructus eius abundans; secundum multitudinem fructuum suorum multiplicauit altaria. Iuxta bona terræ suæ ædificauit simulacra; diuiserunt corda sua, nunc disperibunt. Ipse suffodiet altaria eorum, affligentur simulacra eorum.

CXI. POSTQVAM dixit, Ephraim doluisse radices suas, & infructuosum fore, similémque mutatis sedibus alio penitus commigrantiũ, Assyriorum sæuitia deletis eorum fœtibus, nunc etiam vtiliter ostendit, qualis olim fuerit, perquam fructuosus videlicet, quando vitam legibus respondentem sapienter viuebat. Qualis vinea quæpiam pulchra, & bene conuestita palmitibus, ante oculos finitimorum populorum in admiratione erat non immeritò, & de ipsa alicubi B. Dauid in libro psalmorum ad vniuersorũ Deum ait, [Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius. Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumina propagines suas.] Nata est enim, [in cornu, & in loco pingui,] iuxta vocem Prophetæ. Veruntamen non vuam, sed spinas potius produxit. Nam in multitudine bonorum sibi donatorum velut sociam, & contra Deum colluctatricem iniquitatem exhibuit. Multiplicauit enim altaria, & ædificauit simulacra: quãtumque supernis affluebat diuitiis, tam prompta fuit ad contaminationem quia dæmones adorauit, & aras excitauit, & in seductionem multiplicis idololatriæ cor suum quodammodo diuisit. Verùm ista non durabunt, inquit. Quînam? [Ipse enim suffodiet altaria eorum,] & affligentur simulacra eorum, confracta nimirum, & diuulsa. Vocem ipse non malè ad omnipotentem Dominum referes: aut ad personam regis Babylonii, de quo iam sæpe facta est mentio. Contigit enim, vt cum vrbibus Samariæ etiam templa ipsa exurerentur, & idola diriperentur. Oportet igitur nos propter ea quæ à Deo habuerimus cum gaudio gratias agere, non in amplitudine rerum secundarum offendentes, aliquid Deo displicens abripi: quin potius desiderare, & ad ea promptissimè præstanda incumbere, quæ ex virtute gloriam conciliant; non diuisos in affectiones mundanas, & ceruicem Satanæ subiicientes. Verum est enim illud Christi, [nemo potest duobus Dominis seruire.] Quod si diuidimur, etiam, iuxta vocem Psalmistæ, [partes vulpium erimus.]

Psal. 79. Esai. 5. Luc 16. Psal. 62.

Idcirco nunc dicent: non est rex nobis, quia non timuimus Dominũ: Rex autẽ quid faciet nobis? loquens verba occasiones mendaces, disponet testamentum.

A Ἠλγηκέναι τὰς ῥίζας εἰπὼν τὸν Ἐφραὶμ, ἔσεσθαί τε καὶ ἄκαρπον, καὶ ἐν ἴσῳ τοῖς μετοικοῦσιν ὅλως, τῆς Ἀσσυρίων ἀγριότητος δαπανώσης τὰ γεννώμενα, δείκνυσιν ἀναγκαίως καὶ οἷος ἦν πάλαι, καὶ ὅτι γέγονεν εὔκαρπος, ὅτε τὴν ἐν νόμῳ ζωὴν μετεποιεῖτο σοφῶς. οἷα γάρ τις ἄμπελος καλὴ, καὶ εὐκληματοῦσα τοῖς τῶν ἐθνῶν περιοίκοις ὁρωμένη, εἰκότως κατεθαυμάζετο. καὶ περὶ αὐτῆς πού φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, πρὸς B τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Θεόν. ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς. ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφυάδας αὐτῆς. πέφυκε μὲν γὰρ ἐν κέρατι, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. πλὴν οὐ τέτοκε σταφυλὴν, ἀλλ' εἶχε δὲ μᾶλλον ἀκάνθας. τῷ γὰρ πλήθει τῶν δοθέντων ἀγαθῶν αὐτῇ συνδρομον ὥσπερ τινὰ καὶ ἰσοπαλῆ τὴν ἀδικίαν ἐπεδείξατο· δῆλον δὲ ὅτι τὴν κατὰ Θεοῦ. ἐπλήθυνε γὰρ θυσιαστήρια, καὶ ᾠκοδόμησε στήλας· καὶ ὅσον ἐπλούC τει τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, τοσοῦτον ἦν πρόθυμος εἰς βεβήλωσιν, διά τε τοῦ προσκυνεῖν τοῖς δαίμοσι, καὶ βωμοὺς ἐγείρειν, καὶ εἰς τὴν πολύθεον πλάνην τὴν ἰδίαν ὥσπερ καταμερίζειν καρδίαν. ἀλλ' οὐ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἔσται. πόθεν; κατασκάψει γὰρ αὐτὸς τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν, καὶ ταλαιπωρήσουσιν αἱ στῆλαι αὐτῶν, συνθραυόμεναι δηλονότι, καὶ κατασπώμεναι. τὸ δὲ αὐτὸς ἀνοίσεις ἐμφερόντως εἰς τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν. ἤγουν, εἰς τὸ τοῦ Βαβυλω-D νίου πρόσωπον, ὡς ἤδη πλειστάκις προσδεδηλωμένου. συμβέβηκε γὰρ ταῖς ἐν Σαμαρείᾳ πόλεσι καὶ αὐτοὺς συγκαταπίμπρασθαι τοὺς ναοὺς, καὶ διαρπάζεσθαι τὰ γλυπτά. χρὴ τοίνυν ἡμᾶς, ἐφ' οἷς ἂν ἔχοιμεν παρὰ Θεοῦ χαίροντας ἀναπέμπειν τὰ χαριστήρια, καὶ μὴ τῷ πλάτει τῆς εὐθηνίας ἐνολισθήσαντας, ἀποφέρεσθαί ποι πρὸς τὸ ἀπᾶδον αὐτῷ· ζητεῖν δὲ μᾶλλον καὶ ἀποπεραίνειν ἐπείγεσθαι, καὶ μάλα προθύμως, τὰ εἰς ἀρετὴν αὐχήματα, μὴ μεριζομένους πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ πάθη, καὶ ὑποτιθέντας E τὸν αὐχένα τῷ Σατανᾷ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅπερ ἔφη Χριστός. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. εἰ δὲ μεριζόμεθα, καὶ μερίδες ἀλωπέκων ἐσόμεθα, κατὰ τὴν ψαλμῳδοῦ φωνήν.

Διότι νῦν ἐροῦσι, οὐκ ἔστι βασιλεὺς ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἐφοβήθημεν τὸν κύριον. ὁ δὲ βασιλεὺς τί ποιήσει ἡμῖν; λαλῶν ῥήματα προφάσεις ψευδεῖς, διαθήσεται διαθήκην.

Οὐχὶ μόνον αὐτῶν σφαλήσεσθαι τὰ θυσιαστήρια, A καὶ ταλαιπωρήσειν ἔφη τὰς στήλας, προσεπάγει δὲ, ὅτι καὶ μεταγνώσονται, καὶ θρηνήσουσιν ἐπί γε ταῖς σφῶν δυσβουλίαις. ἡμαρτηκότες δὲ τῆς ἐλπίδος, καὶ ἠπατημένοι, τοῖς ἐκ τῶν κρατούντων ψευδηγορήμασιν, ὀψὲ καὶ μόλις συνήσουσιν. οἱ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς τοὺς τῆς βασιλείας διέποντες θρόνους, ἀρκέσειν ἔφασκον αὐτοῖς εἰς ἐπικουρίαν τάς τε χρυσᾶς δαμάλεις, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἄλλων εἰδώλων ἀσφάλειαν, κἂν εἰ μὴ τὸν θεῖον ἔχοιεν νόμον, κἂν εἰ μὴ B δρᾷν ἕλοιντο τὰ διὰ Μωσέως. ἡ δὲ πεῖρα δέδειχε ψευδεπιοῦντας αὐτούς. τεθέανται γὰρ τοὺς τὰ τοιάδε πάλαι διατεθειμένους αὐτοῖς, καὶ ἀσυνέτως λέγοντας, ὑπὸ χεῖρα πεσόντας ἐχθρῶν. Ταύτῃτοι, φασὶ, οὐκ ἔστι βασιλεὺς ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἐφοβήθημεν τὸν κύριον. ἰδοὺ γὰρ, φασὶ, ἐπαμύνων οὐδεὶς, ἤγουν ταῖς τῶν Βαβυλωνίων ἐφόδοις ἀντανιστάμενος. ἀλλ' ἠτονήκασιν ἅπαντες· λέλυνται, καὶ πεπτωκήκασιν οἱ προεστηκότες. πρόφασις δὲ τῆς ἀρρωστίας αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν, τὸ μὴ πεφοβῆσθαι τὸν κύ- C ριον. ποία τοίνυν ἡ ὄνησις ἐκ τῶν κρατούντων; φησίν· οὐδὲν ἦν ἄρα τὰ παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ λόγοι ψευδεῖς, καὶ ματαιότης διαθηκῶν, ἤγουν ὑποσχέσεων. ἔθος γὰρ τῇ θείᾳ γραφῇ, διαθήκας ἀποκαλεῖν τὰς ἐπαγγελίας.

Σοφὸν οὖν ἄρα, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστὸν, τὸ πεποιθέναι μᾶλλον ἐπὶ Θεῷ, καὶ μὴ τοῖς τῶν πλανώντων ἀποφέρεσθαι λόγοις, ἐπὶ τὸ προσκρούειν τῷ Θεῷ. ἐμφρόνως δὲ μᾶλλον πρὸ πείρας αὐτῆς ἀποφοιτᾷν τῆς ὀργῆς, καὶ μὴ ὀψὲ παθόντας ὀ- D λοφύρεσθαι, μόλις εἰς ἀνόνητον ἰόντας ὑστεροβουλίαν.

Ἀνατελεῖ ὡς ἄγρωστις κρίμα ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ. τῷ μόσχῳ τοῦ οἴκου ὤν.

Η ἄγρωστις φύεται ἐν ἀγροῖς, μάλιστα τοῖς ἀνηρότοις, καὶ κεχερσωμένοις, καταδράττεται δὲ, καὶ μάλα νεανικῶς τῆς παρατυχούσης, καὶ γείτονος γῆς. διέρπει γάρ πως εἰς τὸ εὐρὺ, καὶ ἔτι δυσκαταγώνιστος τοῖς ἀνείργειν αὐτῆς ἐθέλουσι τὸν ἀεὶ τῶν E παρακειμένων ἐπέκεινα δρόμον. κρίμα τοίνυν, φησὶ, (δῆλον δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ) καθάπερ ἄγρωστις ἐπ' ἀγροῦ χέρσον ἀνατελεῖ τῷ μόσχῳ τοῦ οἴκου ὤν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, ψῆφος ὀλέθρου, καὶ νεῦμα κολάζον ἔσται παρ' ἐμοῦ. καταδράξεται δὲ ὡς ἄγρωστις τοῦ μόσχου, ἤτοι τῶν σεβασμάτων τοῦ ὄντος ναοῦ κατὰ τὴν Βαιθήλ. σημαίνει γὰρ τοῦτο ὁ οἶκος τοῦ ὤν. ἐκδεδώκασι μὲν γὰρ οἱ ἕτεροι πάλιν ἑρμηνευταὶ, τοῦ μόσχου τοῦ οἴκου Βαιθήλ. οἱ δέ γε ἑβδο-

CXII. Non solùm eorum altaria dirutum, & simulacra euersum iri dicit, sed addit etiam, fore, vt male consulta sua pœnitudine, & lamentis prosequantur, spe autem frustrati, & dominorum mendaciis decepti, serò, ac vix tandem intelligant. Qui enim apud ipsos thronum regni obtinebant, ad auxilium satis futurum autumabant vitulos aureos, & tutelam ab idolis cæteris, quamuis diuinam legem non haberent: quamuis præcepta Mosis non seruarent. At experientia mentitos esse demonstrauit. Viderunt enim eos, qui quondam hæc ipsis constituissent, & insipienter locuti fuissent, sub hostium ditionem venisse. [Ideo, inquiunt, non est rex nobis, quia non timuimus Dominum.] (Psal. 16.) Ecce enim, aiunt, opitulator nullus: aut qui Babyloniorum impressionem excipiat. Sed defecerunt omnes, [infirmati sunt, & ceciderunt] qui præerant. Causa autem ipsorum, & nostræ imbecillitatis, quod [non timuimus Dominum.] Quæ ergo vtilitas ex Dominis? inquit. Nihil igitur erat quod dictitabant, nisi sermones mendaces, & testamentorum, seu promissorum vanitas: consueuit enim diuina Scriptura promissiones appellare testamenta.

Sapiens itaque factum & omni laude plenum pati propter Deum, nec seducentium sermonibus ad ipsum offendendum abduci: sed ante experientiam iram eius declinare, ne puniti iam serò plorantes, aliquando tandem ad posteriora consilia inutiliter descendamus.

Orietur sicut gramen iudicium super desertum agri, vitulo domus ὤν.

CXIII. Agrostis nascitur in agris, inaratis præsertim, & desertis, terram obuiam, & vicinam magna luxurie corripiens. Serpit enim in latum, nec cohiberi potest ab iis, qui eius vltra metas propagationem coërcere conantur. [Iudicium igitur, inquit, (à Deo vtique) veluti agrostis quædam super desertum agri, exorietur vitulo domus ὤν.] Perinde ac si dicat. Sententia perditionis, & nutus puniens erit à me. Comprehendet autem tanquam agrostis vitulum, siue idola templi, quod est in Bethel, hoc enim sibi vult *domus ὤν*. Sic namque alii interpretes ediderunt, [vituli domus Bethel.] Se-

ptuaginta verò pro *domus Bethel* transtulerunt *domus* ὢν, causam supra explicauimus. Veruntamen repetere non pigebit. Lunæ filium, solis nepotem Apin Ægyptii fabulabantur, apud quos Sol est ὢν. Ad repræsentandum verò Apin erat vitulus, quem fecit Hieroboam. Itaque vt agrostis comprehendens, inquit, & vincens quidquid apponitur obstaculorum, iudicium à me exercebitur vitulo domus ὢν, siue Bethel. Semper enim diuinum numen viribus pollet maximis, & eius nutui resistere nihil valet. [Manum enim excelsam quis auertet?] vt scriptum est.

Esa.9.

Peregrini & accolæ erunt habitãtes Samariam, quia luxit populus eius super eum. Et sicut exacerbauerunt eum, gaudebunt super gloriam eius.

cxiv.

En dilucidè declarat iudicium comprehendens vitulum, & instar agrostis se dilatandi vim habens, contra quæ Deo visum fuerit. Meminit autem & nunc historiæ, quam afferri in medium res postulat, aliter enim oraculum haud percipiemus. Solebant omnes qui idola suppliciter venerabantur, miseris temporibus, & hostibus ingruentibus, si inopia pecuniæ conflictarentur, ipsa quoque templorum anathemata, & donaria ad vsum suum conuertere. Traditum est itaque in libris regum rege Syriæ vrbes Samariæ adoriente, tum regem Israelis, quod pares ad resistendum copias non haberet, ad Phulam Assyriorum regem legatos misisse, eúmque donis impulisse, vti se adiuuaret, & Syrum depelleret, quod & factum est. Vi enim & virtute Damascum occupauit, ipsúmque Ader interfecit. Aiunt igitur, quod cum ingens auri pondus quæreretur, in eas angustias Manaim coniectum esse, vt vnum quoque vitulum aureum subtraheret, & per legatos illis transmitteret. Luxitque Israel, cum, quem putabat Deum, aliò mitti conspiceret. Credebat nihilominus, friuolis rationibus seipsum consolans, Babylonium hunc vitulum in templo maiore, & illustriore collocaturum. Præterea à pluribus gentibus adoratum iri opinabatur: quam plurimæ siquidem Persarum, & Medorum gentes numerantur. Manaim igitur vitulum vt erat, totum ex auro puro puto conflatum misit.

A μήκοντα ἀντὶ τοῦ οἴκου Βαιθήλ, οἴκου ὢν εἰρήκασι. καὶ τὴν αἰτίαν ἤδη προειρήκαμεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω. πλὴν οὐδὲν ὀκνοῦντες ὑπομνήσομεν. σελήνης μὲν γὰρ τέκνον, ἔκγονον δὲ ἡλίου τὸν Ἆπιν Αἰγύπτιοι μυθοπλαστοῦντες ἔλεγον. ὢν δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος. εἰς τύπον δὲ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις Ἄπιδος ἦν ἡ δάμαλις ἥν, ἣν ἐποίησεν Ἱεροβοάμ. οὐκοῦν, ὡς ἄγρωστις καταδραττομένη, φησί, καὶ νικῶσα πᾶν ὅσον ἐστὶ παρακείμενον, κρίμα γενήσεται παρ' ἐμοῦ, B τῷ μόσχῳ τοῦ οἴκου ὤν, ἤτοι Βαιθήλ. πανσθενὲς γὰρ τὸ θεῖον ἀεί, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν οὐδὲν ἔσται τὸ ἀντιστατοῦν. τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Παροικήσουσιν οἱ κατοικοῦντες Σαμάρειαν, ὅτι ἐπένθησεν λαὸς αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. καὶ καθὼς παρεπίκραναν αὐτόν, ἐπιχαροῦνται ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ.

Ἰδοὺ δὴ καθίστησιν ἐναργὲς τὸ κρίμα τὸ καταδραττόμενον τοῦ μόσχου, καὶ ἀγρώστεως δίκην C ἐξευρύνεσθαι πεφυκός, καθ' ὧνπερ ἂν βούλοιτο Θεός. ἱστορίας δὲ διαμέμνηται καὶ νῦν, ἣν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, συνήσομεν γὰρ ὧδε, καὶ οὐχ ἑτέρως τὸ χρησμῳδούμενον. ἔθος ἦν ἅπασι τοῖς εἰδώλων προσκυνηταῖς, καιροῦ καταθλίβοντος, καὶ πολεμίων ἐφεστηκότων, οἱ ἐν ἐνδείᾳ γένοιντο χρημάτων, ἅπτεσθαι καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς τεμένεσιν ἀναθημάτων. γέγραπται τοίνυν ἐν ταῖς βασιλείαις, ὅτι πολιορκοῦντος τὰς ἐν Σαμαρείᾳ πόλεις τοῦ βασιλέως Συρίας, Μαναΐμ, ὁ τηνικάδε βασι- D λεύων ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ εἶτα ταῖς ἴσαις δυνάμεσιν ἀντιφέρεσθαι πρὸς ἐκεῖνον οὐκ ἔχων, ἐπρεσβεύετο πρὸς Φούλαν τὸν τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα, καὶ δώροις ἀνέπειθεν ἐπαμῦναί τε οἱ, καὶ ἀποστῆσαι τὸν Σύρον, ὃ δὴ καὶ τετέλεσται. εἷλε γὰρ ἐκεῖνος κατὰ κράτος τὴν Δαμασκόν. ἀποσφάττει δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀδερ. φασὶ τοίνυν, ὅτι πλείστης ὅσης ὁλκῆς ζητουμένης χρυσίου, περιέστη λοιπὸν εἰς τοῦτο τοῦ Μαναΐμ ἀνάγκης τὰ πράγματα, ὡς καὶ μίαν δάμαλιν ὑφελέσθαι χρυσῆν, E καὶ συναποστεῖλαι διὰ τῶν πρέσβεων. καὶ τεθρήνηκε μὲν ὁ Ἰσραήλ, ὃν ἐνόμιζεν εἶναι Θεόν, ἐκπεμπομένην ὁρῶν. ᾤετό γε μήν, ψυχροῖς ἑαυτὸν λογισμοῖς παραμυθούμενος, ὡς ἐν μείζοσιν ἔσται, καὶ λαμπροτέροις αὐτὴν ἐνιδρύσει ναοῖς ὁ Βαβυλώνιος. διέκειτο δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι προσκυνηθήσεται καὶ παρὰ πλειόνων ἐθνῶν, μυρία γὰρ ὅσα ἐστὶ τὰ Περσῶν τε, καὶ Μήδων ἔθνη. ὁ μὲν οὖν Μαναΐμ, ὡς ὅλην οὖσαν δι' ὅλου χρυσῆν, πέπομφε τὴν δάμαλιν.

ὁ δέγε Φύλας συνέθλασε λαβών· ἕτερον γὰρ παρ' ἐκείνοις τὸ σέβας, καὶ δαμάλεως οὐκ ἀνέχονται. εἶτα, φησίν, οὐχ ὑφῆφθαι χρυσῶν, ὑπόχαλκον δὲ μᾶλλον, χρυσῷ διαπεπασμένον. ἐντεῦθεν, φησίν, ὁ Ἀσσύριος ἐγέλασε τὸν Ἐφραΐμ, τουτέστι, τὸν Μαναΐμ, τὸν ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ βασιλεύοντα. διέπτυσε δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὰς τοῦ Ἰσραὴλ εὐηθείας. εἰρηκότες δὲ οὕτω τῆς ἱστορίας, ἤγουν τῆς Ἑβραίων παραδόσεως τὸν λόγον, φέρε λοιπὸν ἀναγκαίως ἐπιτρέχωμεν τὴν λέξιν. δυσκάτοπτος γάρ, ὅτι παροικήσουσιν οἱ κατοικοῦντες Σαμάρειαν, τὸ παροικήσουσιν, ἀντὶ τοῦ μετοικήσουσιν, ἤτοι μετοικισθήσονται, φησίν, οἱ νῦν ὄντες ἐν Σαμαρείᾳ. λέγει δὲ τοὺς μόσχους, ἤτοι τὰς δαμάλεις. ἐξεπέμφθησαν γάρ, ὡς ἔφην, εἰς Βαβυλωνίους. καὶ ἐπένθησε μὲν ἐπ' αὐτοῖς ὁ λαὸς αὐτοῦ. τίνος δὲ αὐτοῦ; ἢ δῆλον, ὅτι τοῦ ὄντος, ὅ ἐστι, τοῦ Ἄπιδος; πλὴν ὡς ᾠήθησαν, φησί, παραπικραίνοντες, καὶ ἀτιμάζοντες αὐτὸν διὰ τοῦ πέμπειν ἑτέροις, οὕτως ἡσθήσονται ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. νομιοῦσι γάρ, ὅτι καὶ πολὺ λίαν εὐκλεέστερος ἔσται, παρὰ πλειόνων ἐθνῶν προσκυνούμενος. ἀλλ' ἡμαρτήκασι τῆς ἐλπίδος. συντέτριπται γάρ, καὶ γέλωτος ἀφορμὴ τοῖς Βαβυλωνίοις ἦν. οὐκοῦν τεταλαιπώρηκεν ἡ ὕλη αὐτῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ προφήτου φωνήν. παρεπίκραναν δὲ τὸν μόσχον, οὐχ ὅτι παρεπικράνθη κατὰ τὸ ἀληθές. πῶς γὰρ ἂν τοῦτο πέπονθεν ἀναίσθητος ὕλη; ἀλλ' ὅτι τῶν εἰσχρημάτων ἡ δύναμις παρώργισεν ἂν αὐτόν, εἴπερ ἦν ὄντως Θεός, καὶ ἐν αἰσθήσει τοῦ παθεῖν τὰ συμβεβηκότα.

Οὐ μετῳκίσθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν εἰς Ἀσσυρίους δήσαντες ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ Ἰαρείμ. ἐν δόματι Ἐφραΐμ δέξεται, καὶ αἰσχυνθήσεται Ἰσραὴλ ἐν τῇ βουλῇ αὐτοῦ.

Ἑαυτὸν ἡμῖν ὁ προφητικὸς ἑρμηνεύει λόγος. ὃ γὰρ εἴρηκεν ἀμυδρῶς, τοῦτο πειρᾶται διασαφηνίζειν. μετῳκίσθη γὰρ ὁ μόσχος ἀπὸ τοῦ Ἰσραήλ, καὶ δήσαντες αὐτὸν (χλευεντίζεται δὲ ὁ λόγος) ἀπεκόμισαν ξένια τῷ βασιλεῖ Ἰαρείμ, ὅ ἐστιν, ἐκδίκῳ. ἐκαλεῖτο γὰρ εἰς ἐπικουρίαν, καὶ οἱονεί πως εἰς τὸ ἐκδικῆσαι τὴν Σαμάρειαν ὀλοθρευομένην ὑπὸ τῶν Σύρων. ἀλλὰ δέξεται μὲν ὁ Φύλας ὡς ἐν δόματι παρὰ τοῦ Ἐφραΐμ τὴν δάμαλιν. Ἐφραΐμ δέ φησι τὸν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέα. πλὴν αἰσχυνθήσεται, φησίν, ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ ταῖς ἑαυτοῦ βουλαῖς. ὅτι γάρ, ὡς ἔφην, ἀπέστη μὲν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, εἵλετο δὲ μᾶλλον δαμάλεσι προσκυνεῖν, καταγέλαστος ἦν,

A Quem Phulas acceptum confregit, aliud enim numen Assyrii colunt, nec vitulum patiuntur. Postea non amplius aureum, sed ex ære auróque commixtum extitisse narrant. Hinc Assyrium irrisisse Ephraim, hoc est, Manaim regem de tribu Ephraim; & stultitiam Israelis contempsisse. Exposita igitur historia, siue Hebræorum traditione, age deinceps verba contextus, vt debemus percurramus. B Minimè enim perspicua est eorum sententia. Dicit igitur, accolas fore habitantes Samariam. Accolæ erunt, pro, transmigrabunt aliò habitatum, seu aliò ad habitandum transferentur incolæ Samariæ. Quo nomine vitulos, seu buculas intelligit: ad Babylonios enim missæ sunt, vt docui. [Et luxit super iis populus eius.] Cuiusnam eius? an, id est, Apidis? Veruntamen quemadmodum visi sunt, inquit, eum exacerbare, & contemnere dum alijs mittunt; ita C lætabuntur super gloria eius. Existimabunt enim, à pluribus gentibus adoratum gloriosiorem futurum. Sed fefellit eos spes. Confractus enim materia risus & ioci Babyloniis fuit. Quocirca afflictum est simulacrum ipsorum, vt hic ipse Propheta dicit. Exacerbauerunt autem vitulum, non quia reuera exacerbatus sit (qui enim sic afficeretur res sensûs expers?) sed quia facti natura ipsum irritasset, si verè Deus fuisset, & euenta sua sentire D potuisset.

Quia translatus est ab eo, & ipsum in Assyrios ligatum abduxerunt munera regi Iarim. In dono Ephraim suscipiet. Et confundetur Israel in consilio suo.

CXV. Seipsum nobis propheticus sermo explanat. Quod enim dixit inuolutius, hoc euoluere nititur. Translatus est quippe vitulus ab Israel, & ligatum eum (iocatur enim festiuè Propheta) asportarunt pro munere regi E Iarim, hoc est, vltori. Vocatus enim fuerat ad auxilium, & veluti ad vindicandam Samariam, quam Syri perditum veniebant. Sed suscipiet quidem Phulas vitulum vitulum vt donum Ephraim, à rege Israel videlicet: nihilominus [confundetur Israel, inquit, in consiliis suis.] Quoniam enim, vt dixi, ab omnipotente desciuit, & vitulos adorare maluit, ridiculus fuit,

& in anilem, ineptam, inutilem consilii vanitatem abiisse deprehensus est. Verum igitur dicit Propheta, imò Deus, cum per os sanctorum dicit de iis, qui seruierunt operibus manuum suarum, [Vidistis quia cinis corda eorum, & seducuntur.] Mich. 5.

Accommodabitur oratio etiam in eos, qui recta Ecclesiæ dogmata deprauant. Sicut enim vitulus comminutus Israelis amentiam coarguit; ita & illorum dogmata inquisitionibus contrita, & vi veritatis confracta, eorum auctoribus, & impiis inuentoribus, atque iis etiam qui ea inconsultissimè in pectus admittunt, dedecori & pudori erunt.

Proiecit Samaria regem suum sicut sarmentum super faciem aquæ, & auferentur altaria ών, peccata Israel. Spinæ & tribuli ascendent super altaria eorum.

CXVI. Mores Israelitarum, siue Samaritarum solutos, & improbos, etiam circa ipsos, quos putabant Deos, facilè hic quoque locus arguerit. Nec mirum. Qui enim vnum, & verum, & naturâ Deum, & discedendo, & quiduis turpissimum perpetrando impiè per summam iniuriam læserunt, quomodo erga multos, & falsos, & è lapidibus aut lignis fabrefactos sincerè, ac legitimè se gererent? Ait igitur, proiectum esse à Samaritis vitulum, qui apud eos regiis, & diuinis honoribus colebatur. Sic autem proiectum esse, veluti si palea, aut stipula aquæ vorticibus illapsa, mox pro impetu earum quouis raptetur. Cum ipsis autem simulacris delubra peritura, & aras destructum iri, & locum spinarum fore, vniuersa eorum prouincia deuastata, quomodo non certissimum erat? Peccata Israel altaria vocat, aptissimè, velut monumentum impietatis eorum erga Deum scelerate excitatum, ών autem denuo Apin, seu vitulos in Bethel, in quorum gloriam & aræ stabant. Quare quod non constituit, & firmat Deus, id penitus corruet. Ac tale quippiam reor ab alio Propheta clare dictum esse, [ipsi ædificabunt, & ego euertam.] Malac. 1.

Et dicent montibus, Operite nos, & collibus, Cadite super nos.

καὶ κατεφωρᾶτο πεσὼν εἰς γραώδη, καὶ ψυχρὰν, καὶ ἀνόητον εἰκαιοβουλίαν. ἀληθεύει δὴ οὖν ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ Θεὸς, εἰ λέγοι διὰ φωνῆς ἁγίων περὶ τῶν λελατρευκότων τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἴδετε ὅτι σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ πλανῶνται.

Ἁρμόσει δ' ἂν ὁ λόγος καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας παραλύουσι δόγματα. ὥσπερ γὰρ ἡ δάμαλις συντετριμμένη τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἤλεγξεν εἰκαιολογίαν, οὕτω καὶ τὰ ἐκείνων δόγματα ταῖς ἐρεύναις συντετριμμένα, καὶ τῇ δυνάμει τῆς ἀληθείας συντεθραυσμένα, πρὸς αἰσχύνης ἔσονται καὶ ἐντροπῆς, τοῖς συντεθεικόσιν αὐτὰ, καὶ ἀνοσίως ἐξευρηκόσι, καὶ ἀβουλότατα δεδεγμένοις εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν.

Ἀπέρριψε Σαμάρεια βασιλέα αὐτῆς ὡς φρύγανον ἐπὶ προσώπου ὕδατος, καὶ ἐξαρθήσονται βωμοὶ ὢν, ἁμαρτήματα τοῦ Ἰσραήλ. ἄκανθαι καὶ τρίβολοι ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν.

Τὸ ἀνασφαλές τε ἅμα, καὶ τὸ ἀνεπιεικὲς τοῦ τρόπου τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἤτοι τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ περὶ αὐτοὺς οὓς ᾤοντο Θεοὺς, ἐπιδείξειεν ἂν εὐκόλως καὶ τόδε δὴ πάλιν. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. οἱ γὰρ τὸν ἕνα, καὶ ἀληθῆ, καὶ φύσει Θεὸν καὶ ταῖς ἀποστασίαις, καὶ ταῖς εἰς τὴν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἀποδρομαῖς ἀνοσίως περιυβρικότες, πῶς ἂν ἐγένοντο γνήσιοι περὶ πολλούς τε, καὶ ψευδωνύμους, καὶ ἐκ λίθων πεποιημένους ἢ ξύλων Θεούς; ἀπερρίφθαι δὴ οὖν, φησὶ, παρὰ τῶν ἐν Σαμαρείᾳ τὸν μόσχον, τὸν ἐν δόξῃ τῇ παρ' αὐτοῖς Θεοῦ τε, καὶ βασιλέως. ἀπερρίφθαι δὲ οὕτως, ὡσανεὶ καὶ κάρφος τῶν ὑδάτων δίναις ἐμπεπτωκὸς, ἀποφέροιτο λοιπὸν πρὸς τὸ τοῖς ῥέουσι δοκοῦν. ὅτι δὲ αὐτοῖς σεβάσμασι τὰ τεμένη συνοιχήσεται, βωμοί τε λυθήσονται, καὶ ἀκανθῆς ἔσονται τόποι, καταδῃωθείσης αὐτοῖς ἁπάσης τῆς χώρας, πῶς ἦν ἀμφίβολον; ἁμαρτήματα δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τοὺς βωμοὺς ἀποκαλεῖ, καὶ μάλα εἰκότως, οἷα δὴ ὑπόμνημα τῆς εἰς Θεὸν δυσσεβείας αὐτῶν ἀνοσίως ἐγηγερμένους. ὢν δὲ πάλιν, τὸν Ἆπιν ὠνόμασεν, ἤτοι, τὰς δαμάλεις τὰς ἐν τῇ Βαιθήλ τε, καὶ Δὰν, ὧν εἰς δόξαν καὶ οἱ βωμοί. οὐκοῦν, ὃ μὴ ἵστησι Θεὸς, τοῦτο πάντη τε, καὶ πάντως λυθήσεται. καί τι τοιοῦτον δηλοῦν ὑπολαμβάνω τὸ δι' ἑτέρου προφήτου σαφῶς εἰρημένον. αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἐγὼ καταστρέψω.

Καὶ ἐροῦσι τοῖς ὄρεσι, καλύψατε ἡμᾶς, καὶ τοῖς βουνοῖς, πέσετε ἐφ' ἡμᾶς.

Οὐκ ἐν μόναις τ͂ δυσὶ πόλεσι, Δάν τε, φημί, καὶ Βαιθὴλ ἐθρησκεύοντο τὰ γλυπτά, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μὲν αἱ δαμάλεις αἱ χρυσαῖ, ἐν δέ γε τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς βουνοῖς, τὰ τῶν περιοίκων ἐθνῶν σεβάσματα, ὁ Βάαλ, ὁ Βεελφεγώρ, ἡ Ἀστάρτη, καὶ ὁ Χαμώς. ὅτι τοίνυν οὐχὶ μόνον καταστραφήσονται οἱ ἐν οἱ βωμοὶ, τουτέστι, τοῦ Ἄπιδος, ἤτοι τῶν δαμάλεων, ἀλλὰ γὰρ πάντη τε, καὶ πάντως καὶ τὰ ἐν βουνοῖς, καὶ ὄρεσι τεμένη πεσοῦνται, διὰ τούτων ὑποδηλοῖ. περιεστήξει γὰρ εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἀθλιότητός τε, καὶ δυσμενῶν τὰ προσηγμένα, ὡς ὑπ' αὐτοῖς ἀξιοῦσθαι τοῖς ὄρεσι, καὶ βουνοῖς ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ ζῶντας ἰδεῖν, ἃ παθεῖν ἐστιν ἀνάγκη καὶ οὐχ ἑκόντας αὐτούς. ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀπαγγέλλων Ἰουδαίοις τὰς ἐπιτεχθησομένας αὐτοῖς συμφορὰς διά γε τὰ εἰς αὐτὸν τολμήματα, τοῖς ἴσοις ἐχρήσατο λόγοις. τότε γὰρ ἐρεῖτε, φησὶ, τοῖς ὄρεσι, καλύψατε ἡμᾶς, καὶ τοῖς βουνοῖς, πέσετε ἐφ' ἡμᾶς. τὰ γὰρ εἰς λῆξιν ἥκοντα τῶν κακῶν, καὶ τῶν δεινῶν αἱ ὑπερβολαὶ, καίτοι πικρὸν ὄντα τὸν θάνατον, περιπόθητον ἐᾶν ὅτε δυσκίνεσι τοῖς πολλοῖς. αὐτοῖς δὴ οὖν ἄρα τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς βουνοῖς, ἐν οἷς αἱ ψευδολατρεῖαι, καὶ τῆς κατὰ Θεοῦ δυσσεβείας τετόλμηται τὰ ἐγκλήματα, μονονουχὶ καὶ ἐροῦσι, φησὶ, πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ φθάσατε τοῦ Βαβυλωνίου ξίφους τὴν ἀγριότητα, καὶ τῆς εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγωγῆς τὴν ἀκλεᾶ, καὶ δύσοικον ἀθλιότητα.

Ἀφ' οὗ οἱ βουνοὶ, ἥμαρτεν Ἰσραὴλ, ἐκεῖ ἔστησαν. οὐ μὴ καταλάβῃ αὐτοὺς ἐν τῷ βουνῷ πόλεμος, ἐπὶ τὰ τέκνα τῆς ἀδικίας παιδεῦσαι αὐτούς. καὶ συναχθήσονται ἐπ' αὐτοὺς λαοὶ ἐν τῷ παιδεύεσθαι αὐτοὺς ἐν ταῖς δυσὶν ἀδικίαις αὐτῶν.

Πρεσβυτέραν εἶναι, φησὶ, τῆς ἐπὶ ταῖς δαμάλεσι πλάνης, τὴν ἐν ὄρεσί τε, καὶ βουνοῖς γεγενημένην ἀπόστασιν. καὶ γνῶν ὅτε τὴν Σαμάρειαν κατειλήφασιν αἱ δέκα φυλαὶ, τῆς Ῥοβοὰμ βασιλείας ἀποστᾶσαι τὸν ζυγὸν, τότε τὰς δαμάλεις εἰσκεκόμικεν Ἱεροβοάμ. ἐν δέ γε τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντες, τὴν ἐν ὄρεσί τε, καὶ βουνοῖς ἐπετήδευον πλάνην, ταῖς ἀλλοφύλοις γυναιξὶν εἴκοντος, καὶ κατολμῶντος τοῦ Σολομῶντος, ὃ τηνικάδε καὶ βωμοὺς ἀνιστῶντος, καὶ τεμένη λοιπὸν τοῖς ἐκείνων σεβάσμασιν. ἐξ οὗ τοίνυν ἐπενοήθησαν οἱ βουνοὶ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀθύρματα, καὶ αἱ ψευδολατρεῖαι, ἐξ ἐκείνου τοῦ καιροῦ παρηνόμηκεν ὁ Ἰσραήλ. ἔνδειξις δὲ καὶ τοῦτο τῆς θείας ἡμερότητος γένοιτ' ἂν οὐκ ἀσυμφανής, οὐδὲ ἐν χρόνῳ

A Non solùm in duabus vrbibus, Dan, inquam, & Bethel, simulacra superstitiosè colebantur: sed ibidem vituli aurei, in montibus autem, & collibus finitimarum gentium idola, Baal, Beelphegor, Astarte, Chamos. Non modo igitur aras, hoc est Apidis, siue vitulorum disturbatum iri: sed omnino, ac penitus etiam in collibus, & montibus fana collapsura per hæc subindicat. Eò namque calamitatis, & errorum redigentur, vt malint montibus sepeliri, quam viuentes cernere, quæ oportebit pati vel inuitos. Sciendum verò, Christum quoque denuntiantes calamitates propter nefarios in ipsum ausus illis immittendas, similibus verbis vsum esse. Inquit enim, [tunc dicetis montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos.] Summa siquidem malorum, & incommodorum magnitudines, mortem quamuis alioqui amaram, desideratissimam interdum multis efficiunt. Ipsis igitur montibus, & collibus, in quibus idola culta, & impietatis crimina in Deum impudenter perpetrata sunt, dicent propemodum, inquit, [cadite super nos,] & gladii Babylonici crudelitatem atque ingloriam, & intolerandam miseriam abductionis in captiuitatem anteuertite.

CXVII.

Luc. 23.

Ex quo colles, peccauit Israel, ibi steterunt. Non comprehendet eos in colle bellum, super filios iniquitatis corripere ipsos. Et congregabuntur super eos populi, cum corripientur ipsi in duabus iniquitatibus suis.

Errore in colendis vitulis antiquiorem esse in montibus, & collibus factam defectionem affirmat. Quando igitur in Samariam venerunt decem tribus, regni Roboami iugo excusso, tunc vitulos Hieroboam introduxit. Qui autem erant Hierosolymis, in montibus, & collibus errorem suum exercebant sedulò, cum alienigenis mulieribus obsecundans, & assentiens Salomon, etiam aras, & fana insuper illarum numinibus iam tum condidisset. Ex quo igitur excogitati sunt colles, & ludicra, & pseudolatriæ, ex eo tempore peccauit in Deum Israel. Potest & hinc benignitas Dei non obscurè cognosci, quæ nec longo inter-

CXVIII.

3. Reg. 12.

3. Reg. 11.

nullo impietatis reos punire sustinuit: sed indulsit potius, & dum seducti pœnitentiam fortè agerent, exspectauit. At illi & contumaciores, & scelere corruptiores inuenti sunt. Collibus enim vitulos quoque adiecerunt. Sacrificantes autem dæmonibus in montibus, & collibus, & se in hoc inani studio religiosos arbitrantes, fortassis etiam apud animum cogitabant, imò congruenter putabant, se rebus secundis constanter vsuros, & aduersariis valentiores, & à seruitute hostibus seruienda tutos fore: qui morbus errore deceptis familiaris est. Hoc igitur quando capta à Babylonio Hierosolyma in Ægyptum descendebant, Propheta Hieremias suasit, vt sacrificiis idolorum temperarent, quo Saluatorem Deum propitium haberent. Ast illi hac de causa in calamitates se incidisse prædicabant, quod lege sancitis patere non desiissent, & in cultu deorum commentitiorum socordes euasissent. Sic autem legimus.

Hier. 44.

„ [Et responderunt Hieremiæ omnes
„ viri scientes, quod adolerent vxores
„ eorum diis alienis, & omnes mulie-
„ res, congregatio magna, & omnis po-
„ pulus sedentes in terra Ægypti, in ter-
„ ra Pathures, dicentes: Sermonem quem
„ locutus es ad nos in nomine Domini,
„ non audiemus, quia facientes faciemus
„ mus omne verbum quod egredietur
„ de ore nostro, vt adoleamus reginæ
„ cæli, & libemus illi libamina, sicut fe-
„ cimus nos, & patres nostri, & reges
„ nostri, & principes nostri in vrbibus
„ Iuda, & foris Hierusalem, & satura-
„ ti sumus panibus, & facti sumus bo-
„ ni, & mala non vidimus. Et vt ces-
„ sauimus adolentes reginæ cæli, in-
„ diguimus omnes nos, & in fame de-
„ fecimus.] Culpat igitur Israelitarum vanos sermones, & spem futilem, ac de collibus dicit, *ibi steterunt*, hoc est, vt ipsi dictitant, aut saltem existimant, ibi cultis idolis stabilem felicitatem consecuti sunt, & in bonis immobilibus constiterunt, & vt insuper sibi persuadent, non comprehendet eos in colle vlla prorsus molestia, si legitima sculptilibus præstare non recusauerint. Sed decepti, & spe sua delusi sunt, inquit. Inuasit enim eos bellum tanquam filios iniquitatis, & experientia ipsa erudientur, odiosam esse rebellionem; & quinam, aut

A μακρῷ κολάζειν αἰσχυνθεὶς τοὺς ἠσεβηκότας, ἀνείσης δὲ μᾶλλον, καὶ περιμενούσης τάχα που τὴν πεπλανημένων τὴν μετάγνωσιν. οἱ δὲ ἦσαν ἀπηνέστεροί τε καὶ τὰ ἐπὶ χεῖρω νοσοῦντες ἡλίσκοντο. προσέθεσαν γὰρ τοῖς βουνοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς δαμάλεσιν εὑρήματα. θύοντες δὲ τοῖς δαίμοσιν ἐν ὄρεσί τε καὶ βουνοῖς, καὶ δοκοῦντες εὐσεβεῖν περὶ τὰ μάταια, τάχα που καὶ ᾤοντο κατὰ σφᾶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀραρότως ἐνόμιζον, ὅτι καὶ ἐν βεβαίῳ στήσον-
B ται τῆς εὐημερίας, ἔσονται δὲ καὶ ἀμείνους τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ ἀνάλωτοι τοῖς ἐχθροῖς. σύνηθες δὲ τοῖς πλανωμένοις νόσημα τοῦτο. καὶ γοῦν ὅτε κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον, ἁλούσης τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, συνεβούλευσε μὲν ὁ προφήτης Ἱερεμίας, ἀπέχεσθαι τοῦ θύειν εἰδώλοις, ἵνα τις γένοιτο φειδὼ ἐπ' αὐτοῖς παρὰ τοῦ σώζειν ἰσχύοντος Θεοῦ. οἱ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας περιπεσεῖν ἔφασκον τοῖς δεινοῖς, ὅτι δὴ οὐ κατέληξαν τοῦ πληροῦν ἐθέλειν τὰ νενομισμένα, καὶ ὀλιγωροῦντες ἠλέγ-
C χοντο τῆς εἰς τὰ μάταια τιμῆς. γέγραπται δὲ οὕτως. Καὶ ἀπεκρίθησαν τῷ Ἱερεμίᾳ πάντες οἱ ἄνδρες, οἱ γνόντες ὅτι θυμιῶσιν αἱ γυναῖκες αὐτῶν θεοῖς ἑτέροις, καὶ πᾶσαι αἱ γυναῖκες, συναγωγὴ μεγάλη, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, οἱ καθήμενοι ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἐν γῇ Παθουρῆ, λέγοντες· τὸν λόγον ὃν λελάληκας πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου, οὐκ ἀκουσόμεθα. ὅτι ποιοῦντες ποιήσομεν πάντα τὸν λόγον, ὃς ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν, θυμιᾶν τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ σπένδειν αὐτῇ σπονδάς. κα-
D θὰ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ οἱ βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν ἐν πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἔξωθεν Ἱερουσαλήμ. καὶ ἐπλήσθημεν ἄρτων, καὶ ἐγενόμεθα χρηστοὶ, καὶ κακὰ οὐκ εἴδομεν. καὶ ὡς διελίπομεν θυμιῶντες τῇ βασιλίσσῃ τοῦ οὐρανοῦ, ἠλαττώθημεν πάντες ἡμεῖς, καὶ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ ἐξελίπομεν. αἰτιᾶται τοίνυν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ αὐτὸ τὸ εἰκαιόμυθον, καὶ τὸ τεθεὶν τῆς ἐλπίδος, καὶ φησὶ περὶ τῶν βουνῶν, ὅτι ἐκεῖ ἔστησαν, τουτέστιν, ὅτι καθάπερ
E αὐτοί φασιν, ἢ γοῦν οἴονται κατὰ σφᾶς, ἐκεῖ τοῖς γλυπτοῖς λατρεύσαντες, τὸ ἀσφαλὲς ἐσχήκασι τῆς εὐημερίας, καὶ ἐν ἀκλονήτοις ἔστησαν ἀγαθοῖς. καὶ ὥσγε οἴονται πάλιν, οὐ μὴ καταλάβῃ αὐτοὺς ἐν τῷ βουνῷ, τὸ κατά τι γοῦν ὅλως λυπεῖν εἰωθὸς, εἰ πληροῦν ἕλοιντο τοῖς γλυπτοῖς τὰ νενομισμένα. ἀλλ' ἠπάτηνται, φησὶ, καὶ διημαρτήκασι τῆς ἐλπίδος. ἀφῖκται γὰρ δὴ πόλεμος ἐπ' αὐτοὺς, ἀδικίας ὄντας τέκνα. καὶ διὰ πείρας αὐτῆς παιδευθήσονται, πικρὸν ὅτι τὸ ἀξιώνιον· καὶ τίνες ἂν εἶεν,

δι' ὧν ἔσονται τὰ εἰς παιδείαν αὐτοῖς, ἀπλείστης ὅση πολεμίων ὁμήγυρις. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, συναχθήσονται ἐπ' αὐτοὺς λαοὶ, καὶ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου δεινὰ συμβήσονται πάντως, ἐν ᾧ παιδεύεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς δυσὶν ἀδικίαις αὐτῶν. καὶ ποῖαι δὴ ταῦτα ἐστι, σαφέστερον ἡμῖν διὰ φωνῆς Ἱερεμίου προέδειξεν, εἰπών. ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει κύριος, ὅτι δύο, καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν.

Ἐφραὶμ δάμαλις δεδιδαγμένη ἀγαπᾷν νῖκος. ἐγὼ δὲ ἐπελεύσομαι ἐπὶ τὸ κάλλος τοῦ τραχήλου αὐτῆς. ἐπιβιβῶ Ἐφραὶμ, καὶ παρασιωπήσομαι Ἰούδαν.

Μόσχῳ παρεικάζει τὸν Ἐφραὶμ, σκληρῷ τε, καὶ ἀγερώχῳ λίαν, καὶ ἀνακόπτεσθαι μὴ εἰδότι τῆς ἰδίας ὁρμῆς, ἣν ἂν ἐφ' ὅτῳ ποιοῖτο τυχὸν, ἤγουν ὑποδαστεύεσθαι μὴ ἀνεχομένῳ, ζητοῦντι δὲ μᾶλλον ἀεὶ τὸ νικᾷν, καὶ πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀνεπιπλήκτοις ἵεσθαι ταῖς ὁρμαῖς. ἀλλ' εἰ καὶ ἔστι τοιοῦτος, φησὶν, ἐνδώσει καὶ οὐχ ἑκών. δαμασθήσεται γὰρ ταῖς τῶν συμφορῶν ἐφόδοις, ὑποζυγιοῦντος Θεοῦ. μόνον δὲ οὐχὶ καὶ τὸ κάλλος τοῦ τραχήλου αὐτοῦ παραλύοντος, τουτέστι, τὸ ἐξαιρέτως ἀφωνισμένον μέρος ἐν τῷ Ἰσραήλ. τοῦτο δὲ ἦν ἡ παρ' αὐτοῖς βασιλεία, κατερεθίζουσα πρὸς ἀπόστασιν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς. ἐνδοῦν καταρριφθήσεται, Θεοῦ καταβρίθοντος. τοῦτο γὰρ, οἶμαι, δηλοῖ τὸ, ἐπιβιβῶ Ἐφραίμ. οἰκονομικῶς δὲ, φησὶν, ὅτι παρασιωπήσομαι Ἰούδαν, ἀντὶ τοῦ, μικρὸν ὑπερθήσομαι τὸν Ἰούδαν, οὐ ποιναῖς ἐνιείς· οὐκ ἐπάγων ἤδη τὰ ἐξ ὀργῆς· διακαρτερῶν δὲ μᾶλλον, καὶ ὑπενδιδοὺς ἠρέμα. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ὁ μὲν γὰρ Ἐφραὶμ, τουτέστιν, αἱ δέκα φυλαὶ, καθάπερ ἤδη προέφην, ἀπονενεύκασιν ὁλοτρόπως ἐπὶ τὸ δεῖν ἑλέσθαι πληροῦν τὰ τῆς πλανήσεως ἔργα. αἱ δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις δύο φυλαὶ, Ἰούδας τε, φημὶ, καὶ Βενιαμὶν, γεγόνασι πολλάκις ὑπὸ βασιλέας ὀρθούς τε, καὶ εὐσεβεῖς, καὶ τὰ τῆς εἰδωλολατρείας ἀθύρματα κατασείοντας, εἰς ζωὴν ἀνεπιτίθον ἐπιεικῶς, καὶ ἔννομον. ὁποῖος γέγονεν Ἀμασίας ὁ τοῦ Ἰωὰς, εὐσεβὴς, καὶ δίκαιος ἀνήρ. ὁμοίως Ἐζεκίας, καὶ αὐτὸς ἐν ἴσῳ τεθαυμασμένος τῷ προειρημένῳ, ζηλωτὴς, καὶ θεοφιλής. ταύτῃ τοι προτεποίηνται μὲν αἱ δέκα φυλαὶ τῆς αἰχμαλωσίας. καταστρατεύσας δὲ τῆς Ἱεροσολύμων ὁ Βαβυλώνιος, ἠδίκησεν οὐδέν. ᾤχετο δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἑαυτοῦ, φυγὰς, καὶ περιδεής,

per quos corripiendi sint, per maximum videlicet, hostilémque exercitum: hoc enim est quod dicit, [congregabuntur populi super eos,] & mala belli plane occupabunt illos dum corripientur, [propter duas iniquitates ipsorum.] Quæ quales sint, luculenter nobis per os Hieremiæ indicauit. [Obstupuit cælum super hoc, & inhorruit extra modum vehementer, dicit Dominus, quia duo, & mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.]

Ephraim vitula docta diligere victoriam. Ego autem veniam super pulchritudinem colli eius. Ascendam Ephraim, & reticebo Iudam.

Ephraim cum vitulo componit, intractabili, & superbo nimis, impetu indomito, in quemcunque fortè irruerit, seu cicurationem non patiente: sed victoriā magis semper quærente, & ad id quod sibi complacuerit, incitationibus reprehensionum securis contendenti. Sed quanquam eiusmodi est, cedet tamē vel inuitus: domabitur enim calamitatū incursibus, subiiciēte illum Deo, & tantū non per se id agente, & pulchritudinem colli eius disperdēte, hoc est, præcipuā, & selectam partem in Israel excutiente. Hæc autem erat quæ regnabat apud ipsos, subiectósque populos ad deserendum Deum prouocabat. Quamobrem Deo incumbēte dissipabitur, hoc enim, opinor, significare illud, *& ascendam Ephraim*. Oeconomicè autē dicit, *reticebo Iudam*, pro, paululum differam Iudam, non illum pœnis subiiciēs, non iam pro ira multans: sed perferā potius, & agam lentiùs. Quam ob causam verò? quoniā Ephraim, hoc est, decē tribus, sicut iam dixi, prorsus sibi opera seductionis exercenda statuerunt: duæ autem quæ erant Hierosolymis, Iudas, putà, & Beniamin, sæpius habuerunt reges probos, & pios, & qui ineptias idololatricas disturbarent, populúmque ad vitam benè moratam, & legibus consentaneam impellerēt: qualis fuit Amasias filius Ioas, religiosus, & iustus vir, & Ezechias, æquè vt ille suspiciēdus, zelo diuino præditus, & Deo charus. Hac de causa decē tribus captiuitatem prius subierunt. Et Babylonius copiis contra Hierusalem adductis, sine maleficio in regnū suum fugitiuus, & timoris plenus recessit,

cecideruntque vna nocte per manum angeli centum octoginta quinque millia. Tolerante igitur Deo, & infirmitates nostras sufferente, ne desides simus, neque in iis quæ illi placita acceptáque sunt exequendis remissi inueniamur.

4 Reg. 19

Irroborabitur ipsi Iacob.

CXX. 4. Reg. 19

Dixi, Assyrium suis in expeditionem eductis, & tota Samaria euersa, eiúsque vrbibus, & templo incenso, deinde Hierosolymam obsedisse, quam Deo protegente neutiquam subegit; vna enim nocte ab angelo centum octoginta quinque millia interempti sunt. Hoc nunc, vt mea fert opinio, ita prænuntiat, [irroborabitur ipsi Iacob.] Cui *ipsi?* an obsessuro eam Rabsaci? Iacob vocauit procreatos è stemmate Iacob, Iudam, inquam, & Beniamin. Potest etiam vox de vniuerso Israele accipi. Videtur porrò sensus prophetiæ rursum veteris cuiusdam rei memoriam nobis renouare, propemodum implente Deo promissa diuino Iacob data. Vt enim quasi homo cum ipso luctatus est nocte trans torrentem Iaboc, factum est mane, & illucescente die abire voluit, dixitque, [dimitte me, ascendit enim diluculum.] Tum ille non se dimissurum confirmauit, nisi prius sibi benediceret: Audiuit igitur, [quoniam præualuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris.] Hoc in præsenti propheticus sermo forsitan nobis insinuat, & illud, [irroborabitur illi Iacob,] manifestissimè declarat. Considera autem promissi perfectionem. Non ait, roborabitur contra Assyrios Iacob: sed *irroborabitur*: in Deo enim, non per se ipsum roboratus est.

Gen. 32.

Seminate vobis in iustitia, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ, quærite Dominum donec veniant vobis fruges iustitiæ.

Tom. VI.

CXXI. Duplex semper fere est admonitionis modus. Aut enim commemoratis quæ ignauos manent suppliciis, ad ea amolienda, & ad vitæ conspicuæ rationes celerrimè arripiendas assuefacimus: aut bonis paratos honores annunciantes, quos instituimus, ad vitam adhuc probatiorem, & legibus congruentissimam aggrediundam alacriores efficimus. Tale quiddam & modo Deus vniuersorum facit,

A ὅτι καὶ πεπτώκασιν ἐν μιᾷ νυκτὶ διὰ χειρὸς ἀγγέλου τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδες. ἀνεξικακοῦντος δὴ οὕτω τοῦ Θεοῦ, καὶ φέροντος ἡμῶν τὰς ἀσθενείας, μὴ ῥαθυμῶμεν ἡμεῖς, μηδὲ ἀναπεπτωκότες ἁλισκώμεθα περὶ τὸ χρῆναι πληροῦν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, καὶ φίλα.

Ενισχύσει αὐτῷ Ἰακώβ.

hoc est, vt perirent penitus, & veluti ab radice ipsa extirparentur. Idcirco ait, [quid faciam tibi?] Qua via, inquit, vtar in componendis rebus tuis? Protegam te, & succurram rursus, & insidias meditantibus inexpugnabilem ostendam? Sed quomodo istuc fiet? Decet enim puniri magis, quàm rebus vti ad voluntatem fluentibus, quia terra in Deum facinora consciuerunt. Itaque tribuens tibi pro dignitate, & pares delictis tuis pœnas decernens, [vt Adama ponam te, & vt Seboim.] Fuerunt hæ vrbes Sodomiticæ, quas cum ipsis fundamentis ignis cælo lapsus absumpsit. Sed neque hoc faciam, inquit, quanquam fieri iure deberet: differam autem; mutaui namque consilium, nec summa vtar ira: non delebo prorsus quamuis prauitate corruptũ Ephraim. Quamobrem? an hoc illi non merebantur? Merebantur, inquit, sed Deus sum, non homo: bonus nimirum, nec motibus iræ victoriam cedens. Humana enim est talis affectio. Quid ergo punis adhuc, inquit, si Deus es, & ab ira non teneris: sed insitam potius mansuetudinem sequeris? Punio, inquit, sum enim non tantùm bonus, vt Deus; sed præterea sanctus, odio habens iniquitates, auersans inquinatos, repudians Dei osores, & conuertens peccatorem, purgans impurum, vt mihi rursus copuletur. Commodat igitur nobis Propheta exclamans, & dicens, [Quærite Dominum, & cum inueneritis, inuocate eum: cum autem appropinquauerit vobis, derelinquat impius vias suas, & vir iniquus consilia sua, & reuertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur.] Oportet enim nos, si magni æstimamus esse cũ Deo, totis viribus refugere à peccato, & meminisse dicentis, [sancti eritis, quoniã ego sanctus sũ.]

Genes. 19

Ioel. 2.

Leuit. 19.

Et non ingrediar in ciuitatem. Post Dominum ambulabo.

CXXXI. Incurrit nonnunquam in animum sanctorum Prophetarum perfecta futurorum notitia, sancto Spiritu cum luce quadam rem illis patefaciente. Proinde & in medio sermonum suorum, siue desuper à Deo suggestorum quorundam voces aliquando ante pronuntiant, aut pœnitentium, aut gratias agentium, aut prosilientium ad ea, quibus Deus lætificaturum se illos promiserit. Huiusmodi quiddam & in præsens beato Oseæ contigisse videmus.

A τουτέστι, τὴν εἰς ἅπαν ἀπώλειαν, καὶ τὸ ἐκ ῥίζης ὥσπερ αὐτῆς ἀναβοθρεύεσθαι δεῖν. ταύτῃ τοι, φησί, τί σε διαθῶ; ποίᾳ, φησίν, ὁδῷ χρήσομαι τὰ κατὰ σὲ συντιθείς; ὑπερασπιῶ σου, καὶ ἐπαμυνῶ πάλιν, καὶ δυσκαταμάχητον ἀποδείξω τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐθέλουσιν; εἶτα πῶς τοῦτο γενήσεται; πρέπει γὰρ αὖ τὸ κολάζεσθαι μᾶλλον, ἢ εὐημερεῖν, τοῖς τὰ δεινὰ κατὰ Θεοῦ δεδρακόσιν. οὐκοῦν ἀπονέμων τὸ πρὸς ἀξίαν, καὶ ἰσοσταθμεῖς τοῖς πλημμελήμασι τοῖς σοῖς B ὁρίζων δίκας, ὡς Αδαμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβοείμ. πόλεις δὲ αὗται Σοδομιτικαί, ἃς μέχρις αὐτῶν κατεδήδοκε βαθρῶν τὸ καταβαῖνον πῦρ. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δράσω, φησί, καίτοι γενέσθαι δικαίως ὀφεῖλον. ὑπερθήσομαι δή, μεταβεβούλευμαι γάρ, καὶ οὐκ ἀκράτοις χρήσομαι τοῖς θυμοῖς. οὐκ αὖ δοίην εἰς ἐξάλειψιν παντελῆ, καίτοι πονηρὸν γεγονότα τὸν Εφραίμ. διὰ ποίαν αἰτίαν; οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τοῦ παθεῖν αὐτό; ναί φησιν. ἀλλ' εἰμὶ Θεός, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀγαθὸς δηλονότι, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐξ ὀργῆς κινήμασι παραχωρῶν τὸ νικᾶν, ἀνθρώπινον γὰρ τὸ τοιόνδε C πάθος. τί οὖν ἔτι κολάζεις, φησίν, εἴπερ εἶ Θεὸς ὀργαῖς μὴ κρατούμενος, ἐμφύτῳ δὲ μᾶλλον ἑπόμενος ἡμερότητι; κολάζω, φησίν, εἰμὶ γὰρ οὐ μόνον ἀγαθὸς, ὡς Θεός· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ καὶ ἅγιος, μισῶν ἀδικίας· ἀποστρεφόμενος τοὺς μεμολυσμένους· παραιτούμενος τὸν θεομισῆ, καὶ ἐπιστρέφων τὸν ἀλιτήριον. καὶ διακαθαίρων τὸν βέβηλον, ἵνα μοι πάλιν συναπτῆται. ὠφελεῖ δὴ οὖν ὁ Προφήτης ἡμᾶς, ἀνακεκραγώς τε, καὶ λέγων· ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ D ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτόν, ἐπικαλέσασθε. ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ· καὶ ἐπιστραφήτω πρὸς κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται. χρὴ γὰρ ἡμᾶς, εἰ περὶ πολλοῦ ποιούμεθα τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ, παντὶ σθένει παραιτεῖσθαι τὸ πλημμελεῖν. μεμνῆσθαί τε λέγοντος, ἅγιοι ἔσεσθε, διότι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.

Καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. ὀπίσω κυρίου πορεύσομαι.

Επιτρέχει τῶν ἁγίων Προφητῶν ἔσθ' ὅτε E τὸν νοῦν ἀκριβὴς τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις, ἐναστράπτοντος τὸ χρῆμα αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος. τιθέασι καὶ μεταξὺ τῶν ἰδίων λόγων, ἢ τῶν ἄνωθεν, καὶ παρὰ Θεοῦ, τάς τινων ἔσθ' ὅτε προανακεκράγασι φωνάς, ἢ μετανοούντων, ἢ εὐχαριστούντων, ἢ ἀνασκιρτώντων ἐφ' οἷς ἂν αὐτοὺς εὐφραίνειν ἐπαγγέλληται Θεός. τοιουτονί τι παθόντα καὶ νῦν τὸν μακάριον εὑρήσομεν Ωσηέ.

ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς ὑπισχνεῖτο τὴν ἡμερότητα, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἔφασκεν ὀλοθρεύσειν τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι τε εἴη Θεὸς, ἀγαθὸς δηλονότι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. οἱ δὲ ὥσπερ ἐπεγνωκότες τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα, καὶ κατερυθριῶντες ἤδη πως ἐπὶ τῇ πλείστῃ τε, καὶ ἀδοκήτῳ χάριτι, καταλήξειν ἐπαγγέλλονται τῶν σφίσιν ἐξηυρημένων, δι' ὧν καὶ προσκεκρούκασι. καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι δι' αὐτοῦ πάλιν ἡμᾶς τοῦ προφήτου πεπληροφόρηκεν ὁ Θεός. ἔφη γὰρ ἐν τοῖς ὀπίσω βραχὺ, τόν τε Ἰούδαν αὐτὸν, καὶ τὸν Ἐφραὶμ αἰτιώμενος, καὶ ἐπελάθετο Ἰσραὴλ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, καὶ ᾠκοδόμησε τεμένη. καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας, καὶ ἀποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰς πόλεις αὐτοῦ, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῶν. ὁ μὲν γὰρ Ἐφραὶμ, ἤγουν ὁ Ἰσραὴλ, βωμοὺς, καὶ τεμένη κατὰ τὴν Σαμάρειαν τοῖς εἰδώλοις ἀναδειμάμενοι, κατώλισθον εἰς ἀποστασίαν, ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον οὐδενὸς ἀξιοῦντες λόγου, παροξύνοντες διετέλουν. Ἰούδας δ' αὖ, καίτοι πεποιθότες ἐπὶ τῷ Θεῷ, κατὰ τοὺς ἄνωθεν ἔτι χρόνους παρ' αὐτοῦ τε, καὶ δι' αὐτοῦ σωζόμενοι, κατέθηγον εἰς ὀργὰς, κατὰ πολλοὺς μὲν καὶ ἑτέρους τρόπους, μάλιστα δὲ δι' ἑνὸς τούτου. Θεοῦ γὰρ ἠπειληκότος ἐπιπέμψειν αὐτοῖς τὸν Ἀσσύριον ἀφανιοῦντα τὴν γῆν, ἀνετείχιζε τὰς ἑαυτοῦ πόλεις, οἰηθεὶς, ὅτι κἂν εἰ μὴ βούλοιτο Θεὸς, τῇ τῶν πόλεων εὐτειχίᾳ σωθήσεται, καὶ τῆς τῶν μαχομένων περιέσται χειρός. οὐκοῦν ἐπαγγελλομένου Θεοῦ τὰ ἐξ ἡμερότητος ἀγαθὰ καὶ οὐ μετρίως προσκεκρουκόσι, καὶ αὖθις λοιπὸν οἱ σωζόμενοι τῶν ἀτόπων ἐγχειρημάτων τε ὁμοῦ, καὶ μὴν καὶ βουλευμάτων ἀποπαύσασθαί φασι, καὶ δὴ καὶ βοάτω μὲν Ἰούδας, οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν, τουτέστι, τεῖχος ἕξω Θεόν. ἀσφάλειαν ποιήσομαι τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τὴν τοῦ σώζοντος ὑποδραμοῦμαι δεξιάν. αὐτὸς ἀρκέσει, καὶ μόνος εἰς σωτηρίαν ἐμοί. εἰκαῖον ὁμολογήσω καὶ ἄχρηστον παντελῶς τὸ προσδοκᾷν, ὅτι πολέμου τὴν γῆν καταθέοντος, εἰσελθὼν εἰς πόλιν, σωθήσομαι. οὐκοῦν οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. Ἰσραὴλ δὲ πάλιν, ἤγουν ὁ Ἐφραὶμ, ἀναφωνείτω τὸ ἕτερον. τὸ δέ ἐστι, τὸ ὀπίσω κυρίου πορεύσομαι. ἀποπεπαύσομαι, φησὶ, τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων. λοιπὸν τοῖς θείοις ἕψομαι νόμοις. καθηγητὴν ποιήσομαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. εἰ δὲ δή τις ἴοι πρὸς τὸ δοκοῦν Θεῷ, πάντως που, καὶ αὐτὸν εἴσεται μόνον. αὐτῷ τε τὸ σέβας ἀνάψει, προσκυνήσει τε ἕτερον παρ' αὐτὸν παντελῶς οὐδένα.

A Deus enim vniuersorum clementiam pollicebatur, affirmabátque peccatores non funditus deleturum, quod Deus esset, bonus videlicet, non homo. Non enim nostri similis est, qui omnem creaturam supergreditur. At illi, vt agnoscentes peccata sua, & erubescentes quodammodo super plurima, & improuisa gratia, cessaturos se spondent ab inuentis suis, quibus Deum offenderunt. Quæ porrò ista? Rursus per ipsum Prophetam plenè B docet Deus. Ait enim paulò suprà, Iudam & Ephraim accusans. [Oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes muratas. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit fundamenta illarum.] Ephraim enim, siue Israel postquam aras, & fana idolis in Samaria exædificauit, lapsus est in apostasiam, oblitus est Dei; & charitatem erga illum floccipendens, irritare eundem non desiit. Iudas porrò, quamuis in Deo confideret pro consuetudine su- C periorum temporum, quibus ab ipso, & per ipsum seruatus fuerat, ad iram tamen multis & aliis modis eum prouocabat, hoc vno autem præcipuè. Nam cùm Deus minatus fuisset, missurum se ipsis Assyrium, qui terram vastaret, vrbes suas instauratis mœnibus communiebat, ratus, Deo quamuis nolente, bonitate mœnium se saluum, & ab oppugnantium viribus inuictum fore. Itaque Deo bona ex mansuetudine D promittente, & vehementer offenderunt, & conseruati deinde, à factis simul, & consiliis improbis sese quieturos aiunt. Quin etiam clamet Iudas, [non ingrediar in ciuitatem,] hoc est, murum habebo Deum, securitatem, & tutamen, & spem in ipsum mihi faciam, sub seruantis dexteram succedam, ipse, & solus ad salutem mihi sufficiet, inane, & inutile prórsus confitebor, exspectare, quando bello regionem peruadente in vrbem ingressus saluandus sim. Itaque non ingrediar in ciuitatem. E Israel porrò siue Ephraim contrà alterum illud proclamet, nempe, [post dominum ambulabo.] Supersedebo, inquit, antiquis criminibus, in futurum Dei leges sequar, ducem mihi vniuersorum Deum deligam. Ac si quis beneplacitum Dei persequatur, planè & ipsum sciet solum, & eidem cultum adhibebit, aliúmque præterea neminem adorabit.

Osee 8.

Sicut leo rugiet, quia ipse rugiet, & stupebunt filij aquarum. Auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba ex terra Assyriorum. Et restituam ipsos in domos suas, dicit Dominus.

CXXXII. Cum iam adesset tempus definitum, quo captiuitate solui Israelem oportebat, Cyrus Cambysæ filius Persarum Medorumque imperium sortitus, cum exercitu ingenti, & potentia inexorabili Babylonem ipsam; & Assyriam, Deo ad hoc excitante irrupit. Quare Propheta Hieremias prænuntians Babylonem capiundam, de Medis, & Persis ita loquitur. [Hier. 50. Inuadent te, & capieris Babylon, & non cognosceris. Inuenta es, & capta es, quia Domino restitisti.] At de Cyro. [Hier. 4. Ascendit leo de cubili suo, vt ponat terram tuam in solitudinem. Et ciuitates tuæ vastabuntur, quod non habitentur ipsæ.] Esse autem vniuersorum Deum qui dedit Cyro victoriam, fidem certam faciet Esaias. [Esai 45. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante eum gentes, & fortitudinem regum dirumpam. Aperiam ante eum ianuas, & vrbes non claudentur. Ego ante te ibo, & montes complanabo, Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros tenebrosos; absconditos, inuisibiles aperiam tibi.] Victor itaque Cyrus vi subacto Babyloniorum regno, Israelem liberum dimisit, qui reuersi, regionem suam denuo incoluerunt. Narrationem hanc interpretans Oseas ait, [vt leo rugiet.] Quis rugiet? Cyrus videlicet. Perinde fortassis, ac si dicat, horrendum ac dirum contra Babylonicum imperium bellum à Cyro motum insonabit. Rugiente autem ipso, & veluti leone contra aduersarios clamante, [obstupescent filii aquarum.] Obstupescent, inquit, pro, percellentur. Filios autem aquarum Babylonios nominat, qui filiis aquarum, hoc est, in aqua natantibus, siue piscibus timiditate nihil cedunt, ipsaque experientia captu faciles, & imbelles facti capientur. Est autem genus piscium natura timidissimum, & strepitus fugit, & solam piscantis vmbram auersatur. Quando igitur, inquit, rugiente Cyro, & ingentem quendam horribilémque aduersus Babyloniæ regnum clamorem tollente, timore aquarum filii perculsi fue-

A Ὡς λέων ἐρεύξεται, ὅτι αὐτὸς ὠρύσεται, καὶ ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων. ἐκπετήσονται ὡς ὄρνεον ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὡς περιστερὰ ἐκ γῆς Ἀσσυρίων. καὶ ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, λέγει Κύριος.

Ἥκοντος ἤδη τοῦ χρόνου, καὶ πεπερασμένου τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔδει λοιπὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλάττεσθαι τὸν Ἰσραήλ, Κῦρος ὁ Καμβύσου Περσῶν τε, καὶ Μήδων ἀνῃρημένος τὸ κράτος, σὺν ὄχλῳ βαρεῖ, καὶ δυσανταγωνίστῳ δυνάμει, τῆς τε Βαβυλῶνος αὐτῆς, καὶ τῆς B Ἀσσυρίων κατεστρατεύετο χώρας, διεγείραντος αὐτὸν εἰς τοῦτο Θεοῦ. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας προαναφωνῶν τῆς Βαβυλῶνος τὴν ἅλωσιν, περί τε Μήδων, φησί, καὶ Περσῶν. Ἐπιθήσονταί σοι, καὶ ἁλώσῃ Βαβυλών, καὶ οὐ γνώσῃ. εὑρέθης, καὶ ἐλήφθης, ὅτι τῷ κυρίῳ ἀντέστης. Κύρου δὲ πέρι. ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ, τοῦ θεῖναι τὴν γῆν σου εἰς ἐρήμωσιν, καὶ αἱ πόλεις σου καθαιρεθήσονται, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι αὐτάς. ὅτι δὲ ἦν ὁ τῶν ὅλων Θεός, C ὁ τῷ Κύρῳ διδοὺς τὸ κρατεῖν, πληροφορήσει λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας. τάδε λέγει κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη· καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω. ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς· ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. νενικηκὼς τοιγαροῦν ὁ Κῦρος, καὶ κατὰ κράτος ἑλὼν D τὴν Βαβυλωνίων, ἀνῆκε τὸν Ἰσραήλ. καὶ δὴ καὶ ἀποστρέψαντες, κατῳκήκασι τὴν ἑαυτῶν. τουτὶ τὸ διήγημα διερμηνεύει λέγων ὁ προφήτης Ὡσηέ, ὡς λέων ἐρεύξεται. τίς ἐρεύξεται; Κῦρος δηλονότι. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχὸν δεινόν, καὶ διαβόητος κατὰ τῆς Βαβυλωνίων, ὁ παρὰ Κύρου κτυπήσει πόλεμος. ὠρυομένου δὲ αὐτοῦ, καὶ οἱονεί τινος λέοντος κατακεκραγότος τῶν δι' ἐναντίας, ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων. καὶ τὸ μὲν ἐκστήσονται, φησίν, ἀντὶ τοῦ καταπλαγήσονται. τέκνα δὲ ὑδάτων, τοὺς Βαβυλωνίους, φησί, E οἳ τοῖς τῶν ὑδάτων τέκνοις, τουτέστι, τοῖς ἐν ὕδασι νηκτοῖς, ἤγουν ἰχθύσι παραχωροῦντες οὐδὲν εἰς δειλίαν, εὐάλωτοί τε, καὶ ἄνανδροι διὰ πείρας αὐτῆς γεγονότες ἁλώσονται. ἑτοιμότατον δὲ πρὸς δειλίαν τῶν ἰχθύων τὸ γένος, καὶ φεύγει μὲν κτύπους, παραιτεῖται δὲ καὶ μόνην τὴν τοῦ θηρῶντος σκιάν. ὅτε μὲν τοίνυν ἐρυγγομένου Κύρου, φησί, καὶ δεινόν τι, καὶ φρικῶδες τῆς Βαβυλωνίων καταλαλάζοντος, καταπλαγείη τῷ φόβῳ τὰ τῶν ὑδάτων τέκνα,

τουτέστιν, οἱ Βαβυλώνιοι τοῖς ἰχθῦσιν εἰς δειλίαν παραχωροῦντες οὐδέν. τότε καὶ ὀρνέου δίκην καὶ περιστερᾶς ἀποπτήσονται τῆς Αἰγύπτου καὶ οἱ πάλαι συμπεφευγότες ἐν αὐτῇ. ἀποδραμοῦνται δὲ τῆς Χαλδαίων καὶ οἱ τῆς αἰχμαλωσίας ἐναλόντες τοῖς βρόχοις. ἐπανήξουσί τε λοιπὸν, καὶ οἰκήσουσι τὴν ἑαυτῶν. ἐξὸν οὖν ἔχειν τὰ ἀγαθὰ, Θεῷ τῆς διανοίας ὑποφέροντας τὸν αὐχένα, καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ πράττοντας μόνῳ, μὴ ἐθελοντὶ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ λυποῦν, αὐτόκλητον ὥσπερ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς κατασύροντες κίνησιν. καίτοι μετόν, ὡς ἔφην, ἐν βαθείαις κεῖσθαι τῆς εὐημερίας. κατευφραίνοντας τὸν δεσπότην διὰ τῆς ἐννόμου πολιτείας καὶ ζωῆς, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν γνησιότητος.

Ἐκύκλωσέ με ἐν ψεύδει Ἐφραΐμ, καὶ ἐν ἀσεβείᾳ οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα.

Φύσει μὲν ἀγαθὸς ὢν, καὶ φιλοικτίρμων ὁ Θεὸς, καὶ ἀνεπίληπτον ἔχει τὸ πλήττειν ὅλως ὀκνεῖ. καλεῖται δὲ καὶ ἀναγκαίως εἰς ἀγανάκτησιν ἐπιστρεπτικήν, ὅταν ἴοι τινῶν πέρα λόγου τε, καὶ μείζω τὰ ἐγκλήματα. τοῦτο διδάσκει πάλιν ἡμᾶς διὰ τῶν προκειμένων. μονονουχὶ γάρ φησι, τῇδε, κἀκεῖσε, καὶ οἱονείπως ἐν κύκλῳ τὸν τῆς θειότητος ὀφθαλμὸν ἐνιέντι τε, καὶ περιφέροντι, πανταχῇ τὸ ψεῦδος, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἔνεστιν ἰδεῖν τοῦ Ἐφραΐμ, καὶ τοῦ Ἰούδα. ψεῦδος δὲ ἀποκαλεῖ τὰ τῆς εἰδωλολατρείας παίγνια, καὶ τὴν τῶν ματαίων προσκύνησιν. ἀσέβειαν δὲ τάχα, τὴν ὕβριν τὴν κατὰ Θεοῦ. πῶς γὰρ οὐκ ἀσέβεια δεινή, καὶ ἐκτοπωτάτη, τὸ ἀποσείεσθαι μὲν τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν, προσκλίνεσθαι δὲ ἀμαθῶς ξύλοις τε, καὶ λίθοις· ἤγουν προσκυνεῖν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα. καὶ δεσποτικοῖς ὑψώμασιν ἐπιχειρεῖν στεφανοῦν τὰ παρ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸ εἶναι παρενηνεγμένα;

Νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ναὸς ἅγιος κεκλήσεται Θεοῦ.

Ἐκύκλωσαν μὲν ἐν ψεύδει με καὶ ἀσεβείᾳ, φησὶν, οἶκος Ἐφραΐμ, καὶ Ἰούδα. πλὴν καὶ οὕτως ἔσομαι χρηστὸς, συμμετρῶν αὐτοῖς ἐπάγων τὴν κίνησιν. ἔγνω γὰρ αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως δύναιντο τὰ ἀμείνω μεταμαθεῖν, εἰ μή τι καὶ πάθοιεν τῶν, ὅσα καταλυπεῖ, καὶ καλεῖ πρὸς αἴσθησιν τῶν ἡμαρτημένων. ἔγνω τοίνυν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, τουτέστιν, οὐκ ἠγνόηκε τῆς ὠφελούσης αὐτοῖς ἐπιστρεφείας τὴν ὁδόν. καὶ οὐκ ἀνόνητον ἔσται τὸ χρῆμα αὐτοῖς. ἐκβήσεται γὰρ ἐντεῦθεν τὸ καὶ ἐν ναοῖς ἁγίοις καταλέγεσθαι Θεοῦ. ἐκτακείσης γὰρ ἅπαξ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς φαυλό-

rint (nempe Babylonii, piscibus timiditate haud absimiles) tunc & auis instar, & columbæ auolabunt ex Ægypto, qui pridem in eam confugerant: & aufugient de terra Chaldæorum, qui captiuitatis laqueis implicati tenebantur. Reuertentur tum, & regionem suam incolent. Cum liceat igitur habere bona Deo ceruicem animi subiicientes, & sub ipso solo degentes, ne sponte eum offensum eamus, vltroneam in nos iram ipsius prouocantes, cùm fas sit, vt dixi, in multa prosperitate quiescere, Dominum per conuersationem, & vitam ad leges conformatam, & sinceritatem erga ipsum lætificantes.

Circundedit me in mendacio Ephraim, & in iniquitatibus domus Israel, & Iuda. cxxxiii

Deus naturâ bonus, misericors, & à plagis quibuscunque metiendis alienus, prouocatur tamen, & conuertere se ad indignationem cogitur, cum quorundam scelera maiora fuerint, quàm dici possit. Quod nos rursum verbis à me recitatis docet. Propemodum enim, inquit, hîc & ibi, & quasi circumcirca diuinitatis oculum immittenti, & circumferenti, vbique mendacium, & impietatem, & Ephraim, & Iuda intueri datur. Mendacium idololatriæ lusus, & inanium simulacrorum adorationem appellat. Impietatē fortasse iniuriam aduersus Deum. Quomodo enim non est iniuria grauis, & rationi maximè contraria, repellere naturâ & veritate Deum, & ad ligna, & lapides se applicare, seu adorare creaturam relicto creatore? & quæ ab ipso vt essent producta sunt, illa ad fastigium Domino proprium extollere?

Nunc cognouit eos Deus, & templum sanctum vocabitur Dei. cxxxiv

Circundedit me quidem in mendacio, & impietate domus Ephraim, & Iuda, inquit. Veruntamen etiam sic clemens ero, si, vt merentur, illis irascar. Sciebat enim eos non aliter denuò posse meliora discere, nisi quædam tristia paterentur, & ad sensum commissorum peccatorum adducerentur. Cognouit igitur eos Deus, hoc est, modum industriæ ipsis profuturæ non nesciuit. Nec fructu apud eos res carebit. Continget enim hinc etiam in templis sanctis eos censeri. Semel enim insita praui-

tate per labores & tribulationes tabefacta, puri, & sancti erunt, & experientia docti, germanam in Deum charitatem omnes ipsis delicias fœlicitatésque conciliaturam: quemadmodum scilicet apostasiæ piacula in seruitutem, & afflictionem præcipitant. [illegible]

τητος διὰ πόνου, καὶ θλίψεων, καθαροί τε ἔσονται, καὶ ἡγιασμένοι, καὶ πείρᾳ μαθόντες, ὅτι τὸ μὴ γνήσιον τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης προξενοῦν αὐτοῖς ἁπάσης ἔσται τρυφῆς καὶ εὐημερίας· καθάπερ ἀμέλει τῆς ἀποστασίας τὰ ἐγκλήματα τοῖς τῆς δουλείας, καὶ θλίψεως αἴτια βόθροις.

CAPVT DVODECIMVM.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Ephraim verò malus spiritus, persecutus est æstum. Tota die inania, & vana multiplicauit, & testamentum cum Assyriis pepigit, & oleum in Ægyptum pro merce inferebat.

Ὁ δὲ Ἐφραὶμ πονηρὸν πνεῦμα, ἐδίωξε καύσωνα, ὅλην τὴν ἡμέραν κενὰ, καὶ μάταια ἐπλήθυνε, καὶ διαθήκην μετὰ Ἀσσυρίων διέθετο, καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεμπορεύετο.

(CXXXV.) A Multitudine vulgari rursum ad tribules Ephraim, regnantes super Israel in Samaria, transit oratio; quos & propter difficultatem eos à sententia reuocandi, propensionémque ad defectionem à Deo magnam & effrænatam spiritum malum nominat. Inquit enim, [persecutus est æstum.] Etenim cum liceret sub vmbra mea degere, tanquam transfuga ad æstum abiit. Æstum tribulationum feruorem, & calamitatem vrentem nominat. Itaque sapiens parœmiastes, labores obscurius sic nuncupat, & ait, (Prou. 10.) [Saluatus est ab æstu filius intelligens; corruptus autem à vento fit in messe filius iniquus.] Itaque Ephraim, quoniam est spiritus malus, persecutus est æstum. Quæsiuit, & volens accurrit ad æstum. Sed prudentes de Deo dicunt, (Cant. 2.) [in vmbra eius desideraui, & sedi.] Vmbram superni à Deo auxilii tegumentum vocant. Sed hoc Ephraim non fecit. Quæsiuit enim æstum. Quomodo, aut qua ratione? [tota die inania, & vana multiplicauit,] hoc est, omni tempore friuola, & inutilia & faciebat, & meditabatur. Quænam illa? [testamētum cum Assyriis pepigit.] Dixi iam antea, & sæpius, reges quosdam Samariæ, & Hierosolymorum nonnunquam pecuniis pacem, securitatémque ab Assyriis redimere studuisse; nonnunquam Ægyptios subsidio vocasse. Mercantes item promissa amicitiæ ipsorum, cum aliis, etiam quæ in prouincia sua humus edidisset mittebant. Erat autem tellus Samaritarum ferax olei, & id in Ægypto in magno precio, quod ea terra id non ferret. Inanis igitur, & vana spes quæ

Μέτεισι πάλιν ὁ λόγος ἐκ τῆς ἀγελαίας πληθύος ἐπὶ τοὺς ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ βεβασιλευκότας ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, οὓς καὶ πνεῦμα πονηρὸν φησὶ διὰ τὸ τῆς γνώμης αὐτῶν δυσμετακίνητον, καὶ τὸ λίαν ἀποκλινὲς, καὶ ἀκάθεκτον εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. ἐδίωξε γὰρ καύσωνα, φησί, καίτοι γὰρ ἐξὸν ὑπὸ τὴν ἐμὴν εἶναι σκιὰν, οἱονείπως αὐτόμολος ἀπεχώρει πρὸς καύσωνα. καύσωνα δὲ ὀνομάζει τὴν ἐκ τῶν θλίψεων πύρωσιν, καὶ τὴν καταφλέγουσαν συμφοράν. καὶ γοῦν ὁ σοφὸς παροιμιαστὴς αἰνιγματωδῶς τοὺς πόνους οὕτως ὀνομάζει, καί φησι· διεσώθη ἀπὸ καύματος υἱὸς νοήμων· ἀνεμόφθορος δὲ γίνεται ἐν ἀμήτῳ υἱὸς παράνομος. οὐκοῦν ὁ μὲν Ἐφραὶμ, ἐπειδήπερ ἐστὶ πνεῦμα πονηρὸν, ἐδίωξε καύσωνα. ἐζήτησε, καὶ ἐθελοντὴς ἀπέδρα πρὸς καύσωνα. ἀλλ' οἵγε συνετοὶ περὶ Θεοῦ λέγουσιν, ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθισα. σκιὰν δέ φασι τὴν παρὰ Θεοῦ καὶ ἄνωθεν ἐπικουρίας τὴν σκέπην. ἀλλ' οὐ τοῦτο δέδρακεν ὁ Ἐφραίμ. ἐζήτησε γὰρ καύσωνα. πῶς, ἢ τίνα τρόπον; ὅλην τὴν ἡμέραν κενὰ, καὶ μάταια ἐπλήθυνε, τουτέστιν, ἐν παντὶ καιρῷ ψυχρὰ, καὶ ἀνωφελῆ καὶ ἔδρα, καὶ ἐβουλεύετο. ποῖα δὲ ταῦτα ἐστί; διαθήκην μετὰ Ἀσσυρίων διέθετο. ἔφην δὲ ἤδη προλαβὼν, καὶ πλειστάκις, ὅτι τῶν βασιλέων τῶν ἐν Σαμαρείᾳ τινὲς, καὶ τῶν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ποτὲ μὲν χρήμασι τὴν πρὸς Ἀσσυρίους εἰρήνην, καὶ τὴν ἐκ τούτων ἀσφάλειαν ἀγοράζειν ἐπεχείρουν· ποτὲ δὲ τὴν Αἰγυπτίων ἐκάλουν ἐπικουρίαν. ἐμπορευόμενοί τε τὴν παρ' αὐτῶν εὐνοίας ὑπόσχεσιν, τὰ ἐκ τῆς ἰδίας ἔπεμπον χώρας, ὁμοῦ δηλονότι τοῖς ἄλλοις. ἐλαιοφόρος δὲ ἡ Σαμαρειτῶν, καὶ ἦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐν τιμῇ τὸ ἔλαιον, οὐκ ἐχούσης αὐτὸ τῆς γῆς. κενὴν οὖν ἄρα, καὶ ματαίαν ἐλ-

εἰς ἀνθρώποις ἐλπίς. καὶ δὴ κατορχεῖσθαι τοῦ πεποιθότος ἐπ᾽ ἀνθρώποις, ὁ ἐπὶ Θεῷ πεποιθὼς, τὸ ἐν ψαλμοῖς ἐκεῖνο λέγων· Ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἤλπισεν ἐπὶ τὸ πλῆθος τοῦ πλούτου αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Καὶ κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς Ἰούδαν, τοῦ ἐκδικῆσαι τὸν Ἰακὼβ, κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ.

Ὥσπερ Ἐφραὶμ ὀνομάσας, προέδειξε νοεῖν τοὺς ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ βεβασιλευκότας, οὕτω κἀνθάδε τοὺς ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλεύοντας, ὡς ἐξ ὀνόματος τῆς βασιλευούσης κατασημαίνει φυλῆς· ἐπιτιμήσας δὴ διὰ τοῦ Ἐφραὶμ, ἤτοι τοῖς ἐξ Ἐφραὶμ κρατοῦσι τοῦ Ἰσραὴλ, πνεῦμά τε αὐτοὺς ὀνομάσας πονηρὸν, καὶ κενὰ, καὶ μάταια πληθύνειν εἰπὼν, διά γε τοῦ διαθήκας μὲν τίθεσθαι πρὸς Ἀσσυρίους, ἐμπορεύεσθαι δὲ καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον, καταιτιᾶται λοιπὸν τοὺς ἐξ Ἰούδα πάλιν. κριθήσεσθαί τε πρὸς αὐτοὺς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, εὖ μάλα φησὶν, οἱονεί πως ἐκδικοῦντα τὸν Ἰακὼβ, φημὶ δὴ τὸν Πατριάρχην, ὡς οὐ μετρίως ἠδικημένον, διά τοι τὸ ἴσα μὴ ἐλέσθαι φρονεῖν τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας, μήτε μὴν τῆς πατρῴας κατόπιν ἰέναι γνώμης, ἀποσείεσθαι δὲ ὥσπερ τι τῶν ἄγαν ἐκτόπων τὸ ἀπομιμεῖσθαι θέλειν αὐτόν. οὐκοῦν ὡς ἠδικημένον εἰς δόξαν διὰ τῆς τῶν τέκνων φαυλότητος τὸν Ἰακὼβ ἐκδικήσειν ἐπαγγέλλεται, τοῖς ἠδικηκόσιν ἀποδιδοὺς κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.

Ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐν κόποις αὐτοῦ ἐνίσχυσε πρὸς Θεόν. καὶ ἐνίσχυσε μετὰ ἀγγέλου, καὶ ἠδυνάσθη.

Ἀπαριθμεῖται χρησίμως τὰς εὐδοκιμήσεις τοῦ Ἰακὼβ, εἰς ἐλέγχου δύναμιν παραπτεῖς αὐτὰς τοῖς ἕτερα ἄττα φρονεῖν τε, καὶ δρᾶν ᾑρημένων· ἀεὶ γάρ πως ἀντιπαραθέσει τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ φαῦλον ἐλέγχεται, καὶ τῇ παραδείξει τῶν ἐπαινουμένων, τὸ μὴ οὕτως ἔχον κατηγορεῖσθαι φιλεῖ. ὅτι τοίνυν καὶ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων εὐφυὴς γέγονεν Ἰακὼβ, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ ὠδῖνος, πειρᾶται δεικνύειν διὰ τοῦ πτερνίσαι τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. εἰ γὰρ καὶ θείας δυνάμεως ἐνέργημα τὸ δρώμενον ἦν (οὐ γάρ που τὸ βρέφος τὸ ἐν ἐμβρύῳ, καὶ μήτρᾳ πτερνίσαι φαμὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Ἠσαῦ) ἀλλ᾽ οὖν κατὰ πρόγνωσιν ὡς ἐσομένῳ χρηστῷ, τὴν τοῦ γεγονότος κατόρθωσιν ἐνέστησε Θεός. οὕτω καὶ ἔφασκε, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα,

collocatur in hominibus: quin imò insultet confidenti in hominibus qui confidit in Deo, illud ex Psalmis vsurpans, [Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ego autem velut oliua fructifera, in domo Dei, speraui super misericordia Dei in seculum, & in seculum seculi.

Psal. 51.

Et iudicium Domino contra Iudam, vt vlciscatur Iacob. Iuxta vias eius, & iuxta studia eius retribuet ei.

cxxxvi

Quemadmodum nominato Ephraim ostendit intelligendos reges de tribu Ephraim: ita & hîc qui aliquando ex tribu Iuda sceptrum tenuerunt, vt ex tribu regnante, indicat. Obiurgato igitur Ephraim, siue Ephraimitis Israeli imperantibus, & appellatis spiritu malo, dictóque, illos inania, & vana multiplicare, quod testamentum cum Assyriis facerent, & oleum vendendum in Ægyptum importarent, deinceps etiam Iudæ reges insimulat, & iudicio cum illis vniuersorum Deum certaturum rectissimè inquit, quasi Iacob vlciscentem, Patriarcham inquam, vt iniquissimè læsum, quod cum ex eo prodiissent, idem de religione sentire detrectassent; neque patrum vestigiis institissent, & voluntatem illius imitandi ceu quiddam vehementer absurdum repudiassent. Quare, vt eius gloria per filiorum improbitatem obscurata, Iacob se vindicaturum pollicetur, reddendo iniuriosis secundum vias & studia ipsorum.

In vtero supplantauit fratrem suum, & in laboribus suis praualuit in Deū. Et praualuit cum angelo, & potuit.

cxxxvii

Vtiliter laudes Iacob enumerat, vt iis aliter & cogitantes, & facientes redarguat: semper enim boni appositione malum seu vitiosum coarguitur, & ex collatione laudabiliū, quod eiusmodi non est, reprehēdi ac damnari solet. Ab ipsis igitur incunabulis Iacob fuisse habilem ac dexterū, imò antequam partu ederetur, ex eo probare studet, quod fratrē in vtero materno supplātarit. Etsi enim diuinæ virtutis opus fuit, quod agebatur (nō enim infantē in visceribus & vtero per se Esau plantam tenuisse dicere audemus) tamen secundum præscientiam, vt qui bonus esset futurus, Deus hoc factum egregium in eo excitauit; qui etiam ita dixit, [Iacob dilexi,

Esau

Esau autē audio habui.] Hoc porrò erat secundum electionē gratiæ, cum elegisset Deus omni ratione meliorem futurum: sed vt ex præscientia. Atque hæc quidē in vtero. Vbi autem iuuenilē ætatem attigit, imò verius, in viris numeratus est, [In laboribus suis præualuit in Deū.] Nam cum Deus prouidenter eū ad sudores laboresque misisset, non defecit, inquit. An non enim sudoris opus est, à paterna domo discedere, ad Labā deuenire, ibi mercenariā seruitutem sustinere, & pastoritios labores perferre? Hoc igitur est ambiguū, [In laboribus præualuit in Deū:] non quasi cum Deo pugnans, sed obediens potius, & veluti superior ac victor, quod iusta impleret. Nam cū liceret Iacob citra sudorē ditescere, & felicitatē adipisci, si domi maneret, Deus eū exercitatione vacare nō permisit: sed occasione minarū ab Esau intentatarū, in pregrinū solum, & vrbē profectum, negotiū permolestum sustinere fecit, vt etiā in ipsis casibus sincerè in Deum charitate seruata, iure esset admirationi. Igitur præualuit in laboribus suis in Deū. Sed [prēualuit etiā cum angelo, inquit, & potuit.] Luctatus est enim cū eo angelus vt in forma Dei. Tū etiam emarcuit femur eius. Veruntamē diuinus Iacob gratias huic luctæ agebat: dicebat enim. [Quia vidi Deū facie ad faciem, & salua facta est anima mea.]

Gen 27. 28.29.30.

Gen 32.

Mysterium igitur in Christo per luctam cum angelo præmonstratum est. Perseuerarunt enim posteri Iacob aduersari Christo, quem Prophetæ magni consilii Angelum vocant. Et alii quidem marcorem, id est, redemptionem eius non admittentes: alii etiam se vidisse per ipsum, & in ipso facie ad faciem vnum, & naturâ, & verè Deum confiteri nolentes. In seipso enim ostendit nobis Patrem Emmanuel, dicens, [Qui vidit me, vidit & Patrem.] Adumbrauit ergo mysterium modus certaminis. Verùm Deus factum istuc Iacob laudi apponit.

Ioã.9.

Fleuerunt, & deprecati sunt me. In domo mea inuenerunt me, & ibi dictū est ad eum. Dominus verò Deus omnipotens erit memoriale eius.

CXXXVIII

Adhuc aliarum historiarum meminit, inclytum, & vndequaque laudabilem nobis Iacob demonstrans. Quare scriptum est in Genesi, filios Iacob Simeonem, & Leui Sicimitas crudeliter, immanitérque trucidasse, succensos

A τοῦ δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα. τοῦτο δ' ἦν κατ' ἐκλογὴν χάριτος, ἑλομένου θεοῦ τὸν ἀμείνω που πάντως ἐσόμενον, ὡς ἐν προεγνώσει δὴ πάλιν. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐν μήτρᾳ. ἐπειδὴ δὲ προῆλθεν εἰς ἥβην, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐτέλει λοιπόν, ἐν κόποις αὐτοῦ ἐνίσχυσε πρὸς θεόν. Θεοῦ γὰρ πέμποντος οἰκονομικῶς εἰς ἱδρῶτας καὶ πόνους, οὐκ ἠθέτησε, φησίν. ἢ γὰρ οὐχ ἱδρώς, τὸ τῆς πατρῴας μὲν ἀπαίρειν ἑστίας, ἀφικνεῖσθαι δὲ πρὸς Λάβαν, καὶ ἀναδέχεσθαι θητείας, καὶ τοὺς ἐπὶ B τὸ ποιμαίνειν ἀνατλῆναι πόνους; ἀμφίβολον οὖν τοῦτο, ἐν πόνοις ἐνίσχυσε πρὸς Θεόν. οὐχ ὡς Θεῷ μαχόμενος, ὑπακούων δὲ μᾶλλον, καὶ οἱονεὶ περιγενόμενος διὰ τοῦ πληροῦν τὰ κεκελευσμένα. ἐξὸν γὰρ ἀνιδρωτὶ πλουτεῖν, καὶ εὐημερεῖν οἴκοι μένοντα τὸν Ἰακώβ, οὐκ ἀγύμναστον ἀφῆκε θεός. ἐπὶ προφάσει δὲ μᾶλλον τῇ ἐξ Ἠσαῦ δυσμενείᾳ ἐπ' ἀλλοδαπὴν ἰόντα χώραν τε, καὶ πόλιν, δύσοιστον ὑπενεγκεῖν παρεσκεύαζε πόνον, ἵνα καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς θλίψεσι τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης τετηρηκὼς τὸ γνήσιον, εἰκότως θαυ-C μάζοιτο. οὐκοῦν ἐνίσχυσεν ἐν πόνοις αὐτοῦ πρὸς τὸν θεόν. ἀλλ' ἐνίσχυσε καὶ μετ' ἀγγέλου, φησί, καὶ ἠδυνάσθη. πεπάλαικε γὰρ ἄγγελος πρὸς αὐτόν, ὡς ἐν εἴδει θεοῦ. τότε καὶ ἐνάρκησεν ὁ μηρὸς αὐτοῦ. πλὴν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ πλείστην ὅσην ὡμολόγει τῇ πάλῃ τὴν χάριν. ἔφη γάρ, ὅτι εἶδον Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή.

Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ Χριστῷ μυστήριον διὰ τῆς πρὸς τὸν ἄγγελον προανεδείκνυτο πάλης. ἔμελλον γὰρ οἱ ἐξ Ἰακὼβ ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Χριστῷ, ὃν μεγάλης D βουλῆς ἄγγελον οἱ τῶν προφητῶν ὀνόμασι λόγοι. καὶ οἱ μὲν νάρκησιν τὴν περὶ αὐτοῦ λύτρωσιν οὐ προσιέμενοι· οἱ δὲ καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι τεθέανται δι' αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν ἕνα τε, καὶ φύσει, καὶ ἀληθῶς θεόν. ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἡμῖν ὑπέδειξε τὸν πατέρα λέγων ὁ Ἐμμανουήλ. ὁ ἑωρακώς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα. οὐκοῦν, προανετύπου τὸ μυστήριον ὁ τῆς ἀθλήσεως τρόπος. πλὴν εἰς κατόρθωμα τῷ Ἰακὼβ καταγράφει θεὸς τὸ γεγενημένον.

E Ἔκλαυσαν, καὶ ἐδεήθησάν μου. ἐν τῷ οἴκῳ μου εὕροσάν με, καὶ ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἔσται μνημόσυνον αὐτοῦ.

Ἑτέρων διαμέμνηται πάλιν ἱστοριῶν, λαμπρόν, καὶ εὐδόκιμον πανταχόθεν ἡμῖν ἀποφαίνων τὸν Ἰακώβ. γέγραπται τοίνυν ἐν τῇ γενέσει, ὅτι Σικιμίτας μὲν ὠμῶς τε, καὶ ἀπανθρώπως ἀπεκτόνασιν οἱ ἐξ Ἰακὼβ Λευΐ τε, καὶ Συμεών, ἀνακαιόμενοι πρὸς ὀργὰς

ἐπὶ Δίνᾳ τῇ ἀδελφῇ, ἣν διεπαρθένευσεν Ἐμὼρ ὁ Συχὲμ υἱός. εἶτα περιδεὴς ἐντεῦθεν ὁ μακάριος ἦν Ἰακώβ· καὶ αὐτίκα δὴ μάλα συναπολεῖσθαι τοῖς τέκνοις, καὶ τοῖς κατ᾽ οἶκον ἅπασι προσδοκῶν, ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐκεῖνα δεδρακόσιν, οὕτω τε ἔφη. μισητόν με πεποιήκατε. ὥστε πονηρόν με εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ἔν τε τοῖς Χαναναίοις, καὶ τοῖς Φερεζαίοις. ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ. καὶ συναχθέντες ἐπ᾽ ἐμέ, συγκόψουσί με, καὶ ἐκτριβήσομαι ἐγώ, καὶ ὁ οἶκός μου. Καὶ κατέληγον μὲν οὐδαμῶς τοῦ θράσους οἱ νεανίαι. προσυπήντων γὰρ λέγοντες· ἀλλ᾽ ὡσεὶ πόρνῃ χρήσονται τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν; ἐπειδὴ δέ, ὡς ἔφην, περιδεὴς ἦν ἄγαν ὁ δίκαιος, προσέπιπτε πάλιν τῷ διασώζοντι θεῷ. εἶτα τῶν δειμάτων αὐτὸν ἀπαλλάττειν ὑπέσχετο, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν οὕτω λέγων ὁ φιλοδίκαιος Θεός. ἀναστὰς ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βαιθήλ, καὶ οἴκει ἐκεῖ, καὶ ποίησον ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Θεῷ, τῷ ὀφθέντι σοι ἐν τῷ σε ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. εἶτα, μέλλων ἀναβαίνειν εἰς Βαιθὴλ ὁ μακάριος Ἰακώβ, καὶ εἰς τὸν θεῖον οἶκον ἐλθεῖν (ἑρμηνεύεται γὰρ ἡ Βαιθήλ, εἰς οἶκον θεοῦ) προσεφώνει παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ, ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν. καὶ καθαρίσασθε, καὶ ἀλλάξατε τὰς στολὰς ὑμῶν. καὶ ἀναστάντες ἀναβῶμεν εἰς Βαιθήλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Θεῷ, τῷ ἐπακούσαντί μοι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. ὃς ἦν μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ διέσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ ἐπορευόμην. καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακὼβ τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ κατέκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. οὗ δὴ γεγονότος, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος ἦν ὁ θαυμάσιος Ἰακώβ. ἀπηλλάττετο γὰρ εἰσάπαν τῆς Σικιμιτῶν ὑποψίας, Θεοῦ κατευνάζοντος ἰδίᾳ δυνάμει τοὺς τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ μάχην ὠδίνοντας. ἔφη γὰρ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν ἐφεξῆς. Καὶ ἐγένετο φόβος Κυρίου ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ αὐτῶν, καὶ οὐ κατεδίωξαν ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ ἐγήγερτο θυσιαστήριον ἐν Λουζᾷ, ὅ ἐστι Βαιθήλ, ὤφθη, φησί, Θεὸς τῷ Ἰακώβ, καὶ ηὐλόγησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν, ἐγὼ ὁ Θεός σου, αὐξάνου, καὶ πληθύνου· ἔθνη, καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν ἔσονται ἐκ σοῦ, καὶ βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται, καὶ τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, σοὶ δέδωκα αὐτήν· καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σέ, δώσω τὴν γῆν ταύτην. τούτων ἡμῖν διαμέμνηται τῶν ἱστοριῶν εἰς τὸ παρὸν χρησμῴδημα τὸ προφητικόν. οὐκοῦν ἦν μὲν ἐκ μήτρας πτερνιστὴς Ἰακώβ. ὑμεῖς δὲ ἀεὶ πτερνίζεσθε, καὶ οὐ πτερνίζετε μᾶλλον τὴν ἁμαρτίαν.

A ira propter Dinam ſororem, cui virginitatem Emmor filius Sichem ademerat. *Gen. 34.* Vnde in magnũ timorẽ coniectus B. Iacob, ſeſéque extẽplò cum liberis, & domeſticis omnibus interfectum iri exiſtimans, auctores illarũ cædium increpuit, cùm ita diceret, [Odioſum me feciſtis, ita vt malus ego ſim omnibus habitãtibus terram, & in Chananæis, & in Pherezæis. Ego autẽ pauciſſimus ſum in numero, & congregati ſuper me percutiẽt B me, & delebor ego, & domus mea.] At iuuenes de ferocia nihil remittebãt omnino, occurrẽtéſque dicebãt: [Sed ſicut ſcorto vtentur ſorore noſtra?] Quoniã verò magnoperè metuebat, ſicut dixi, iuſtus ille, denuo cadebat ſupplex Deo Seruatori, qui eũ terroribus haud multo poſt liberaturum ſpopondit, ita loquens amans iuſtorũ Deus. [Surgens aſcende *Gen. 35.* in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi, quãdo fugiebas à facie Eſau fratris tui.] Poſtea aſcenſurus in Bethel B. Iacob, & diuinã C domum ingreſſurus (redditur enim Bethel *in domum Dei*) ita totam domũ ſuã, & omnes qui cum eo erãt, compellauit. [Tollite Deos alienos de medio veſtrũ, & mundamini, & mutate veſtimenta veſtra, & ſurgẽtes aſcẽdamus in Bethel, & faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis, qui fuit mecũ, & ſaluauit me in via qua ambulaui. Et dederunt Iacob Deos alienos, qui erant in manibus eorũ, & inaures, quæ in auribus eorũ, & abſcondit ea Iacob D ſub terebintho, quæ eſt in Sicimis, & perdidit ea vſque in hodiernum diem.] Quo peracto bona ſpe alebatur ſanctus Iacob. Nam Sicimitarũ formidine penitus exſoluebatur, Deo virtute ſua bellũ aduerſus eum parturiẽtes cõprimente. Ita enim in ſacra Scriptura deinceps ſequitur. [Et factus eſt timor Dei ſuper ciuitates in circuitu eorũ, & nõ perſecuti ſunt poſt filios Iſrael.] Poſtquam autem ædificatum eſt altare in Luza, quæ eſt E Bethel, [Apparuit, inquit, Deus Iacob, & benedixit ei, dixitque, ego Deus tuus, creſce & multiplicare, gẽtes, & congregationes gentium erũt ex te, & reges de lumbo tuo egrediẽtur, & terram quam dedi Abraham, & Iſaac, tibi dedi eam, & ſemini tuo poſt te dabo terrã hanc.] Harum hiſtoriarum nos commonefacit in præſenti propheticum oraculum. Erat igitur ex vtero ſupplantator Iacob, vos autem ſemper ſupplantamini, & non ſupplantatis potius peccatum.

Et ille quidem laborum erat amantissimus, & sudoribus spectatus, & sincerus erga Deum: vos autem defectionibus ludentes, omnis lætitiæ vestræ largitorem non honorastis. [Fleuerunt patres vestri, & obsecrarunt me,] inquit. Nam si quando per insidias quippiam ab aliis se passuros suspicabantur, flebant, & supplicabant mihi: per me enim tantummodo salutem expectabant: at vos vrbes communitis, putatisque etiam nolente me fortasse seruatum iri, & de hostibus victoriam relaturos. Et illi [in domo inuenerunt me.] Ascendit enim in Bethel Iacob, vt dixi, apparuitque illi Deus, & ibi dicta est ad illum benedictionis promissio, vt paulò antè docuimus: at vos rursum non quæritis Deum in domo eius: sed in delubra Baal potius, & cupidissimè curritis: nec à Deo responsa, sed dæmonum vaticinia exquiritis. Et diuinus quidem Iacob ascendens in Bethel, hoc est, in domum Dei, deleuit idola: vos contrà in domo Dei Deum sculptilem constituistis. Statuerunt quippe in Bethel vitulum aureum, tametsi Bethel interpretationem haberet *domus Dei*, vt dixi. Quocirca & per Hieremiā Deus ait de Iudæorum synagoga. [Quid dilecta in domo mea fecit abominationem?] idolum puta. Ac diuinus quidem Iacob etiam in domum Dei ascēdentibus mandauit mundari, & mutare vestes: vos autem cernimini profani, & immundi, & illotis pedibus domum diuinam ingredi. Non erubescitis? inquit. Quoniam porrò talis erat Iacob, idcirco & [Dominus omnipotens erit memoriale eius.] Manet enim saluus in memoria Dei, & floret gloria immortali. Glorificat quippe Deus diligentes se. Itaque (dicam enim iterum quippiam vehementer conducibile) honores patrum vestrorum cōdemnabunt vos, qui cum ipsis sapere, similibúsque moribus, & studiis exornari nolueritis. Damnabimini autem, non quia animabus tantùm vestris iniqui, sed gloriæ quoque patrum insidiati fueritis, maiorúmque nobilitatem contaminaueritis.

Hier. 12.

Et tu in Deo tuo conuertêris, misericordiam, & iudicium custodi, & appropinqua ad Deum tuum semper.

CXXXIX

Gratiæ pollicitatio minis admista est: comminantis enim magis, quam simpliciter promittentis est ista oratio. Veruntamen ex amore procedit comminatio, & est ad probas cogitationes,

A καὶ φιλοπονώτατος μὲν ἐκεῖνος, καὶ ἐν ἱδρῶσι δόκιμος, καὶ γνήσιος πρὸς Θεόν. ὑμεῖς δὲ τρυφῶντες ταῖς ἀποστασίαις, τὸν ἁπάσης ὑμῖν εὐθυμίας οὐ τετιμήκατε χορηγόν. ἔκλαυσάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ἐδεήθησάν μου, φησίν. εἰ γάρ που γεγόνασιν ἐν ὑποψίαις τοῦ παθεῖν τι παρά τινος ἐπιβουλῆς, ἔκλαιον καὶ ἐδέοντό μου. δι' ἐμοῦ γὰρ καὶ μόνου σώζεσθαι προσεδόκων. ὑμεῖς δὲ πόλεις τειχίζετε, οἴεσθέ τε, ὅτι κἂν εἰ μὴ θέλοιμι, τάχα που σωθήσεσθε, καὶ κρατήσετε τῶν ἀνθεστηκότων. B κἀκεῖνοι δὲ ἐν τῷ οἴκῳ εὕροσάν με. ἀνέβη γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν Βαιθὴλ ὁ Ἰακὼβ, ἐπεφάνη τε Θεὸς αὐτῷ, καὶ ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτὸν ἡ τῆς εὐλογίας ὑπόσχεσις, καθάπερ ἐδείξαμεν ἀρτίως. ὑμεῖς δὲ πάλιν οὐ ζητεῖτε Θεὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εἰστρέχετε δὲ μᾶλλον, καὶ σφόδρα προθύμως ἐν τοῖς τεμένεσι τοῦ Βάαλ, καὶ ἐξαιτεῖτε λόγους οὐ παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ ἐκ τῶν δαιμόνων μαντεύματα. καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Ἰακὼβ ἀναβαίνων εἰς Βαιθὴλ, τουτέστιν, εἰς οἶκον Θεοῦ, κατηφάνισε τὰ εἴδωλα. C ὑμεῖς δὲ τὸ ἐναντίον ἐν οἴκῳ Θεοῦ Θεὸν ἐστήσατε γλυπτόν. ἔστησαν γὰρ εἰς Βαιθὴλ τὴν δάμαλιν τὴν χρυσῆν, καίτοι τῆς Βαιθὴλ ἑρμηνευομένης, ὡς εἶπον, οἶκος Θεοῦ. διὰ τοῦτο καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεὸς περὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; τουτέστιν, εἴδωλον. καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Ἰακὼβ τοῖς εἰς οἶκον ἀναβαίνουσι Θεοῦ καθαίρεσθαί τε, καὶ αὐτὰς δὲ τὰς στολὰς μεταμείβειν ἐκέλευσεν. ὑμεῖς δὲ ὁρᾶσθε βέβηλοι καὶ ἀκάθαρτοι, καὶ ἀνίπτοις D ἰόντες ποσὶν εἰς τὸν θεῖον οἶκον. οὐκ ἐρυθριᾶτε; φησίν. ἐπεὶ δὲ ἦν τοιοῦτος ὁ Ἰακὼβ, τοιγαροῦν καὶ κύριος ὁ παντοκράτωρ ἔσται μνημόσυνον αὐτοῦ. σώζεται γὰρ ἐν μνήμῃ Θεοῦ, ἔχει τε ἀθαλῆ τὴν εὔκλειαν. δοξάζει γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. οὐκοῦν (ἐρῶ γάρ τι πάλιν τὸ εἰς ὄνησιν ἀναγκαῖον) κατακρινοῦσιν ὑμᾶς τῶν πατέρων αἱ δόξαι, μὴ τὰ ἴσα φρονεῖν ἑλομένους αὐτοῖς, καὶ διὰ τῶν ὁμοίων καλλωπίζεσθαι τρόπων τε, καὶ σπουδασμάτων. E κατακριθήσεσθε δὲ, οὐχ ὡς εἰς μόνας ἠδικηκότες τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἀλλ' οἱονείπως καὶ τῆς τῶν πατέρων εὐκλείας ἐπιβεβουλευκότες, καὶ προγονικὴν εὐγένειαν καταμιάναντες.

Καὶ σὺ ἐν Θεῷ σου ἐπιστρέψῃς, ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς Θεόν σου διὰ παντός.

Ἀπειλῇ κεκέρασται τῆς χάριτος ἡ ὑπόσχεσις. ἀπειλοῦντος γὰρ μᾶλλον, ἢ ὑπισχνουμένου καθαρῶς ἐστι τὸ παρὸν ὁ λόγος· πλὴν ἐξ ἀγάπης ἡ ἀπειλὴ, καὶ καλοῦντος εἰς ὀρθότητα λογισμῶν,

καὶ εἰς ἔφεσιν εὐκοσμίας τὸ χρησμῴδημα. ἦν μὲν γάρ, φησί, σοφὸς καὶ πανάριστος ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ, καὶ γνώμης ἰδίας ἔχων καρπὸν τὸ θεοφιλές. ἀλλ' οὐκ ἐμιμήσω τὸν πατέρα. πλὴν ἐπιστρέψεις ἐν Θεῷ σου καὶ σύ, τουτέστι, κἂν ἐξίτηλος ἦς, καὶ ἀποστάτης, καὶ ὑβριστής, ἀλλ' οὖν ἐπανήξῃ, καὶ οὐχ ἑκὼν εἰς τὸ ἑλέσθαι βιοῦν ὀρθῶς. ἐπανήξεις δὲ παιδευόμενος ἐν Θεῷ, τουτέστι, διὰ Θεοῦ. καὶ ἐπειδή σε λογισμὸς οὐ πέπεικεν ἀγαθός, ἐπ' ὀρθὴν ἰέναι τρίβον, καὶ ἀγαπῆσαι φρονεῖν ἃ δεῖ, περιελεύσεταί σου πάντη τε, καὶ πάντως ἡ μάστιξ, καὶ μεταθήσει ταχέως πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος αἵρεσίν τε, καὶ γνῶσιν. ταυτὶ μὲν οὖν ἡμῖν, καθάπερ ὑπολαμβάνω, κατασημανεῖ ἂν εἰκότως τό, καὶ σὺ ἐν Θεῷ σου ἐπιστρέψεις, ἀπειλὴν ἔχον, ὡς ἔφην, χρησταῖς ὑποσχέσεσι δὴ μάλα κεχρωσμένην. εἶτα λοιπόν, ὡς ἤδη μαστιζομένῳ, καὶ ἐν αὐτῷ γεγονότι τῷ πλήττεσθαι, Θεὸς ἐπιφωνεῖ. ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διαπαντός. ὥσπερ γὰρ εἴ τις δεσπότης οἰκέτῃ παιδευομένῳ, καὶ ἐν αὐτῷ μαστίζεσθαι γεγονότι, λέγοι μετὰ φειδοῦς τε ἅμα, καὶ ἀγανακτήσεως, σώφρων ἔσο, καὶ εὐπειθής, καὶ μὴ καταφρόνει δεσποτικῶν ἐνταλμάτων· τὸν αὐτόν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τυπτομένῳ τρόπον τινὰ τῷ Ἐφραΐμ, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἐκπαιδευομένῳ φησίν, ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διαπαντός· ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχόν. ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἴσθι πληττόμενος, ὅτι μὴ ἐφυλάξω, μηδὲ τετίμηκας τὰ ἐμοὶ φίλα, καὶ ἠγαπημένα. τὸ μὲν οὖν ἔλεος τὴν ἀγάπην δηλοῖ, ἀγάπη δὲ νόμου πλήρωσις. τῷ γὰρ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. τὸ δὲ κρίμα τὴν δικαιοπραγίαν, ἤτοι τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν τοῦ θείου νόμου βουλήματος τήρησιν. κρίμα γὰρ ὁ νόμος ὠνόμασται παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. τὸ δὲ ἐγγίζειν Θεῷ διαπαντός, ὑποφαίνει ἂν τὴν εἰς αὐτὸν γνησίαν τῆς διανοίας ἔφεσίν τε, καὶ ῥοπήν, καὶ τὸ μὴ προσκεῖσθαι φιλεῖν ἑτέροις τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς, ἤγουν τῇ κτίσει τυχόν, ἤγουν ξύλοις τε, καὶ λίθοις. ἐγγιεῖ δὲ Θεῷ, καὶ πλησίον ἔσται κατὰ διάθεσιν, καὶ ὁ πράξεσιν ἀγαθαῖς ἐμπρέπειν εἰδώς, καὶ ἀπαράφθορον ἐν ἑαυτῷ τηρήσας τὴν πίστιν. μεσολαβεῖ γὰρ πολλάκις ἡ ἁμαρτία, καὶ διΐστησι Θεοῦ. κατὰ τὸ ἴσον δὲ τρόπον ἀποστοβεῖ πάλιν τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος καὶ τὸ προσκεῖσθαι φωναῖς ἀνοσίων ψευδοδιδασκάλων.

A & ad desiderium officio parendi vocantis oraculum. Erat enim, inquit, sapiens, longéque optimus diuinus Iacob, & propositi sui fructum habebat Dei erga se charitatem. Sed tu patrem non es imitatus. Veruntamen [conuertèris in Deo tuo etiam tu,] hoc est, quamuis insipiens fueris, & apostata, & insolens, nihilominus etiam præter voluntatem ad vitam virtutis norma directam redibis. Redibis autem correptus in Deo, id est, per B Deum. Et quoniam bona ratio non persuasit, vt recta via ambulares, velléque sapere vt oporteret, restabit tibi planè flagellum, & celeriter ad eligendum, & cognoscendum quod expedit te transferet. Atque hæc nobis, vt arbitror, indicauerit meritò quod dicitur, [& tu in Deo conuerteris,] minas, vt dixi, bonis promissis scitissimè permistas habens. Deinde porrò, vt iam flagella patienti, & in medio verberum constituto Deus acclamat, [Misericordiam & iudicium custodi, & appropinqua ad C Deum tuum semper.] Quemadmodum enim si Dominus quispiam seruo in pœna, & inter ipsa flagella cum venia, & indignatione dicat; Modestus esto, & prompte obediens, & herilia iussa ne contemne: eodem modo, opinor, & vniuersorum Deus percusso quodammodo Ephraim, & belli calamitatibus castigato, inquit, [misericordiam & iudicium custodi, & appropinqua ad Deum tuum semper.] Perinde fortasse ac si dicat: Hac de causa scito te percuti, D quia non custodisti, nec magni duxisti, quæ mihi grata sunt, & dilecta. Misericordia igitur dilectionem significat, dilectio autem est legis plenitudo: proximo enim [malum non operatur,] vt B. Paulus ait. Iudicium verò iustam actionem, siue iustitiã, & diuinæ legis voluntatisque obseruationẽ. Iudicium enim à diuina scriptura lex vocatur. Appropinquare autem Deo semper, significare potest sincerum mentis in ipsum desiderium & inclinationem, & abhorrere E ab aliis, qui non sunt dii, aut à creatura fortè, aut certè à lignis, & lapidibus. Appropinquabit verò Deo, & propè erit secundũ affectũ, qui & probis actionibus excellere nouit, & incorruptã in se ipso fidem seruauit. Sæpe enim peccatum se interponit, & à Deo disiungit ac separat. Eodem quoque modo ab eius familiaritate arcet pseudomagistrorũ impiis sermonibus deditum esse.

Rom. 13.

1 Cor. 13.

Volentibus igitur Deo propinquos esse, remouenda sunt per quæ longinqui ab eo fiant.

Chanaan, in manu eius statera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Et dixit Ephraim: veruntamen diues effectus sum, inueni requiem mihi. Omnes labores eius non inuenientur ei propter iniquitates quas peccauit.

CXL. Quod attinet ad beneplacitum Dei, custodisset misericordiam & iudicium, & studuisset illi appropinquare semper Ephraim. Sed quia bonam mentem amisit, & res adeò venerandas, colendásque nihili fecit, Chananæis alienigenis factus est similis, atheus, & impius, & moribus nequam plurimum gaudens, & animo barbarico cupiditate rerum alienarum impotenter subiugatus. Ergo debebat quidem Ephraim primi patris sui Iacob æmulus videri, & per vestigia iustitiæ eius libenter incedere: sed euasit Chananæus. Inuenta est enim [statera iniquitatis in manu eius,] hoc est, inæqualitas, & auaritia. Nam more gentium Deum ignorantium execrandam oppressionem pro magno habuit. Et se peccare hoc faciẽdo, cogitare noluit. Solis diuitiis acquirendis, & voluptatibus delectabatur, quasi Deo nõ vidente, nec amplius homines in terris visitante, & iniustè agentes iustè multante. Est autẽ extremæ dementiæ argumentum certissimum, Ephraim modis omnibus ad diuitias corradendas incũbere, & rapinæ ac violentiæ crimina nec hili facere: sed ex magno stupore adhuc honorificè quodammodo de se prædicare, ob quæ præstaret pudore suffundi. Ait namque, [veruntamen diues effectus sum, inueni requiẽ mihi.] Quid igitur ad hæc Deus? [Omnes labores eius non inueniẽtur ei, propter iniquitates quas peccauit.] Verum est enim, [diuitiæ iniustè congregatæ euomẽtur,] vt scriptũ est. (Iob. 20.) Quin & ex iniquitate conãtibus opes colligere, & ex auaritia ditescere illud sancti quispiam acclamet, melius est te [facere iudiciũ, & iustitiã.] (Hier. 22.) Proposito nãque diuino tribunali [non proderunt thesauri iniquis. Iustitia autem liberabit à morte.] (Prou. 10.) Et vt ait Parœmiastes, [melior est parua pars cum timore Domini, quã thesauri magni cum animo intrepido.] (Prou. 15.) Et rursus idem, [Melior pauca acceptio cum iustitia, quàm multa germina cum iniquitate.] Verumenimuero actiones nos,

παραιτητέον δὴ οὖν τοῖς ἐθέλουσιν ἐγγὺς εἶναι Θεοῦ, τὰ, δι' ὧν ἂν γένοιτο μακράν.

Χαναάν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, καταδυναστεύειν ἠγάπησε. καὶ εἶπεν Ἐφραίμ. πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτεν.

Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἴς γε τὸ δοκοῦν Θεῷ, τετήρηκεν ἂν ἔλεός τε, καὶ κρίμα, καὶ τὸ ἐγγίζειν αὐτῷ διὰ παντὸς ὁ Ἐφραίμ. ἐπειδὴ δὲ φρενὸς ἀπόλωλε τῆς ἀγαθῆς, καὶ δι' οὐδενὸς πεποίηται λόγου τὰ οὕτω σεπτὰ καὶ τίμια, γέγονεν ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλλογενέσι Χαναναῖος, ἄθεός τε, καὶ δυσσεβής, καὶ ὅτι μάλιστα χαίρων ἐπὶ τοῖς τῆς φαυλότητος τρόποις, καὶ βαρβάρῳ γνώμῃ τῆς ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας ἀχαλίνως ἡττώμενος. οὐκοῦν ἔδει μὲν τὸν Ἐφραίμ ζηλωτὴν ὁρᾶσθαι τοῦ προπάτορος Ἰακώβ, καὶ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης κατ' ἴχνος ἰέναι φιλεῖν. ἀλλὰ γέγονε Χαναναῖος. ηὕρηται γὰρ ζυγὸς ἀδικίας ἐν χερσὶν αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀνισότης, καὶ πλεονεξία. τετίμηκε γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς ἔθνεσι, τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεόν, τὴν ἐπάρατον καταδυναστείαν. καὶ ὅτι μὲν ἐπλημμέλει τοῦτο δρῶν, ἐννοεῖν οὐκ ἠξίου. ἐπετέρπετο δὲ μόνῳ τῷ πλουτεῖν, καὶ τρυφᾶν, ὡς οὐκ ἐφορῶντος Θεοῦ, ὡς οὐκέτι κατασκεπτομένου τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσιν ἐπιτιμῶντος δικαίως. ἀπονοίας δὲ τῆς ἐσχάτης εἴη ἂν ἀπόδειξις ἐναργής, τὸ ἐκ παντὸς μὲν τρόπου πλουτεῖν ἐπείγεσθαι τὸν Ἐφραίμ, οὐδὲν δὲ εἶναι νομίζειν τὰ ἐξ ἁρπαγῆς, καὶ βίας ἐγκλήματα. σεμνολόγημα δὲ ὥσπερ ποιεῖσθαι λοιπὸν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας, τὰ οἷς ἔδει μᾶλλον ἐρυθριᾶν. ἔφη γάρ, πλὴν πεπλούτηκα, ηὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. τί οὖν πρὸς ταῦτα Θεός; πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ, διὰ ἀδικίας ἃς ἥμαρτε. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθές, ὅτι πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καὶ δὴ τοῖς ἐθέλουσιν ἐξ ἀδικίας συλλέγειν, καὶ πλουτεῖν ἐκ πλεονεξίας, ἐπιφωνείτω τις ἤδη τὸ διὰ φωνῆς ἁγίου· βέλτιον ἦν σε ποιεῖν κρίμα, καὶ δικαιοσύνην καλήν· προκειμένου γὰρ τοῦ θείου βήματος, οὐκ ὠφελήσουσι μὲν θησαυροὶ ἀνόμους, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου. καὶ ἤ φησὶν ὁ παροιμιαστής, κρείσσων μικρὰ μερὶς μετὰ φόβου κυρίου, ἢ θησαυροὶ μεγάλοι μετὰ ἀφοβίας. καὶ πάλιν ὁ αὐτός, Κρείσσων ὀλίγη λῆψις μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας. πλὴν αἱ πράξεις ἡμᾶς,

καὶ ἡ τῶν ἔργων ποιότης ἀξίους ἔσθ' ὅτε τῆς τῶν ἁγίων πατέρων εὐγενείας ἀποτελεῖ, ἀπονέμει δὲ καὶ πατράσιν ἁμαρτωλοῖς. διοίσομεν γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον τῶν ἐν ἀσεβείᾳ βεβιωκότων, εἰ τὰ αὐτῶν μιμοίμεθα. ταύτητοι, κεκλῆσθαί φαμεν Χαναὰν τὸν Ἐφραΐμ. πεφρόνηκε γὰρ τὰ ἀλλογενῶν. ἀλλογενεῖς δὲ οἱ Χαναναῖοι, καὶ ἐπ' ἀθεότητι διαβεβλημένοι, τοιγάρτοι καὶ ὠνειδίζοντό τινες, τοῖς ἑαυτῶν τολμήμασι πρεπόντως ἀκούοντες, σπέρμα Χαναὰν, καὶ οὐκ Ἰούδα.

A & operũ qualitas sanctorũ Patrum nobilitate aliquando dignos efficiunt, & patribus peccatoribus similes reddunt. Nullo quippe modo ab his qui impiè vixerunt discrepabimus, si ipsorum mores imitemur. Idcirco dicemus Ephraim vocatum esse Chanaan. Eo enim animo fuerunt quo alienigenæ: Chananæi autem alienigenæ, & propter impietatem infames. Proinde & quidã increpantur, facinorosæ audaciæ suæ conuenienter, B audiẽtes, [semen Chanaan, & nõ Iuda.] Dani.13.

Ἐγὼ δὲ κύριος ὁ Θεός σου ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἔτι κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέραις ἑορτῆς. καὶ λαλήσω πρὸς Προφήτας. καὶ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ Προφητῶν ὡμοιώθην.

Ego autem Dominus, Deus tuus eduxi te de terra Ægypti. Adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut in diebus solennitatis. Et loquar ad Prophetas. Et ego visiones multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum.

Χαναὰν ὠνόμασε τὸν Ἐφραΐμ, ὡς ἔφην, ἀπελέγχων ἐναργῶς, ὡς εἴη μεμισηκὼς ἔλεός τε καὶ κρίμα, αἱρούμενος δὲ μᾶλλον τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν ἀνισότητα, καὶ πᾶν εἶδος ἀδικίας. ἀλλ' ἰδοὺ δὴ πάλιν πειρᾶται δεικνύειν, ὡς μὴ μόνον γεγονότα τὰ εἰς ἀνθρώπους τοιοῦτον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἐγγίζειν Θεῷ διὰ πραγμάτων αὐτῶν παραιτούμενον. αἰτιᾶται δὴ οὖν, ὡς ἠγνοηκότα τὸν λυτρωτὴν, ὡς ταῖς ἀπονοίαις περιυβρίσαντα τὸν ἐξ οἴκου δουλείας ἐκκεκομικότα σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ. ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἀνήγαγον ὑμᾶς ἐξ Αἰγύπτου. ἐν δὲ τῷ ἀνήγαγον εἰπεῖν, ἀποφέρει πρὸς ἀνάμνησιν τῶν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένων, ἄχρις ἂν εἰσελάσωσιν εἰς τὴν γῆν τὴν τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐπηγγελμένην. μυρία δὲ ὅσα ταῦτα, καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος. ὅτι δ' ἀπροφάσιστον αὐτοῖς τὸ ἐπιλανθάνεσθαι τούτων, παρέδειξε προστιθείς. ἔτι κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἡμέρα ἑορτῆς. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι, πεύσῃ δὴ πάλιν. ὁ διὰ Μωσέως προστέταχε νόμος. Ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τῆς σκηνοπηγίας τελεῖσθαι τὴν ἑορτήν. καὶ τίς ἡ τοῦδε πρόφασις, αὐτὸς ἡμῖν ὁ νομοθέτης διεσάφει, λέγων περὶ τῆς σκηνοπηγίας, ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἑορτάσετε αὐτήν. ἐν σκηναῖς κατοικήσετε ἑπτὰ ἡμέρας. πᾶς ὁ αὐτόχθων Ἰσραὴλ κατοικήσει ἐν σκηναῖς· ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκισα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. οὐκοῦν εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐξόδου τῆς ἐξ Αἰγύπτου γεγενημένης, ἐτέλουν τὴν ἑορτήν. εἶτα, πῶς ἂν δύναιο, φησὶν, ἐπιλανθάνεσθαί μου, τοῦ ἐξαγαγόντος σε ἐξ Αἰγύ-

Chanaan appellauit Ephraim, vt dixi, manifestè coarguens vt inimicum misericordiæ, & iustitiæ, & sectantem potius inæqualitatem, & auaritiam, & C iniquitatis omne genus. Verùm ecce conatur præterea ostendere, non solùm in rebus humanis fuisse talem: sed etiã appropinquare Deo rebus ipsis recusasse. Insimulat igitur vt ignorantem liberatorem suum, vt vecordem ac proteruum aduersus oductorem suum, [De domo seruitutis, in signis & portentis, & in brachio excelso. Ego enim, inquit, eduxi vos ex Ægypto.] Dum autem dicit, eduxi, reuocat nos ad memoriã patratorum super ipsis, quoad in terram D patribus ipsorum promissam profecti sunt. Ea sexcenta sunt, & quæ satis admirari nemo potest. Nullam autẽ relictam illis excusationem de obliuione horum docet, adiungens. [Adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut dies solennitatis.] Quod si quid sit, audies rursum. Lex Mosis in mense septimo, decimo quinto die festum scenopegiæ, seu tabernaculorum celebrari iussit. Cuius quæ fuerit occasio, ipse legislaE tor declarat, de scenopegia hunc in modum loquens in Leuitico. [In mense ipso celebrabitis ipsam. In tabernaculis habitabitis septẽ dies. Omnis indigena in Israel habitabit in tabernaculis. Vt videant generationes vestrę, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerem illos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.] Itaque ad recordationẽ exitus de Ægypto festũ peragebãt. Deinde ait, quomodo possis inobliuisci, qui eduxit te ex Ægypto,

CXLI.

Hier.11.

Leuit.23.

adhuc habitãs in tabernaculis, & ipsum hoc negotiũ solennitatis occasionem, & causam habens? Adhuc enim habitare te faciam in tabernaculis, vt in die festi. Habitare te faciam ait, pro, habitare te facio, aut facio habitare in tabernaculis in diebus festi horum. Igitur defendi obliuio ista non potest. Sed cupiebas forsitan futurorum quædam nosse, & inquirere volebas curiosius quæ tua interessent. Et cur potius adires falsos vates Baal, aut commentitios deos, & ab ipsis ista exquireres, & non magis sapienter meminisses, me loqui ad Prophetas, & multiplicare visiones quoque, hoc est, à me omnem sermonem Propheticum & profecturum, & profectum esse, & non ab aliquo falso nomine deorum tuorum? Mihi enim soli in acceptis referetur & futura scire, & præterita meminisse. Sed imitati sunt me, inquit, honorati abs te adulterini vates, & Prophetæ. Hoc est, quod ait, [in manu Prophetarũ assimilatus sum.] Quærebas scire ab illis futura. Deinde illi meos sermones fingentes, meorúmque Prophetarũ opera imitãtes, de cordibus suis eructabãt tibi. Quare Hieremias Propheta, Deo ita mandante, vincula, seu catenas ligneas circumponebat collo suo. Qui autem sermonibus eius refragabatur falsus Propheta Ananias, arreptas contriuit, dixitque, [sic, dicit Dominus, contriui iugum regis Babylonis.] Hoc est quod dicebam, [in manu Prophetarum assimilatus sum.] Crimẽ igitur Ephraim est, quod quamuis à solennitate tabernaculorum euidenter eductionis de Ægypto admoneretur, obliuiscebatur tamen Dei. Et quod non potius ipsum quærebat, vt loquentem ad Prophetas, vt visiones multiplicantem: sed decipi se à Pseudoprophetis pateretur verbis, & factis quæ Dei propria sunt mentientibus.

Hiere. 28.

Hiere. 27.

Hiere. 28.

Si Galaad non est, num falsi erant in Galgal principes immolantes: & altaria eorum quasi testudines super desertum agri?

CXLII.

Addictos falsis vatibus, & falsis Prophetis, ascendentésque, & sacrificantes in Galaad, & Galgal his verbis reprehendit. Demonstrationis ergò duas hasce ciuitates potissimum accipit, in quibus vigebat seductio enormius, & omnis ratio pietatis contemnebatur, omniáque magnificabãt, quæ animos incẽderent, & extrema essent plena insania.

A τῆς, γενόμενος ἔτι καὶ ὑπὸ σκηναῖς, καὶ πρόφασιν ἑορτῆς τὸ χρῆμα ποιούμενος; ἔτι γὰρ κατοικιῶ σε ἐν σκηναῖς, καθὼς ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς. τὸ, κατοικιῶ σε φησὶν, ἀντὶ τοῦ, κατοικίζω σε, ἤγουν ποιῶ κατοικεῖν ἐν σκηναῖς, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἐπὶ τούτοις ἑορτῆς. Οὐκοῦν ἀπαραφάσιστος ἡ λήθη. ἀλλ' ἐζήτεις ἴσως εἰδέναι τῶν ἐσομένων τινὰ, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐβούλου τὰ κατὰ σαυτόν· καὶ τί μᾶλλον ἔδει προσιέναι τοῖς ψευδομάντεσι τοῦ Βάαλ, ἤγουν τοῖς τῶν ψευδωνύμων θεῶν, καὶ παρ' αὐτῶν τὰ τοιάδε ζητεῖν, B καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἀναμιμνήσκεσθαι σαφῶς, ὅτι λελάληκα μὲν ἐγὼ πρὸς Προφήτας, ἐπλήθυνα δὲ καὶ ὁράσεις, τουτέστι, παρ' ἐμοῦ πᾶς ἐστι λόγος προφητείας, καὶ ἤδη γέγονεν, οὐ παρ' ἑτέρου σοι τῶν ψευδωνύμων θεῶν. ἐμοὶ γὰρ ἀνακείσεται μόνῳ τὸ, καὶ εἰδέναι τὰ ἐσόμενα, καὶ μεμνῆσθαι τῶν προῳχημένων, ἀλλ' ἐμιμήσαντό με, φησὶν, οἱ τετιμημένοι παρὰ σοῦ ψευδομάντεις, καὶ ψευδοπροφῆται· τοῦτό ἐστι τὸ, ἐν χερσὶ Προφητῶν ὁμοιώθην. ἐζήτεις παρ' C αὐτῶν εἰδέναι τὰ μέλλοντα. εἶτα, τοὺς ἐμοὺς πλαττόμενοι λόγους, καὶ τὰ τῶν ἐμῶν Προφητῶν ἔργα μιμούμενοι, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν ἠρεύγοντό σοι. καὶ γοῦν Ἱερεμίας μὲν ὁ Προφήτης, κλοιοὺς ἐτίθει ξυλίνους περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, Θεοῦ τὸ χρῆμα γενέσθαι προστάττοντος. ἀντιπαττόμενος δὲ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὁ ψευδοπροφήτης Ἀνανίας, λαβὼν συνέτριψε τοὺς κλοιοὺς, ἔφη τε, οὕτως εἶπε κύριος, συνέτριψα τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος. τοῦτο ἐστιν, ὡς ἔφην, τὸ, ἐν χερσὶ Προφητῶν ὡμοιώθην. ἔγκλημα D δὴ οὖν τοῦ Ἐφραΐμ, ὅτι καίτοι σαφῆ τὴν ὑπόμνησιν ἔχων ἀπό γε τῆς ἑορτῆς τῆς σκηνοπηγίας, τῆς ἐξόδου τῆς Αἰγύπτου γεγενημένης, ἐπελανθάνετο θεοῦ, καὶ ὅτι μὴ μᾶλλον αὐτὸν ἐζήτησεν, ὡς λελαληκότα πρὸς Προφήτας, ὡς ὁράσεις πεπληθυκότα· προσέκειτο δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν ψευδοπροφητῶν ἀπάταις, πλαττομένων τὰ τοῦ Θεοῦ διά τε λόγων καὶ πράξεων.

Εἰ μὴ Γαλαάδ ἐστιν, ἄρα ψευδεῖς ἦσαν ἐν Γαλγὰλ ἄρχοντες θυσιάζοντες· καὶ τὰ θυσιαστήρια E αὐτῶν ὡς χελῶναι ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ;

Ὅτι προσέκειντο τοῖς ψευδομάντεσι, καὶ ψευδοπροφήταις, ἀναβαίνοντές τε, καὶ θύοντες εἴς τε τὴν Γαλαάδ, καὶ Γαλγὰλ, ἀπελέγχει διὰ τούτων. δέχεται δὲ πρὸς ἀπόδειξιν τὰς δύο μάλιστα ταυτασὶ πόλεις, ἐν αἷς ἦν ἐκτοπωτέρα τῶν ἄλλων ἡ πλάνη, καὶ ἅπας μὲν τρόπος τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀπεσπουδάζετο, πάντα δὲ ἦν ἐν λόγῳ τὰ προηγούμενα, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης ἀπονοίας ἔμπλεω

καὶ γοῦν ἐν τοῖς ἀνωτέρω περὶ μὲν τῆς Γαλαὰδ ἔφη Θεός. ἐκεῖ κατεφρόνησέ μου Γαλαάδ, πόλις ἐργαζομένη μάταια, τουτέστιν, εἴδωλα. πλαστουργοὶ γὰρ εἰδώλων ἦσαν οἱ ἐν αὐτῇ. περὶ δέ γε τῆς ἑτέρας, πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν εἰς Γαλγάλ· ὅτι ἐκεῖ αὐτοὺς ἐμίσησα διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. ἐπειπεῖν δὲ ἀναγκαῖον τῶν συμβεβηκότων τινὰ τῇ Γαλααδίτῃ. συνήσομεν γὰρ οὕτω τῶν προκειμένων τὸν νοῦν. Φούλας βασιλεὺς Ἀσσυρίων, πρῶτος ἐλθὼν κατὰ τῆς Σαμαρείας, προτέλειον ὥσπερ τι τὰς δύο φυλὰς ἐποιήσατο τὰς πέραν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ πάσας αὐτῶν εἷλε τὰς πόλεις, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν Γαλαάδ. τούτου διαμέμνηται Θεός, ὡς ἐν παραδρομῇ, λέγων· εἰ μὴ Γαλαάδ ἐστιν. εἰ μὴ ἔστι, φησί, καὶ μὴ σώζεται νῦν ἡ Γαλαάδ· εἰ καὶ ἀπόλωλε, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτῆς τὴν τοῦ Ἐφραὶμ ἐλέγξαι παροινίαν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι νυνί, ἆρα καὶ οἱ θυσιάζοντες ἄρχοντες ἐν τῇ Γαλγὰλ ψευδεῖς ἦσαν, καὶ οὐκ ἀληθεῖς. Γαλγὰλ δὲ πόλις ἐστὶ τῶν Ἰορδάνου πέραν, ἐν ᾗ μάλιστα συντρέχοντες μικροὶ καὶ μεγάλοι, τοῖς τῆς εἰδωλολατρείας προσέκειντο μολυσμοῖς. οὐκοῦν εἰ μή ἐστιν ἡ Γαλαάδ, ἆρα τίς ἐστιν ὁ φάναι τολμῶν, ὅτι καὶ οἱ θυσιάζοντες ἄρχοντες εἰς Γαλγὰλ ψευδεῖς ἦσαν, καὶ οὐκ ἀληθεῖς, - - - - - - - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - - - ὑψηλά, καὶ ἀπόβλεπτα τοῖς γλυπτοῖς ἀνιστάντες θυσιαστήρια, χελώναις ἐν ἴσῳ ταῖς κατ' ἀγρούς. χελώνας δὲ εἶναί φησιν, οὐχὶ δὴ τὰ ζῶα, μὴ τοῦτο νομίσῃς, ἀλλὰ γὰρ τὰς τῶν χωμάτων ἐγέρσεις, ἃς ποιοῖντο τινές, εἰς βουνοὺς ἀναλαμβάνοντες τοὺς ὑδραγωγούς. μυρία δὲ ὅσα τοιαῦτα τοῖς γηπόνοις ἐσπούδασται. ἄρχοντας δέ φησι θυσιάζοντας, ἤτοι στρατηγούς, καὶ τῶν τακτικῶν ἡγουμένους, ἤγουν τοὺς ἐξ αἵματος Λευΐ, τὴν ἐκ νόμου φερομένους τὰς ἡγεμονίας. συναπώλισθον γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ λελατρεύκασι τοῖς γλυπτοῖς οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν. γέγραπται οὖν ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· πᾶς υἱὸς ἀλλογενὴς ἀπερίτμητος καρδίᾳ, καὶ ἀπερίτμητος σαρκὶ οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ἅγιά μου, ἐν πᾶσιν υἱοῖς ἀλλογενῶν, τῶν ὄντων ἐν μέσῳ οἴκου Ἰσραήλ· ἀλλ' ἢ οἱ Λευῖται, οἵτινες ἀφήλαντο ἀπ' ἐμοῦ ἐν τῷ πλανᾶσθαι τὸν Ἰσραὴλ ἀπ' ἐμοῦ, κατόπισθεν τῶν ἐνθυμημάτων αὐτῶν, καὶ λήψονται τὴν ἀδικίαν αὐτῶν.

Καὶ ἀνεχώρησεν Ἰακὼβ εἰς πεδίον Συρίας, καὶ ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικί, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο.

A Igitur supra de Galaad dixit Deus. [Ibi contempsit me Galaad, ciuitas operans vana.] hoc est, idola. Incolæ enim illius idolorum artifices erant. De altera verò, [Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi odi eos propter malitias adinuentionum eorum.] Non erit abs re nonnulla proferre in medium, quæ Galaaditis acciderunt: sic enim sensus verborum adductorum liquebit. Phulas rex Assyriorum qui primus Samariam adortus est, B veluti primitias sibi fecit duas tribus trans Iordanem, omnésque earum vrbes subegit, & ante alias Galaad. Horum velut in transitu meminit Deus, dicens: [Si Galaad non est.] Si non est, inquit, & nunc salua non est Galaad: si & perijt, non est ex ea Ephraim redarguere petulantiam, quia nunc non videtur, nam & sacrificantes principes in Galgal mendaces erant, & non veri. Galgal oppidum est trans Iordanem, in quam C parui, & magni confluentes, sese idololatriæ sordibus inquinabant. Itaque si non est Galgal, num quis dicere audet, etiam sacrificantes principes in Galgal falsos ac non veros fuisse? - - - - - - - - - - - - - -

- - - - - - excelsa & conspicua simulacris erigentes altaria, similia testudinibus in agro. Testudines esse dicit, non illa animalia, caue putes; sed aggeres excitatos, quos quidam ad aquam in colles deriuandam fa- D ciunt: innumera enim huiusmodi ab agricolis sollerter excogitata sunt. Principes autem sacrificantes nominat, aut exercitui præfectos, & disciplinæ militaris duces: aut certè ex familia Leui procreatos, penes quos erat ex lege principatus: nam & ipsi cum aliis lapsi, seruierunt sculptilibus non pauci numero. Scriptum est igitur apud Ezechielem. [Ideo hæc dicit Dominus, omnis filius alienigena circumcisus corde, & incircumcisus E carne, non ingredietur in sancta mea in omnibus alienigenis qui sunt in medio domus Israel: sed Leuitæ, qui resiluerunt à me, cùm erraret Israel à me post cogitationes suas, & accipient iniquitatem suam.

Osee 6.

Osee 5.

Et recessit Iacob in campum Syriæ, & seruiuit Israel in vxore, & in vxore custodiuit.

cxliii. Ad primæui patris germanitatem, bonitatémque, & ex eo progenitorum stultitiam, & impietatem considerandam redit, & illius in paruis rebus tolerantiam velut admiratur. Deinde eam ipsam ad reprehensionem ignauiæ decem tribuum in rebus maximis accommodat. Quomodo enim non esset admirationi Iacob, qui adeò molestos, & vix sufferendos labores exhausit, & propter vxores ducendas in mercenarii loco Laban seruire non recusauit? Sed (Gen. 29.) quamuis primi parentis merces exigua fuerit, connubium videlicet, vt dixi, custodiuit tamen, & seruauit fidem, qui ei matrimonium promisit. Laborauit autem non pro patria, aut terra, aut domo sua: sed aduena, & in peregrina regione commorans. Et talis quidem erat Iacob. Videamus nunc peccata posterorum Israel. Non in alienam regionem missi, sed in ea quam armis compararant collocati sunt: & cùm Ægyptiis seruirent, sudorúmque suorum nullam mercedem acciperent aliquādo, virtute Dei è regione opprimentium se discesserunt, & in terra patribus promissa consederunt. Non iis nuptiæ cum muliercula, vt captanti nuptias in mercedis loco sunt propositæ: sed omnis boni copia potius, terra fluēns lacte & melle, debellatio aduersariorum, gloria & diuitiæ, & hinc promanantia decora, & quid non tandem, quod ad felicem statum, deliciasque spectaret? Sed non custodierunt, Transgressi sunt enim, custodiam planè in minimis ponentes. Manifestum igitur, longissimè à patrum probitate remotos, nec illis impertitæ gratiæ participes futuros; iustus est enim iudex.

Et in Propheta eduxit Dominus Israelem ex terra Ægypti, & in Propheta seruatus est.

cxliv. Hoc loco causam nobis aperit, quare Israel præscriptum sibi mandatum non seruauerit, & Deum contempserit, dicentem, (Exod. 20.) » [non erunt tibi » dii alii præter me.] & quare eximia patrum studia æmulari noluerit. Obiurgat enim Israelitas, quod se humano regno ex asse subiicerent, cùm tamen regnaret super ipsos Deus per Prophetas sanctos, & nihil eis ad prosperitatem deesset. Meminimus enim, superstite adhuc, & prophetante Samuele, eos regem postulasse.

A Ὑπονοστεῖ δὴ πάλιν ὁ λόγος εἰς βάσανον τῆς τε τοῦ προπάτορος γνησιότητος, καὶ ἐπιεικείας, καὶ τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων σκαιότητός τε, καὶ δυσσεβείας. θαυμάζει δὲ ὥσπερ τὸ ἐπὶ μικροῖς ἐκείνου τλησιπαθὲς, εἶτα παραφέρει τὸ χρῆμα πρὸς ἔλεγχον τῆς ἐπὶ μεγίστοις ῥαθυμίας τῶν δέκα φυλῶν. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτό τις τὸν Ἰακὼβ, τὸν οὕτω πικρὸν, καὶ δύσοιστον ἀνατλάντα πόνον, καὶ τὸ θητεύειν παρὰ Λάβαν οὐ παραιτησάμενον ἐπὶ γυναιξὶ καὶ γάμοις; ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸς κομιδῆ προπάτορος B ὁ μισθὸς (γάμος γὰρ ἦν, ὡς ἔφην) πλὴν ἐφυλάξατο, καὶ τετήρηκε τὴν πίστιν παρὰ τοῦ τὸν γάμον ὑπεσχημένου. πεπόνηκε δὲ οὐδὲ ἐπὶ οἰκείας πόλεως ἢ γῆς, ἢ ἑστίας, ἀλλ' ὢν ἐπηλύτης, καὶ διατρίβων ἐπ' ἀλλοδαπῆς. καὶ ἦν μὲν τοιοῦτος ὁ Ἰακὼβ, ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἐγκλήματα. οὐκ εἰς ὀθνείαν ἐπέμπετο γῆν· ἀλλ' ἐν δορυκτήτου μοίρᾳ κείμενος, θητεύων Αἰγυπτίοις, καὶ ἄμισθον ὑπομένων ἱδρῶτα, ποτὲ δυνάμει Θεοῦ τῆς τῶν πλεονεκτούντων ἀπήλλαξέ τε χώρας, καὶ C ἐκάθιζεν εἰς γῆν τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην. οὐ γάμος ἦν αὐτοῦ γυναικὸς προκείμενος εἰς ἀντέκτισιν, ὡς τετηρηκότι τὸν γάμον, χορηγία δὲ μᾶλλον ἀμφιλαφὴς παντὸς ἀγαθοῦ, γῆ ῥέουσα γάλα, καὶ μέλι, τὸ καταθλεῖν δύνασθαι τῶν ἀνθεστηκότων, δόξα τε καὶ πλοῦτος, τε τὰ ἐντεῦθεν αὐχήματα, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τὸ τῶν εἰς εὐημερίαν καὶ τρυφήν; ἀλλ' οὐκ ἐφυλάξατο. παραβέβηκε γὰρ, ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου τὴν τήρησιν. D πρόδηλον οὖν, ὅτι τῆς τῶν πατέρων ἐπιεικείας κατόπιν ἰόντες, καὶ τοῦτο ἀμέτρως, οὐδὲ τοῖς ἐκείνοις ἐκνεμηθείσης φειδοῦς ἐν μεθέξει γενήσονται. δίκαιος γὰρ ὁ κριτής.

Καὶ ἐν Προφήτῃ ἀνήγαγε Κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐν Προφήτῃ διεφυλάχθη.

Τὴν αἰτίαν ἡμῖν ἐν τούτοις διασαφεῖ τοῦ μήτε φυλάξαι τὸν Ἰσραὴλ τὴν ὁρισθεῖσαν ἐντο- E λὴν, καὶ καταφρονῆσαι τοῦ Θεοῦ λέγοντος, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, καὶ τοῦ μὴ ἐθέλειν ταῖς τῶν πατέρων ἐπιεικείαις διαμιλλᾶσθαι φιλεῖν· ἐπιπλήττει γὰρ, ὅτι γεγόνασιν ὅλως οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὑπὸ τὴν ἀνθρώπων βασιλείαν, καὶ τοι βασιλεύοντος αὐτῶν τοῦ Θεοῦ διὰ Προφητῶν ἁγίων καὶ ἐκλελοιπότος αὐτοῖς οὐδενὸς, εἰς τὸ εἶναι μακαρίους. μεμνήμεθα γὰρ ὅτι περιόντος τε, καὶ προφητεύοντος ἔτι τοῦ μακαρίου Σαμουὴλ ἐζήτησαν βασιλέα.

καὶ περὶ τούτου ὁ θεὸς ὠργίζετο, καὶ ὡς ὑβρισμένος οὐ μετρίως λελύπηται μὲν, πλὴν ἀνέδειξε τὸν Σαοὺλ. ἐγκαλοῦσιν αἰτιᾶται λίαν, ὅτι γεγόνασιν ὅλως ὑπὸ τὴν ἀνθρώπων βασιλείαν, οὐκ ἀναχόμενοι τὸ παρὰ θεοῦ διὰ Προφητῶν βασιλεύεσθαι. ἔσωσε μὲν γὰρ ὁ θεὸς, φησὶ, τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐξήγαγεν, μεσιτεύοντος Μωϋσέως, ὃς καὶ γέγονε Προφήτης, καὶ Προφητῶν ἀρχή· καὶ οὐκ ἐξήγαγε μόνον ἐξ Αἰγύπτου, φησὶ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τετήρηκε. μεμενήκασι γὰρ ἐπὶ τῇ φύσει, καὶ ἀληθῶς λατρεύειν θεῷ. ἐπειδὴ δὲ γεγόνασιν ὑπὸ βασιλέας, τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης ἐξώκειλαν, πρῶτος μὲν γὰρ ᾠκοδόμησε Σολομῶν καὶ βωμοὺς, καὶ τεμένη τοῖς Βααλείμ. εἶτα μετ᾽ αὐτὸν ὁ ἐπάρατος Ἱεροβοὰμ τὰς χρυσᾶς ἐποίει δαμάλεις. αἰτιᾶται τοίνυν ὡς παγκάλην οἰκονομίαν οὐ τετηρηκότας, τὸ γὰρ παρὰ θεοῦ, φημὶ, διὰ Προφητῶν βασιλεύεσθαι, τὸ δὲ ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν ἀνθρώπων αἱρησαμένους, ὃ δὴ καὶ γέγονεν αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας πρόξενον.

A Quod indignè tulit Deus, & se spretum esse indoluit: veruntamen Saul designauit. Accusat igitur eos maiorem in modum, vt totos humano regi subiectos, nec Dei imperium per Prophetas sustinentes. Saluauit enim, inquit, Deus Israelem, & de domo seruitutis eduxit ministerio Mosis Prophetæ, & Prophetarum antesignani. Nec solùm ex Ægypto eduxit, inquit, sed etiam custodiuit: in vero enim, & natura Deo colendo perstiterunt. Postquam autem sub regno fuerunt, dilectioni erga Deum valedixerunt. Primus enim Salomon & aras, & delubra Baalim ædificauit. Post eum detestandus Hieroboam vitulos aureos fecit. Conqueritur ergo, vt qui pulcherrimam œconomiam non seruauerint, vt à Deo per Prophetas regerentur: sed sub hominum potestatem se tradere maluerint, quod eos ad apostasiam quoque perduxit.

1. Reg. 8. — Exod. 13. — 3. Reg 11. — 3. Reg 12.

Ἐθύμωσεν Ἐφραὶμ, καὶ παρώργισε, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτὸν ἐκχυθήσεται, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει Κύριος αὐτῷ.

Ad iracundiam concitauit me Ephraim, & irritauit, & sanguis eius super ipsum effundetur, & opprobrium eius retribuet Dominus ipsi.

Ὅτι πικρὸν, καὶ ἐπισφαλὲς, καὶ ὀλέθρου παραίτιον γέγονε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὸ ἑλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τὴν τῶν ἀνθρώπων εἶναι βασιλείαν, ἐν τούτοις ἡμῖν εὖ μάλα πειρᾶται δεικνύειν. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ Ἐφραὶμ, τουτέστιν, ὁ ἐκ φυλῆς Ἐφραὶμ Ἱεροβοὰμ, ἐμὲ τὸν τῶν ὅλων δεσπότην τεθύμωκε, καὶ παρώργισε, καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἐκάλεσε παροξυσμοῦ, χρυσοτομήσας δαμάλεις, καὶ τὸ ἐμὸν αὐτοῖς αὔχημα περιθείς. τοιγάρτοι παραίτιος αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ γέγονεν ἀπωλείας. ἐπ᾽ αὐτὸν γὰρ ἥξει τὸ αἷμα αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ, ὅτε τὰς δαμάλεις ἔστησεν εἰς Βαιθὴλ τε, καὶ Δὰν, προσαπεφώνηκε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ· ἱκανούσθω ὑμῖν τὸ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ. ἰδοὺ οἱ θεοί σου, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, τούτου τοι λοιπὸν, καὶ μάλα εἰκότως, ἀποτίσει φησὶν ἐμοὶ τῷ κρίνοντι τοῦ ὀνειδισμοῦ τὰς δίκας. ὕβρις γὰρ ἄντικρυς, καὶ ὀνειδισμοὶ ὁμολογουμένως εἰς θεὸν, τὸ ὕλαις ἀψύχοις ἀναθεῖναι τολμᾶν τὰ δι᾽ αὐτοῦ γεγονότα λαμπρὰ, καὶ ἀξιοθαύμαστα κατορθώματα. οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτοῦ τοῦ Ἐφραὶμ ὀνειδισμὸν, τουτέστιν, ἰσομέτρως ταῖς αὐτοῦ δυσφημίαις, καὶ ἀνοσίοις φωναῖς, τὰ ἐξ ὀργῆς ἀντιπενεχθήσονται. ὥσπερ γὰρ ἴσον ἥκει εἰς ἐγχείρημά τε, καὶ λόγους, τῆς αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπούσης δόξης ἐξώσθη θεός·

CXLV. Triste, periculosum, & perniciosum fuisse Israeli, quod sub hominum regno esse præoptauerit, his verbis conatur nos docere planissimè. Ecce enim, inquit, Ephraim, hoc est, Hieroboam, qui fuit de tribu Ephraim, me vniuersorum Dominum [ad iracundiam concitauit, & irritauit,] omnimodis exacerbauit, fabricatis vitulis nouis, & gloria mea in illos collata. Proinde ipse exitium sibi peperit. Super ipsum enim veniet sanguis eius. Quia enim vitulis in Bethel, & Dan erectis denunciauit Israelitis, ita loquens, [Sufficiat vobis ascendere in Hierusalem. Ecce dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti,] idcirco, inquit, & iure optimo, mihi iudici huius probri, & contemptus pœnas persoluet. Aperta est namque iniuria, & omnium confessione opprobratio in Deum, materiæ inanimæ attribuere audere, quæ ab ipso splendidè, & cum admiratione patrata sunt opera laudabilia. Quamobrem secundùm ipsius Ephraim probrum, hoc est, proportione eius blasphemiarum, & impiorum sermonum ab irato Deo illi vicissim supplicia irrogabuntur. Quemadmodum enim qua facto, quà verbo sibi, & soli conuenienti gloria pulsus

3. Reg. 12.

est Deus: sic & ipse suo principatu pelletur. Desinet enim aliquando regnum Ephraim. Nam vt suprà docui, post reditum è Babylone, nemo amplius super decem tribus in Samaria regnauit: sed Hierosolymis erant sub vno omnes, oriundo ex iis, qui de tribu Iuda antea regnauerant.

οὕτω καὶ αὐτὸς τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἐξωσθήσεται. πεπαύσεται γὰρ κατὰ καιροὺς ἡ βασιλεία τοῦ Ἐφραΐμ. ὡς γὰρ ἤδη προεῖπον, μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐδεὶς ἔτι βεβασίλευκεν ἐν Σαμαρείᾳ τῶν δέκα φυλῶν· ἀλλ' ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὑφ' ἕνα πάντες, τῶν ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλευσάντων.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Iustificationes eius accepit ipse in Israel, & posuit eas Baal, & mortuus est. Et apposuerunt vt peccarent adhuc. Et fecerunt sibi conflatile ex argento ipsorum, secundùm imaginem idolorum, opera artificum confecta eis.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Δικαιώματα αὐτοῦ ἔλαβεν αὐτὸς ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ ἔθετο αὐτὰ τῇ Βάαλ, καὶ ἀπέθανε. καὶ νῦν προσετίθετο τοῦ ἁμαρτάνειν ἔτι. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς χώνευμα ἐκ τοῦ ἀργυρίου αὐτῶν, κατ' εἰκόνα εἰδώλων, ἔργα τεκτόνων συντετελεσμένα αὐτοῖς.

CXLVI. NON separatim decem tribus, sed vniuersum Israel incusat, & ait, iustificationibus, ipsis per Mosen traditis, quibus erudiebantur quo pacto Deum colerent, & quemadmodum illi sacrificarent, eos talia propemodum Baal, siue idolis consecrasse: Ex parte enim nonnunquam totum significat. Non enim amplius Deo, sed potius operibus manuum suarum sacra fecerunt, & ipsis dies festos peregerunt, diuinúmque cultum adhibuerunt, & primitias, adorationem, dona gratitudinis ergô obtulerunt: & gloria sua Deum spoliantes, eam sculptilibus dicauerunt. Sed hæc cùm fecisset Israel, inquit, [mortuus est, & rursum apposuerunt, vt peccarent.] Ac si dicat, Punitus est post factum, deletus est post hos ausus, sensit indignationem Domini pœnas vltionis errantium sanguini infligentis. Et à stoliditate sua neutiquam cessauit: quinimo in aliis, & paribus sceleribus deprehendi potest. Legi enim in Numeris, fornicatos esse filios Israel, ad voluptates illegitimas inflammatos, & Moabitarum feminis adhæsisse. Quod facinus atrocissimè luerunt. Sic enim habet Scriptura. Num. 25. [Et diuertit Israel in Setim, & contaminatus est populus, vt fornicaretur in filios Moab. Et vocauerunt eos ad sacrificia idolorum suorum: & comedit populus de sacrificiis eorum, & adorauit idola eorum, & initiatus est Israel Beelphegor, & iratus est furore Dominus Israeli, & dixit Dominus Mosi, Accipe omnes duces populi, & traduc eos Domino contra solem, & auertetur

ΟΥΚ ἀνὰ μέρος ἐν τούτοις τὰς δέκα φυλάς, ἀλλ' ὅλον αἰτιᾶται τὸν Ἰσραήλ, καί φησιν, ὅτι δικαιώματα αὐτοῖς δοθέντων διὰ Μωσέως, δι' ὧν ἐπαιδεύοντο, τίνα χρὴ τρόπον θεραπεύειν τὸν θεόν, ὅπως τε δεήσει προσάγειν θυσίας, αὐτοὶ τὰ τοιάδε μονονουχὶ τεθεικασι τῷ Βάαλ, ἤγουν τοῖς εἰδώλοις. ἀπὸ μέρους γὰρ ἔσθ' ὅτε σημαίνει τὸ πᾶν. τεθύκασι γὰρ θεῷ μὲν οὐκέτι, μᾶλλον δὲ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν αὐτοῖς ἐπετέλεσαν τὰς ἑορτάς, καὶ προσῆγον τὴν λατρείαν, τὰς ἀπαρχάς, τὴν προσκύνησιν, τὰ δῶρα τὰ χαριστήρια· καὶ δόξης ἰδίας ἀποστεροῦντες θεόν, ταύτην ἀνέθεσαν τοῖς γλυπτοῖς. ἀλλὰ τοῦτο ποιήσας ὁ Ἰσραήλ, ἀπέθανε, φησί, καὶ πάλιν προσετίθετο τοῦ ἁμαρτάνειν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, κεκόλασται δεδρακώς, ὤλετο, ἀπώλετο) τολμήσας. ἔγνω τοῦ δεσπότου τὴν ἀγανάκτησιν, εἰς αἷμα τὴν δίκην τοῖς πλανωμένοις ἐπάγοντος. καὶ τῆς ἑαυτοῦ σκαιότητος κατέληξε μὲν οὐδαμῶς. ἁλοίη δ' ἂν μᾶλλον ἐφ' ἑτέροις τε, καὶ ἴσοις ἐγκλήμασιν. ἀνέγνωμεν γὰρ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, ὅτι πεπορνεύκασιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ἐκκεκαυμένοι πρὸς ἐκτόπους ἡδονάς, καὶ ταῖς τῶν Μωαβιτῶν προσέκειντο γυναιξίν. εἶτα, δίκας ἐπὶ τούτῳ τὰς ἁπασῶν ἐσχάτας ἐξέτισαν. ἔχει δὲ οὕτω τὰ γεγραμμένα. καὶ κατέλυσεν Ἰσραὴλ ἐν Σεττίμ, καὶ ἐβεβηλώθη ὁ λαὸς ἐκπορνεῦσαι εἰς τὰς θυγατέρας Μωάβ, καὶ ἐκάλεσαν αὐτοὺς εἰς τὰς θυσίας τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἔφαγεν ὁ λαὸς τῶν θυσιῶν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ, καὶ ὠργίσθη θυμῷ κύριος τῷ Ἰσραήλ. καὶ εἶπε κύριος τῷ Μωυσῇ, λάβε πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς κυρίῳ, ἀπέναντι τοῦ ἡλίου, καὶ

Sed esto, inquit, erraueritis, sculptilibusque, & conflatilibus Diis venerationem tribueritis, quare etiam humano sanguine illorum aras imbuistis? Legimus in libris Regum, filium Ioathan fuisse Achaz, qui regnauit super Iudam. [Ambulauit verò in via regum Israel, & adoleuit incensum in excelsis, & transtulit filium suum per ignem,] & ex se ortum ac genitum dæmonibus sacrificauit. Et quia ista fecerunt, erunt, inquit, [vt nubes matutina, & vt ros, vt puluis, vt vapor ex camino, seu vaporario,] hoc est, cùm ad breue tempus apparuerint, in exitium abibunt, & in nihilum euanescent. Nubes enim matutina, hoc est, nebula, ros item, & puluis, & vapor ex camino facilè difflantur, & pauxillo tempore, imo hora vna dissipantur. Qualis enim aut pulueris, aut roris, aut ex fumo constantis vaporis subsistentia?

4 Reg. 16

Ego autem Dominus Deus tuus, firmans cælum, & creans terram, cuius manus creauerunt vniuersam militiam cæli, & non ostendi tibi ipsa vt ambulares post ea.

Tom. 7.

CXLVIII

Perpetuò fere falsarum opinionum turpitudo reprehenditur, vera notitia in medium producta, & quasi cum lumen in nocte, & in tenebris resplendet, sermone ad probas cogitationes instituente. Israelitas igitur, vt extrema repletos insipientia, ad extremam progressos miseriam, conflatilibus, & operibus artificum verè & naturâ Deo præterito adoratis insectatur, dicens, se esse qui cælum firmauerit, & terram stabiliuerit, & astra fecerit. Exprobrat autem, quod vt putidum quiddam prætermittentes, per ea quæ facta sunt posse factoris gloriam cognoscere, iis ad errorem suum abusi sint. Ait enim, non ideo facta, vt de diuina gloria aliquid imminuant, à mortalibus dii existimata: sed vt, quemadmodum ait Scriptura sacra, ex magnitudine, & pulchritudine creaturarum, proportione mens intelligentium sursum ad conditoris virtutem, & opificium quantum fieri potest euehatur. Itaque non ostendit nobis opifex creaturam, vt adoretur à nobis. Hinc & testificatus est per Mosen, [Et ne, cùm respexeris in cælum, & videris solem, & lunam, & stellas,

Rom. 1.

Deut. 4.

ἀλλ' ἔστω, φησί, πεπλάνησθε, καὶ τοῖς γλυπτοῖς τε, καὶ χωνευτοῖς τετιμήκατε Θεοῖς. ἵνα τί καὶ αἵμασι τοὺς ἐκείνων βωμοὺς κατεδεύσατε; ἀνέγνωμεν δὲ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ὅτι γέγονεν Ἰωάθαν υἱὸς Ἀχὰζ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν. πεπόρευται γε μὴν ἐν ὁδῷ βασιλέων Ἰσραὴλ, καὶ ἐθυμία μὲν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. διήγαγε δὲ καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν ἐν πυρὶ, καὶ τοῖς δαιμονίοις κατέθυσε τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα, καὶ γεγεννημένον. ἐπειδὴ δὲ τοιαῦτα δεδράκασιν, ἔσονται, φησὶν, ὡς νεφέλη πρωϊνὴ, καὶ ὡς δρόσος, ὡς χνοῦς, καὶ ὡς ἀτμὶς ἐκ καπνοδόχης, τουτέστιν, ὀλίγον ὀφθέντες, οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν, καὶ βαδιοῦνται πρὸς τὸ μηδέν. νεφέλη γὰρ πρωϊνὴ, τουτέστιν, ἀχλὺς, δρόσος τε, καὶ χνοῦς, καὶ ἀτμὶς ἐκ καπνοδόχης, εὐδιάρριπτά ἐστι, καὶ ἐν ὀλίγῳ παντελῶς διασκίδνανται χρόνῳ, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ὥρᾳ μιᾷ. ποία γὰρ ὑπόστασις ἢ χνοὸς, ἢ δρόσου, ἤγουν τῆς ἐκ καπνοῦ συνισταμένης ἀτμίδος;

Ἐγὼ δὲ κύριος ὁ Θεός σου, ὁ στερεῶν τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίζων γῆν, οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ, τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν.

Ἐλέγχεταί πως ἀεὶ τῆς ψευδοδοξίας τὸ ἀκαλλὲς τῆς ἀληθοῦς γνώσεως εἰς μέσον ἐνηνεγμένης, καὶ οἱονεὶ φωτὸς ἀναλάμποντος ὡς ἐν νυκτὶ, καὶ σκότῳ, τοῦ πρὸς ὀρθότητα λογισμῶν παιδαγωγοῦντος λόγου. ὅτι τοίνυν τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ἀναπιμπλάμενοι δυσβουλίας, ἀθλιότητος εἰς λῆξιν ἰόντες τὴν ἀνωτάτω, χωνεύματά τε, καὶ τεκτόνων ἔργα τετιμήκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, τὸν ἀληθῶς, καὶ φύσει παρατρέχοντες Θεὸν, ἀπελέγχει, λέγων, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς, ὁ στερεῶν οὐρανὸν, διαστηριξάμενος δὲ καὶ γῆν, καὶ τῶν ἄστρων ὁ ποιητής. κατονειδίζει δὲ, ὅτι παρέντες ὡς ἕωλον τὸ διὰ τῶν γεγονότων δύνασθαι τὴν τοῦ πεποιηκότος δόξαν ἀναμαθεῖν, πρόφασιν αὐτὰ τῆς οἰκείας πεποίηνται πλάνης. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο γεγόνασιν, ἵνα τὴν θείαν ἀδικῶσι δόξαν, ἐν ὑπολήψει θεῶν εἰλημμένα τοῖς ἐπὶ γῆς. ἀλλ' ἵν', ὡς ἔφη τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ἀπὸ μεγέθους, καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ἀναθεωροῖ τῶν συνιέντων ὁ νοῦς εἰς κατάληψιν τὴν ἐνδεχομένην τῆς τοῦ πεποιηκότος δυνάμεώς τε, καὶ τέχνης. οὐκοῦν οὐ παρέδειξε τὴν κτίσιν ἡμῖν ὁ δημιουργὸς, ἵνα προσκυνῆται πρὸς ἡμῶν. καὶ γοῦν καὶ προδιεμαρτύρατο λέγων διὰ Μωσέως. καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας,

καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς A προσκυνήσῃς αὐτοῖς, καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. οἱ δὲ τὰ ἐκνεμηθέντα πρὸς καιρῶν ἐπίδειξιν, καὶ ἐν φωστήρων τάξει κατεσταμένα Θεοὺς ὠνόμαζον, καὶ προσκυνεῖν ἀπετόλμων, καὶ τὰ ἔτι τούτων αἰσχίονα ζητοῦντες οἱ δείλαιοι, χωνεύματά τε, καὶ ξύλα τετιμήκασιν ὡς Θεούς, τὴν χαλκουργῶν καὶ τεκτόνων προσκυνοῦντες τέχνην. B

Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ Θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ, καὶ σώζων οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀοικήτῳ, κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν.

Πολὺς ἐν τούτοις τῆς ἀναισθησίας ὁ ἔλεγχος, καὶ τέθεινται στοιχηδὸν τῆς ἐπικουρίας οἱ τρόποι, τῆς ἀχαριστίας τὴν ἐξ Ἰσραὴλ καταδεικνῦντες τὸ μέγεθος. ἐλέγχει δὲ, οὐκ ἠγνοηκότας, ὥς γε οἶμαι, πόθεν, ἀλλ' ὡς ἐκ πολλῶν ἄγαν σκαιό- C τητος, καὶ λογισμοῦ νενευκότας εἰς ἀναισθησίαν, μονονουχὶ καὶ εἰς λήθην ὑπενηνεγμένους, ὧν ἔδει μεμνῆσθαι διαπαντός. ὁ μὲν γὰρ ἐπάρατος Ἱεροβοάμ, τὰς δαμάλεις αὐτοῖς ἀναστήσας, ἔφασκεν, οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. οἱ δὲ, καίτοι γινώσκοντες, ὅτι μὴ ἑτέρου τινὸς, ἀλλὰ Θεοῦ κατόρθωσις ἦν τὸ χρῆμα αὐτοῖς, χειροκμήτοις δαμάλεσι προσῆγον τὰ χαριστήρια, καὶ αὐταῖς ἀνάπτειν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀλλήλοις ἀ- D νέπειθον τὴν θείων κατορθωμάτων τὴν ὑπεροχήν. Οὐκοῦν ὡς ἐξ οἴνου Σοδόμων μεμεθυσμένους, μονονουχὶ διαπλήττει λέγων, ὅτι τε αὐτὸς εἴη Θεὸς, ὁ καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐξενεγκὼν, καὶ προστεταχὼς διὰ Μωσέως, ὡς, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, καὶ ὅτι μόνος αὐτὸς ὁ σώζων ἐστὶ, καὶ ἀνιδρωτὶ κατορθῶν πᾶν ὅπερ βούλοιτο, αὐτὸς ὁ τροφορήσας κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ πηγὰς μὲν ὑδάτων ἀνεὶς, καθεὶς δὲ τὸ μάν- E να, καὶ ἄρτον ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ δωρούμενος, καὶ ὡς ἐν τάξει ποιμένος ἀγαθοῦ καταβόσκων εἰς εὐθηνίαν, κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν, ἤτοι τὰς ἀπάρσεις. ἀνενδεεῖς γὰρ ἦσαν παντὸς ἀγαθοῦ κατὰ τὴν ἔρημον οἱ ἐξ Ἰσραήλ, καίτοι τόπους ἐκ τόπων ἀεὶ μεταμείβοντες, καὶ ἐν γῇ τραχείᾳ καὶ ἀκάρπῳ καταυλιζόμενοι. χρὴ δὲ οὖν ἄρα μεμνῆσθαι διὰ παντὸς, ὧν ἂν ἔχοιμεν παρὰ Θεοῦ,

& omnem ornatum cæli, deceptus adores ea, quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus gentibus quæ sub cælo sunt.] Illi vero distributa ad indicationem temporum, & ad illuminandum orbem constituta deos appellabant, & precibus ea colere non reformidabant. Quin his adhuc infanda magis quærentes miseri, futilia, & ligna in deorum loco honorabant, fabrorum ærariorum, aliorúmque artificum artificia adorantes.

Et ego eduxi te de terra Ægypti, & Deum præter me non cognosces, & saluator non est absque me. Ego pascebam te in solitudine, in terra inhabitabili secundum pascua eorum.

Multa inest in his stuporis, ac dementiæ redargutio, ponuntúrque ordine auxiliorum genera, quibus Israelitæ omnium ingratissimi conuincuntur. Reprehendit autem, non vt ignorantes, opinor, vnde in ea loca venissent: sed vt ex magna stoliditate, & stupore quasi eorum obliuione captos, quorum perpetuam conseruare memoriam debuissent. Detestabilis quippe Hieroboam, vitulis propositis aiebat, [Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.] Ast illi, quanquam nossent id non ab aliquo alio, sed à Deo insigniter gestum, nihilominus vitulis manufactis gratias referebant, & se mutuò nescio quomodo ad diuinorum miraculorum excellentiam ipsis adscribendam cohortabantur. Quare tanquam vino Sodomorum inebriatos pœne vulnerat, dicens, seipsum esse manifestè, qui & è [domo seruitutis] eos eduxerit, & per Mosen ita mandauerit, [Non erunt tibi dii alii præter me:] & solum se esse qui saluet, & citra laborem probè faciat quod voluerit: se, qui in solitudine alimoniam prouiderit: & in terra deserta, inuia, & inaquosa fontes aquarum produxerit, manna demiserit, panémque Angelorum de cælo donauerit, & instar boni pastoris eos in abundantia, secundùm pascua eorum, siue secundum profectiones pauerit. Nihil quippe bonorum omnium in deserto filiis Israel defuit, quantumuis locum loco semper mutarent, & in terra horrida, atque infructuosa castra metarentur. Semper igitur accepta à Deo bona in memoria habenda sunt,

Gen. 2.

CXLIX.

3 Reg. 12.

Deut. 32.

Exod. 13.

Exod. 20.

Num. 20. Exod. 16. Psal. 77.

eorúmque obliuio quàm longissimè repellenda ab animo, quoniam exitium parit, & Deum omnis nostræ felicitatis auctorem ad indignationem prouocat. Ingratus enim etiam est blasphemus, vt à quodam sapienter dictum est.

Et repleti sunt saturitate, & exaltata sunt corda eorum: propter hoc obliti sunt mei.

Quemadmodum medicorum experientissimi diligentissimè circumspectis morborum caussis, eos auxiliis ab arte petitis depellere contendunt: ita sanè vniuersorum Deus, mentem, & cor introspiciens, causas morborum nostrorum perscrutatur, & ita demum ægrotum animum medicamentis conuenientibus componit ac sanat. Castigat igitur Israelitas, qui ex rebus admodum florentibus & secundis omnia ipsis vitæ præsidia suppeditantis, & quibuscunque conspicuis lucem suam dare scientis obliti sint: quanquam claris verbis lex eos ita præmonuerit. [Caue tibi, ne obliuiscaris Domini Dei tui, vt non custodias mandata eius, & iudicia eius, & iustificationes eius, quæcunque ego præcipio tibi hodie. Ne post quam comederis, & satiatus fueris, & domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, & ouibus tuis, & bobus tuis multiplicatis tibi, argento & auro multiplicatis tibi, eleuetur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, ex domo seruitutis, qui duxit te per desertum magnum, & terribile illud, vbi serpens mordens, & scorpio, & dipsas, vbi non erat aqua.] (Deut. 8.) Luxus enim, & bonorum inexspectatorum splendor, satis magnam vim habent, vt nos in obliuionem Dei abducant, & ad quiduis illegitimum humanum animum dissoluant. Ad probationem sufficiet, vt existimo, Israel, qui resiluit, & felicitatis suæ copiam tam grauis morbi occasionem inuenit. Lubricum igitur quiddam, & moderatu difficile res lætæ, & quasi via plana ad defectionem à Deo. Multò autem melior moderata tribulatio, quod sanctorum voces nobis testabũtur. Ait enim quidam, [Domine, in tribulatione memores fuimus tui. In tribulatione parua castigatio tua nobis.] Sapientissimus verò Paulus, omnis boni radicem, & originem nobis tribulationem proposuit, cùm dixit,

καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις λήθην, ὡς ἀπωτάτω ποιεῖσθαι φιλεῖν τῆς ἑαυτῶν διανοίας, ὡς ὀλέθρου πρόξενον, καὶ παροτρύνουσαν εἰς ἀγανάκτησιν τὸν ἁπάσης ἡμῖν εὐημερίας δοτῆρα Θεόν. ὁ γὰρ ἀχάριστος, καὶ βλάσφημος, κατά γε τὸ ὑπό του σοφῶς εἰρημένον.

Καὶ ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονὴν, καὶ ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. ἕνεκα τούτου ἐπελάθοντό μου.

Ὥσπερ οἱ τῶν ἰατρῶν ἐμπειρότατοι τὰς τῶν νοσημάτων εὖ μάλα περιαθροῦντες αἰτίας, τοῖς ἀπὸ τῆς τέχνης ἐπικουρήμασιν ἀναχαιτίζειν ἐπάγονται· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς εἰς νοῦν ἔσω, καὶ καρδίαν ὁρῶν, τὰς τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν αἰτίας περιεργάζεται, οὕτω τε λοιπὸν τοῖς καθήκουσι περιστέλλει φαρμάκοις τὸν ἀρρωστήσαντα νοῦν. αἰτιᾶται τοίνυν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς ἐκ τῆς ἄγαν εὐημερίας πρὸς λήθην ἐνηνεγμένους τοῦ πάντα αὐτοῖς χορηγοῦντος τὰ ζωαρκῆ· καὶ τὰ ὅσαπερ ἂν φαίνοιντο καταλαμπρύνειν εἰδότα· καίτοι προηγορευκότος τοῦ νόμου σοφῶς. πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἐπιλάθῃ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, τοῦ μὴ φυλάξαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον. μὴ φαγὼν, καὶ ἐμπλησθεὶς, καὶ οἰκίας καλὰς οἰκοδομήσας, καὶ κατοικήσας ἐν αὐταῖς, καὶ τῶν προβάτων σου, καὶ τῶν βοῶν σου πληθυνθέντων σοι. ἀργυρίου, καὶ χρυσίου πληθυνθέντων σοι, καὶ πάντων ὅσων σοι ἔσται πληθυνθέντων σοι, ὑψωθῇς τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐπιλάθῃ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, τοῦ ἐξαγαγόντος σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας· τοῦ ἀγαγόντος σε διὰ τῆς ἐρήμου, τῆς μεγάλης καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης, οὗ ὄφις δάκνων, καὶ σκορπίος, καὶ δίψα, οὗ οὐκ ἦν ὕδωρ. ἔχει γὰρ οὐκ ἀμηχάνως ἀεί πως ἡ τρυφὴ, καὶ τὸ ἀδοκήτοις ἡμᾶς ἐναβρύνεσθαι, καὶ εἰς λήθην ἡμᾶς ἀποφέρειν Θεοῦ, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων κατασείειν δύνασθαι τὸν ἀνθρώπινον νοῦν. ἀρκέσει δὲ, οἶμαι, πρὸς ἔλεγχον ἀποσκιρτήσας ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τὸ τῆς εὐημερίας πλάτος τῆς εἰς τοῦτο δεινῆς ἀρρωστίας εὑράμενος ἀφορμήν. σφαλερὸν οὖν ἄρα καὶ δυσδιοίκητον ἡ τρυφὴ, καὶ λεία τις ὥσπερ ὁδὸς εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. παρά γε πολὺ δὲ ἀμείνων ἡ σύμμετρος θλίψις. πιστοῦνται δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς αἱ τῶν ἁγίων φωναί. ὁ μὲν γάρ τις ἔφασκε. Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου· ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. ὁ δέ γε σοφώτατος Παῦλος, παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ ῥίζαν οἶδέ περ, καὶ γένεσιν τὴν θλίψιν ἐτίθει, λέγων.

ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου.

Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ὡς πάνθηρ, καὶ ὡς πάρδαλις. κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκτος ἀπορουμένη, καὶ διαῤῥήξω συγκλεισμὸν καρδίας αὐτῶν. καὶ καταφάγονται αὐτοὺς ἐκεῖ σκύμνοι δρυμοῦ, θηρία ἀγροῦ διασπάσει αὐτούς.

Ἐπειδὴ γὰρ τῆς εὐθηνίας τὸ πλάτος γέγονεν αὐτοῖς ὀλέθρου πρόξενον, καὶ ἀποστασίας ἀφορμὴ, ταύτητοι λοιπὸν αἱ θλίψεις ἐπάγονται, καὶ ἀναλόγως τοῖς ἀῤῥωστήμασι. τὰ γάρ τοι πολὺ νενοσηκότα τῶν σωμάτων, καὶ σεσηπότα λοιπὸν, εἴξειεν οὐδαμῶς ἠπίοις μὲν ἐπὶ φαρμάκοις. δέοιτο δ᾽ ἂν μᾶλλον καὶ σιδήρου, καὶ πυρός. οὐκοῦν ἐπειδήπερ τὸ τῆς θείας ἡμερότητος μέγεθος ὤνησεν ὀλίγα τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ (ἵνα μὴ λέγοιμι παντελῶς οὐδὲν) θηριοπρεπὴς αὐτοῖς ἀγριότης ἐπάγεται. ἑαυτὸν δὲ παρεικάζει τοῖς ὅτι μάλιστα τῶν θηρίων δεινοτάτοις, καὶ βοροῖς, καὶ πολὺ λίαν ἔχουσι τὸ εἰς ὠμότητα βλέπον. οὐχ ὅτι πάντως ἡ θεία τε, καὶ ἀπόῤῥητος φύσις γένοιτ᾽ ἂν ἐν τοιαύταις ὀργαῖς, ἀλλ᾽ ἐκεῖνό που τάχα διδάσκει πάλιν, ὅτι κεχρήσονται μὲν οἱ Ἀσσύριοι ταῖς οὕτως ἀκράτοις ὀργαῖς, ἀπάνθρωποί τε, καὶ ἀπηνέμονες (καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων;) γεγονότες ἀλώσονται. δόξειε δ᾽ ἂν εἶναι Θεοῦ τὸ περαινόμενον, ἐπείτοι γενέσθαι συγκεχώρηκεν αὐτὸς, τοῖς οὕτως ἀγρίως ἡμαρτηκόσι τὴν αὐτοῖς πρέπουσαν ὀργὴν ἐπαφείς. εὑρήσω τοίνυν αὐτοὺς, ὡς πάνθηρ, ὡς πάρδαλις. ἀποκομισθήσονται γὰρ εἰς τὴν Ἀσσυρίων. ἀπαντήσομαι δὲ αὐτοῖς καὶ ὡς ἄρκτος ἀπορουμένη, τουτέστιν, ἡ πεινῶσα τυχὸν, ἢ ἀλύουσα σφόδρα, τῶν σκύμνων ἐξηρημένων. τότε γὰρ μάλιστά φασι τῆς ἐμφύτου μανίας εἰς ἄκρον ἔρχεσθαι τὸ θηρίον. καὶ διαῤῥήξω συγκλεισμὸν καρδίας. συγκλεισμὸν ἐν τούτοις τὴν ἀσφάλειαν λέγει. ἀσφάλεια δὲ καρδίας τὸ θάρσος, ὅπερ ἂν ἔχοι τις κατ᾽ ἐχθρῶν. οὗ δὴ καὶ διεῤῥωγότος, τὰ ἐκ τῆς δειλίας εἰσκρίνεται πάθη, ὡς καὶ ἀμαχεὶ τοῖς ἐχθροῖς χαρίσασθαι τὸ νικᾷν. ὅμοιον οὖν ὡς λέγοι τυχὸν, εἰς ἐσχάτην αὐτοὺς καταστήσω δειλίαν, τῶν δι᾽ ἐναντίας πεινῶντί τε, καὶ ἠτεκνωμένῳ παρεικασθέντων θηρίων, φημὶ δὲ τῇ ἄρκτῳ. ὅτι δὲ καὶ τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας ἐναλόντες δεσμοῖς, καὶ εἰς τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀπενηνεγμένοι χώραν,

[Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio spem, spes autem non confundit.] Psallit & alicubi beatus Dauid, [Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.]

Et ero eis quasi panthera, & sicut pardalis. Per viam Assyriorum occurram eis sicut vrsa indigens, & disrumpam conclusionem cordis eorum. Et deuorabunt eos ibi catuli syluæ, bestiæ agri dilaniabunt eos.

Postquam enim rerum prosperitas perniciem illis creauit, desciscendique à Deo occasionem attulit, ideo deinceps tribulationes, morbis congruentes importantur. Corpora enim grauiter ægrotantia, & putrefacta, lenibus medicamentis neutiquam curabuntur: sed ferro, & igni opus est magis. Itaque quoniam diuinæ mansuetudinis magnitudo parum apud Israelitas, ne dicam nihil omnino profecit, feralis quædam atrocitas in eos immittitur. Seipsum verò bestiis longè acerrimis, & voracibus, magnáque immanitate perditis comparat. Non quia diuina, & inexplicabilis natura tales iras planè concipiat: sed illud fortasse præterea docet, Assyrios tam implacabili ira vsuros, inhumanósque, & immites, & quid non tandem huiusmodi? apparituros. Videri autem queat Dei opus esse, siquidem id permisit ipse, tam agrestes, & feros peccatores ira conuenienti persequens. Inueniam igitur eos vt panthera, vt pardalis. Deportabuntur enim in Assyriam. Occurram porrò eis etiam vt vrsa indigens, hoc est, esuriens forte, aut captis catulis vehementer tristis, & oberrans. Tunc enim potissimùm hanc belluam ferunt insitum furorem solere totum effundere. [Et dirumpam conclusionem cordis eorum.] Conclusionem appellat tutamen, seu præsidium: tutamen autem cordis est audacia, quam quis afferat contra hostes; qua dirupta, timoris affectus ingreditur, vt etiam citra pugnam hostibus victoriam concedat. Simile igitur est, ac si dicat fortasse, Ad extremam eos timiditatem adigam, aduersariis vrsam esurientem, & catulis orbatam imitantibus. Quod autem etiam captiuitatis irretiti vinculis, & in Assyriorum regionem abducti,

neutiquam à scelere declinaturi, sed eos etiam illuc prauitates ipsorum quasi secuturæ sint, ostendit, cùm addit. [Et deuorabunt eos ibi, catuli syluæ, bestiæ agri dilaniabunt eos.] Assyriorum enim populi intractabiles, catulis in syluis, siue saltubus propter insignem feritatem comparantur.

Dispersioni tuæ Israel quis auxiliabitur? vbi rex tuus iste? Et saluet te in omnibus vrbibus tuis. Iudicet te quem dixisti, Da mihi regem & Principem. Et dedi tibi regem in ira mea, & habui in furore meo congregationem iniquitatis.

CLII. Dixi iam, & paulò ante, incusasse Deum filios Israel, quia nihilominus humanum iugum maluerint, & sub Dei regno viuere abnuerint, tametsi super auos eorum, idque per Prophetas sanctos regnauisset. Dixit enim supra, [& in Propheta eduxit Dominus Israel ex Ægypto, & in Propheta seruatus est.] (Osee 12.) Vos autem, inquit, sub Deo agere nolentes, vrsistis beatum Samuelem in hæc verba. [Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in via tua. Et nunc constitue super nos regem, qui iudicet nos, sicut & alias gentes.] (1. Reg. 8.) Itaque quoniam bene tibi consuluisse videris, dum tibi regem instituisti, sicut habent cæteræ gentes, à quo defendereris, vbi nunc tandem est? En, tempus est, vti se exhibeat, gerat pro te bellum, arma fulgentia induat, tueatur vrbes, propugnet pro subiectis, profliget aduersarios, arceat strenuè vastatores domorum atque oppidorum. Sed occurres fortasse. Atqui constat me petisse, te autem dedisse, & vnxisse primum regem Saul. Est ita, inquit, sed [in ira dedi Principem, & habui in furore meo congregationem iniquitatis,] (1. Reg. 10.) vt iniuria abs te affectus, & propemodum ipso throno regni expulsus, quod quidem ad te attinet. Iratus sum etiam atque etiam. Veruntamen designaui, quamuis eam rem scirem non esse necessariam, & conducibilem: sed vt tu re ipsa doctus, probè cognosceres, te etiam in hoc stultum, & inutile consilium cepisse. Vbi enim nunc est, aut quæ in futurum oppugnatis ab eo expectanda vtilitas? Quod si rursum sub benignitate, & potestate mea esses, omnino inimicis tuis superior videreris.

οὐδεμίαν ἕξουσιν ἀπόνευσιν τῆς κακίας, ἀλλ' ἕψονται ὥσπερ αὐτοῖς κἀκεῖσε τὰ μοχθηρὰ προέδειξεν, εἰπών. καὶ καταφάγονται αὐτοὺς ἐκεῖ σκύμνοι δρυμοῦ, θηρία ἀγροῦ διασπάσουσιν αὐτούς. τὰ γὰρ τῶν Ἀσσυρίων ἀνήμερα ἔθνη, σκύμνοις τοῖς ἐν δρυμοῖς παρεικάζει, πολὺ νενευκότα πρὸς τὸ ἀνήμερον.

Τῇ διασπορᾷ σου Ἰσραὴλ τίς βοηθήσει; ποῦ ὁ βασιλεύς σου οὗτος; καὶ διασωσάτω σε ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου. κρινάτω σε ὃν εἶπας, δός μοι βασιλέα καὶ ἄρχοντα. καὶ ἔδωκά σοι βασιλέα ἐν ὀργῇ μου, καὶ ἔσχον ἐν τῷ θυμῷ μου συστροφὴν ἀδικίας.

Ἔφην ἤδη καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω βραχύ, ὅτι κατῃτιᾶτο Θεὸς τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ οὐχ ὅπως ἑλομένοις τὸ ἀνθρωπίνοις μᾶλλον ὑπεζεῦχθαι ζυγοῖς, καὶ ἀπηνᾶσθαι τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καίτοι βεβασιλευκότος τῶν ἀρχαιοτέρων, καὶ διὰ Προφητῶν ἁγίων. ἔφη γάρ, ὅτι καὶ ἐν Προφήτῃ ἀνήγαγε κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐν Προφήτῃ διεφυλάχθη. ὑμεῖς δέ, φησί, τὸ ὑπὸ Θεῷ τελεῖν παρωθούμενοι, κατεβεβοήκατέ τε τοῦ μακαρίου Σαμουήλ, λέγοντες· ἰδοὺ σὺ γεγήρακας, καὶ οἱ υἱοί σου οὐ πορεύονται ἐν τῇ ὁδῷ σου. καὶ νῦν κατάστησον ἐφ' ἡμᾶς βασιλέα δικάζειν ἡμᾶς, καθὰ καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη. οὐκοῦν ἐπειδήπερ εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ἀναστήσας ἐπὶ σαυτῷ βασιλέα, καθὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, σώζεσθαί τε παρ' αὐτοῦ προσδοκήσας; ποῦ νῦν ἄρα ἐστίν; ἰδοὺ καιρὸς ἐπιδείξεως, πολεμείτω σου τὸν πόλεμον, ὁπλιζέσθω λαμπρῶς, σωζέτω τὰς πόλεις, προασπιζέτω τῶν ὑπὸ χεῖρα, κατασοβείτω τοὺς δι' ἐναντίας, ἐλαυνέτω νεανικῶς τοὺς καταδῃοῦν ἐθέλοντας οἴκους τε, καὶ πόλεις. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς, καίτοι φαινόμεθα μὲν ὡς αἰτήσαι ἐγώ, σὺ δὲ καὶ δοὺς, καὶ κεχρικὼς ἐν ἀρχαῖς τὸν Σαούλ. ναί φησιν, ἀλλ' ἐν ὀργῇ δέδωκα τὸν ἡγούμενον, καὶ ἔσχον ἐν τῷ θυμῷ μου συστροφὴν ἀδικίας, ὡς ἠδικημένος παρὰ σοῦ, φησί. μόνον δὲ οὐχί, καὶ τῶν τῆς βασιλείας θώκων ἐξωθούμενος, τό τε ἧκον εἰς τὸ σοὶ δοκοῦν, τεθύμωμαι λίαν. πλήν, ἀνέδειξα, καίτοι, τὸ χρῆμα, φησί, οὐκ ἀναγκαῖον εἰδὼς εἰς ὄνησιν. ἀλλ' ἵνα σε τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα πληροφορήσῃ καλῶς, ὅτι σκαιά, καὶ ἄχρηστα κἀν τούτῳ βεβούλευσαι. ποῦ γὰρ νῦν ἐστιν, ἢ ποία λοιπὸν ἐξ αὐτοῦ γένοιτ' ἂν τοῖς πολεμουμένοις ἡ ὄνησις; ἀλλ' εἴπερ ἦσθα πάλιν ὑπὸ τὴν ἐμὴν φειδώ τε, καὶ χεῖρα, πάντως ἂν ὤφθης ἐν ἀμείνοσι τῶν ἐχθρῶν.

Ἐφραὶμ, ἐγκεκρυμμένη ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ. ὠδῖνες ὡς τικτούσης ἥξουσιν αὐτῷ. οὗτος ὁ υἱός σου, ὁ φρόνιμος, διότι οὐ μὴ ὑποστῇ ἐν συντελείᾳ τέκνων.

Τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ Ἱεροβοὰμ, ἵνα τῶν σκήπτρων μὴ ἀπώσῃ (τὰς κατὰ νόμον θυσίας ἀποπληροῦν ἐθέλοντος τοῦ Ἰσραὴλ, ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀναφοιτῶντος εἰς Ἱεροσόλυμα) τὰς δαμάλεις ἐπενόησε τὰς χρυσᾶς. καὶ ὥσπερ τινὰ πονηροῦ σπέρματος καταβολὴν εἰς νοῦν ἐδέχετο, καταχεχρωσμένην, ὥσπερ τε ἐγκεκρυμμένην τὴν ἁμαρτίαν. ἀλλ' ἥξει φησὶ καὶ ὁ τῶν ὠδίνων καιρός. οὗτος δ' ἂν νοοῖτο πάλιν, ὁ, τε τοῦ πολέμου, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας. εἰ γὰρ καὶ μὴ αὐτῷ συνέβη τῷ Ἐφραὶμ, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσιν, ἤγουν τοῖς τῆς ἀρχῆς διαδόχοις ἐπῆλθον κατὰ καιρούς, ὅτι τῆς ἐκείνου δυσσεβείας γεγόνασι μιμηταί. διαλέγεται τοίνυν ὡς πρὸς τὴν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ συναγωγὴν, καί φησι, τίς σε διασώσει; ἆρα ὁ υἱός σου οὗτος ὁ φρόνιμος; λέγων δὲ τὸ, οὗτος, ἢ τὸν κατὰ καιροὺς βασιλεύοντα δείκνυσιν, ὃς καὶ τὴν τοῦ δοκεῖν εἶναι συνετὸς ἐδέχετο δόξαν (πρέπει γὰρ τοῦτο τοῖς κρατοῦσιν ἀεί) ἢ γοῦν ἕτερόν τι, καὶ τῷ καιρῷ πρέπον ὑποδηλοῖ, καθ' ὃ καὶ ὁ τῆς προφητείας ἐγένετο λόγος. Βασιλεύοντος γὰρ τοῦ Ἀχὰζ ἐπὶ τὸν Ἰούδαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐν ἑνδεκάτῳ ἔτει, βεβασίλευκεν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ Ὠσηὲ υἱὸς Ἠλὰ, ὃς ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου. ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κατεστράτευσε τῆς Σαμαρείας Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων. καὶ ἐγενήθη, φησὶν, Ὠσηὲ αὐτῷ δοῦλος. ὠργίζετο δὲ λίαν ὁ Ἀσσύριος ἐπ' αὐτῷ δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἔπεμψε μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους, αἰτῶν μαναὰ, καὶ τὰ συνήθη. ὁ δὲ προστάττεσθαι παρ' ἐκείνου μὴ ἀνασχόμενος, ἐπρεσβεύετο πρὸς Σηγὼρ βασιλέα Αἰγύπτου, τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν αἰτῶν. πρὸς τοῦτο λελυπημένος ὁ Σαλμανασὰρ, πεπολιόρκηκε μὲν τὴν Σαμάρειαν, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι τρισίν. εἶτα ζωγρήσας τὸν Ὠσηὲ, δεσμώτην ἐποίει, καὶ κατέγραφεν ἐν οἰκέταις. ἀπῴκισε δὲ καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν ὀρείοις Περσῶν, καὶ Μήδων. ἔοικεν οὖν ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος Ὠσηὲ τὸν Ἠλὰ καταδεικνύειν ἐν τούτοις, ὃν καὶ φρόνιμον ἀποκαλεῖ. οὐχ ὅτι συνετὸς ἦν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' οἱονείπως εἰρωνεύεται. ἐδόκει μὲν γὰρ παρὰ τῷ Ἰσραὴλ συνετὸς εἶναί τις, καὶ σφόδρα σοφῶς βεβουλεῦσθαι, διά τοι τὸ ἑλέσθαι τὴν ἐξ Αἰγύπτου καλεῖν ἐπικουρίαν αὐτοῖς. ἀλλ' ἦν ἄρα ψυχρὰ, καὶ ἀνόνητα, τὲ δράσας, καὶ βουλευ-

Ephraim, absconditum peccatũ eius. Dolores quasi parturientis venient ei. Iste filius tuus, iste prudens, quia non sustinebit in contritione filiorum.

Hoc illud est, vti reor, [concepit dolorem, & peperit iniquitatem.] Principio enim Hieroboam, ne sceptro priuaretur (Israele scilicet legitima sacrificia vsurpare, & ob hanc caussam Hierosolymam ascendere cupiente) vitulos aureos excogitauit, peccatúmque velut coloratum, & contectum tanquam malum semen in animum recepit. Sed eueniet, inquit, & tempus dolorum partus. Quod quidem belli, & captiuitatis potest intelligi. Quamuis enim non ipsi Ephraim, posteris tamen eius, siue successoribus in principatu, vt impietatis imitatoribus aliquando euenit. Quasi igitur synagogam in Samaria compellans, inquit. Quis te saluabit? num filius tuus hic prudens? Dicendo *hic*, aut illis temporibus regnantem significat, qui & opinionem prudentiæ habebat (ea enim imperantes semper decet) aut certè aliud quippiam, & tempori consentaneum tacitè indicat, quò etiam vaticinium spectat. [Regnante enim Achaz super Iudam Hierosolymis anno decimo, regnauit in Samaria super Israel Osee filius Ela, qui fecit malum in oculis Domini.] Cæterùm per illud tempus irrupit cum exercitu in Samariam Salmanasar rex Assyriorum, [& factus est ei, inquit, Osee seruus.] Iratus est autem illi vehementer Assyrius hac de causa. Misit quippe ad eum nuntios, petens manaa (dona) & quæ solebat. Ille sibi ab eo imperari non sustinens, legatos ad Segor regem Ægypti, ab eo suppetias petitum misit. Ea re offensus Salmanasar, Samariam toto triennio obsedit. Deinde Osee viuum captum vinculis astrinxit, & in suos retulit. Israelem quoque in montana Persarum, & Medorum demigrare coëgit. Videtur itaque sermo propheticus hîc nobis Osee filium Ela exprimere, quem & prudentem nominat: non quia reuera prudens fuerit, sed ironia quadam vtitur. Habebatur enim ab Israele pro viro prudente, & qui persapienter consuluisset, cùm ex Ægypto opem pro ipsis petendam censuisset: sed friuolè, & inutiliter fecisse atque consuluisse apparuit.

Cap. Iob 4.

4. Reg. 17

Quis ergo, inquit, te à grauissimis calamitatibus perferendis liberabit? [Hic filius tuus ille pendens. Quia non sustinebit in contritione filiorum.] Dum enim filii tui contererentur, inquit, nec ipse subsistet. Capietur, seruúsque, & captiuus vnà cum aliis ad Assyrios migrabit. Sapienter itaque qui psallit, [Fortitudo mea, & laus mea Dominus.] Ab ipso enim virtus omnis, & salus omnis, & extra ipsum nemo est qui saluet.

Psal. 117. Esai. 41.

Sermonis figuram adhuc, sicut ab initio, vsurpans, velut de locusta, & brucho loquitur, & dissipatum iri dicit, E sublatos secundum Dei voluntatem celeriter ad oras Iudeæ vltimas fortè adeóque tetrum odorem tota regione diffusuros, vt incolæ molestiam magnā sentiant. Nec mutat sermo vllo modo, quin & hæc de Babyloniis rursum intelligenda sint. Nam quà Hierosolyma Austrum respicit, solitudo longa intenditur, quæ ad Orientē, & Austrum mari Indico terminatur, ad Occidentem & Aquilonem, mari vicino Palæstinæ,

& ipsam Ægyptum alluente. Ibi bruchum, & locustam interiisse ait. Eorum porrò sonitum onerosum ac molestum extitisse. Cæterùm ablati sunt etiam è medio Babylonii, Aquiloni viciniorem regionem, & ad orientem positam habitantes, quo tempore Ezechias regnauit, erátque intolerabilis cadauerum fœtor, vt vix septem mẽsibus terra purgaretur, & à putredine corporũ mortuorũ liberaretur, vt apud Ezechielem legimus. Babyloniorũ autem regionem vergere versus Aquilonem, perspicuum fit ex verbis Domini, quę sanctorũ voce locutus est iis, qui de sanguine Israel in captiuitatẽ abducti fuerãt. [O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus. In Sion saluamini, qui habitatis filiã Babylonis.] Christus verò etiam è nobis ipsis locustam, quæ mente videtur, expulit: improbissimorum dæmonũ cateruas puta, eósque inferno conclusit, & in abyssi intima procul remouit, quasi si in altum mare eos demergeret. Ascendit autem postea putor, & sonitus eorum, & nobis grauis atque odiosus factus est, quanquam olim talis nobis haud videretur: Satanam siquidem fœtere non credebamus. At nunc, & vix tandem talem esse cognouimus. Putabamus enim miseri bene olere, & amabilem esse, quando vinculis prauitatis constricti, eius potestate continebamur. Sed postquam Emmanuel nobis apparuit, & hoc verbum edidit, [Ego flos campi, & lilium conuallium,] tum, serò licet eius fragrantiam sentientes, illius (dæmonis) graueolentiam detestati sumus.

Confide terra, gaude & lætare, quia magnificauit Dominus vt faceret. Confidite iumenta cãpi, quoniã germinauerunt cãpi solitudinis, quia lignũ attulit fructum suum, vinea, & ficus dederũt fortitudinẽ suã. Et filij Sion gaudete, & lætamini in Domino Deo vestro quoniã dedit vobis escã in iustitiã, & pluet vobis imbrẽ tẽporaneum, & serotinũ, sicut antea. Et replebuntur areæ tritico, & redundabũt torcularia vino & oleo.

XXXII. Mos est sanctis Prophetis à bonis particularibus, & in paucos collatis ad vniuersitatem, & genus ipsum verba dirigere, vt sunt ea quæ per Christum cõsecuti sumus. Horsũ igitur denuò procedit nobis oratio. Quando enim datum est terræ, vt confideret? Rursum, quando magnificauit Dominus facere?

4. Reg. 19. Ezech. 39. Zach. 2. Cant. 2.

A καὶ αὖθις δὲ προσκλυζούσῃ τοῖς Αἰγυπτίοις. ἐκεῖ τὸν βροῦχον, καὶ τὴν ἀκρίδα διολέσαι φησὶ, δυσαχθῆ δὲ γενέσθαι τὸν βρόμον αὐτῶν. πλὴν ἀνῄρηνται καὶ οἱ Βαβυλώνιοι, τὴν βορειοτέραν χώραν, καὶ πρὸς ἠῶ κεκλιμένην οἰκοῦντες. ἀνῄρηνται δὲ ἐν καιροῖς τῆς Ἐζεκίου βασιλείας, καὶ ἦν δυσφόρητος τῶν πτωμάτων βρόμος, ὡς καθαρισθῆναι μόλις ἐν ἑπταμήνῳ τὴν γῆν, καὶ τῆς τῶν πτωμάτων ἀπαλλαγῆναι σαπρίας. οὕτω γάρ φησιν Ἰεζεκιήλ. ὅτι δὲ προσκέκλιται τοῖς B βορειοτέροις τῶν Βαβυλωνίων ἡ γῆ, σαφὲς ἂν γένοιτο, λέγοντος Θεοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀπενηνεγμένοις ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ὦ, ὦ, φεύγετε ἐκ γῆς βορρᾶ, λέγει κύριος· εἰς Σιὼν ἀνασώζεσθε, οἱ κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος.

Ἐξελήλακε δὲ καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν τὴν ἀκρίδα Χριστὸς, φημὶ δὴ τὴν νοητὴν, τὰ παμμόχθηρα σμήνη τῶν δαιμονίων δηλονότι, κατέκλεισεν αὐτὰ εἰς ᾅδου, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀβύσσου μυχοῖς κατηφάνισε, καθεὶς οἱονείπως εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. C ἀνέβη δὲ λοιπὸν ἡ σαπρία, καὶ ὁ βρόμος αὐτῶν, καὶ γέγονεν ἡμῖν φορτικός τε, καὶ κατεσυγημένος, καίτοι πάλαι μὴ τοιοῦτος εἶναι δοκῶν. δυσώδη γὰρ ὄντα τὸν σατανᾶν. νυνὶ δὲ, καὶ μόλις ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἐγνώκαμεν. ᾠόμεθα γὰρ οἱ τάλανες εὐώδη τε εἶναι, καὶ ἀξιέραστον, ὅτε τοῖς δεσμοῖς ὑπειλημμένοι τῆς φαυλότητος ὑπὸ χεῖρα τὴν ἐκείνου πεπτώκαμεν. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἐμμανουὴλ ἐπέφανεν ἡμῖν, ἀνακέκραγέ τε, καὶ λέγων, ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων, τότε δὴ μόD λις ἐπῃσθημένοι τῆς ἐνούσης εὐωδίας αὐτῷ, τῆς ἐκείνου κατεγνώκαμεν δυσωδίας.

Θάρσει γῆ, χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνεν κύριος τοῦ ποιῆσαι. θαρσεῖτε κτήνη τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκεν πεδία τῆς ἐρήμου, ὅτι ξύλον ἤνεγκεν καρπὸν αὐτοῦ, ἄμπελος, καὶ συκῆ ἔδωκαν ἰσχὺν αὐτῶν. καὶ τὰ τέκνα Σιὼν χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, διότι ἔδωκεν ὑμῖν τὰ βρώματα εἰς δικαιοE σύνην, καὶ βρέξει ὑμῖν ὑετὸν πρόϊμον, καὶ ὄψιμον, καθὼς ἔμπροσθεν. καὶ πλησθήσονται αἱ ἅλωνες σίτου, καὶ ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις Προφήταις, ἐκ τῶν κατὰ μέρος, καὶ περὶ ὀλίγους ἀγαθῶν, κομίζειν τὸν λόγον ἐπὶ τὰ καθόλου τε, καὶ γενικώτερα. ταῦτα δὲ ἐστὶ τὰ διὰ Χριστοῦ. πρόεισι δὴ οὖν εἰς τοῦτο πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος. πότε γὰρ δέδοται τὸ χρῆναι θαρσεῖν τῇ γῇ; πότε δ᾽ αὖ ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι;

εἰ μὴ ὅτε Θεὸς ὤν, ὁ λόγος, γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἄνωθεν ἐπικλύζων ἀγαθοῖς τὴν ὑπ' οὐρανὸν διευρίσκοιτο τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ὡς ποταμὸς εἰρήνης, ὡς χειμάρρους τρυφῆς, ὡς πρόϊμός τε, καὶ ὄψιμος ὑετός, καὶ ἁπάσης νοητῆς εὐκαρπίας δοτήρ. τότε γὰρ καὶ τοῖς ἄγαν ἀσυνετωτάτοις (οἳ καὶ κτήνη λέγονται τοῦ πεδίου) νοητή τις ἀνέφυ πόα, τῶν διδασκόντων ὁ λόγος. τότε βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου, καὶ ἔρημον μὲν ὀνομάζει τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τό, εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα. ἀγαλλιάσθω ἡ ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. πεδία δὲ αὐτῆς εἰσιν οἱ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ παιδαγωγεῖν εἰδότες, οἳ καὶ τοῖς θείοις ἐξ οὐρανοῦ χαρίσμασιν οἱονεὶ βρύοντά τε, καὶ εὖ μάλα περιηνθισμένον φέρουσι τὸν νοῦν καὶ ταῖς τῶν δογμάτων αὔραις πνέοντά τε ἡδύ, καὶ ἀρτιφαεῖ τῇ πόᾳ κατεστεμμένον. οὗτοι τῶν ἀποκτηνωθέντων τὸν νοῦν κατευφραίνουσιν, ἵνα καὶ εἰς σύνεσιν ἀνάγωσιν ἀνθρωποπρεπῆ. ἔφη δὲ ὅτι καὶ ξύλον ἐξήνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ἄμπελός τε, καὶ συκῆ τὴν ἰδίαν ἐκδέδωκε δύναμιν, τὸν στερεόν, οἶμαι, τῶν διδασκόντων λόγον, ᾧ μέτεστι μὲν τὸ γλυκύ, μέτεστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ κατευφραίνειν εἶδος, τοῖς ἀπὸ συκῆς, καὶ ἀμπέλου καρποῖς παρεικάζων. ἁρμόσειε δ' ἄν, καὶ μάλα εἰκότως, τοῖς μὲν ἔτι παχυτέροις τὸν νοῦν, καὶ νωθείαν ἔχουσι τὴν κτηνοπρεπῆ κατανέμεσθαι καὶ χθαμαλωτέραν μάθησιν, τὴν ὡς ἐν εἴδει, καὶ δυνάμει πόας ἐν τοῖς τὰ μικρὰ διδάσκουσι φυομένην, τοῖς δὲ τελείοις ἤδη τὸν ὑψόθεν νοούμενον, καὶ οἷα ξύλοις ὡραίοις ἐπηνθηκότα καρπόν, τὸν περὶ τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἤγουν παιδεύσεως ἠθικῆς, τῆς ὡς ἐν ὕψει θεωρουμένης. τοιγάρτοι κτήνη μὲν ἐκείνους ὀνομάζει, Σιὼν δὲ ἤδη τέκνα τοὺς τελεωτέρους, οἷς καὶ ἐπιγάννυσθαι κελεύει κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. ἡ πᾶσα γὰρ θυμηδία ἡμῶν Χριστός, παρ' οὗ, καὶ δι' οὗ πᾶσα πλήρωσις ἀγαθῶν, καὶ τῶν οὐρανίων χαρισμάτων χορηγία τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, ὡς ἐν προϊμοις τε, καὶ ὀψίμοις ὑετοῖς νοουμένη καὶ ὡς ἐν σίτῳ ἅλῳ, καὶ οἴνῳ ληνοῖς ὑπερχεομένοις, καὶ ἐλαίῳ ὑπερβλύζουσι. ἰστέον δέ, ὅτι καὶ κατὰ τὸν τρόπον τῆς μυστικῆς πληρώσεως ἀληθὴς ἡ ὑπόσχεσις. δέδοται γὰρ ἡμῖν ὡς ἐν ὑετῷ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς δ' ἐν σίτῳ ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς καὶ ὡς ἐν οἴνῳ τὸ αἷμα. προσεπενήνεκται δὲ καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου χρεία, συντελοῦσα πρὸς τελείωσιν τοῖς δικαιουμένοις ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

A nisi quando verbum, quod erat Deus, humanam naturam induit, vt bonis supernis terram inundans, inueniretur in se credentibus vt fluuius pacis, vt torrens voluptatis, vt temporaneus, & serotinus imber, & totius vbertatis largitor. Tunc enim vel insipientissimis (qui iumenta campi dicuntur) intellectualis herba germinauit, nempe docentium sermo. Tunc viruerunt campi solitudinis. Et solitudinem quidem vocat Ecclesiam, iuxta illud, [B Lætare desertum sitiens, exultet solitudo, & floreat quasi lilium.] Campi eius sunt populorum rectores, & doctores, qui & diuinis è cælo charismatis animum velut scatentem, & pulcherrimè vndique florentem gerunt, & dogmatum floribus spirantem suauiter, & recenti herba vndique pubescentem. Hi bestiarum naturam, & ingenia imitantes exhilarant, vt etiam ad prudentiam homine dignam eos adducant. Ait autem, & linum tulisse fructum suum, & vineam atque ficum C propriam dedisse virtutem, firmum ac solidum, opinor, docentium sermonem, cui mixta est dulcedo, & ratio delectandi, fructibus fici, & vineæ comparans. Conuenerit autem, nec iniuria sanè, adhuc crassis, & pecudum instar stupidis, & humiliorem doctrinam, veluti herbam in parua docentibus enatam impertiri, perfectis verò sublimis intelligentiæ, & tanquam è lignis speciosis efflorescentem fructum, nempe de sancta, & consubstantiali Trinita- D te, siue de disciplina morali, quam quasi in alto positam contemplamur. Proinde illos iumenta appellat: Sionis autem iam filios, perfectiores, quos & gaudere iubet in Domino Deo nostro. Omne enim animi oblectamentum Christus est, à quo, & per quem est omnis bonorum plenitudo, & charismatum cælestium donatio diligentibus eum, quasi in temporaneis, & serotinis imbribus intellecta, & quasi in frumento quo area, & in vino quo tor- E cularia redundarunt, & in exuberante oleo. Sciendum præterea etiam secundum mysticum euentum promissionem veram esse. Data est nobis ceu in pluuia aqua viuens sacri baptismatis, & tanquam in frumento panis viuus, & tanquam in vino sanguis. Accessit item vsus olei, qui per sacrum baptisma in Christo iustificatis ad consummationem conferret.

Esa. 35.

Et reddam vobis pro annis quos comedit locusta, & bruchus, & eruca, & rubigo, fortitudo mea magna, quam misi in vos. Et comedetis comestione, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia.

XXXIII. Quod ad historiam pertinet, antegressis locustarum irruptionibus non minus validam, & æqualem penitus munificentiã spondet, & quam experti sint penuriam, ea vberiorem ipsis fore prouentum esculentorum confirmat.

At si hæc Prophetæ verba spiritualiter interpretemur, dicendum est, nos à Satana quasi deuoratos, & ab eruca, & locusta per varia vitiorum genera crudeliter perditos, mansisse aridos, ac steriles, omnibus bonis priuatos ac nudatos, nihil quod ad morum virtutem attinet, animis possidentes. Ast vbi fiducia in Christum locupletati sumus (vicimus enim cum ipso mundum, [Et dedit nobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones,]) tunc quoque imbres spirituales accepimus, temporaneum & serotinum, institutionem legum, inquam, & consolationem Euangelicam. Tunc enim comedentes repleti sumus, & vt Dominum glorificamus Christum Saluatorem nostrum, eundem vt mirabilium effectorem, & maiora quam dici, aut sperari possint, diligentibus se donantem prædicantes. Sumus autem docti bona conscientia dicere: Domine, extra te alium haud nouimus. Perpende deinde, quomodo vniuersorum Dominus tantùm non irrideat, & simulatione quadam deludat res hominum, erucam vocans magnam suam fortitudinem, quam & se aduersus ipsos misisse autumat. Nos quidem nequaquam dicimus, Dei fortitudinem esse erucam. Sed ita quodammodo eos, qui inuectam ab illa cladem perferre nequiuerunt, compellat: O contumaces, ac superbi; & pro nihilo ducentes me offendere. Non igitur de cælo in vos misi, non tonitrua, non grandinem, non aliud quippiam sumptum è locis superis, & diuinæ gloriæ honestissimum inflixi: vermium abiecta turba in regionem insurrexit, & conturbati estis, & periistis celeriter. Robusta scilicet vehementer est eruca! Meam certè magnam fortitudinem illam reputo.

Ioan.16. Luc.10.

A Καὶ ἀνταποδώσω ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν ὧν κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἡ κάμπη, καὶ ἡ ἐρυσίβη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη, ἣν ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς, καὶ φάγεσθε βρῶσιν, καὶ ἐμπλησθήσεσθε, καὶ αἰνέσετε τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὃς ἐποίησε μεθ' ὑμῶν θαυμάσια.

Ὅσον μὲν ἥκει εἰς τὸν τῆς ἱστορίας λόγον, ταῖς προλαβούσαις τῆς ἀκρίδος ἐκβολαῖς τὴν ἰσοσθενῆ, καὶ ἰσομεγέθη εἰσάπαν ὑπισχνεῖται φιλοτιμίαν, B καὶ τῆς ἤδη συμβάσης ἐνδείας αὖθις εὐρυτέραν φησὶν ἔσεσθαι τὴν τῶν ἐδωδίμων παράθεσιν.

Εἰ δὲ δὴ νοοῖτο πνευματικῶς ὁ λόγος τῆς προφητείας, φαμὲν, ὅτι κατεδηδοκότος ἡμᾶς ὥσπερ τοῦ Σατανᾶ, καὶ ὡς ἐν τάξει κάμπης τε, καὶ ἀκρίδος, καὶ μέντοι καὶ ἐρυσίβης κατεφθαρκότων οὐ φορητῶς τῶν ἀλιτηρίων πνευμάτων ἐπὶ πολυτρόπου παθῶν ἰδέας, ξηροὶ, καὶ ἄκαρποι μεμενήκαμεν, ἐψιλωμένοι, καὶ γυμνοὶ παντὸς ἀγαθοῦ, οὐκ ἠθικὴν ἔχοντες εἰς νοῦν ἀρετὴν, λιμῷ δὲ ὥσπερ κα- C τεφθαρμένοι, καὶ πάσης ἁπαξαπλῶς εὐκαρπίας ἐστερημένοι. ἐπειδὴ δὲ πεπλουτήκαμεν παρὰ Χριστοῦ τὸ χρῆναι θαρσεῖν (νενικήκαμεν γὰρ σὺν αὐτῷ τὸν κόσμον, καὶ δέδωκεν ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων,) τότε δὴ καὶ ὑετοὺς ἐσχήκαμεν τοὺς πνευματικοὺς πρόϊμόν τε, καὶ ὄψιμον, νομικὴν, φημὶ, παίδευσιν, καὶ παράκλησιν εὐαγγελικήν. τότε καὶ φαγόντες ἐμπεπλήσμεθα, καὶ δοξολογοῦμεν ὡς δεσπότην τὸν ἑαυτῶν σωτῆρα D Χριστὸν, ἀνακηρύττοντες ὡς θαυματουργὸν, καὶ τὰ τοῦ λόγου, καὶ ἐλπίδος ἐπέκεινα τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν δωρούμενον. ἐγνώκαμεν δὲ πρὸς αὐτὸν ἕτερον παντελῶς οὐδένα. δεδιδάγμεθα δὲ λέγειν ἐξ ἀγαθῆς διανοίας, κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. ἄθρει δὲ πῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς μονονουχὶ καὶ καταγελᾷ, καὶ κατειρωνεύεται τὰ ἀνθρώπινα, δύναμιν ἑαυτοῦ μεγάλην κάμπην ἀποκαλῶν, ἣν καὶ εἰς αὐτοὺς πεπομφέναι φησί, καὶ οὐδέπω φαμὲν, ὅτι δύναμις Θεοῦ ἡ κάμπη. ἀλλ' οἷον ἐκδιό- E φησι τοῖς τὴν δι' αὐτῆς οὐκ ἐνεγκοῦσι κόλασιν· ὦ δεινοὶ, καὶ ἀλαζόνες, καὶ ἐν οὐδενὶ γράφοντες λόγῳ τὸ προσκρούειν ἐμοί· οὐ πῦρ ἐφ' ὑμᾶς οὐρανόθεν ἀφῆκα, οὐ βροντὴν, οὐ χάλαζαν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν ὕψους τε ἠρτημένων, καὶ ὅτι μάλιστα τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ πρεπωδεστάτων ἐπήνεγκα. σκωλήκων ἀθλία πληθὺς κατεξανέστη τῆς χώρας, καὶ τεθορύβησθε, καὶ διεχώλατε, τάχα που μεγάλη [illegible]αν ἡ κάμπη. λογιοῦμαι δὲ αὐτὴν καὶ δύναμιν ἐμαυτοῦ μεγάλην.

ἐν ἤθει δὴ οὕτω ὁ λόγος, καὶ οἱονείπως ἐν γέλωτι, μονονουχὶ καὶ ἐπιτωθάζοντος Θεοῦ τοῖς καταφρονεῖν εἰώθασιν, ὥσπερ εἴπερ ἕλοιτο κολάζειν ἑαυτούς, ἀρκούσης εἰς τοῦτο κάμπης ἀντὶ πολλῆς καὶ ἀμάχου λοιπὸν ἰσχύος. μηδὲ πλατὺ γελώντων αἱρετικῶν, μηδὲ τῆς τοῦ μονογενοῦς καταφλυαρούντων δόξης, μηδὲ ὡς δὴ καὶ μεγάλης δυνάμεως ἐν ἴσῳ γραφέσθω τῇ σκώληκι. τετολμήκασι γὰρ οἱ δείλαιοι καὶ εἰς τοῦτ' ὀλισθεῖν ἀθλιότητος ἐννοιῶν.

Καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ ὁ λαός μου εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραήλ εἰμι ἐγώ. καὶ ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ· καὶ οὐ μὴ καταισχυνθήσεται ἔτι πᾶς ὁ λαός μου εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἐπαγγέλλεται σαφῶς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν τρόπον, καὶ ὅτι τοῖς ἐπὶ γῆς συνδιαιτήσεται κενώσας ἑαυτόν, καὶ γενόμενος καθ' ἡμᾶς, τουτέστιν, ἄνθρωπος. τότε γὰρ γέγονεν ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραήλ, καὶ διεφύγομεν ἐντροπήν, καὶ αἰσχύνης ἀπηλλάγμεθα, θανάτου πεσόντος, ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, γνώσεως ἀληθοῦς εἰσκεκομισμένης. οὐκ ἔτι γὰρ τῇ κτίσει προσκυνοῦμεν παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ Θεὸν ἕτερον ἐπ' αὐτῷ παντελῶς οὐδένα παραδεδέγμεθα. τοιγάρτοι καὶ πεπλουτήκαμεν, ὡς ἐν ἐλπίδι βεβαίᾳ ζῶντες, καὶ δόξῃ τῇ εἰς μακραίωνα βίον, ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ὁσιότητι πολιτείας.

Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, καὶ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου.

Ἰδοὺ δὴ σαφῶς γυμνότατα κατεπαγγέλλεται τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριν, τουτέστιν, ἀμφιλαφῆ τὴν χορηγίαν, οὐκ εἰς προφήτην ἐξειλεγμένως ἕνα τυχόν, ἢ δύο, ἀλλ' εἰς ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς ἐλθεῖν ἀξίους. ὃ δή φαμεν καὶ πεπρᾶχθαι ἐγηγερμένου Χριστοῦ, καὶ τὸ τοῦ θανάτου καταλύσαντος κράτος. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ὥσπερ ἢ ὡδὶ στολήν, καὶ ἀξιάγαστον χάριν τοῖς ἁγίοις ἐνετίθει μαθηταῖς, ἐμφυσῶν τε, καὶ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἔδει γάρ, ἔδει τοὺς τῆς ἐκκλησίας μυσταγωγούς, καὶ τῆς ὑφ' ἡλίου παιδευτὰς ἐσομένους καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόσει καταχρηματίσασθαι, καὶ οἷον τι κεκοσμημένους διὰ πίστεως εἰς ἁγιασμὸν ἀπ' ἀρχῆς γεγονότας, τῇ θείᾳ καὶ οὐρανίῳ καταχρυσοῦ-

A Mores igitur sermo exprimit, & est velut irridentis, ac propemodũ conuitiãtis Dei in eos, qui peccare nihil pẽsi habẽt. Posse eos nempe afficere pœna, si velit, sufficiente ad hoc eruca, pro magnis & inuictis deinceps viribus. Nõ igitur effusè rideãt hęretici, nec aduersus vnigeniti gloriã nugentur, vtpotè cũ eruca magna fortitudo nominata sit. Nec eodem loco, quo vermis pollẽs viribus habeatur: ausi sunt enim miseri etiam in hanc B opinionis se præcipitare miseriam.

Et non confundetur populus meus in æternum. Et scietis quia in medio Israel sum ego. Et ego Dominus Deus vester, & nõ est præter me: & non cõfundetur vltra omnis populus meus in æternum.

Manifestè modũ œconomiæ incarnationis, & sese exinaniturũ, & cũ terricolis habitaturũ promittit, nostri similẽ, id est, hominẽ factũ. Tunc enim in medio Israel fuit, & nos ignominiã effugimus, & è confusione exempti sumus, morte C nimirũ prostrata, peccato interfecto, & cognitione veritatis introducta. Haud enim amplius creaturã adoramus præter creatorẽ, & alium Deum præter illũ neminem prorsus suscepimus. Proinde etiã diuites euasimus, vt in spe firma viuentes, & exspectatione vitæ longæuæ in sanctificatione, & innocentia vitæ.

Et erit posthac, & effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ ve- D *stræ. Et seniores vestri somnia somniabunt; & iuuenes vestri visiones videbunt. Atque etiam super seruos meos, & ancillas in diebus illis effundam de spiritu meo.*

En, perspicuè sancti Spiritus gratiam se donaturum promittit, id est, donationem largifluam, non vt sibi Prophetas vnum aut alterũ, si ita ferat res, deligat: sed absolutè in omnes, qui accipere me- E rebuntur. Id quod Christo rediuiuo, & destructo mortis imperio factum esse confitemur. Nam velut de integro adeò venerandam, & admirabilem gratiã sanctis discipulis immisit, insufflans, & dicens, [Accipite Spiritum sanctum.] Oportebat enim, oportebat Ecclesiæ mystagogos, & orbis terrarũ magistros futuros etiam ante alios dono Spiritus sancti cohonestari, & veluti quoddam ornamentum per fidem in sanctificationem ab initio factos, diuina & cælesti

XXXIV. Philip. 2.

Baruch. 3

Rom. 1

XXXV.

1. Tim. 3

Ecc. 2.

A

gratia inaurari. Diebus verò sacræ Pentecostes cōgregatis in vnā domū discipulis, & consuetis precationibus Deo oblatis vtrumque contigit: auditus est sonitus, & linguæ singulis insederunt, & cœperunt loqui aliis linguis, [prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Loquebantur autē prophetantes, siue per sanctos Prophetas de Christo prænuntiata mysteria intelligentes, & proloquentes, & ea, per quæ consentaneum erat ad obedientiam promptè venire audientes: vtpote persuasos planè, adesse iam tempus gratiæ, & olim de Christo prædicta, deinceps re ipsa cōpleri. Prophetabant igitur quauis lingua loquētes, quod ipsū quoque à Deo sanctorū voce prædictū fuerat. Scriptum est enim, [In aliis linguis, & in aliis labiis loquar populo huic, & ne sic quidē credent.] Hoc & Paulus non ignorans, linguas in signū datas ait, [non fidelibus, sed infidelibus.] Quia verò postquā deuolauit de cælo Spiritus sanctus, multi admodum erant, qui gratiam Prophetiæ in mediū prodeuntes vsurparēt, Paulus, quid faciendū sit, declarat. [Prophetæ autem inquit duo, aut tres loquantur.] Et mox: [Potestis enim omnes per singulos prophetare.] Olim quidē, cum multa morum peruersitate Israel Deum offenderet, dicebat Deus, [Ecce ego inducam famem super terram audiendi verbum Dei, & ab oriente vsque in occidentē circumcursabunt, quærentes verbū Domini, & non inuenient.] Et ad Ezechielem. [Et linguam tuam colligabo gutturi tuo, & eris mutus, & non eris illis in virum obiurgantem, quia domus exasperans est.] Sed quia iuxta vocem psallentis, [Deus Dominus, & illuxit nobis,] (illuxit enim nobis Christus remittens crimina, & os peccati obturans) effusus est de cætero in nos Spiritus sanctus, Deo lætificante naturam humanā, & superna, ac primæua gloria coronante, & ad illud denuò ex bonitate sua reuehente, vbi ante fuerat, peccato nondū ingresso. Non enim spirituali gratia prophetiæ carebat Adam priusquā diuinum mandatū transgrederetur: sed fixus quasi ac stabilis adhuc manebat, & naturæ bonis præstans & insignis. Itaque cum vxorē à se fabricatam ad eum adduceret Deus, tametsi non audisset vnde, aut quænā esset, aut qua ratione extitisset, statim acclamauit, [Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc mulier vocabitur, siue (secundùm idioma Hebraicū)

Act. 2.

Esai. 28.

1 Cor. 14.

Ibid.

Amos 8.

Ezech. 3.

Psal. 117.

Gen. 2.

θαι χάριτι. κατὰ δέ γε τὰς ἡμέρας τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς εἰς οἶκον ἕνα συναγηγερμένων τῶν μαθητῶν, καὶ τὰς συνήθεις Θεῷ προσαγαγόντων λιτάς, γέγονεν ἄμφω, ἦχος ἐγένετο, καὶ γλῶσσαι ἐφ' ἕνα ἕκαστον ἐκάθισαν, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἐν ἑτέραις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. ἀπεφθέγγοντο δὲ προφητεύοντες. ἤγουν συνιέντες τε, καὶ λέγοντες τὰ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐν τοῖς Χριστοῦ μυστήρια, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἦν πρὸς

B

εὐπείθειαν ἑτοίμως ἰέναι ἀναπεπεισμένους τοὺς μάλα τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἐνέστηκε λοιπὸν ὁ τῆς εὐδοκίας καιρός, καὶ τὰ πάλαι προηγγελμένα ἐπὶ Χριστοῦ εἰς πέρας ἧκε λοιπόν. Οὐκοῦν προεφήτευον, ἁπάσῃ γλώσσῃ λαλοῦντες, διὰ φωνῆς ἁγίων Θεοῦ προαναφωνοῦντος καὶ τοῦτο. γέγραπται γὰρ ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ καὶ οὐδ' οὕτως πεισθήσονται. τοῦτό τοι καὶ Παῦλος συνείς, εἰς σημεῖον Ἰουδαίοις δεδόσθαι φησὶ τὴν πολυγλωσσίαν. ὅτι δὲ καταπταίντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος πολλοὶ

C

λίαν ἦσαν οἱ τῇ χάριτι τῆς προφητείας ἀναμεσούμενοι; σαφηνίζει γράφων ὁ Παῦλος. Προφῆται δὲ δύο, ἢ τρεῖς λαλείτωσαν. εἶτα. δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν. πάλαι μὲν γὰρ διὰ πολλὴν δυστροπίαν προσκρούοντος τοῦ Ἰσραήλ, ἔφασκε Θεός. Ἰδοὺ ἐγὼ λιμὸν ἐπάγω ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσι. καὶ πρὸς Ἰεζεκιήλ. καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ, καὶ οὐκ ἔσῃ

D

αὐτοῖς εἰς ἄνδρα ἐλέγχοντα, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. ἐπειδὴ δέ, κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ψάλλοντος, Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν (ἐπέφανε γὰρ ἡμῖν ὁ Χριστός, ἀνιεὶς ἐγκλήματα, καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἐμφράττων στόμα) δέδοται λοιπὸν ἡ χύσις τοῦ ἁγίου πνεύματος, Θεοῦ κατευφραίνοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ τῇ ἄνωθεν, καὶ ἐν ἀρχῇ στεφανοῦντος δόξῃ, καὶ εἰς ἐκεῖνο πάλιν αὐτὴν φι-

E

λαγάθως ἀνακομίζοντος, εἰς ὃ προῆν, οὔπω τῆς ἁμαρτίας εἰσκεκριμένης. οὐ γὰρ ἔρημον προφητικοῦ πνεύματος εὑρήσομεν τὸν Ἀδάμ, οὔπω τὴν θείαν ἐντολὴν παραβεβηκότα· πεπηγότα δὲ ὥσπερ ἔτι, καὶ τοῖς τῆς φύσεως χρηστοῖς ἐναπρέποντα. καὶ γοῦν ὅτε τὴν γυναῖκα πλαστουργήσας ὁ Θεὸς ἤγαγε πρὸς αὐτόν, καίτοι μηκόθεν ἀκούσας τίς τε εἴη, καὶ τίνα τρόπον ἀνέφυ, εὐθὺς ἐπεφώνει· τοῦτο καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη γυνὴ κληθήσεται, ἤτοι κατὰ Ἑβραΐδα

φωνὴν, ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη. ἀλλ' ἠργηκε μὲν ἡ ἐν ἀνθρώπῳ δοθεῖσα χάρις. ἀνεκαινίσθη δὲ ἐν Χριστῷ, ὃς καὶ ἐστὶ δεύτερος Ἀδάμ. ἀνεκαινίσθη δὲ τίνα τρόπον; ᾗ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ, κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς (γεγέννηται γὰρ ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς) ἴδιον αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ᾗ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἐπακτὸν ἔχειν τὸ πνεῦμα λέγεται. καταπεφοίτηκε γοῦν ἐπ' αὐτὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, ὅτι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν οἰκονομικῶς ἐβαπτίζετο, τότε καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα δοτὸν αὐτῷ ἄνωθεν γενέσθαι λέγεται, διὰ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ κένωσις. νοείσθω δὴ αὖ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, δι' ἡμᾶς πτωχεῦσαι πλούσιος ὢν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. δέδοται μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, τὸ πνεῦμα τῷ Ἀδὰμ ἐν ἀρχῇ, πλὴν οὐ μεμένηκεν τῇ ἀνθρώπου φύσει. διανένευκε γὰρ εἰς τὸ πλημμελὲς, καὶ προώλισθεν εἰς ἁμαρτίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐπτώχευσε πλούσιος ὢν ὁ μονογενὴς, καὶ μεθ' ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος τὸ ἴδιον ὡς ἐπακτὸν ἐδέξατο πνεῦμα, μεμένηκεν ἐπ' αὐτὸν, ἔφη γὰρ οὕτως Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἵνα καὶ ἐν ἡμῖν κατοικήσῃ λοιπὸν, ὡς ἤδη μεμενηκὸς ἐν τῇ τοῦ γένους ἀπαρχῇ δευτέρᾳ, τουτέστι Χριστῷ· κατωνόμασται γὰρ διὰ τοῦτο καὶ δεύτερος Ἀδάμ. διὸ πρὸς τὸ ἄμεινον ἀσυγκρίτως ἀναστοιχειούμεθα, καὶ τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἀναγέννησιν εὖ μάλα κερδαίνομεν, οὐκ ἔτι τὴν προτέραν ἔχοντες, τὴν κατὰ σάρκα, φημὶ, τὴν εἰς φθοράν τε, καὶ ἁμαρτίαν (τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, κατὰ τὸ λόγιον) ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν δευτέραν, τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ πνεύματος εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. ἔδει οὖν τοὺς ἐν τέκνοις Θεοῦ τεταγμένους τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος καταπλουτῆσαι χάριν. ἐνήργησε δὲ καὶ τοῦτο Χριστὸς εἰς ἡμᾶς, καὶ λέγων πιστώσεται Πέτρος. τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ πατρὸς ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκούετε. δέχεται μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ ἐνὸν αὐτῷ φυσικῶς· ἐκχεῖ δὲ πλουσίως εἰς ἡμᾶς, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ γέγονε σάρξ. ἐκχεῖ δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. καὶ τοῦτο δῆλον, ὡς οὐκ ἐπὶ μόνους τοὺς ἐκ περιτομῆς, ἀλλ' ἐφ' ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς διὰ πίστεως καλουμένους, κἂν εἴτε μικροὶ καὶ μεγάλοι, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, βάρβαροί τε καὶ Σκύθαι. προέκειται γὰρ τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας ἡ χά-

A virago, quia de viro sumpta est.] Verùm otiosa fuit gratia desuper cõcessa, renouata est autẽ in Christo, qui & secundus Adam est. Quo autem modo renouata? Quatenus enim est Deus, & ex Deo, secundũ naturã filius (ex Deo enim & patre natus est) proprius ipsius, & in ipso, & ex ipso spiritus est, quemadmodũ nẽpe idem spiritus, & in ipso Deo ac patre intelligitur. Quatenus autẽ factus est homo, nobis similis, impertitũ habere spiritũ dicitur. B Descẽdit itaque super ipsũ in specie columbæ: quoniã nostra conditione suscepta, tanquã vnus de nobis, & οἰκονομικῶς baptizatus est. Tunc & proprius eius spiritus ipsi desuper datus dicitur, propter naturã humanã videlicet. Et hæc est exinanitio. Sic, nec aliter intelligi debet, [Propter nos egenus factus, cùm esset diues, vt nos eius inopia diuites fieremus.] Datus est .n. spiritus Adamo, vt dixi, in principio: sed nõ mãsit naturæ humanæ: quandoquidẽ declinauit in delictum, & prolapsa est in peccatũ. Postquam autẽ factus est pau- C per, qui erat diues, vnigenitus, inquã, & nobiscũ vt homo esse cœpit, & propriũ sibi spiritũ, vt aduentitiũ accepit, mãsit super eum, vt Ioannes Euangelista scribit, vt in nobis quoque in posterũ habitet: quando iam mãsit in generis nostri primitiis secundis, id est in Christo. Ob hoc quippe secũdus Adam cognominatus est. Idcirco ad incõparabiliter meliora de integro formamur, & regenerationem per spiritũ fœlici lucro adipiscimur, nõ amplius primã habẽtes, secun- D dum carnẽ, inquam, quæ peccato & interitui obnoxia est (prudẽtia enim carnis mors, natura sua) sed quæ superna est, secundã, quę per spiritũ ex Deo est: siquidẽ verũ est, [qui nõ ex sanguinibus, nec ex volũtate carnis, sed ex Deo nati sunt.] Oportebat igitur in filiis Dei numeratos Spiritus sancti gratia locupletari. Operatus est autẽ & hoc in nobis Christus, cui fidẽ faciet Petrus. [Dextera igitur patris exaltatus, inquit, & promissione Spiritus sancti accepta à pa- E tre, effudit hunc, quẽ vos videtis, & auditis.] Accepit quidẽ à Patre spiritũ, qui inest illi naturaliter: [Effudit autẽ in nos abundè,] quia Deus secundũ naturam est, & caro factus est. Effudit porrò super omnem carnem: vtique non solum super eos, qui ex circũcisione crediderunt: sed super omnes simpliciter per fidem vocatos, seu paruos, seu magnos, seruos & liberos, barbaros & Scythas. Proposita est.n. gratia salutis in Christo mortalibus

1.Timo. — Matth. 3. — Philip. 2. 2.Cor. 8. — Ioan. 1. — Rom. 8. — Ioan. 1. — Act. 2. — Tit. 3.

mortalibus vniuersis, qui [& ipse est expectatio gentium.] Quod si quidam lingua petulantes & delirantes dicant, carnem dici etiam iumenta, audiant Prophetæ huius scopum ad genus duntaxat humanum pertinere: [nec de bobus cura est Deo,] (1. Cor. 9.) quod sapiens Paulus ait. Prophetaturos autem dicit filios, & filias, gratiæ plenitudinem in hoc, & omnium in eo æqualitatem subindicans. Nec enim aspernatur Deus muliebre genus, si, quæ ipsi placent, prompte præstiterit, & sapere voluerit. Nec irremuneratum, aut sanctificationis expers erit, si per fidem, & operum bonitatem alicunde inclaruerit. Nam & ipsum gratia & miseratione dignatum est, & pignus spiritus à Deo accepit, & in filiis ab eo reputatur. Seniores somnia somniaturos, iuuenes visiones visuros dicit. Senilem ætatem appellat (vt mihi quidem placet) virtutis præstantia prominentem, & progressam in ea longius, & quasi illustribus factis canam, & absolutissima prudentia eximiam, & admirandam: qualis erat Paulus, (Act. 16.) qui in somnis vidit virum Macedonem, orantem, ac dicentem sibi, (Ibid.) [transiens in Macedoniam adiuua nos.] Ananias autem in fide probatus, visionem super ipso Paulo vidit, cùm Damascum ille venit, & Christus ei in via apparuit, ac fulgore luminis visu priuauit, vbi per Christũ curatus est. Scriptum est his verbis. [Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu Dominus. Surge, & vade in vicum qui dicitur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem.] Audis vt visu alloquatur Ananiam. Erat, vt puto, fide fortis, habitu strenuus, animo ad virtutem incitato, spirituali robore infractus. In somnis autem Macedo Paulum rogare videbatur, erat enim Paulus mente senex, animo grandæuus, & cælesti sapientia plenus. Compellat verò & sapiens Ioannes sanctificatos in Christo per fidem, in hæc verba. (1. Ioan. 2.) [Scribo vobis Patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & vicistis malignum.] Pollicetur itaque Spiritum sanctum in seruientes sibi effusurum. Et qui sunt isti tandem?

ἐκεῖ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ὅτι καὶ αὐτός ἐστι προσδοκία ἐθνῶν. εἰ δὲ δὴ λέγοιεν τινες ἀθυρόστομοῦντες, σάρκα λέγεσθαι καὶ τὰ κτήνη, παραληροῦντες, ἤδη πως ἀκουόντων, ὅτι τῆς προφητείας ὁ σκοπὸς κατὰ μόνου συντείνεται τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, καὶ οὐχὶ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς ἔφη Παῦλος. προφητεύσειν δέ φησιν υἱοὺς, καὶ θυγατέρας, τὸ τῆς χάριτος ἀμφιλαφὲς διὰ τούτου ὑποδηλῶν, καὶ τὸ ἐπὶ πάντας ἴσον. εἴη γὰρ ἂν οὐκ ἀπόβλητον παρὰ τῷ Θεῷ τὸ θῆλυ γένος, εἰ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα δρῴη τε προθύμως, καὶ μὴν καὶ ἕλοιτο φρονεῖν. οὔτε μὴν ἀγέραστον, ἢ ἀμέτοχον ἁγιασμοῦ, εἰ διά τε πίστεως, καὶ τῆς ἐν ἔργοις ἐπιεικείας εὐδοκιμοίη ἔσται ποθέν. ἠξίωται γὰρ καὶ αὐτὸ χάριτός τε, καὶ οἰκτιρμοῦ, καὶ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος δέχεται παρὰ Θεοῦ. λελόγισται δὲ καὶ ἐν τέκνοις. πρεσβυτέρους μὲν οὖν ἐνυπνίοις φησὶν ἐνυπνιασθήσεσθαι, ὄψεσθαι δὲ ὁράσεις τοὺς νεανίσκους, πρεσβυτικὴν ἡλικίαν λέγων, καθάπερ ἐγῷμαι, τὴν ποιότητι τῆς ἀρετῆς προὔχουσάν τε, καὶ ὑπερκειμένην, καὶ οἷα λαμπροῖς πεπολιωμένην κατορθώμασι, καὶ φρονήσει τῇ τελεωτάτῃ διαπρέπουσαν, καὶ τεθαυμασμένην, ὁποῖός τις ἦν καὶ Παῦλος, ὃς τεθέαται καθ' ὕπνον ἄνδρα τινὰ τῶν ἐκ Μακεδόνων, ἐκλιπαροῦντα, καὶ λέγοντα, διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν. Ἀνανίας δὲ τῶν ἐν πίστει δεδοκιμασμένων ὅρασιν ἐπ' αὐτῷ Παύλῳ τεθέαται. ἐπειδὴ γὰρ ἧκεν εἰς Δαμασκὸν, αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ὀφθέντος Χριστοῦ, εἶτα τῇ τοῦ φωτὸς ἀστραπῇ τὴν ὄψιν ἠδίκηται, τεθεράπευται διὰ Χριστοῦ. γέγραπται δὲ οὕτως πάλιν. ἦν δέ τις ἐν Δαμασκῷ μαθητὴς ὀνόματι Ἀνανίας. καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος ἐν ὁράματι· ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην, τὴν καλουμένην εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαοὺλ ὀνόματι, Ταρσέα. ἀκούεις ὅπως ἐν ὁράματι λελάληκε πρὸς Ἀνανίαν; ἦν γάρ που τάχα τὴν πίστιν ἀνδρεῖος, καὶ νεανίας τὴν ἕξιν, καὶ σφριγῶσαν ἔχων εἰς τὸ ἀγαθὸν τὴν γνώμην, ἄθραυστος εἰς ἀλκὴν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν. καθ' ὕπνον δὲ Παύλῳ τὰς λιτὰς ἐδόκει προσφέρειν ὁ Μακεδὼν, ἦν γὰρ τὴν φρένα πρεσβύτης, τὸν νοῦν γηραιὸς, καὶ τῆς ἄνωθεν σοφίας ἔμπλεως. προσεφώνει δέ που καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης τοῖς ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. γράφω ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. γράφω ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν. ἐπαγγέλλεται δὴ οὖν τὴν χύσιν τοῦ πνεύματος τοῖς δουλεύουσιν αὐτῷ. τίνες δ' ἂν οἱ τοιοίδε πάλιν;

ἢ ἐκεῖνοι πάντως οἱ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ὑποφέρουσι τὸν αὐχένα τῆς διανοίας, τῆς μὲν ἐν τύποις λατρείας ἀποφορτίσαντες, Ἑλληνικῆς δὲ ἀπάτης ἀποπεπαυμένοι, κατὰ τὸν λέγοντα;

Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ.

Ἐπὶ ταῖς δυσσεβείαις τῶν Ἰουδαίων, ταῖς εἰς Χριστὸν γεγενημέναις, καὶ αὐτὴ τῶν στοιχείων δεδυσφόρηκεν ἡ φύσις. κατωλοφύρετο δὲ ὥσπερ ἡ κτίσις, καθυβρισμένον ὁρῶσα τὸν κτίσαντα, καὶ ὁ μὲν θεῖος ναὸς ὡς τοῖς πενθοῦσιν ἀσχάλλων ἐν ἴσῳ, περιερρήγνυτο. γέγραπται γάρ, ὅτι τὸ τοῦ ναοῦ καταπέτασμα ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω ἐσχίσθη. ὁ ἥλιος δὲ τὸ οἰκεῖον ἀνακόψας σέλας οὐκ ἠξίου φαίνειν ἔτι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. ἐποίει γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ἐνάτης, ἐσχίζοντο δὲ καὶ πέτραι, τάχα δέ που καὶ περὶ τὸν τῆς σελήνης κύκλον ἐπράττετό τι τῶν ἀσυνήθων, ὡς δοκεῖν εἰς αἷμα μεταπεποιῆσθαι αὐτήν. σεσίγηται μὲν οὖν τὸ τοιόνδε τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελισταῖς. ἀξιόχρεως γε μὴν ἡ πίστις ἐκ προφητείας, ὅτι μὲν τοῖς τοῦ δημιουργοῦ νεύμασιν οὐκ ἐν ἡλίῳ μόνον τὰ σημεῖα γέγονεν, ἀλλ' οἷον ὅλη πρὸς τὸ ἀκαλλές, καὶ ἀσυνήθες αὐτῇ μετακεχώρηκεν ἡ φύσις. σαφὲς δ' ἂν γένοιτο Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. οὐρανὸν δὲ ὅταν λέγῃ, πάντα φησὶ τὰ ἐν οὐρανῷ οἷον σάκκῳ τῷ σκότει καταμφιέσειν, πενθοῦντα, καὶ ἀλγοῦντα, καὶ ὥσπερ διακεχειρότα τῷ σχήματι. σημεῖα μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ ταυτί φαίην. τὰ δὲ εἰς γῆν αἷμά τε, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμὶς ἡ καπνοῦ κατεδήλωσεν, οἶμαι, τὰς τῶν Ἰουδαίων συμφοράς, ἃς ὁ παγχάλεπος αὐτοῖς πόλεμος ἐπισώρευσεν, ὁ τῇ διὰ τῶν Ῥωμαίων χειρός. αἵματι γὰρ ἡ πᾶσα μὲν αὐτῶν κατερραίνετο χώρα. ἔμελλε δὲ ὁμοῦ ταῖς πόλεσι καὶ αὐτὸς ὁ διαβόητος καταπίμπρασθαι ναός, οἶκοί τε καπνίζεσθαι καταπεπρησμένοι· ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης, καὶ ἐπιφανοῦς, καθ' ἣν ἅπασι προκείσεται τὸ θεῖον βῆμα, Χριστοῦ διδόντος ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τὰ τοιάδε τοῖς Ἰουδαίοις συμβήσεται, διαμεμήνυκεν εἰπών, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ. σημειωτέον δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν ἐρωτώμενος παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ

An illi prorsus, qui oraculis Euangelicis ceruicem cordis submittunt, à cultu in figura discedentes, & à Græcæ superstitionis deceptione desistentes, vt quidam ait?

Et dabo prodigia in cælo sursum & portenta super terram deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & illustris.

A Iudæis impiè in Christum designata, ipsa quoque elementorum natura indignè tulit, & creatura tam contumeliose habitum intuens creatorem, quodammodo luxit, ac diuinum templum (vt æquè cum illis dolens, ac mœstum) diruptum est. Scriptum quippe extat. [Et velum templi scissum est à summo vsque deorsum.] & sol represso splendore suo, mortalibus lucere amplius noluit: tenebras enim rebus ab hora sexta vsque ad nonam induxit. Scissæ sunt item petræ. Fortassis etiam & circa lunæ orbem inusitatum quiddam accidit, vt conuersa in sanguinem videretur. Tale quiddam igitur sacri Euangelistæ omiserunt. Verùm ex prophetia satis fit credibile, nutu conditoris non modò in sole signa facta: sed quasi vniuersam rerum naturam deformitatem, & vultum quēdam inconsuetum induisse. Hoc liquebit, Deo per Esaiam sic loquente. [Induam cælum tenebris, & quasi cilicium ponam operimentum eius.] Cùm cælum nominat, omnia quæ in cælo sunt, velut cilicio tenebris operta dicit, lugentia, & dolentia, & habitu illo quasi eiulantia. Signa igitur in cælo hæc esse dixerim. In terra autem sanguis, ignis, & vapor fumi significauerit, opinor, Iudæorum calamitates, quibus eos bellum atrocissimum à Romanis illatum cumulauit: sanguine enim tota eorum regio manauit. Debuit etiam cum vrbibus ipsum fama celebre templum conflagrare, fumare domus ex incendio & dirui. Euentura autem huiusmodi Iudæis ante diem magnum, & manifestum, qua omnibus proponetur diuinū Christi tribunal, dantis cuique secundum opera sua, ostendit cùm dicit, [Priusquam veniat dies Domini magnus, & manifestus.] Adhæc notandum, ipsum Saluatorem nostrum interrogatum à sanctis Apostolis de consummatione

XXXVI.

Matthæi

Esai. 50

Matth. 24

seculi, & euersione Hierosolymorum, miscuisse signa, vt incertum ita faceret forsitan, quæ quando euentura forent.

Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, quia in monte Sion, & in Hierusalem erit saluatus, sicut dixit Dominus: & euangelizantes quos Dominus vocauit.

xxxvii. Omnino igitur, & planè propter Iudæorum nefaria facinora in cælo, & in terra signa, & prodigia fore ait. Nihilominus etiam sic ipsis Dei placabilitatem esse propositam, salutem videlicet per fidem, in Christo iustificationem, pignus spiritus, sanctificationem, spem regni cælorum, remittente Deo, & obliuiscente in Christum ab ipsis commissa scelera. Petrus itaque accusat acriter Iudæorum populum, apertè exclamans, vniuersorum Saluatorem, ac redemptorem eos occidisse, in ligno suspendentes, & negasse sanctum, & iustum, & petiisse homicidam donari sibi. Adiungit his deinde. [Et nunc scio, fratres, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Pœnitemini igitur, & conuertimini, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini Iesu, & accipietis gratiam Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris.] Quocirca, quamuis, inquit, facta sint signa, & prodigia, saluabitur tamen quicunque Dominum, ac cæli terræque potentem inuocauerit. Verbum verò salutis in ipsa Hierosolyma, quæ prima occidit Dominum, promulgatum, & ita per omnes gentes circumlatum iri per sanctos Apostolos, clarè perspici ex hoc Prophetæ possit, [In monte Sion & in Hierusalem erit saluatus, & annuntiantes, quos Dominus vocauit.] Nam vt à Paulo dictum est, [nemo sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo.] Vocati sunt igitur cum delectu ex omnibus beati discipuli, nec sponte sua ad apostolatum accesserunt: sicut stolidus Pharisæus ille, siue legisperitus, qui se discipulum esse velle gloriatus, [Sequar te, inquit, quocunque ieris.] Quare & Saluator frustra obturbantem, & à studiis Euangelicis remotissimum repellit, dicens. *Vulpes, &c.* Contrà, ad apostolatum idoneis ait,

Act. 2. | Ibid. | Hebr. 5. | Matth. 8.

A αἰῶνος, καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων καταστροφῆς, ἔμιξε τὰ σημεῖα, ὡς τάχα που καὶ ἀγνοεῖσθαι λοιπὸν, ποῖα δή ποτε συμβήσεται.

Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται. ὅτι ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καθότι εἶπεν ὁ κύριος, καὶ εὐαγγελιζόμενοι οὓς ὁ κύριος προσκέκληται.

Ἔσεσθαι μὲν οὖν πάντη τε, καὶ πάντως ἐπὶ B ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιεργίαις ἐν οὐρανῷ, καὶ γῇ τὰ σημεῖά φησι, καὶ τὰ τέρατα προσχεῖσθαι γεμὴν καὶ οὕτως αὐτοῖς τὰ ἐξ ἡμερότητος Θεοῦ, τὴν διὰ πίστεως δηλονότι σωτηρίαν, τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν, τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν ἐλπίδα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἀμνησικάκως αὐτοῖς ἀνέντος Θεοῦ καὶ τὰ εἰς Χριστὸν ἐγκλήματα. Πέτρος γοῦν κατηγόρατο μὲν σφόδρα τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους, διαρρήδην ἀνακεκραγὼς, ὡς ἀπεκτόνασι μὲν κρεμάσαντες ἐπὶ ξύC λου τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, καὶ ἠρνήσαντο μὲν τὸν ἅγιον, καὶ δίκαιον, ἐζήτησαν δὲ ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς. προσετίθει δὲ τούτοις. καὶ νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὑμῖν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. οὐκοῦν κἂν εἰ γίνοιτο, φησὶ, σημεῖα, καὶ τέρατα, σωθήσεται πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται δεD σπότην τὸν οὐρανοῦ τε, καὶ γῆς κύριον. ὅτι δὲ ἔμελλεν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ἐν αὐτῇ καὶ προτέρῃ λαληθήσεσθαι τῇ κυριοκτόνῳ Ἱερουσαλὴμ, περιενεχθήσεσθαι δὲ οὕτω καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, σαφὲς ἂν γένοιτο, τοῦ Προφήτου λέγοντος. ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καὶ εὐαγγελιζόμενοι, οὓς κύριος προσκέκληκεν· ὡς γὰρ Παῦλος γράφει, οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ᾽ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. κέκληνται τοίνυν ἀπολεγέντες ἐκ πάντων οἱ μακάE ριοι μαθηταὶ, καὶ οὐκ αὐτόματοι προῆλθον εἰς ἀποστολὴν, καθάπερ ὁ ἀπόπληκτος Φαρισαῖος ἐκεῖνος, ἤγουν νομικὸς, ὃς τοῖς τῆς μαθητείας αὐχήμασιν ἑαυτὸν ἐνιεὶς, προσετίθει λέγων, κύριε ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. τοῦτον καὶ ὁ σωτὴρ παρενοχλοῦντα τι εἰκῇ, καὶ τῶν Εὐαγγελικῶν ἐπιτηδευμάτων ὅσον εἰπεῖν ἐγγὺς γεγονότα, παρωθεῖτο λέγων. αἱ ἀλώπεκες, καὶ τὰ ἑξῆς. τοῖς γεμὴν ἐπιτηδείως ἔχουσιν εἰς ἀποστολὴν ἐπιφωνεῖ λέγων,

δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Ματθαῖον γέμων ἐξ αὐτῆς ἀνίστησι τῆς τῆς πλεονεξίας ἐργαστηρίων, ἀκολουθεῖν ἐπιτάττων· προσκέκληνται δὲ, κατ' ἰδίαν βούλησιν, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, ἔσεσθαι δυνατώτατοι εἴς γε τὸ ἀποπεραίνειν δύνασθαι, καὶ μάλα νεανικῶς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, εἰ καὶ ἥρπασε τὸν προδότην ὁ τῆς ἀνομίας εὑρετὴς, καὶ πατήρ.

A [Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.] Matthæum quidem ab ipsa auaritiæ officina excitat, sequi iubens. Vocati sunt autem, voluntate illius, vt erat consentaneum, potentissimi futuri ad strenuissimè perficiendum, quod illi placeret: tametsi iniquitatis repertor, & parens proditorem ex eo collegio rapuit.

Matth. 4. Ibid. 9.

ΚΕΦΑΛ. γʹ.

B

CAPVT III.

Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅταν ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα, καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ συνάξω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ κατάξω αὐτὰ εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφὰτ, καὶ διακριθήσομαι πρὸς αὐτοὺς ἐκεῖ, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μου, καὶ τῆς κληρονομίας μου Ἰσραὴλ, οἳ διεσπάρησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὴν γῆν μου κατεδιείλαντο, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν μου ἔβαλον κλήρους· καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις, καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου, καὶ ἔπιον.

Quia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo, quando conuertero captiuitatem Iuda, & Hierusalem, & congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi pro populo meo, & hæreditate mea Israel, quos disperserunt in gentibus, & terram meam diuiserunt, & super populum meum miserunt sor- C *tes, & pueros dederunt meretricibus, & puellas vendebant pro vino, & bibebant.*

Ἐκ τῆς Ῥοβοὰμ βασιλείας ἀπορραγεισῶν τῶν δέκα φυλῶν, καὶ διῃρημένων αὐτῷ, καὶ παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἴς τε τὸν Ἐφραὶμ, καὶ τὸν Ἰούδα, οἱ μακάριοι γεγόνασι Προφῆται. λελαλήκασι δὲ τὰ περὶ ἀμφοῖν, τῆς ὅλης αὐτοῖς προφητείας παρατεινούσης μέχρι καιρῶν τῆς αἰχμαλωσίας. μετὰ δέ γε τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκεῖθεν ὑποστροφὴν, καὶ τὴν γεγενημένην κατὰ καιροὺς ἐπάνοδον, προεφήτευσαν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ Ἀγγαῖός τε καὶ Ζαχαρίας, καὶ μήν τοι καὶ Μαλαχίας. Φαίνεται δὲ καὶ ὁ Ἔσδρας ὀλίγα ἄττα τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ χρόνοις γεγενημένων προαγορεύσας. μέμνηται τοίνυν τῶν προκειμένων ὁ λόγος πράγματος οὐκ ἐν καιροῖς Προφητῶν τῶν ἀρχαίων γεγενημένου, ἀλλ' ὅτι δὴ μόλις Κύρου τὸν Ἰσραὴλ ἀνέντος ὑπενόστησαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. καὶ τί τὸ χρῆμα τὸ ἀξιάκουστον, τί δὲ δὴ γενέσθαι συμβέβηκεν, ἐροῦμεν ὡς ἔνι, τὴν τοῦ Ἔσδρα συγγραφὴν κομίζοντες εἰς ἀπόδειξιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπανῆλθον ἄρτι, καὶ δασμῶν, καὶ τῶν τῆς δουλείας ἀναπνεύσαντες πόνων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμοι ἐτράποντο, καὶ ἦσαν οὐκ ἀσφαλεῖς τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων ἐπιτηρηταὶ, καὶ φύλακες. ἀποφάσκοντος γὰρ τοῦ νόμου, γεινῶαί τινας ταῖς θυγατράσι

A Regno Roboam auulsis separatisque decem tribubus, & vniuerso Israele, in Ephraim, & Iuda diuiso, beati Prophetæ extiterunt. Locuti sunt autem quæ ad vtrosque pertinerent, tota eorum prophetia se extendente vsque ad tem- D pora captiuitatis. Post reuersionem deinde Hierosolymam, & susceptum definito tempore reditum, prophetarunt ad Israel Aggæus, & Zacharias, Malachiásque similiter. Videtur item Esdras pauca quædam illis, atque adeò suis temporibus gerenda prædixisse. Meminit ergo propositus sermo rei, quæ non ætate veterum Prophetarum contigit: sed quando Cyro tandem dimittente, in Iudæam Israelitæ redierunt. E De re illa auditu digna, & quid factum sit, dicemus, quod satis erit, & ex historia ab Esdra conscripta narrationem petemus. Itaque reduces è seruitute nuper in Iudæam Israelitæ, vectigalium, ac seruitutis oneribus, molestiisque liberati, desidiæ se tradiderunt, nec iam per Mosen sancita sedulò, constantérque colebant, & conseruabant. Cùm enim lex vetaret alienigenarum

XXXVIII 2. Reg. 12.

filias ducere, illi diuinum oraculum posthabentes, cum vxoribus alienigenis consuescebant. Id ægerrimè ferens Esdras, veste conscissa Israelitas lugebat, & vt ab alienigenis separarentur, obsecrabat. Quod illis est persuasum, timentibus, credo, iram diuinam, & futuram calamitatem, nisi honorem legi haberent: cùm præsertim experientia maiorum eis pro magistra esset. Postquam repudiata muliercularum multitudo Hierosolyma discessit, tum finitimæ gentes non immeritò exacerbatæ sunt, & ipsæ quoque non mediocri affectæ iniuria. Et illud insuper secum fortasse cogitabant. Quoniam enim Hierosolymæ muros Israelitæ instaurabant, & diuinum templum reædificare nitebantur, inuidiæ telis saucii, & irati hostes, opus impedire aggrediebantur, illud, vt est verisimile, animis voluentes, si Israel pristinam potentiam recuperaret, vrbésque muris communitas possideret, & vniuersorum Deum defensorem haberet, qui in templo, vt antiquitus, coleretur, rursum dominaturum, & eius iugum omnibus intolerandum fore; & vicinis tributa impositurum, eos in seruitutem redacturum, eorum agris penitus deuastatis, si qui velint, quamuis longo post tempore tantum eos contra intueri. Hac de causa subornarunt quosdam, qui eos nec templo, nec mœnibus struendis manum admouere paterentur. Cum frustra laborarent, Deo Israelitarum studia prosperante, armis deinde correptis, eos opprimere voluerunt. Verùm adiuuante Deo, victi ab ipsis, interfectique sunt. Ad hoc autem prælium in vallem Iosaphat multitudo sese collegit, qui locus non multis ab Hierosolyma stadiis, versus orientem distat. Aiunt nudum, & equitationi aptum esse. Cæterùm potentiores quosdam Israelitis diuinum templum extruentibus inuidisse, & nihil tamen profecisse, docebit beatus Esdras ita scribens. " [In Artaxerxis autem regis Persarum " temporibus, scripserunt ei de his qui " habitabant in Iudæa, & Hierusalem, " Balsamus, & Mithridates, & Sabel" lius, & Rathimus, & Balthethmus, & " Geentethmus Scriba, & reliqui eius " ordinis in Samaria, cæterisque locis " habitantes,] in hanc sententiam: Hierusalem fore ciuitatē inexpugnabilem,

1 Esdr. 9. 10.

2. Esdr. 3. 4.

1 Esdr. 4.

A τῶν ἀλλοφύλων συγκατευνάζεσθαι, ὀλίγα φροντίσαντες τοῦ θείου αὐτοῖς κεχρησμῳδημένου, ἀλλοτρίαις γυναιξὶν ἐπεμίγνυντο. καὶ πρὸς τοῦτο λίαν δεδυσφορηκὼς Ἔσδρας, περιερρήγνυτο μὲν τὴν ἐσθῆτα, κατωλοφύρετο δὲ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ τῶν ἀλλοφύλων γυναικῶν ἀπαλλάττεσθαι παρεκάλει. οἱ δὲ τοῦτο δρᾶν ἀνεπείθοντο, δεδιότες τάχα που τὴν ἐξ ὀργῆς καὶ τῶν ἐσομένων αὐτοῖς, εἰ μὴ ἕλοιντο τιμᾶν τὸν νόμον, τῶν προγεγονότων τὴν πεῖραν ἐποιοῦντο διδάσκαλον. ἐπεὶ δὲ ἀπεβέβλητο, καὶ ἀπεφοίτα τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ τῶν ἀλλοφύλων γυναικῶν πλῆθος,
B λοιπὸν ἀναξίως κατεπικραίνοντο πρὸς ὀργὰς οἱ περίοικοι τῶν ἐθνῶν, ἅτε δὴ καὶ διὰ τούτων οὐ μετρίως ἐξυβρισμένοι. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κἀκεῖνό που τάχα διελογίζοντο κατὰ σφᾶς αὐτούς. ἐπειδὴ γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνετείχιζον μέν, ἐσπούδαζον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον ἐγείρειν ναόν, τοῖς τοῦ φθόνου βέλεσιν ἀνεκαίοντο πρὸς ὀργάς, καὶ διακωλύειν ἐπεχείρουν, ἐκεῖνο διενθυμούμενοι, κατά γε τὸ εἰκός, ὡς εἰ γέ-
C νοιτο πάλιν ὁ Ἰσραὴλ ἐν δυναστείαις ταῖς πρώην, καὶ τετειχισμένας μὲν ἔχοι τὰς πόλεις, ἐπαμύνοντα δὲ τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἅτε δὴ τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι θεραπευόμενον ἐν ναῷ, πάλιν κατακρατήσει, καὶ ἀφόρητος ἔσται τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ δασμοὺς ἐπιβαλεῖ τοῖς ὁμόροις τισί, καὶ ἁλώσονται πάντως, καταδηουμένων αὐτοῖς τῶν χωρῶν, εἰ δή τινες ἕλοιντο κἂν χρόνῳ ὀψὲ ἀντιβλέψαι μόνον. ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρεσκεύαζον μέν τινας ἀπείργειν αὐτοὺς τῶν τε ἐπ' αὐτῷ τῷ ναῷ, καὶ τοῖς τείχεσι παρεσκευασμέ-
D νων. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἀνόνητος ἦν ἡ σπουδή, Θεοῦ κατευθύνοντος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ὁδόν, ὡπλίζοντο λοιπόν, καὶ καταστρατεύειν ἤθελον. ἀλλ' ἡλώκασι, καὶ πεπτώκασι ἐπαμύνοντος αὐτοῖς Θεοῦ. γέγονε δὲ τῶν εἰς τοῦτο συναγηγερμένων ἡ ἄθροισις ἐν τῇ κοιλάδι Ἰωσαφάτ, χῶρος δὲ ἐστὶν οὐ πολλοῖς σταδίοις ἀπέχων τῆς Ἱερουσαλήμ, ἐν τοῖς πρὸς ἠῶ μέρεσι. ψιλὸν δὲ εἶναί φασι, καὶ ἱππήλατον. ὅτι δὲ διεφθονήκασι μέν τινες τῶν δυνατωτέρων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸν θεῖον ἐγείρουσι ναόν, ὤνη-
E σαν δὲ οὐδέν, διδάξει λέγων ὁ μακάριος Ἔσδρας. ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως χρόνοις, κατέγραψαν κατὰ τῶν κατοικούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ Βήλεμος, καὶ Μιθριδάτης, καὶ Σαβέλιος, καὶ Ῥάθυμος, καὶ Βέλτεθμος, καὶ Γεέντεθμος ὁ γραμματεύς, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, οἰκοῦντες δὲ ἐν Σαμαρείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις τόποις. ἦν δὲ τῆς γραφῆς τοιάδε τις ἡ δύναμις, ὡς εἴη μὲν πόλις ἄθραυστον ἔχουσα δύναμιν Ἱερουσαλήμ,

ἤκουσα δὲ οὐδαμῶς τοῖς τῶν ἑτέρων χώραν βασιλεῦσιν· ἀντεγείρεσθαι δὲ μᾶλλον σφόδρα νεανικῶς, ἵν᾽ εἰ γένοιτο πάλιν ἐπανορθῶσαι πρὸς τὸ ἀρχαῖον, καὶ αὐτοῖς ἐπιλεύσει φροντίδας τοῖς τῆς Βαβυλῶνος κατὰ καιροὺς ἡγουμένοις. ἀλλ᾽ ὤνησαν μὲν τὰ τοιάδε γεγραφότες παντελῶς οὐδέν. παρεκάλουν δέ τινες τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος μετοικισθέντας συνεργάζεσθαί τε, καὶ συνοικοδομεῖν αὐτοῖς. οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κεκμήκασιν οὐ μετρίως, ταῖς ἐκείνων ἐπιβουλαῖς ἀντεξάγοντες. γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τῷ Ἔσδρᾳ πάλιν. καὶ ἤκουσαν οἱ θλίβοντες Ἰούδαν, καὶ Βενιαμὶν, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀποικίας οἰκοδομοῦσιν οἶκον τῷ κυρίῳ Θεῷ Ἰσραήλ· καὶ ἤγγισαν πρὸς Ζοροβάβελ, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν πατριῶν, καὶ εἶπον αὐτοῖς. οἰκοδομήσωμεν μεθ᾽ ὑμῶν, ὅτι ὡς ὑμεῖς ἐκζητοῦμεν τὸν Θεὸν ὑμῶν, καὶ αὐτῷ ὑμεῖς θυσιάζομεν ἀπὸ ἡμερῶν Ἀσαραδὰν βασιλέως Ἀσσοὺρ τοῦ ἐνέγκαντος ἡμᾶς ὧδε. οἱ δὲ περὶ τὸν Ζοροβάβελ εἶπον, οὐχ ὑμῖν, καὶ ἡμῖν τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὅτι ἡμεῖς αὐτοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἰκοδομήσομεν κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὡς ἐνετείλατο ἡμῖν Κῦρος ὁ βασιλεὺς Περσῶν. καὶ ἦν ὁ λαὸς τῆς γῆς ἐκλύων τὰς χεῖρας τοῦ λαοῦ Ἰούδα, καὶ ἐνεπόδιζον αὐτοὺς τοῦ οἰκοδομεῖν, καὶ μισθούμενοι ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἐβουλεύοντο τοῦ διασκεδάσαι βουλὴν αὐτῶν. ἀλλ᾽ ἐπεβούλευον μὲν, ἄπρακτος δὲ καὶ τούτοις ἡ ἐπιχείρησις ἦν. ὅτι δὲ τῆς λαθραίου λοιπὸν ἀτονούσης ἐπιβουλῆς τὸν πολέμου νόμον ἤεσαν στρατευόμενοι πάντες οἱ περίοικοι τῶν ἐθνῶν, ἥλωσάν τε καὶ πεπτώκασι, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. γράφει γὰρ ὧδε πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ. καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσε Σαναβαλὰτ, καὶ Τωβίας, καὶ οἱ Ἄραβες, καὶ οἱ Ἀμμανῖται ὅτι ἀνέβη ἡ φυὴ τοῖς τείχεσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅτι ἤρξαντο αἱ διασφαγαὶ ἀναφράσσεσθαι, καὶ πονηρὸν αὐτοῖς ἐφάνη σφόδρα. καὶ συνήχθησαν πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, καὶ παρατάξασθαι ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ πρὸς κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, φησὶ, προσηυξάμεθα, καὶ ἐστήσαμεν προφύλακας ἐπ᾽ αὐτοὺς ἡμέρας, καὶ νυκτὸς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν. καὶ εἶπεν Ἰούδας. συνετρίβη ἡ ἰσχὺς τῶν ἐχθρῶν, καὶ ὁ χοῦς πολύς. καὶ σεσίγηται μὲν ἐν τούτοις τῆς κοιλάδος ἡ μνήμη. φέρει δὲ τοῦτο πάλιν εἰς ἡμᾶς ὁ τῆς παραδόσεως λόγος. ἀξιόχρεως δὲ εἰς πίστιν ἡ προφητεία καὶ αὐτὸν ἡμῖν τὸν τοῦ πολέμου χῶρον κατονομάζουσα. ταύτης τοι τῆς ἱστορίας μεμνῆσθαί φαμεν, συνάξειν λέγοντα πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἄκοντα ἄξει, ἀλλ᾽ ὅτι βουλόμενα ἐλθεῖν οὐ κωλύσει. διακρινεῖσθαι δὲ πρὸς ταῦτα

A nec vlla ratione alijs regibus subiectā: sed rebellantem audacissimè, &, si antiquum statum ac dignitatem recipiat, Babyloniorū principibus, qui tum fuerint, curarum fluctus excitaturam. At enim his scriptis nihil omnino cōsecuti sunt. Rogabant porrò quidam ò Samaria, vt ipsis cum his, qui Babylone reuenerāt, laborare, & ædificare liceret. Repulsam tulerunt. Quamobrem dum aduersus illorum postea machinationes se tuentur B Israelitæ, non parum sunt defatigati. Est porrò apud Esdram in hunc modum. [Et audierūt tribulantes Iudā, & Beniamin, quod filij trāsmigrationis ædificant domū Domino Deo Israel. Et accesserūt ad Zorobabelē, & principes familiarū, & dixerunt eis: ædificemus vobiscū, quia sicut vos quærimus Deum vestrū, & ipsi nos sacrificamus à diebus Asaradā, regis Assur, qui duxit nos huc. Zorobabel autem cum comitibus suis respondit: Non vobis & nobis, vt ædificemus domū Deo nostro, quoniam nos C ipsi idipsum ędificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Et fuit populus terræ dissoluens manus Iuda, & impediebant ipsis ædificationē, & conducebant aduersus eos consiliatores, vt destruerēt consiliū eorū.] Sed eorum insidiæ, & molitiones ad nihilum reciderūt. Vbi postmodum omissis fraudibus, clandestinis vicinæ gentes omnes in apertā vim, ac bellum eruperunt, cæsæ fugatæque sunt. Quod inde cognoscas. Rursus enim libro se- D cundo sic est. [Et factū est, cùm audisset Sanabalat, & Tobias, & Arabes, & Amanitæ, quod ascendit germen muris Hierusalem, quoniam incœperūt cicatrices obduci, & molestū eis visum fuit valde. Et congregati sunt omnes in vnum, vt venirent, & percuterēt in Hierusalem, & facerent direptionem. Et orauimus ad Deum nostrum, inquit, & statuimus custodes super eos die ac nocte à facie E eorum. Et dixit Iudas. Contrita est fortitudo inimicorū, & multitudo magna.] In his nulla mētio vallis Iosaphat. Hoc autem ad nos traditione peruenit. Meretur quoque fidem prophetia, ipsum nobis conflictus locum nominans. Et huius historiæ meminisse Prophetam dicimus, dum vaticinatur Deum congregaturum in vallem Iosaphat omnes gentes: non inuitas sine dubio congregabit: sed eò volentes conuenire non prohibebit, vt cum illis disceptet

1. Esdr. 4.

Ibid.

de Israel, & hæreditate sua, quam diuiserint, Babyloniorum reliquias diripientes, credo, & temporibus miseris eos adorientes, & pueros meretricibus donantes, partesque corporis verecundas inusitatis stupris, obiicientes, & tanquam nundinis aliorum libidini vendentes, indéque in epulas, & ebrietates sumptum colligentes.

περὶ τοῦ Ἰσραήλ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κληρονομίας, ἣν καταδιείλαντο διαρπάζοντές που τάχα τὰ τῶν Βαβυλωνίων λείψανα, καὶ ἐν καιρῷ τῆς ταλαιπωρίας συνεπιτεθειμένοι, καὶ πόρναις μὲν τὰ παιδάρια χαριζόμενοι, προθέντες δὲ τὰ κόρια πρὸς ἀσυνήθη πορνείαν, καὶ εἶτα ἐκκαπηλεύοντες ταῖς ἑτέρων ἀσελγείαις, εἶτα τοὺς ἐντεῦθεν μισθοὺς εἰς τροφάς, καὶ μέθας συλλέγοντες.

Non dissimile quiddam, & in nobis factum affirmare possumus, cùm redemptionem Christi cogitamus. Captiuos enim nos, & tyranno, importuno, inquam, Satanæ subditos eripuit, & quasi in terram sanctam reduxit, ad vitam euangelicam, ad habitum & mores, quorum facillima est cognitio, ad vrbem muro cinctam, nouam Hierusalem, quæ est Ecclesia Dei viuentis, aptos reddens: vt tanquam lapides pretiosi [superædificemur in templum sanctum, in habitaculum Dei, in spiritu.] Sed inuidiæ doloribus nefanda dæmonum turba incensa, atque insuper dogmatum veritatis aduersarii, crebras in sanctos incursiones fecerunt; nihil tamen iis nocuerunt, Deo protegente, & Christo fiduciam afferente, illis verbis, [confidite, quia ego vici mundum.] Friuola, & anilia sunt, quæ apud Iudæos circumferuntur, olim in valle Iosaphat, vbi mortui in vitam redierint, Deum de omnibus iudicium habiturum, & quotquot sub cælo sunt, de his, quæ aduersum ipsos perpetrauerint, rationem reddituros. Quæ cogitatio fieri nequit, quin redicula sit, quandoquidem diuinitus inspirata scriptura prophetiam completam esse dicit, & pugna commissa in valle Iosaphat, à vicinis gentibus pœnas exactas. Irruerunt enim, vt dixi, in reliquias Israelis, quamuis iactati ærumnis longè plurimis: Babyloniis siquidem in seruitutem traditus fuerat.

1 Pet. 2. Ephes. 2. Ioan. 16.

Φαμὲν δέ τι καὶ ἐφ' ἡμῶν τοιοῦτον γεγενῆσθαι τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν ἐννενοηκότες. ἐξείλετο μὲν γὰρ ἡμᾶς αἰχμαλώτους ὄντας, καὶ ὑπὸ τυράννῳ τελοῦντας, πικρῷ φημὶ δὴ τῷ Σατανᾷ, ἀνεκόμισε δὲ ὥσπερ εἰς γῆν ἁγίαν, εἰς πολιτείαν εὐαγγελικήν, εἰς ἕξιν εὐμαθεστάτην, εἰς πόλιν τετειχισμένην τὴν νοητὴν Ἱερουσαλήμ, ἥ τις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, οἰκοδομεῖσθαι παρασκευάσας, ὡς λίθους τιμίους εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι. ἀλλὰ τοῖς ἐκ βασκανίας πόνοις ἡ τῶν δαιμονίων ἀνεφλέχθη ἀνοσία πληθύς, καὶ μέν τοι πρὸς τούτοις οἱ τοῖς δόγμασι τῆς ἀληθείας μαχόμενοι, πολλὰς μὲν τὰς κατὰ τῶν ἁγίων ἐφόδους πεποίηνται, ἠδίκησαν δὲ οὐδὲν ὑπερασπίζοντος Θεοῦ, παραθαρσύνοντος δὲ Χριστοῦ, καὶ λέγοντος, θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. ὕθλος μὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις σαθρὸς, καὶ γραώδης, ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ ἡ παρὰ Θεοῦ κατὰ πάντων κρίσις, μετὰ τὸ ἀναβιῶναι τοὺς νεκρούς. οἴονται δὲ ὅτι τῶν εἰς αὐτοὺς ἕνεκα γεγονότων ἀποτίσουσι λόγους, οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἀμοιρήσει δὲ ἂν οὐδαμῶς τοῦ γελᾶσθαι τρέπειν τὸ ἐνθύμημα αὐτοῖς, τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὰ τῆς προφητείας ἐκπεπεράνθαι λεγούσης, καὶ ὅτι δίκας ἐξετίσατο παρὰ Θεοῦ τὰ πρόσοικα τῶν ἐθνῶν, τοῦ πολέμου γεγονότος ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. ἐπεθρώσκει γὰρ ὡς ἔφην τοῖς λειψάνοις τοῦ Ἰσραήλ, καίτοι πλείστην ὅσην ἀνατλᾶσι ταλαιπωρίαν, δέδονται γὰρ τοῖς Βαβυλωνίοις.

Et quidem quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum? Nunquid retributionem vos retribuitis mihi, aut irã in corde retinetis mihi? velociter, & citò reddam retributionem vestram in capita vestra. Pro eo quod argentum meum, & aurum meum tulistis, & electa mea, & bona intulistis in templa vestra. Filios Iuda, & filios Hierusalem vendidistis filiis

Καίγε τί ἐμοὶ, καὶ ὑμῖν Τύρος, καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε; ὀξέως καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν. ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν μου, καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου, καὶ τὰ καλὰ εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν. τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν

Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

Ἔθνος μὲν οὖν ἅπαν κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ συναγήγερται, Μωαβῖται, Ἰδουμαῖοι, Ἰεβουσαῖοι, Ἀμμανῖται, καὶ οἱ λοιποί. κατάρξαι δὲ, οἶμαι, βουλῆς, καὶ ἐγχειρήματος Δαμασκηνοὺς, καὶ Τυρίους, καὶ τοὺς καλουμένους Φιλιστιείμ, καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς Γὲτ, ἥτις καλεῖται καὶ ἀλλοφύλων. τοιγάρτοι καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεός. καὶ τί ἐμοὶ, καὶ ὑμῖν Τύρος, καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; ποίας γὰρ, φησὶ, τὰς ἀφορμὰς τῆς ἀγριότητος ἔχοντες, ταλαιπωροῦντα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ταῖς ἐκ Βαβυλωνίων συμφοραῖς οὐ μετρίως κατηχθισμένον ἀνοσίως ἐπιφορτίζετε, πικρῶς ἐπιβαίνοντες, καὶ οἷον ἐμὲ ζηλοῦντες τὸν σώζοντα τάχα που, καὶ ἀμυνόμενον, καὶ τὰ ἐχθρῶν εἰς ἐμὲ τολμῶντες λέγειν, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δρᾶσαι; οὐκ εἰς μακρὰν ἀπολήψεσθε τὸ ἀνταπόδομα. ἥξει δὲ ὑμῖν εἰς κεφαλήν· δίκας γὰρ ἀποτίσετε ἐμοὶ τῷ διακριθησομένῳ πρὸς ὑμᾶς ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. ἐγκαλεῖ δὲ αὐτοῖς ὡς διηρπακόσι μὲν τὰ ἐπίλεκτα τοῦ ναοῦ, καὶ τὰ χρυσᾶ σκεύη σεσυληκόσι, καὶ ταῖς τῶν ἰδίων Θεῶν ἀνατεθεικόσι τιμαῖς. ἀφόρητον δὲ τὸ χρῆμα, καὶ πικρὸν, καὶ οὐκ ἀπεικότως ἔχον εἴσω τοῦ δύνασθαι καταλυπῆσαι Θεόν. ἔφη γὰρ, ὅτι τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. τί γὰρ ἕτερον ἂν εἴη τὸ τοῖς θείοις ἀναθήμασι τοὺς τῶν εἰδώλων κατακαλλύνειν ναοὺς, ἢ μονονουχὶ διακεκραγέναι, καὶ λέγειν, ὡς εἴη μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν δευτέροις, τὰ δὲ ἐν λόγοις τοῦ προὔχοντος, καὶ σώζειν εἰδότας τοὺς ἰδίους προσκυνητάς; καὶ οὐκ ἀπόχρη, φημὶ, εἰς δυσσέβειαν, ὑμῖν τὸ τῶν θείων ἀναθημάτων τὸν ἐμὸν γυμνῶσαι νεὼν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων. γενέσθαι δέ τι τοιοῦτον εἰκὸς, ὡς ἐν ταῖς χώραις τῶν ἐθνῶν τινας ἀποκομισθῆναι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀπεμπολούντων αὐτοὺς ἢ Τυρίων τυχὸν, ἢ καὶ ἑτέρων, οἷς ἐμπορεία τὸ σπουδαζόμενον, καὶ φιλοκερδεῖν τὸ ἐπιτήδευμα.

Πρέπει δ᾽ ἂν ὁ λόγος, ὥσγε μοι φαίνεται, καὶ τοῖς τῶν ἀνοσίων προεστηκόσιν αἱρέσεων, οἳ τοὺς υἱοὺς τῆς ἐκκλησίας μονονουχὶ διαρπάζοντες τῇ τῶν Ἑλλήνων καταπωλοῦσι σοφίᾳ, ἵνα πολυπλόκων ἐννοιῶν ἀναπιμπλάμενοι, πικροὶ γένωνται ζητηταὶ, μᾶλλον δὲ ἀπειθεῖς τε, καὶ ἀλιτήριοι, καὶ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, καίτοι δέον ἁπλῇ διαβιῶναι φρενὶ, καὶ τὸν ἀκαπήλευτον λόγον τῆς ἀληθείας μελετᾶν. ἔξω δὲ οὖν τῶν ἰδίων ὁρίων γενέσθαι τοὺς ἠπατημένους παρασκευάζουσιν.

Græcorum, vt eiiceretis eas ex finibus suis.

Omnes itaque gentes contra Israelem congregati sunt, Moabitæ, Idumæi, & Iebusæi, Ammonitæ, & reliquæ. Huius consilii, & facinoris antesignanos fuisse reor Damascenos, Tyrios, & qui appellabantur Philistiim, & vsque ad ipsam Geth, quæ alienigenarum dicitur. Quocirca sic eos vniuersorum Deus affatur. [Quid mihi, & vobis Tyrus & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum?] Quas enim occasiones feritatis, inquit, habentes, ærumna pressum Israelem, & à Babyloniis non vulgaribus incommodis oneratum scelerate opprimitis, & acerbè illi insultantes, & me fortè irridentes quodammodo, qui eum seruaui, & defendi, ac probris non dubitantes lacerare, imò verò re ipsa afficere? Quare breui vltionem recipietis, & veniet vobis in caput vestrum: pœnas enim mihi vobiscum in valle Iosaphat disceptaturo pendetis. Accusat autem eos, vt qui electa templi diripuerint, & aurea vasa compilarint, atque ad suorum Deorum honorem dedicauerint. Intolerandum porrò, & dirum negotium, & quod satis sit ad offendēdum Deum, cuius illa vox, [Gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam idolis.] Quid enim aliud fuerit, sacrosanctis anathematis idolorum fana condecorare, quam propemodum proclamare ac dicere, vniuersitatis huius Deum secundas tenere, illa autem primas, & salutem dare posse, à quibus adorentur? Nec sufficit vobis, inquit, ad impietatē, diuinis donariis spoliasse tēplum meū; insuper filios Iuda, & filios Hierusalem vendidistis Græcorum filiis. Factum istuc verisimile est, vt aliqui nempe ex Israel in terras gentium deportarentur, ementibus, & abducentibus aut Tyriis fortasse, aut aliis mercaturam facientibus, & quæstui comparando deditis.

Hic sermo, si rectè ratiocinor, etiam in nefandarum hæresum præsides quadrabit, qui Ecclesiæ filios tantum non abripientes, Græcæ philosophiæ vendunt, vt impeditis intelligentiis repleti, molesti disputatores, vel potius increduli, & pestilentes euadant, recta peruertentes, cum secundum simplicem locutionem viuere, & sermonem veritatis nulla fraude corruptum meditari oporteat. E finibus igitur vt eiiciantur ab ipsis decepti, in causa sunt,

Finis verò, sicut & regio filiorum Ecclesiæ, cognitio veritatis est, & quod ad omne, quidquid accuratè ad rectitudinem exploratum est, vergit. Ac meritò sanè, & verè vasa aurea, & argentea, & electa Dei vocari possunt fide exornati, & operum gloria inaurati, ac pietatis splendore corusci. Quod si contigerit quempiam horum ita clarum, ac nitidum fallaciæ laqueis irretiri, audient planè fallaciarum inuentores, [Argentum meum, & aurum meum tulistis, & electa mea intulistis in delubra vestra.] Crimen istuc horribile est, & supplicium difficulter effugiet. Peccantes namque in fratres nostros, pro quibus Christus mortuus est, in Christum ipsum sunt iniuriosi, cui omnino, & omnium quæ in eum peccauerint, pœnas persoluent.

1 Cor 8.

Ecce ego suscito eos de loco, vbi vendidistis eos illic: & reddam retributionē vestram in capita vestra. Et vendam filios vestros, & filias vestras in manus filiorum Iuda, & venundabunt eos in captiuitatem, in gentem quæ procul, quoniam Dominus locutus est.

XL.

Tyrorum machinationes, & peruersa inuenta contra Israel inania fore, perquam dilucidè affirmat, & iis qui læserunt, quasi ex aduerso calamitatem remetiendam, paribúsque malis probe inuolutum iri, tantum non simili pœna recidente in capita eorum, qui impiè deliquerunt. Quomodo namque ipsi genus Iuda captiuum fecerunt, deinde pro mancipiis venditum, ad remotas gentes abducendum dederunt: sic eorum liberos per manus Iuda venales futuros testatur, & ad vnguem idem passuros testificans ait, [quia Dominus locutus est.] Nihil autem omnium quæ Deus loquitur, ad rem non confertur. Itaque Christus inquit, [Verba mea non interibunt.] Et hæc quidem historicè.

Matth. 24

Quod si cui placet considerare spiritualia, & abditis intelligentiis se explere, cogitabit etiam, Græcos falsa opinione sapientiæ supercilium tollentes, ac præterea hæreticos, ob inuoluta fallaciarum inuenta existimantes se esse aliquid, simpliciorum quosdam à recta, & inculpata fide, quam à Deo habere possint, auertere, & imposturæ laqueis irretitos, propemodum seruorum

A ὅρος δὲ ὥσπερ καὶ χώρα τῶν τέκνων τῆς ἐκκλησίας τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀκριβῶς ἐξητασμένων εἰς ὀρθότητα νενευκός. λέγοιντο δ' ἂν εἰκότως χρυσᾶ σκεύη, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἐπίλεκτα Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς οἱ πίστει κατηγλαϊσμένοι, καὶ τοῖς ἐξ ἔργων ἀγαθοῖς αὐχήμασι κεχρυσωμένοι, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας διαστίλβοντες κάλλει. ἀλλ' εἰ γένοιτό τινα τῶν ὧδε λαμπρῶν τοῖς τῆς ἀπάτης ἁλῶναι βρόχοις, ἀB κούσονται πάντως οἱ τῆς ἀπάτης εὑρεταί, τὸ ἀργύριόν μου, καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν. ἔγκλημα δὲ τοῦτο δεινόν τε, καὶ δυσδιάφυκτον. ἁμαρτάνοντες γὰρ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀπέθανεν, αὐτὸν ἀδικοῦσι Χριστόν. ᾧ πάντη τε, καὶ πάντως τὰς τῶν εἰς αὐτὸν πεπλημμελημένων δίκας ἀποτίσουσιν.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω αὐτοὺς ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἀπέδοσθε αὐτοὺς ἐκεῖ· καὶ ἀνταποδώσω ἀνταC πόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν. καὶ ἀποδώσομαι τοὺς υἱοὺς ὑμῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰούδα, καὶ ἀποδώσονται αὐτοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν εἰς ἔθνος μακρὰν ἀπέχον, ὅτι κύριος ἐλάλησεν.

Ἀπρακτα μὲν τὰ Τυρίων ἔσεσθαι μηχανήματα, καὶ τὰ ἐκ τῆς δυστροπίας εὑρέματα κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἐναργέστατά φησιν, ἐξ ἀντιστρόφου δὲ ὥσπερ γενέσθαι τοῖς ἠδικηκόσι τὴν συμφορὰν, καὶ τοῖς ἴσοις ἐναλῶναι κακοῖς, μονονουχὶ πιπτούσης D εἰς κεφαλὰς τῶν ἀνόσια πεπλημμεληκότων τῆς ἰσοστάθμου δίκης. ὥσπερ γὰρ αὐτοὶ τὸ ἐξ Ἰούδα γένος εἷλον, εἶτα τοῖς ἀνδραποδισταῖς δεδώκασιν, ἀποκομίζειν εἰπόντες εἰς ἔθνος μακρὰν, οὕτω τὰ αὐτῶν ἀπεμποληθήσεσθαι τέκνα, φησὶ, διὰ χειρὸς Ἰούδα. καὶ ὅτι πάντως τοιάδε συμβήσεται, προσεμπεδοῖ λέγων, ὅτι κύριος ἐλάλησεν. ἀνόνητον δὲ πάντως οὐδὲν ὃ φθέγγεται Θεός, καὶ γοῦν ἔφη Χριστός. οἱ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. καὶ ταῦτα E μὲν ἱστορικῶς.

Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο περιαθρεῖν τὰ πνευματικὰ, καὶ τῶν κεκρυμμένων ἀναπίμπλασθαι νοημάτων, ἐννοήσει πάλιν, ὅτι καὶ Ἑλλήνων παῖδες οἱ ταῖς δοκησοφίαις ἐξωφρυωμένοι, καὶ μὴν καὶ αἱρετικοὶ πολυπλόκοις ἀπάτης εὑρήμασι τὸ δοκεῖν τί σφισιν αὐτοῖς ἀπονέμοντες, ἀποφέρουσι τῶν ἁπλουστέρων τινὰς τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἣς ἂν ἔχοιεν παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς βρόχοις τῆς ἀπάτης ἐνδέοντες μονονουχὶ, καὶ ἐν δορυκτήτων μοίρᾳ

λαβόντες, ἀποκομίζουσι τῶν τῆς ἀληθείας ὅρων ὡς ἀπωτάτω. ἀλλ' ὅγε τῶν ὅλων Θεὸς ἄπρακτον αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν κακουργίαν, καὶ ἀνίησι μὲν τοὺς ἠπατημένους, τοὺς δὲ τῶν ἀπατησάντων κατὰ μάθησιν υἱοὺς προσάγει τοῖς ἐξ Ἰούδα. νοηθεῖεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ ὅσοι τὸ Χριστοῦ λαλοῦσι μυστήριον, οἱ δὲ τῆς ἐκείνων πλάνης ἀπαλλάττοντες, εἰς καλήν τε, καὶ ἀξιέραστον ἀποφέρουσι δουλείαν, τὴν ὑπὸ Χριστῷ δηλονότι, καὶ οἷα αἰχμαλώτους ἁρπάζουσι, μεταθέντες εἰς τὴν ἑαυτῶν ἕξιν τε, καὶ γνώμην, ἥτις ἐκείνων ἐστὶν ἀπωτάτω. πολὺ γὰρ τὸ μεταξὺ τῆς γνώμης τε τῶν ἁγίων, καὶ τῆς τῶν τοιούτων ὁρᾶται. λέγεται δὲ καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπάτης εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ μετενηνεγμένους ὡς αἰχμαλώτους ἑλεῖν. ἔφη γὰρ ὁ Δαβίδ, ἀναβὰς εἰς ὕψος. ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, δέδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.

Κηρύξατε ταῦτα ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἁγιάσατε πόλεμον, ἐξεγείρατε τοὺς μαχητάς, προσαγάγετε, καὶ ἀναβαίνετε πάντες ἄνδρες πολεμισταί. συγκόψατε τὰ ἄροτρα ὑμῶν εἰς ῥομφαίας, καὶ τὰ δρέπανα ὑμῶν εἰς σειρομάστας. ὁ ἀδύνατος λεγέτω ἰσχύω ἐγώ. συναθροίζεσθε, καὶ εἰσπορεύεσθε πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν, καὶ συνάχθητε ἐκεῖ, πραῢς ἔστω πολεμιστής. ἐξεγειρέσθωσαν, καὶ ἀναβαινέτωσαν τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ, ὅτι ἐκεῖ καθιῶ τοῦ διακρῖναι πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν.

Ἀπειλήσας τοῖς ἔθνεσι τὰς ἐξ ἀντιστρόφου συμφοράς, καὶ τῶν ἀνοσίων ἔργων ἰσοπαλῆ τὴν δίκην, καθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἰδίους ἤδη προσκυνητάς, οὓς ἥκιστα μὲν δειλούς, καὶ ἀνάνδρους, εἶναι δὲ μᾶλλον κελεύει νεανικούς, καὶ μονονουχὶ διαπρυσίῳ κεχρῆσθαι κηρύγματι, συλλέγειν τε ἤδη πρὸς μάχην τὰ ἔθνη, καὶ ἀναπείθειν ἐπείγεσθαι πρὸς τοῦτο αὐτά, κἂν εἰ ἕλοιντο τυχὸν τὴν ἠρεμαίαν τε, καὶ ἀφιλόμαχον ἑλέσθαι ζωήν. τοῦτο δὲ ἦν εὐτολμοτάτους ἀποφαίνοντος, καὶ ἐπ' αὐτῷ θαρρεῖν ἀναπείθοντος; ὅτι καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀμείνους ἔσονται αὐτοῦ προσαγωνίζοντος. ταῦτα δὴ οὖν ἐν τοῖς ἔθνεσι κηρύξατέ φησι, καὶ ἁγιάσατε πόλεμον. καὶ τὸ ἁγιάσατε πάλιν ἐστίν, ἐμοὶ καθιερώσατε τρόπον τινά, ἔσομαι γὰρ ὁ μαχητὴς ἐγώ, καὶ εἰς ἐμὴν δόξαν ἔσται τὸ δρώμενον. τεθνήξονται γὰρ οἱ τὴν ἐμὴν δόξαν ἀνάψαντες ξύλοις τε, καὶ λίθοις. ἅπαν δὲ τὸ ἁγιάζεσθαι λεγόμενον, εἰς δόξαν ἀεὶ προσεπι-

A loco, quos armis ceperint, à finibus veritatis abripere quàm longissimè. Cæterùm vniuersorum Deus eorum improbitatem infringit, & deceptos quidem liberos dimittens, filios prauorum doctorum ad Iudam adducit. Per hos nihilominus intelligi possint diuini discipuli, & quotquot Christi mysterium loquuntur, quique ab illorum fraudibus liberatos, ad præclaram, & amabilem eius seruitutem reducunt, & non B secus atque captiuos rapiunt, ad suum eos habitum sententiámque transferentes, quæ ab illorum multis millibus distat. Magnum quippe interuallum inter sanctorum, & istorum doctrinam cernitur. Dicitur etiam Christus ex Græca superstitione ad cognitionem eius, qui natura est Deus, conuersos, vt captiuos accipere. Sic enim Dauid, [Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.]

Gal. 6. Psal. 67.

Prædicate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores, C *accedite, & ascendite omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, & falces vestras in lanceas. Non fortis dicat, valeo ego. Congregamini, & intrate omnes gentes per circuitum; & congregamini illuc, mansuetus sit pugnator. Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.*

XLI.

D Comminatus gentibus, passuras malum, quod aliis fecerant, & scelera sua pro dignitate luituras, iam orationē ad cultores suos cōuertit, quos minimè timidos, & effœminatos, quin potius animosos, ac strenuos esse hortatur, & tantum non adhibere præconium, quod ab omnibus exaudiatur, & ad pugnā gentes dehinc colligere, easq. inflammare, vt huc gradū accelerēt, tametsi fortasse vitā quietam, & à bello abhorrentē agitare malint. Hoc autem est reddere au- E dentissimos, & persuadere, vti cōfidant, ipso propugnante hostiū sese potituros. [Itaque, in gentibus hæc prædicate, inquit, & sanctificate bellum.] Iam hoc, *sanctificate* rursum nihil est aliud, quàm, mihi velut cōsecrate: ego enim bellabo & ad gloriā meā res agetur. Occumbēt enim, qui honorem meū lignis, & lapidibus tribuerunt. Omne autē quod sanctificari dicitur, semper cum diuina glo-

„ coniunctum est. Ideo ait, [sanctificate bellum, suscitate pugnatores.] Et adhuc subiungit, [accedite omnes viri bellatores.] Ponat agricola curas, & studium sibi charissimum, ex aratro rhomphæam, & è falce lanceam sibi fabricet: non enim terræ colendæ tempus est: sed Deo contempto dandi pœnas. Quod si quis infirmus fuerit, ne imbecillitatem prætexat; mentiatur potius, si lubet, & sibi vires non deesse autumet. Absit enim, vt ab his armis se remoueat. Congregamini igitur omnes, inquit, qui circum Iudæam habitatis, & mitis quoque pugnæ se credat. Hoc est, etsi quispiam irasci nesciat, nihilominus idem arma corripiat. Perinde ac si dicat, nullo prorsus relicto: siue opus rusticum faciat quis, siue timidus, & imbellis sit (is enim est ἀδύνατος) siue mansueti ingenii, & à bellico strepitu alienus, ad pugnam semet exacuat, nullum recusabo. Iudicabo omnes in valle Iosaphat: quod verbum significat, iudex ero potens, pœnis & suppliciis prosequens, qui diuiserunt terram meam, & sorte distribuerunt Israel, tradiderúntque pueros meretricibus, & puellas vendiderunt, atque vt vinum biberunt.

Talia rursum Ecclesiæ hostibus Dominus acclamauerit: qui quamquam totis copiis, & omni robore sanctos oppugnarint, cadent profectò omnes ipso protegente, & illos quidem euertente, suos autem cultores fide, spe, charitate, & benignitatis suæ muneribus, murorum instar corroborante.

Emittite falces, quoniam adest vindemia, introite, calcate, quia plenum torcular: redundant torcularia, quia multiplicata sunt mala eorum. Sonitus auditi sunt in valle iudicij, quia iuxta dies Domini in valle iudicij. Sol, & luna obtenebrabuntur, & stellæ occidere facient splendorem suum. Et Dominus de Sion clamabit, & ex Hierusalem dabit vocem suam, & mouebitur cælũ, & terra.

XIII. Finitimos Iudææ populos, Arabas, inquam, & Tyrios, Gethæos, & Philisthum, Moabitas, & Idumæos, Ammonitas, & Gergesæos velut tubæ clangoribus in vallem Iosaphat congregare iussit, vt quam primum morituros,

A σάγεται Θεοῦ. διὰ τοῦτό φησιν ἁγιάσατε πόλεμον, ἐξεγείρατε τοὺς μαχητάς. καὶ δὴ καὶ ἐπιφωνεῖ, καί φησι, προσαγάγετε πάντες ἄνδρες πολεμισταί. καταληγέτω μὲν ὁ γηπόνος τῶν αὐτῷ φιλαιτάτων φροντίδων, καὶ σπουδασμάτων. μεταχαλκεύτω δὲ τὸ μὲν ἄροτρον εἰς ῥομφαίας, τὴν δὲ δρεπάνην εἰς σειρομάστας. οὐ γὰρ ἔστι τοῦ γηπονεῖν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ τοῦ διδόναι δίκας ἠτιμασμένῳ Θεῷ. εἰ δὲ δή τις εἴη καὶ ἀδύνατος, φησὶ, μὴ σκῆψιν ἐχέτω τὸ ἀναλκές, ψευδέσθω δὲ καὶ αὐτὸς, εἰ βούλεται, καὶ λεγέ-
B τω τὸ δύνασθαι. μὴ γὰρ δὴ τῶν ὅπλων ἤτω μακράν. συναγείρεσθε δὲ οὕτω ἅπαντες, φησὶν, οἱ κύκλῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ὁ πραῢς ἔσται μαχητὴς, τουτέστι, καὶ εἴ τις τῶν ἀοργήτων εἴη, ἔστω καὶ οὗτος μαχητής. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, οὐδενὸς τὸ σύμπαν ὑπολελειμμένου, κἂν εἰ γηπόνος τις εἴη, κἂν εἰ δειλός τε, καὶ ἄνανδρος (οὗτος γὰρ ὁ ἀδύνατος) κἂν εἰ πρᾶος, καὶ ἀφιλοπόλεμος, παραθηγέσθω πρὸς μάχην. παραιτήσομαι γὰρ οὐδένα. διακρινῶ δὲ ἅπαντας ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφάτ. τὸ δὲ διακρινῶ σημαί-
C νει, ὅτι κριτὴς ἔσομαι δυνατὸς, ποιναῖς τε, καὶ δίκαις ἐπιὼν τοὺς διαρπάσαντας μὲν γῆν τὴν ἐμὴν, κλήρῳ δὲ διαλαχόντας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ πόρναις μὲν δεδωκότας τὰ παιδάρια, καταπεπρακότας δὲ τὰ κοράσια, καὶ ὡς οἶνον ἐκπεπωκότας.

Ἐπιφωνήσει δ᾽ αὖ τὰ τοιάδε πάλιν τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐχθροῖς ὁ κύριος, οἳ κἂν παμπληθεῖ, καὶ ὅλῃ δυνάμει χρώμενοι τῶν ἁγίων καταστρατεύονται, πεσοῦνται δὲ πάντες, αὐτοῦ προασπί-
D ζοντος, κἀκείνους μὲν καταστρέφοντος, ἀνατειχίζοντος δὲ τοὺς ἰδίους προσκυνητὰς πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, καὶ τῆς ἰδίας ἡμερότητος ἀγαθοῖς.

Ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκεν τρυγητὸς, εἰσπορεύεσθε, πατεῖτε, διότι πλήρης ἡ ληνός· ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια, ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ αὐτῶν. ἦχοι ἠκούσθησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα κυρίου ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη συσκοτάσουσιν, καὶ τὰ ἄστρα δύσουσιν τὸ
E φέγγος αὐτῶν. ὁ δὲ κύριος ἐκ Σιὼν ἀνακεκράξεται, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ.

Τὰ μὲν πρόσοικα τῶν ἐθνῶν τῆς Ἰουδαίας γῆς Ἄραβάς τε, φημὶ, καὶ Τυρίους, Γεθθαίους, καὶ Φιλιστιεὶμ, Μωαβίτας, καὶ Ἰδουμαίους, Ἀμμανίτας, καὶ Γεργεσαίους, οἱονεὶ σάλπιγξι κεχρημένους συναγείρειν ἐκέλευσεν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφὰτ, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τεθνηξομένους, καὶ πικρὰς

ὑφέξοντας τῷ κρίνοντι δίκας. παρορμᾷ δὲ νυνὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς ἄμαχόν τινα προθυμίαν, καὶ δυσαλώτιστον ἀλκὴν, καὶ δὴ συναγηγερμένοις ἐπιθρώσκειν ὥσπερ διακελεύεται, δεῖν δὲ πολέμου δείμασι καταπτοημένους, οὔτε μὴν εἰς μάχην ἰόντας ὅλως, ἡγουμένους δὲ μᾶλλον τὸ χρῆμα τρυφὴν, καὶ ἐν θυμηδίᾳ αὐτὸ καταγράφοντας, καὶ γεγηθότας ἐν ἴσῳ τοῖς τὰς ἐξ ἀμπέλων εὐκαρπίας συλλέγουσι. ταύτῃ τοί φησιν ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκε τρυγητὸς (τὸ ἐξαποστείλατε τιθεὶς, ἀντὶ τοῦ, ἐκπέμψατε) καὶ ἐκτείνατε, καθάπερ ἀμᾶν καὶ οἱ τρυγᾶν εἰωθότες. κείσονται γὰρ ἕτοιμοι πρὸς ἀναίρεσιν, εὐτρεπεῖς εἰς κατατομήν. ἀποκειρέσθω, φησὶν, ὁ πολέμιος, ὡς ἐξ ἀμπέλου βότρυς· πατείσθω δὲ ὥσπερ ἐν ληνοῖς, σωρηδὸν ὑπὸ πόδας κείμενος. εἰσπορεύεσθε γὰρ, φησὶ, πατεῖτε, διότι πλήρης ἡ ληνὸς, τουτέστι, συγκεκόμισται πρὸς ὄλεθρον τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, οὐδὲν τὸ κωλῦον ὑπὸ πόδας εἶναι τοὺς σοὺς, ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια. σημεῖον δὲ διὰ τούτων ἐστὶ ἀμφιλαφὲς τῶν εἰς καταπάτησιν συγκεκομισμένων. ἐν γάρ τοι ταῖς τῶν βοτρύων ἀφθονίαις, καὶ αὐτὰς ὁ οἶνος πολλάκις ὑπεραίρει τὰς ληνούς. τὸ πλῆθος δὲ οὖν τῶν ὑπὸ πόδας κειμένων δηλοῖ, λέγων, ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια. ἦχοι ἐξηχήθησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἔθος τοῖς ἁγίοις Προφήταις τὰ ἐσόμενα προαγγέλλειν, καὶ ἐν αὐταῖς ἔσθ' ὅτε γίνεσθαι ταῖς τῶν πράξεων φαντασίαις, ὥστε καὶ ὁρᾶν ἤδη δοκεῖν τὰ δρώμενα καὶ ἀκροᾶσθαι φωνῶν. καὶ ὅτι πάντας ἄρδην ἀπολέσαι κεκινημένος εἰς μάχην ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ εἰς αὐτὴν τοῦ πολέμου τὴν ἀπρεπῆ θέαν εἱρπάζετο μονονουχὶ καὶ πληθὺν ἀμέτρητον τεθεαμένος νεκρῶν, ἔφασκεν, οἴμοι ἐγὼ, ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. τοιοῦτόν τι, καθάπερ ἐγῷμαι, καὶ Ἰωὴλ πεπονθὼς, τάχα που τὸν ἐν τῷ πολέμῳ θόρυβον εἰς οὖς ἐδέχετο, ταύτῃ τοί φησιν, ἦχοι ἐξηχήθησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. καὶ κοιλάδα μὲν δίκης ὀνομάζει τοῦ πολέμου τὸν χῶρον, ὡς οὐκ ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐθνῶν ἐπ' αὐτῷ συνηγμένων, ἢ ἵνα πικρὰς ἐκτίσωσι δίκας. ἐξηχοῦντας δὲ ἤχους, ἢ τὰς τῶν πιπτόντων ὀλολυγὰς ἐνθάδε φησὶν ἢ τοὺς τῶν νικώντων ἀλαλαγμούς. συμβαίνει γὰρ ἐν πολέμοις καταστένειν μὲν τοὺς πίπτοντας, ἐπαγάλλεσθαι δὲ τοῖς κειμένοις τοὺς κεκρατηκότας, καὶ εὖ μάλα ἐπικαυχᾶσθαι. ἥλιον δὲ, καὶ σελήνην σκοτισθήσεσθαί φησι, καὶ αὐτοὺς δὲ ἀφεγγεῖς ἔσεσθαι τοὺς ἀστέρας, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ὡς τοῦτο αὐτὸ πεισομένων τῶν στοιχείων τηνικάδε· ἀλλ' ὡς σκότος ἐμ-

A & acerbas iudici pœnas persoluturos. Nunc Israelitas ad alacritatē quandam inexpugnabilem, inuictámq. fortitudinem exsuscitat, adeóque in cōgregatos insilire, quasi iubet, & ait, eos quam maximè audentes videri oportere, viriléfque ac strenuos, etiā belli terroribus cōsternatos, & pugnā conserere formidātes: quin potius id habere pro deliciis, & ducere voluptati, nec aliter gaudere, quā qui vberem vindemiā faciunt. Pro-B inde [emittite, inquit, falces quoniā adest vindemia.] (ἐξαποστείλατε posuit, pro ἐκπέμψατε emittite, & extendite) nimirū vt vindemiantes consueuerunt. Iacebunt enim parati vt interficiantur, parati vt amputētur. Abscindatur, inquit, hostis, vt à vite botrus, & pedibus subiectus, sicut in torculari aceruatim cōculcetur. Ait enim, [introite, & calcate, quia plenum est torcular: hoc est, cōportata est ad internecionē multitudo gentiū, nihil obstat, quo minus subiiciantur pedibus tuis. [Redundant torcularia.] Signū per-C fectum calcandos esse cōportatos. Etenim in vuarum abundātia etiā ipsa torcularia vinū sæpe excedit. Frequentiā igitur sub pedibus iacentiū hoc verbo demōstrat, [redundant torcularia.] Sequitur, [sonitus auditi sunt in valle iudicii.] Et quidnam istuc est? Solent sancti Prophetæ euentura prænuntiare, & nonnunquam rerum ipsarum imagines animo cōcipere, vt iam tum & videre sibi futura, & voces ipsas audire videātur. Et quia omnes ad vnum perditurus erat D progressus ad dimicationem Nabuchodonosor, ad ipsum fœdū belli spectaculum animo, & cogitatione abreptus est Hieremias: & tantū non ipsis oculis innumerabiles occisorū cateruas cōtemplatus, aiebat, [Heu mihi, quia deficit anima mea propter interfectos.] Simile quiddā, vt puto, cùm & Ioëli accidisset, & fortè tumultū bellicum auribus accepisset, ideo dixit, [sonitus auditi sunt in valle iudicii.] Et vallem quidē iudicii E appellat certaminis locum, quasi non aliam ob causam gentibus eò congregatis, quàm vt grauiter punirentur. [Sonitus autem auditos,] aut oppetentium gemitus, aut vincentiū lætisonas voces hoc loco nominat. Mos enim est in acie cadentibus gemitus fundere, & potitos victoria, iacentibus (nec immeritò) gloriando insultare. Solē porrò & lunā obtenebratū iri ait, ipsásque stellas lumine cariturās: nō quod hoc ipsum tunc passura sint elemēta vllo modo: sed prælio quasi

Hier. 4.

quasi tenebras offundente, & tanquam caliginem eorum qui vincuntur oculis prætexente: semper enim terror mortis tenebras ingerit, & improuisæ calamitatis magnitudo mentem hebetat, perindéque vt solem immensitate perturbationum obscuritate inficit. Clamasse autem Dominum dicit, vt præsentem, & vnà militantem, atque in morem ducis Israelitas in aduersarios incitasse. Inprimis verò in resurrectione humani generis Christum velut ex Sion clamaturum dicere conuenit. Nam vt Paulus ait, [Ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent incorrupti.] Hoc & lex Mosis adumbrauit. Iussit enim in neomenia tuba canere Israelitas. Et neomenia quidem figura futuri, ac noui sæculi euidenter potest intelligi. Tuba autem vocis penetrantis omnia, archangeli, inquam, quem Deus mittet cum tuba, quæ ingenti sonitus claritate vniuersitatem mortuorum in vitam reuocabit. Præterea ipse Dominus miraculum in Lazarum edens, ad monumentum venit, & vt narrat Euangelista, voce magna clamauit, [Lazare veni foras:] quanquam ipse per Prophetam dicat, [non contendet, nec clamabit, nec audietur foris vox eius.] Signum igitur penetrabilis tubæ, & sonitus eius vsque ad extremos terrarum fines inquam, & de cælo, est, quod Saluator alta voce Lazarum ab inferis excitauit.

1.Thess.4. — Nehe. — Ioan.11 — Esa.42.

At Dominus parcet populo suo, & confortabit filios Israel, & scietis, quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo, & erit Hierusalem sancta, & alienigenæ non transibunt per eam amplius.

XIIII. Quando crimina desertæ Patrũ religionis intendebantur Israelitis, & vitulos adorabãt aureos, nefariè acclamantes, [Hi sunt Dii tui Israel, qui eduxerũt te de terra Ægypti,] tunc infirmi erant, & leui negotio subiugabãtur, erántque hostibus prædæ expeditissimæ. Ideo & in captiuitatem abducebantur. At postquam misericordiam adepti, regionem suam postliminio habitarunt, Deo iras deponẽte, de cætero inuicti & insuperabiles hostibus fuerunt, citráq; laborem vicerũt, etsi omnes gẽtes aduersum eos

Exod.32.

A ποιοῦντες τοῦ πολέμου, καὶ οἷον ἀχλὺν ταῖς τῶν ἡττωμένων ἐνιέντος ὄψεσι. σκότος γὰρ ἀεὶ τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα, καὶ ἀπαμβλύνει τὸν νοῦν συμφορᾶς ἀδοκήτου μέγεθος, καὶ ὥσπερ ἥλιον καταμελαίνει τὴν καρδίαν τοῖς ὑπὲρ μέτρον τῶν παθῶν. κεκράξεσθαι δέ φησι τὸν κύριον, ὡς συνόντα τε, καὶ συνασπίζοντα, καὶ στρατηγοῦ δίκην τοῖς ἐναντίοις ἐποτρύνοντα τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. πρέποι δ' ἂν μάλιστα τῷ τῆς ἀναστάσεως καιρῷ τὸ φάναι τὸν κύριον, ὡς ἐκ Σιὼν ἀνακεκράξεται. ὅτι B καθώς φησι Παῦλος, αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, καὶ ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι. τοῦτο καὶ ὁ Μωσέως νόμος προανετύπου. ἐκέλευε γὰρ ἐν νεομηνίᾳ σαλπίζειν τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. καὶ νεομηνία μὲν τύπος ἂν νοοῖτο, καὶ μάλα σαφὴς, αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, καὶ νέου κατὰ τὸν πρῶτον. ἡ δέ γε σάλπιγξ, τῆς διαπρυσίας φωνῆς τῆς τοῦ ἀρχαγγέλου, C τῆς παρὰ Θεοῦ σάλπιγγος, ἣ πάντας ἐγερεῖ τοὺς ἐν τῇ γῇ κειμένους, ἐξαίσιόν τι, καὶ φωνῆεν ἠχοῦσα. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τὸ ἐπὶ Λαζάρῳ θαῦμα πληρῶν, ἀφίκετο μὲν εἰς τὸ μνημεῖον, ὡς δέ φησιν ὁ ΕΥαγγελιστὴς, φωνῇ μεγάλῃ ἐφώνησε, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καίτοι λέγοντος αὐτοῦ διὰ τοῦ Προφήτου, οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. σημεῖον οὖν ἄρα τῆς διαπρυσίας σάλπιγγος, καὶ τῆς ἀπ' αὐτῆς ἠχῆς τῆς ἐπ' ἐσχάτοις, φημὶ, καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ D μεγάλῃ τὸν Σωτῆρα κεχρῆσθαι φωνῇ, διανιστάντα τὸν Λάζαρον.

Ὁ δὲ κύριος φείσεται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχύσει τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, κατασκηνῶν ἐν Σιὼν ὄρει ἁγίῳ μου. καὶ ἔσται Ἱερουσαλὴμ ἁγία, καὶ ἀλλογενεῖς οὐ διελεύσονται δι' αὐτῆς ἔτι.

Ὅτε τὰ ἐγκλήματα τῆς ἀποστασίας τοῖς ἐξ Ἰσ- E ραὴλ ἐπεγράφοντο, καὶ δαμάλεσι μὲν προσεκύνουν ταῖς χρυσαῖς, ἔφασκον δὲ ἀνοσίως, οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς ΑΙγύπτου, τότε καὶ ἀσθενεῖς, καὶ εὐάλωτοι, καὶ τοῖς πολεμίοις ἑτοιμοτάτη προὔκειντο θήρα. ταύτῃ τοι καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἐπίμπτοντο. ἐπεὶ δὲ ἠλέηνται, καὶ τὴν ἑαυτῶν κατῳκήκασι, χαλῶντος Θεοῦ τὰς ὀργὰς, ἄμαχοι λοιπὸν, καὶ ἀκαταγώνιστοι γεγόνασι τοῖς ἐχθροῖς, ἀμογητὶ κεκρατήκασι, καίτοι πάντων τῶν ἐθνῶν συνειλεγμένων εἰς

μάχην. γνώσονται δὴ οὕτω φησὶν αὐτοὺς ἀπέχοντες τοῦ κατισχῦσαι τῶν δι᾽ ἐναντίας, ὅτι ὁ θεὸς ἐν αὐτοῖς ἐστι, καὶ ἐπαναπαύεται λοιπὸν τῇ Σιὼν ὡς ἁγίᾳ πόλει. ταυτητοί φησιν ὅτι φείσεται μὲν τῶν ἰδίων λαῶν, καὶ ἀλκιμωτάτους ἀποφανεῖ, μαθήσεσθαι δὲ αὐτοὺς, ὅτι μετ᾽ αὐτῶν ἐστιν. ἔσεσθαι δέ φησι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν, τὴν ἀρχαίαν πάντως ἀθεΐαν ἀποβαλοῦσαν, οὐκ ἔτι ψευδομαντείας, καὶ γοητείας περὶ αὐτῇ τετιμημένης, ἐν νόμῳ δὲ μᾶλλον κρατούσης ζωῆς, καὶ ἀρίστων ἐπιτηδευμάτων σπουδῇ γεγονότων αὐτοῖς. ἐχούσης δὲ οὕτω, καὶ διαζῆν ᾑρημένοις, οὐδένα φησὶ τῶν ἐχθρῶν δι᾽ αὐτῆς παρελεύσεσθαι, ὅ ἐστιν οὐκ εὐκαταγώνιστος ἔσται τισὶν οὐδὲ ἐν παρόδῳ τοῖς ἐθέλουσιν ἁρπαζομένη, ὡς πρότερον, μᾶλλον δὲ ἀσφαλὴς, καὶ ταῖς παρ᾽ ἐμοῦ δυνάμεσι, καὶ ἐπικουρίαις εὖ μάλα τετειχισμένη.

Ἀληθὲς δὲ τὸ χρῆμα κἂν εἰ ἐπ᾽ αὐτῆς νοοῖτο τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ. κήδεται γὰρ τῶν ἰδίων προσκυνητῶν, καὶ τῶν πολεμίων ἀμείνους ἀποτελεῖ, εὐσθενεῖς, καὶ ἀλκιμωτάτους, εὐρωστίας γέμοντας τῆς πνευματικῆς, εἰδότας τε, καὶ πεπιστευκότας ὅτι ὁ Θεὸς ἐν αὐτοῖς διὰ τοῦ πνεύματος. κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως. καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης φησὶν, ἐκ τούτου γινώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ πνεύματος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. ἁγία δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς ἡ νοητή που πάντως Ἱερουσαλὴμ, τουτέστιν, ἡ ἐκκλησία, τὰ τῶν ἁγίων τάγματα· οὐ γάρ ἐστι πάροδος ἀλλογενῶν. οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν. μέμνημαι δὲ λέγοντος καί τινος τῶν σοφῶν, ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. ἀσφαλῆ γὰρ ἔχουσι τὴν καρδίαν, οὐ βάσιμον, οὐ δὲ ἱππήλατον τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι σεσαλευμένην· ἑδραίαν δὲ μᾶλλον, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν εὖ μάλα πεπυργωμένην.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἀποσταλάξει τὰ ὄρη γλυκασμὸν, καὶ οἱ βουνοὶ ῥυήσονται γάλα, καὶ πᾶσαι αἱ ἀφέσεις Ἰούδα ῥυήσονται ὕδατα, καὶ πηγὴ ἐξ οἴκου κυρίου ἐξελεύσεται, καὶ ποτιεῖ τὸν χειμάρρουν τῶν σχοινίων.

Ἀναδειχθείσης ἁγίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ οὔσης ἔτι βατῆς τοῖς ἀλλογενέσι, διά τε τὸ κατασκηνοῦν ἐν αὐτῇ τὸν τῶν ὅλων κύριον, φείσασθαί τε τοῦ ἰδίου λαοῦ, καὶ κατισχῦσαι μὲν αὐτὸν, ἀποφῆναι δὲ καὶ τῶν ἀνθεστηκότων ἀμείνω, τότε δὴ τὰ μὲν ὄρη

in prælium coirent. Ex eo igitur, quod aduersariis præualebunt, cognituros dicit, eum & inter ipsos esse, & in posterum super sancta ciuitate Sion quieturum. Hinc affirmat, parsurum populo suo, & strenuissimos redditurum, & perspecturos, eum cum ipsis esse: fore autem Hierusalem sanctam, repudiato prorsus atheismo veteri, falsis prædictionibus, & incantationibus despectis, in lege autem vitæ potentem; & institutorum optimorum studiosam. Cùm sic se habuerit, & ita vitam exigere constituerit, nullum hostem per eam transiturum. Id est, à nemine facilè expugnabitur, nec in transitu à volentibus vt antea rapietur: quin tuta erit, copiis auxiliisque meis vt muro optimè circumsepta.

Istuc porrò etiam de Christi Ecclesia verum est. Suorum enim cultorum curam gerit, & hostibus superiores facit, robustos, strenuissimos, spirituali fortitudine plenos, cum sciant, & credant, Deum per spiritum in ipsis esse: [habitat enim in cordibus nostris per spiritum.] Et vt Ioannes Euangelista scribit, [in hoc cognoscimus, quia in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis.] Sancta autem est reuera intellectualis Hierusalem, id est, Ecclesia, sanctorum ordines. Non enim est transitus per eam alienigenis. [Qui namque sunt Christi, carnem suam crucifixerunt.] Venit in mentem sapientis cuiusdam, præcipientis: [Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata magna.] Tutum quippe retinent cor, non peditibus, non equitibus peruium, vt ab immundis spiritibus agitatum: sed stabile potius, & dogmatibus veritatis quasi turribus perbene communitum.

Ephes. 4.
1. Ioan. 4
Galat. 5
Eccle. 10

Et erit in die illa, montes stillabunt dulcedinem, & colles fluent lacte, & omnes emissiones Iuda fluent aquis, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem funiculorum.

Instaurata sancta Hierusalem, nec amplius alienigenis peruia, quòd eam incolat vniuersorum Dominus, data venia populo Iuda, eóque corroborato, & superiore aduersariis effecto, tunc nimirum montes [stillabunt

"dulcedinem, & colles fluent lacte, & "emissiones Iuda] fluentum suum dabunt. Emissiones dici opinor fontium emanationes: aut qui alioqui vocari possint aquarum ductus. Montium quidem nomine accipere licet, qui virtutis culmen conscenderunt, & laudibus vitæ secundùm virtutem actæ aliis antestantes, conspicuos, & illustres: quales erant discipuli Christi, & præ cæteris Baptista, de quo est illud Sal- (Matth. 11.) "uatoris, [Non surrexit maior Ioanne.] Excellentes igitur isti, & omnibus notissimi, stillant dulcedinem, & tanquam melle illita de Christo verba facient. vt quisquis audierit eximia per- (Psal. 118.) "fusus lætitia exclamet, [Quam dulcia "faucibus meis eloquia tua?] & quæ sequuntur. Nunquam enim non dulcis est sanctorum sermo iis, qui Deo placere cupiunt. Tales itaque, & aptissimè quidem, per montes intelliguntur. Colles esse autumamus, illorum præstantiæ paulùm cedentes, & vitæ rationibus inferiores: qui tamen & ipsi se extulerunt, & supra alios multùm eminent. Hi recens fide initiatorum (1.Pet. 2.) "animis [rationabile, & sine dolo lac] infundunt, alimentúmque infantibus conueniens præbent: perfectorum enim est cibus solidus, lac autem infantibus opportunissimum. Nec verò quoniam infantibus lac infundere nôrunt, hoc solo eorum virtutem circumscribimus. Cùm enim sint idonei, atque adeò quidem, vt, si velint, impertiri possint habitu confirmatioribus cibos (Prou. 27.) "solidiores, per dicentem apertè, [co- "gnosces animas gregis tui.] Itaque diuini discipuli, quantumuis sexcentis mandatis, à Christo datis, nobis qui ex gentibus credidimus pro sua auctoritate præcipiunt, cauendum à fornicatione, & suffocato, & sanguine. (Act. 15.) "[Visum est enim, inquiunt, Spiritui "sancto, & nobis, nihil amplius impo- "nere vobis oneris.] Audis quàm sit infantibus congruens præceptum, & quasi infirmioribus lacte robur suppe- (Psal. 91.) ditans? Aqua etiam intellectuali circumfluere plantatos in domo Domini, vt in atriis Dei efflorescant, diuinis irrigati lympis, & supernis cœlestibúsque sermonibus pinguefacti, subostendit, "per illud, [omnes emissiones Iuda "fluent aquis.] Confitebantur enim à Deo se vocari etiam beati Apostoli. Sed primæ quidem intelligibilium aquarum emissiones, omnino sanctis à Deo per

A σταλάξοντι γλυκασμόν, ῥυήσονται δὲ καὶ οἱ βουνοὶ τὸ γάλα, καὶ αἱ τοῦ Ἰούδα ἀφέσεις τὸ οἰκεῖον ἐκδώσουσι νᾶμα. ἀφέσεις δὲ οἶμαι λέγεσθαι τὰς τῶν πηγῶν ἐκδρομάς, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον οἵπερ ἂν εἶεν λέγοιντο τῶν ὑδάτων ὀχετοί. καὶ ὄρη μὲν νοηθεῖεν ἂν οἱ πρὸς ὕψος ἀρετῆς ἠρμένοι, καὶ τοῖς ἀσχήμασι τῆς ἐξ ἀρετῆς ζωῆς τὸ τῶν ἄλλων ὑπερφέροντες μέτρον, οἱ περίοπτοι, καὶ περιφανεῖς, ὁποῖοι ἦσαν οἱ μαθηταί, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ὁ
B βαπτιστής, περὶ οὗ ὁ Σωτήρ φησιν, Οὐκ ἐγήγερται μείζων Ἰωάννου. οὗτοι δὴ οὖν οἱ μεγάλοι, καὶ γνωριμώτατοι σταλάζουσι γλυκασμόν, καὶ οἷόν περ μέλιτι καταχέοντες τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ποιήσονται λόγον, ὡς τῶν μετεσχηκότων ἕκαστον ἐκ περιχαρείας ἀνακραγεῖν, ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου; καὶ τὰ ἑξῆς. γλυκὺς γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων ὁ λόγος, παρά γε τοῖς ἀγαπῶσι τὸ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ. ὄρη μὲν οὖν οἱ τοιοῦτοι νοηθεῖεν ἄν, καὶ μάλα εἰκότως. βουνοὺς δὲ εἶναί φαμεν τοὺς τῆς ἐκείνων
C ὑπεροχῆς βραχὺ μὲν ἡττωμένους, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ὑπερτέλλοντας. οὗτοι ταῖς τῶν ἄρτι πεπιστευκότων ψυχαῖς τὸ λογικόν, καὶ ἄδολον περιχέουσι γάλα, νηπιοπρεπῆ χορηγοῦντες τροφήν, τελείων γάρ ἐστιν ἡ στερεά, γάλα δὲ νηπίοις τὸ πρεπωδέστατον. καὶ οὐ δήπου φαμὲν ὡς ἔν γε τῷ δύνασθαι μόνον ἐγχεῖν τοῖς νηπίοις τὸ γάλα, τῆς ἐκείνων δυνάμεως τὸ μέτρον ἐστίν. ἔχοντες γάρ, καὶ μάλα ἐπιτηδείως, εἰς τὸ εἴπερ ἕλοιντο διανέμειν δύνασθαι τοῖς τὴν ἕξιν στερεωτέροις τὰ τῆς τροφῆς ἁ-
D δρότερα, διά τε λέγοντος, γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου. καὶ γοῦν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καίτοι μυρίας ὅσας ἐντολὰς δεδωκότος ἡμῖν Χριστοῦ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν, οἰκονομικῶς ἐπιστέλλουσι, φυλάξασθαι δεῖν ἀπό τε πορνείας, καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος. ἔδοξε γάρ φησι τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος. ἀκούεις ὅπως νηπιοπρεπές ἐστι τὸ παράγγελμα, καὶ οἷον ἐν ἴσῳ γάλακτι τοῖς ἀσθενεστέροις τὴν ἕξιν χορηγούμενον; ὅτι δὲ καὶ ὕδωρ τὸ νοητὸν ἀμ-
E φιλαφές τε τοῖς ἐν οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοις, ἵν' ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἐξανθήσειεν θείοις που ἀρδευόμενοι νάμασι, καὶ ἐν τοῖς ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταπιαινόμενοι λόγοις, ὑπεμφαίνει λέγων, ὅτι πᾶσαι αἱ ἀφέσεις Ἰούδα ῥυήσονται ὕδατα. ὡμολόγουν γὰρ παρακαλεῖσθαι παρὰ Θεοῦ καὶ οἱ μακάριοι μαθηταί. ἀλλ' αἱ πρῶται μὲν τῶν νοητῶν ὑδάτων ἀφέσεις, ἀφέσεις αὗται πάντως ἂν εἶεν αἱ τοῖς ἁγίοις παρὰ Θεοῦ διὰ

τοῦ πνεύματος τῶν ἀγαθῶν χορηγίαι. δεύτεραι δὲ A ὥσπερ ἀφέσεις ὑδάτων οἱ παρ' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διεισκρίνοντο λόγοι, χαρίσμασιν ἡμᾶς ἀναπιμπλάντες πνευματικοῖς. ἡ δὲ ἐξ οἴκου κυρίου ἐκπορευομένη πηγὴ τίς ἂν εἴη πάλιν, πλὴν ὅτι Χριστός; οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ μελῳδὸς ὀνομάζει λέγων πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν, τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. οὐκοῦν πηγὴ ζωῆς, καὶ χείμαρρος ὁ Χριστός. χειμάρρου δὲ σχοίνων B μέμνηται μὲν ὁ Προφήτης, χειμάρρου τινὸς ᾧ παραπεφύκασι σχοῖνοι πολλοί. φασὶ δὲ εἶναι τὸν αὐτὸν τῷ χειμάρρῳ τῶν κέδρων, παρ' ὃν ὑβρίσθαι φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς τὸν κύριον, ὁμοῦ τῇ σπείρᾳ ζητοῦντος αὐτὸν τοῦ προδότου μαθητοῦ.

Ἔστι δὲ οὐκ ἀκαλλὴς ὁ λόγος, εἰ τῷ χειμάρρῳ τῶν σχοίνων παρεικάζοιμεν τὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν ἐκκέκλικεν ὡς ποταμὸς εἰρήνης ὁ κύριος ἡμῶν, ἣν οἱονείπως ἀεὶ περιρρεῖ τὰς ἀειθαλεῖς ποτίζων σχοίνους, τουτέστι, τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. φίλυδρος γὰρ ἀείπως ἐστὶ, καὶ ἀειθα- C λὴς ἡ σχοῖνος. εἰ δὲ δὴ καὶ ὀξῶπα κεκορυμένη, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ οὕτως. οὐ γὰρ ἀκέντρος παντελῶς τῶν ἁγίων ἡ ἀρετή. εἰσὶ μὲν γὰρ πρᾳότατοι ἐρασταί, πλὴν μετὰ τούτου καὶ μαχηταί.

Αἴγυπτος εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, καὶ ἡ Ἰδουμαία εἰς πεδίον εἰς ἀφανισμὸν ἐξ ἀδικιῶν υἱῶν Ἰούδα, ἀνθ' ὧν ἐξέχεαν αἷμα δίκαιον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. ἡ δὲ Ἰουδαία εἰς τὸν αἰῶνα κατοικηθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ εἰς γενεὰς γενεῶν. καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα αὐτῶν, D καὶ οὐ μὴ ἀθῳώσω, καὶ κύριος κατασκηνώσει ἐν Σιών.

Ὅσον μὲν ἧκει εἰς τὸ ἐκ τῆς ἱστορίας παραδηλούμενον, ἐκτέτικε δίκας ἡ Αἴγυπτος, ἐστέρηται γὰρ τῆς βασιλείας, Καμβύσου ταύτην τοῦ Κύρου παιδὸς καταλύσαντος, καὶ Ἰδουμαία δὲ τὴν ἐρημίαν ὑπομεμένηκεν, ὡς καὶ αὐτὰ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα. E

Πλὴν ἐν τούτοις ἔοικεν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἀποφαίνειν λόγος κεκρυμμένην ὁμολογίαν, ἣν ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος πεπλήρωκεν ὁ μονογενής. ἀεὶ γάρ πως ἡ θεία γραφὴ μεμελέτηκεν ἐξομοιοῦν τοῖς ἄγαν εἰδωλολάτραις, καὶ εἰς τοῦτο λίαν ἀπονενευκόσι τὰς ἀγέλας τῶν δαιμονίων, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀεὶ τοῖς ἁγίοις ἀνθεστηκότας. πάντας δὴ οὖν ἐχθροὺς ἀπολεῖσθαι φησὶν, Αἰγυπτίοις τε,

spiritum munera donata fuerint. Secundæ autem velut emissiones aquarum, ab ipsis ad nos profectus sermo, spiritualibus charismatis nos replens. Fontem autem de domo Domini egredientem, quem porrò præter Christum existimabimus? Sic enim Psaltes eum appellat, Patrem & Deum in cælis alloquens. [Torrente voluptatis » tuæ potabis eos: quia apud te est fons » vitæ.] Itaque torrens, & fons vitæ Chri- » stus. Torrentis autem iuncorum meminit Propheta, torrentis alicuius scilicet, cui adnascatur copia iuncorum. Volunt eundem esse, qui torrens cedrorum, apud quem indignissimè tractatum Dominum Euangelista narrat, quando eum cum cohorte militari proditor discipulus quæsiuit.

Psal. 35.

Ioan 18.

Nec indecorum erit, si torrenti iuncorum Ecclesiam comparemus, in quam Dominus noster vt fluuius pacis cursum deflexit: quam quasi perpetuò circumfluit, iuncos semper virentes irrigans: semper enim aquam amat, nec viuere desinit iuncus. Et quamuis in cuspidem exeat, etiam sic bene habet. Non enim prorsus cuspide vacat sanctorum virtus. Sunt quidem mansuetissimi, veruntamen cum hoc etiam acres, & bellatores.

Esai. 66.

Ægyptus in perditionem erit, & Idumæa in campum desolationis ex iniquitatibus filiorum Iuda, pro eo quod effuderunt sanguinem iustum in terra sua. At Iudæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generationes generationum. Et vlciscar sanguinem eorum, & non mundabo, & Dominus habitabit in Sion.

Quod ad sensum historicum attinet, punita est Ægyptus, quando Cambyses Cyri filius regnum subegit. Et Idumæa redacta est in solitudinem, quod res ipsa loquitur.

LXV.

Cæterùm videntur prophetica verba pactum occultum tegere, quod vnigenitus, homo factus impleuit. Semper enim diuina scriptura magnis idololatris, & eò vehementer propensis, cateruas dæmonum, & sanctorum oppugnatores, similes facere consueuit. Omnes igitur inimicos perituros vaticinatur, Ægyptiis,

& Idumæis comparatos. Firma est enim Christi promissio de Ecclesia, [Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.] Omnino autem pœnas sumptum iri admissorum in homines, & malignas potestates, & quotquot illis paria ausi sunt, aut ad Græcorum errores quosdam abducentes, aut in reprobum sensum præcipitantes, dum peruersa consectari docent, manifestè tradit, propterea disperditum iri dicens, qui Sion oppugnarunt, quia sanguinem innocentem effuderint, & intolerabiliter filios Iuda vexauerint, hoc est, sanctos, filios confessionis, redditur enim Iudas, confessio. Cæterùm alicubi etiam à Deo afflatus Dauid de impiis morte deletis, [Quoniam, inquit, requirens sanguinem eorum recordatus est.] Ad Satanam autem, vt in persona Assur accusatum. [Quemadmodum vestimentum sanguine mistum non erit mundum, sic nec tu mundus eris. Et quia terram meam polluisti, & populum meum perdidisti, non manebis in sempiternum.] Itaque abituros in exitium Sionis aduersarios dicit, & Iudæam habitatum iri in sempiternum, & Hierusalem in generationes generationum: non illam vastatam, & exustam (siquidem Dominus ac Deus vt ipsa veritas, falsum dicere non potest) sed eam quæ mente comprehenditur potius, cælestem Hierusalem, supernam, & diuinam Sion, gloriosam & præclaram ciuitatem, cuius artifex, & fabricator, & architectus ipse Deus, in quam & nos vtinam per Christum perueniamus.

Matth. 16 — Psal. 9 — Esa. 14

A καὶ Ἰδουμαίοις ἐξεικασμένοι. ἀσφαλὴς γὰρ ἡ ὑπόσχεσις τοῦ Χριστοῦ, λέγοντος περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ὅτι δὲ πάντως ἐμβριθεῖς δίκας ἐξαιτεῖσθαι τῶν εἰς ἀνθρώπους πεπλημμελημένων αἵ τε πονηραὶ δυνάμεις, καὶ ὅσοι τολμῶσιν ἐκείναις τὰ παραπλήσια, ἢ πρὸς Ἑλληνικὴν ἀπάτην ἀποφέροντές τινας, ἤγουν εἰς ἀδόκιμον καταστρέφοντες νοῦν, διά γε τοῦ διδάσκειν ἐπείγεσθαι τὰ διεστραμμένα, καθίστησιν ἐναργὲς, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀφανισθήσεσθαι λέ- B γων τοὺς τῇ Σιὼν πεπολεμηκότας, ἀνθ' ὧν ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, ἠδικήκασί τε οὐ φορητῶς τοὺς υἱοὺς Ἰούδα. τουτέστι, τοὺς ἁγίους ἐξομολογήσεως ὄντας τέκνα. διερμηνεύεται γὰρ Ἰούδας ἐξομολόγησις. ἔφη δέ που καὶ ὁ θεόληπτος Δαβὶδ περὶ τῶν ἀνοσίως ἀνῃρημένων ὅτι ἐκζητῶν τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη. πρὸς δέ γε τὸν Σατανᾶν ὡς ἐν εἰκόνι γραφόμενον τοῦ Ἀσσοὺρ, ὃν τρόπον ἱμάτιον ἐν αἵματι πεφυρμένον οὐκ ἔσται καθαρὸν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ καθαρὸς, διότι τὴν γῆν μου ἐμίανας, καὶ C τὸν λαόν μου ἀπώλεσας. οὐ μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. οὐκοῦν κατοιχήσεσθαι μὲν εἰς ὄλεθρον τοὺς τῇ Σιὼν πεπολεμηκότας φησί. κατοικηθήσεσθαι δὲ τὴν Ἰουδαίαν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς γενεὰς γενεῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ οὐ τὴν πεπορθημένην, καὶ ἐμπεπυρισμένην, εἴπερ ἐστὶν ἀναμάρτητος ὁ κύριος καὶ Θεὸς ὡς ἀλήθεια, τὴν νοητὴν δὲ μᾶλλον, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ τὴν ἄνω, καὶ θείαν Σιὼν, τὴν εὐκλεᾶ καλλίπολιν, ἧς τεχνίτης, καὶ δημιουργὸς, καὶ τέκτων ὁ Θεὸς, εἰς ἣν καὶ ἡμᾶς ἀφικέσθαι γένοιτο διὰ Χριστοῦ.

COMMENTARII IN IOELEM FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙΣ τὸν Προφήτην Ἀμώς.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN AMOS PROPHETAM COMMENTARIVS, CONTINENS TOMOS V.

PRÆFATIO.

ΑΜΩΣ γέγονεν αἰπόλος ἀνήρ, καὶ ποιμενικοῖς ἔθεσί τε, καὶ νόμοις ἐντεθραμμένος· ἐποιεῖτο δὲ τὰς διατριβὰς ἐν ἐρήμῳ, τῇ πρὸς νότον τῆς Ἰουδαίων χώρας, ἣ μέχρις ὅρων διήκει θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς, καὶ εἰς τὴν Περσῶν ἐκτείνεται γῆν, μυρία δὲ ὅσα βαρβάρων ἔθνη αὐτὴν καταβόσκεται, ἔχει δὲ λίαν ἐπιτηδείως εἰς τὸ τρέφειν δύνασθαι τὰς οἰῶν ἀγέλας. εὔομβρος γάρ, καὶ πλατεῖα, καὶ πολυειδεῖ τῇ πόᾳ κατεστεμμένη. ἦν δὲ ὁ Ἀμὼς ἐκ Θεκουὲ κώμης, πρὸς αὐτοῖς κειμένης τοῖς τῆς ἐρήμου ποσίν. ἐπεὶ δὲ ἦν ἀνὴρ ἀγαθός, καὶ πάσης ἐπιεικείας ἐργάτης, τὸ τῆς προφητείας εὐθὺς καταπλουτεῖ πνεῦμα, καὶ προεφήτευεν οὐκ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ποιμνίοις, ἐν ἀρχαῖς τῶν ἐξ ἔθνους τε αὐτοῦ, καὶ μελέτης ἐχόμενος φροντισμάτων. εἶτα καὶ εἰς αὐτὴν ἀφικόμενος τὴν Βαιθήλ. καὶ γὰρ ἦν ὁ Θεκουὲ οὐχ ὑπὸ τὴν Ἰουδαίαν μᾶλλον, ἀλλ' ὑπὸ τὴν Ἐφραῒμ βασιλείαν. ὅτι δὲ ἀληθεῖς ἡμῖν οἱ περὶ τούτων γεγόνασι λόγοι, καταμαθήσεις ἀκονιτί, καὶ διὰ τῶν αὐτοῦ πληροφορηθήσῃ

A MOS fuit opilio pastoritiis moribus, & institutis educatus. Vixit in solitudine Iudææ, quæ versus Austrum sita, vsque ad fines maris Indici pertinet, & ad Persidem vsque porrigitur, in qua gentes quàm plurimæ pascunt: est enim propter amplitudinem, irrigationem, herbarúmque diuersitatem ad ouium greges alendos percommoda. Natus est in vico B Thecua, ad imam solitudinem. Et quoniam erat vir bonus, & omnis æquitatis amans, prophetiæ spiritu inde cumulatus, prophetauit non Hierosolymis: sed inter eos qui pecuariam faciebant, principiò hominum suæ gentis, & professionis curam capessens. Deinde in ipsam Bethel venit. Nam Thecue non Iuda, sed regno Ephraim continebatur. Ita esse, facili negotio etiam ex ipsius verbis planissimè cognosces.

I.

Prophetauit enim in Bethel, vt dixi, dissipatum iri aras risus, & defecturas cætimonias Israel. Adiicit his. [Et excitabo super domum Hieroboam gladium.] Sacerdos autem Bæthel Amasias, Prophetæ dentes contriuit, quem postea ad Hieroboam regem Israel misit, cum hoc nuntio.

cap.7. [Coniurationes facit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sufferre omnes sermones eius. Quia hæc dicit Amos, In gladio morietur Hieroboam, & Israel captiuus ducetur de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Videns, vade, discede tu in terram Iuda, & illic viue, & illic prophetabis: in Bæthel autem non vltra adiicies prophetare, quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Et respondens Amos dixit ad Amasiam, Non eram Propheta ego, neque filius Prophetæ: sed opilio eram, vellicans sycomoros: & assumpsit me Dominus ab ouibus. Et dixit Dominus ad me, vade & propheta super populum meum Israel.] Assumptus est igitur de gregibus ouium, & prophetauit in Bæthel, vbi deposuit vitulum aureum primus Hieroboam, filius Nabat. (3.Reg.12.) Puto hoc etiam operæpretium scire, alium fuisse Amos, patrem Esaiæ. Quid autem, & super quibus toto libro prophetarit, ad propositum aggressi, pro facultate demonstrabimus.

A λόγων. προεφήτευε μὲν γὰρ ἐν Βαιθὴλ, ὡς ἔφην, ἀφανισθήσεσθαι λέγων τοὺς βωμοὺς τῶν γελώτων, ἐρημωθήσεσθαι δὲ καὶ τὰς τελετὰς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ δὴ τούτοις προστίθησι, καὶ ἀναστήσομαι ἐπὶ τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐν ῥομφαίᾳ. ὁ δὲ γε τῆς Βαιθὴλ ἱερεὺς Ἀμασίας. ἔπειτα συνέπειζε τοῦ προφήτου τοὺς ὀδόντας. εἶτα πέμπει πρὸς Ἱεροβοὰμ βασιλέα Ἰσραὴλ, λέγων, συστροφὰς ποιεῖται κατὰ σοῦ Ἀμὼς ἐν μέσῳ οἴκῳ Ἰσραὴλ, οὐ μὴ δύνηται ἡ γῆ ὑπενεγκεῖν ἅ-

B παντας τοὺς λόγους αὐτοῦ· διότι τάδε λέγει Ἀμὼς, ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσει Ἱεροβοὰμ, ὁ δὲ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἀχθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ. καὶ εἶπεν Ἀμασίας πρὸς Ἀμώς. ὁ ὁρῶν βάδιζε ἐκχώρησον εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προφητεύσεις. εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκέτι μὴ προσθῇς τοῦ προφητεῦσαι, ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστὶ, καὶ οἶκος βασιλέως ἐστί· καὶ ἀπεκρίθη Ἀμὼς, καὶ εἶπε πρὸς Ἀμασίαν, οὐκ ἤμην προφήτης ἐγὼ, οὐδὲ υἱὸς προφήτου, ἀλλ' αἰπόλος ἤμην, κνίζων συκάμινα, καὶ ἀνέλαβε κύριος ἐκ τῶν προβάτων. καὶ εἶπε

C κύριος πρὸς με, βάδιζε, προφήτευσον ἐπὶ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. εἴληπτο δὲ οὖν ἐκ ποιμνίων, καὶ προεφήτευεν ἐν Βαιθὴλ, ἐν ᾗ καὶ δάμαλιν ἀπέθετο χρυσῆν ὁ πρῶτος Ἱεροβοὰμ ὁ Ναβὰτ υἱός. ἐπισημήνασθαι δὲ κἀκεῖνο οἶμαί που χρήσιμον, ὡς ἕτερος ἦν Ἀμὼς ὁ Ἠσαΐου πατήρ. τίνες γε μὴν καὶ ἐπὶ τίσιν ὅλως οἱ παρ' αὐτοῦ γεγόνασι λόγοι, τῶν προκειμένων ἁψάμενοι σαφηνιοῦμεν ὡς ἔνι.

CAPVT I.

Tom.1. *Sermones Amos, qui facti sunt in Accarim ex Thecue, quos vidit super Hierusalem in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israel, ante duos annos terræmotus.*

II. SErmones Amos, qui facti sũt in Accarim ex Thecue, quos vidit super Hierusalem.] Hi sunt, inquit, sermones prophetici Amos Thecuensis, qui facti sunt in Accarim. Tenendũ est, huiusmodi vocem, [in Accarim,] ab Hebræorũ editione prorsus abesse, in qua tantũ est his verbis, [sermones Amos ex Thecue.] Alii interpretes pro, [in Accarim,] posuerunt, ἐν κτηνοτρόφοις, id est, locis vbi arméta, seu iumenta pascũtur. Sunt igitur hi sermones Amos ex Thecue, seu Thecuẽsis, qui facti sunt, quo tẽpore adhuc pastoré agebat, & in ipsis ouiũ stabulis siue septis. Super ipsa autẽ Hierusalem nõ audisse tantùm sermones, sed

D

ΚΕΦΑΛ. α'.

Λόγοι Ἀμὼς, οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶμ ἐκ Θέκουε, οὓς ἴδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλὴμ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ, υἱοῦ Ἰωὰς βασιλέως τοῦ Ἰσραὴλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ.

ΛΟγοι Ἀμὼς, οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶμ ἐκ Θεκουὲ, οὓς εἶδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλὴμ. οὗ-

E τοι φησὶν Ἀμὼς τοῦ ἐκ Θεκουὲ τῆς προφητείας οἱ λόγοι, οἳ γεγόνασι ἐν Ἀκκαρείμ. ἰστέον δὲ, ὅτι τὴν τοιάνδε λέξιν, ἤτοι τὸ ἐν Ἀκκαρείμ, οὐκ οἶδεν ὅλως τῶν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις. μόνον γὰρ εἰρήκασι τὸ, λόγοι Ἀμὼς ἐκ Θεκουέ. οἵ γε μὴν ἕτεροι τῶν ἑρμηνευόντων ἀντὶ τοῦ ἐν Ἀκκαρεὶμ τεθείκασιν, ἐν τοῖς κτηνοτροφείοις. οὗτοι τοίνυν οἱ λόγοι Ἀμὼς ἐκ Θεκουὲ, οἵτινες γεγόνασιν ἐν καιρῷ τοῦ ποιμαίνειν, ἐπὶ καὶ αὐταῖς τῶν προβάτων αὐλαῖς. ὑπὲρ δὲ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀκοῦσαι μόνον, ἀλλ' ἑω-

προεωρακέναι φησὶ τοὺς λόγους. ἐμφανῆ γὰρ τοῖς προφήταις κατίστησιν ὁ Θεὸς ἁμοῦ ταῖς ἀποκαλύψεσι μονονουχὶ καὶ αὐτὰ τὰ ὄντα τὰ πράγματα, ὥστε δοκεῖν καὶ ὁρᾶν αὐτοὺς ἤδη περὶ γενέσθαι τοὺς λόγους, συνθεούσης τάχαπου τῆς τῶν ἐκβησομένων θέας, οἷς ἂν λέγῃ Θεός. πλὴν ἐκεῖνο ζητήσεως ἄξιον, πῶς γὰρ ἄν τις οἰηθείη γενέσθαι τοὺς λόγους ὑπέρ γε τῆς Ἱερουσαλὴμ μόνον, καίτοι διὰ τῆς αὐτοῦ τοῦ Προφήτου φωνῆς καταιτιᾶται Θεὸς τόν τε Ἰούδαν, καὶ τὸν Ἰσραήλ; ἔφη γὰρ πάλιν, ὅτι τάδε λέγει κύριος. ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις υἱῶν Ἰούδα, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτούς. καὶ ἑξῆς. εἶτα τούτοις ἐφεξῆς. τάδε λέγει κύριος, ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Ἰσραήλ, καὶ ἑξῆς. προσεπενεγκὼν δὲ τῆς ἁμαρτίας τοὺς τρόπους, ἐπηπείλησε τὰ δεινά, καὶ ὡς πλείστην ὅσην κατ᾽ ἀμφοῖν ὁ λόγος αὐτοῦ τὴν ἐπίπληξιν ἔχει. πῶς οὖν ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ γεγενῆσθαι λοιπὸν νοοῖντ᾽ ἂν οἱ λόγοι, καίτοι Θεοῦ λέγοντος, ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ τὰ ἑξῆς. τίς οὖν ἔσται τῆς ἀπολογίας ὁ τρόπος, φέρε, διασκεψώμεθα. φαμὲν οὖν ὅτι ἔθος τοῖς ἁγίοις Προφήταις, ποτὲ μὲν διεσταλμένως τὰς δύο φυλάς, τὰς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, Ἰούδαν τε, καὶ Βενιαμὶν Ἰσραὴλ ἀποκαλεῖν. ποτὲ δὲ αὖ τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ δέκα φυλάς, ἑτέρως Ἰσραὴλ ὀνομάζειν, ἤγουν Ἐφραίμ, ἀδιαφοροῦσι δὲ πλειστάκις. καὶ ἐπείπερ εἰσὶν οἱ πάντες ἐξ αἵματος Ἰσραήλ, οὕτως ὀνομάζουσι τὰς δύο, καὶ δέκα φυλάς. εἰ δὲ δὴ βούλοιντο καὶ ἅπασαν ἡμῖν κατασημῆναι τυχὸν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν, οὐκέτι διεσταλμένως τῷ τοῦ Ἰσραὴλ ὀνόματι κεχρημένους εὑρήσομεν. γεγόνασι δὲ οὖν τῆς τοῦ Ἀμὼς προφητείας οἱ λόγοι ὑπὲρ πάσης τῆς Ἰουδαίας πλήθους, τῆς τε ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ. πῶς δ᾽ ἂν εἶεν ὑπὲρ αὐτῶν, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ἔστι τοίνυν διττὸς ἡμῖν τῆς ἀπολογίας ὁ τρόπος. πρῶτον μὲν γὰρ εἰσκεκόμικε τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τὰς τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἁμαρτίας ἀφηγούμενον. εἶτα τὰ ἐσόμενα κατ᾽ αὐτῶν προαπηγγελκότα, προστίθησι δὲ τούτοις τὰ ἐξ ἡμερότητος ἀγαθά, καὶ ὅτι κατὰ καιρὸν πλείστη τις γενήσεται αὐτῶν φειδώ, καὶ ἀνακαινισμὸς εἰς τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς. ἔφη γὰρ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἀμώς, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. πλὴν ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐξαρῶ τὸν οἶκον Ἰακώβ, λέγει κύριος. διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐντέλλομαι, καὶ λικμιῶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ, ὃν τρόπον λικμᾶται ἐν τῷ λικμῷ, καὶ οὐ μὴ πέσῃ σύντριμμα ἐπὶ τὴν γῆν, προαναφωνεῖ δὲ ἀναγκαίως καὶ τὴν ἐσομένην λύτρωσιν διὰ Χριστοῦ, καὶ ὅτι μεταχωρήσουσι πρὸς ἀνα-

A & vidisse se dicit. Deus quippe Prophetis vnà cum reuelationibus res manifestas, & tantum non præsentes facit, vt videre sibi videantur sermones, antequam fiant, concurrente fortassis euentuum futurorum visu cum his quæ Deus dixerit. Cæterùm illud quæstione dignum, quomodo existimandum, factos esse sermones super Hierusalem solùm, cùm tamen voce ipsius Prophetæ Iudam, & Israël Deus accuset? Ait enim infrà: Quia hæc dicit Dominus, B [Super tribus sceleribus filiorum Iuda, & super quatuor non conuertam eos, &c.] Deinde rursum, [Hæc dicit Dominus. Super tribus sceleribus Israel,] & quæ sequuntur: & recensitis scelerum generibus, atrocia comminatur, & ambos quam sæpissimè obiurgat. Iam igitur quo pacto super Hierusalem tantummodo sermones facti esse intelligi possunt, cùm Deus dicat, [mittam ignem super Iudam, &c.] Nunc qua ratione respon- C dendum sit, consideremus. Dicimus, consuesse sanctos Prophetas aliquando quidem distinctè duas tribus Hierosolymis, Iudam & Beniamin, Israel vocare: rursus aliquando decem tribus, quæ in Samaria, aliter Israel, siue Ephraim nominare, frequentissimè enim confundunt. Et quoniam omnes sanguine Israelis oriundi sunt, hoc nomine item duodecim tribus appellant. Quod si fortè velint totam nobis Iudæorum multitudinem significare, non D iam amplius distinctè Israelis vocabulum ponunt. Facti sunt igitur sermones Amos Prophetæ super omni multitudine Iudeæ, tum quæ Hierosolymis esset, tum quæ in Samaria. Iam quomodo sint super ipsis, dicendum est. Duplex responsum suppeditat. Primùm enim introduxit vniuersorum Deum Iudæorum Synagogæ peccata commemorantem: post, euentura ipsis prænuntiantem, & adiecit his bona ex benignitate sua, & fore, vt largissimè E veniam consequantur, & ad pristinum statum renouentur. Dicit enim rursus idem Amos, vt ex persona Dei. [Voruntamen non in finem conteram domum Iacob, ait Dominus. Quia ecce ego mando, & conteram in omnibus gentibus, domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet granum super terram.] Prænuntiat autem necessariò etiam futuram redemptionẽ per Christum, & transituros ad reno-

Cap. 2.

Ibid.

uationem, dominóque miserante, vitam iucundam victuros. Ait enim rursum sic. [In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, &c.] Sed sermones super Hierusalem etiam alio modo intelligi rectè possunt. Syriæ enim, & Damasci reges, & finitimarum gentium non paucæ Iudæorum regionem deuastarunt, aliâs aliæ insurgentes, eámque agendo ferendóque hostili more depopulantes, & ex impotenti ira in extremam miseriam coniicientes. His igitur omnibus vastatoribus eius Propheta Deum desolationem comminantem, & nefariorum scelerum pœnas sese exacturum promittentem introduxit. Ergo super Hierusalem, siue super omnem Iuda sermones Amos facti sunt. Id quod perspicuè apparebit, si tempora prophetiæ perpenderimus. Sequitur enim. [In diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israel, duobus annis ante terræ motum.] Sed, obiiciet, opinor, quispiam, quid proderit lectoribus, si curiosè, & exquisitè regum iam nominatorum tempora indagauerint, Oziæ videlicet, & Hieroboam? Respondemus. Istuc necessarium esse, & quasi omnia adiuncta, seu circumstantias prophetiæ continere. Syriæ enim, & Damasco, & circumiectis Iudææ barbaris perniciem, & inuasiones, & exustiones minatur, sanctorúmque vaticiniorum inde principium sumit. Cognoscendæ sunt igitur causæ, cur regni tempora apposuerit, & quænam, & quot vtrique rectè facta, & quomodo vitam exegerit, & si quid de ambobus auditionem meretur. Postquam igitur ad apostasiam defluxerunt Israel, & Iudas, multis modis in eos animaduersum est. Aliquando enim Damasci, & Syriæ principes illos incursarunt, eorúmque vrbes obsederunt, & prædas egerunt. Aliquando Moabitæ, & Idumæi, Gergeseni, & Elamitæ, Azotii, & Accaronitæ Samariam, quin etiam regnum Iuda, effrænato impetu, & insatiabili cupiditate, extrema iracundia in morem taurorum efferati fœdè lacerarunt. Variis igitur locis eos sæuisse certum est. Vt regnante Achab super Samaria, & Israel. Scribitur enim libro Regum tertio. [Et congregauit filius Ader rex Syriæ omnẽ exercitum,

Cap. 9.

Cap. 20.

χαιρισμὸν, καὶ ἐν εὐπαθείᾳ ἔσονται κατοικτείροντος Θεοῦ. ἔφη δὲ οὕτω πάλιν. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκοῦν ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ λόγοι καὶ καθ' ἕτερον ὑπὲρ αὐτῆς νοοῖντ' ἂν εἰκότως. Συρία τε γὰρ, καὶ οἱ Δαμασκοῦ βασιλεῖς, καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν οὐκ ὀλίγοι τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν διελυμήναντο, ἄλλοτε ἄλλοι κατεξανιστάμενοι, καὶ καθοδηγοῦντες αὐτὴν ἄγοντές τε καὶ φέροντες, καὶ τὰ ἐξ ἀκράτου δρῶντες ὀργῆς ὡς εἰς ἐσχάτην αὐτοὺς καθικέσθαι ταλαιπωρίαν. τούτοις δὴ οὖν ἅπασι τοῖς πεπορθηκόσιν αὐτὴν εἰσκεκόμικεν ὁ Προφήτης ἀπειλοῦντα Θεὸν τὴν ἐρήμωσιν. καὶ δίκην ἔφη πράξεσθαι τῶν ἀνοσίων ἐγχειρημάτων αὐτούς. οὐκοῦν ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἤγουν ὑπὲρ πάσης τῆς Ἰούδα συναγωγῆς οἱ τοῦ Ἀμὼς γεγόνασι λόγοι. εἰσόμεθα δὲ τοῦτο σαφῶς τοὺς τῆς προφητείας βασανίζοντες χρόνους. κεῖται γὰρ ἐφεξῆς, ἐν ἡμέραις Ὀζίου τοῦ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραὴλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. ἀλλ', οἶμαι, τις ἐρεῖ, καὶ τί τὸ πλέον εἰς ὄνησιν τοῖς ἐντευξομένοις τὸ χρῆναι περιεργάζεσθαι, καὶ σφόδρα λεπτῶς τῆς βασιλείας τοὺς χρόνους τῶν ἀρτίως ὠνομασμένων, Ὀζίου τε, φημὶ, καὶ μέντοι καὶ Ἱεροβοάμ; καὶ πρός γε δὴ τοῦτό φαμεν, ὅτι τὸ χρῆμά ἐστιν ἀναγκαῖον, ὅλην ὥσπερ ὠδῖνον ἐφ' ἑαυτῷ τῆς προφητείας οἱονεὶ τὰς περιστάσεις. Συρίᾳ τε γὰρ, καὶ Δαμασκῷ, καὶ τοῖς περιοικοῦσι τὴν Ἰουδαίαν βαρβάροις ὄλεθρον ἀπειλεῖ, καὶ ἐπαναστάσεις, καὶ ἐμπρησμοὺς, καὶ τῶν ὁσίων χρησμῳδημάτων ἐντεῦθεν αὐτῷ γέγονεν ἡ ἀρχή. δεῖ δὴ οὖν ἄρα τὰς αἰτίας ἀναμαθεῖν τοῦ προστεθεῖσθαι τῆς βασιλείας τοὺς χρόνους, τίνα τε, καὶ ὅσα τὰ ἑκατέρῳ κατορθωμένα, διεβίωσέ τε ὅπως, καὶ τί τὸ ἐν ἀμφοῖν ἀξιάκουστον. ἐκκεκλικότες δὴ οὖν εἰς ἀποστασίαν ὅ, τε Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδας κατὰ πολλοὺς ἐπαιδεύοντο τρόπους. ποτὲ μὲν γὰρ οἱ Δαμασκοῦ, καὶ Σύρων ἡγούμενοι, κατέτρεχον, καὶ ἐπολιόρκουν τὰς παρ' αὐτοῖς, καὶ κατελῄζοντο χώρας· ποτὲ δὲ αὖ Μωαβῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, Γεργεσαῖοί τε, καὶ Ἐλαμῖται, Ἀζώτιοί τε, καὶ οἱ τῆς Ἀκκαρὼν οἰκήτορες κατῃκίζοντο τὴν Σαμάρειαν, καὶ μέντοι καὶ τὴν Ἰούδα βασιλείαν, ἀχαλίνοις ὁρμαῖς, καὶ ἀπλήστῳ γνώμῃ χρώμενοι, καὶ εἰς ἐσχάτας ὀργὰς ἀποταυρούμενοι. καὶ γοῦν κατὰ διαφόρους τόπους τοῦτο δεδρακότας εὑρήσομεν. οἷον βασιλεύοντος Ἀχαὰβ τῆς Σαμαρείας, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰσραὴλ, γέγραπται οὕτως ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν. καὶ συνήθροισεν υἱὸς Ἀδὲρ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ,

καὶ ἀνέβη, καὶ περιεκάθισε Σαμάρειαν, καὶ τριάκοντα καὶ δύο βασιλεῖς μετ' αὐτοῦ. ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι συνασπισμοὺς ἐποιεῖτο κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ τῆς Δαμασκοῦ βασιλεὺς, τουτέστιν, ὁ Ἀδὲρ, ἑτέρους τριάκοντα δύο τῶν προσοίκων ἐθνῶν ἡγουμένους, πεπολεμηκότας οὕτω τὴν γῆν. ἀλλὰ καὶ ἐν χρόνοις Ἰωὰς βασιλέως Ἰούδα πεπολέμηκε τὴν Ἱερουσαλὴμ Ἀζαὴλ ὁ Σύρος, ὡς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν γέγραπται, ὅτε καὶ ἔλαβεν ὁ Ἰωὰς πάντα τὰ ἅγια, καὶ πᾶν τὸ ἐν τοῖς θησαυροῖς χρυσίον, καὶ ἀπέστειλε τῷ Ἀζαὴλ, καὶ ἀνέβη ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. ἔδρων μὲν γὰρ τὰ τοιάδε κατὰ θείαν ὀργὴν, προσκεκρουκότος τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπείτοι τὸ ἀποπεσεῖν λίαν, καὶ ἀνεπλοκῆσθαι δεινῶς εἰς τὰς τῶν εἰδώλων λατρείας. πλὴν νικῶντες οἱ ἀλλόφυλοι τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ διελυμαίνοντο. ᾤοντο γὰρ κατὰ σφᾶς οἱ δείλαιοι, τὴν ἐπαμύνουσαν αὐτοῖς ἀτονῆσαι χεῖρα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης καταλυμαίνεσθαι τεθαρρήκασι. καὶ γοῦν ἡττημένοι οἱ Σύροι, βραχὺ πολιορκοῦντος Σαμάρειαν τοῦ Ἀδὲρ, πρόφασιν ἐποιοῦντο τῆς κακανδρίας οὐκ ἀληθῆ, λέγοντες, Θεὸς ὀρέων Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ οὐχὶ Θεὸς κοιλάδων. ᾤοντο γὰρ ὅτι ἐνίκησαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐν μόνοις τοῖς ὄρεσιν, ἢ ἐν τοῖς βουνοῖς δυναμένου σώζειν Θεοῦ. ἡττήμεθα δὴ οὖν φασὶν, ὅτι δὴ Θεὸς ὀρέων ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. εἰ δὲ δὴ γένοιτο συνελθεῖν εἰς μάχην ἐν πεδίοις ἐψιλωμένοις, περιεσόμεθα, πάντως ἀτονοῦντος ἐν κοιλάσι τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ. Ἑλληνικῆς δὲ ταῦτα φρενοβλαβείας ἐγκλήματα, καὶ τῶν οὐκ εἰδότων τὸν ἀληθῆ, καὶ φύσει Θεὸν ἀθυροστομία δεινή. οὐκοῦν ἠγανάκτει κατὰ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ σφόδρα εἰκότως, ὁ πάντα ἰσχύων Θεὸς, ὅτι καὶ νικῶντες, ὡς ἔφην, τὸν Ἰσραὴλ, τοῖς ἰδίοις θεοῖς ἀνετίθεσαν τὰ χαριστήρια, καὶ ληροῦντες ᾤοντο καὶ αὐτοῦ κρατῆσαι Θεοῦ, προϊόντος δὲ τοῦ καιροῦ μετὰ τὴν τοῦ Ἀχαὰβ βασιλείαν, καὶ ἑτέρων τινῶν διὰ μέσου, καὶ καθεξῆς, ἀναδείκνυται βασιλεὺς ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ Ἱεροβοὰμ ὁ τοῦ Ἰωὰς, ἕτερος παρὰ τὸν πρῶτον, ὃς ἦν τοῦ Ναβὰτ, πλὴν ὁμώνυμος ἐκείνῳ, καὶ ὁμογνώμων, καὶ δυσσεβής. ἀλλ' ἐν τοῖς χρόνοις τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἠλέει λοιπὸν ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς ἀφορήτῳ ταλαιπωρίᾳ κατηχθημένον τὸν Ἰσραὴλ, ἠλευθέρου τε τῶν πόνων διὰ χειρὸς Ἱεροβοὰμ καίτοι πονηροῦ, καὶ ἀποστάτου λίαν παραβάντος. κατισχυρίσαντο γὰρ οὕτω τῶν ἀλλοφύλων, ὡς καὶ πόλεις τὰς ἐπ' ἐκείνων ἀποστασθείσας ἐν καιροῖς βασιλέων τῶν προηγηκότων ἀνακομίσασθαι πάλιν, καὶ τοῖς ἰδίοις ὑποτεθῆναι σκήπτροις, πλεῖστά τε ὅσα τοὺς πάλαι νικῶντας ἐργάσασθαι κακά. ἐν γοῦν τῇ τετάρτῃ τῶν βασι-

A & ascendit, & obsedit Samariam. Et » triginta duo reges cum ipso.] Considera ergo vt Damasci rex socios expeditionis contra Israel sibi adsciuerit, hoc est, filius Ader alios triginta duos finitimarum gentium duces, qui sic regionem vexarunt. Quin & Ioas rege Iuda, Azael Syrus Hierusalem hostiliter adortus est, vt in quarto Regum est literis proditum, [Quando » Cap. 12. tulit Iudas omnia sanctificata, & om- » ne aurum in thesauris inuentum, & » B misit Azaeli, & recessit à Hierusalem.] » Faciebant enim hæc secundùm diuinam iram, quod Israel Deum offendisset: magnoperè enim à recto declinauerat, & cultu idolorum mira religione perculsus se inuoluerat. Veruntamen victores alienigenæ de diuina gloria detrahebant. Statuebant enim miseri secum, auxiliantem ipsis manum inualidam factam, & eius honori insolentius insultare audebant. Fracti igitur Syri, ad breue tempus Samariam obsidente filio Ader, ignauiam suam malè excu- C sarunt, dicentes: [Deus montium, Deus » Israel, & non Deus vallium.] Crede- » bant siquidem, Israelitas vicisse, quia Deus eorum in montibus duntaxat, aut collibus saluare posset. Victi igitur sumus, aiunt, [quia Deus montium Deus » Israel.] Si autem pugnemus cum iis in » campestribus, & profectò superabimus, cùm in vallibus imbecillis sit Deus Israel. Sed hæ Græcæ dementiæ criminationes sunt, & verum, ac natura D Deum nescientium linguæ proteruitas. Quocirca indignabatur aduersum alienigenas omnipotens Deus, & meritissimò, quoniam deuicto ab se Israele, vt dixi, diis suis gratias referebant, delirantésque, etiam Deum ipsum se vicisse arbitrabantur. Post defunctum Achab, & reges deinceps alios, eius successores, rex Israel in Samaria creatur Hieroboam filius Ioas, alius à primo qui fuit filius Nabat, quanquã nomine, animo, & impietate primo illi similis. E Sed eius temporibus Deus, cui volupe est misereri, Israelem intoleranda afflictione laborantẽ miseratus, eum ærumna leuauit per Hieroboam, tametsi improbum, & magnum transgressorem. Adeo enim viribus alienigenis antecelluerunt, vt vrbes quoque antecessorum regum temporibus ereptas recuperarent, potestatique suæ subiicerent, & vincere olim solitos, incommodis longe plurimis afficerẽt. In quarto igitur Re- Cap. 14.

gum sic est, in tanta calamitate fuisse filios Israel, vt essent paucissimi, & dispersi, nec inueniretur auxiliator: saluatos tamen esse è manu Hieroboam. *E manu*, dixit, pro, *per manum*. Nec enim ipse atterebat Israel: sed pugnabat potius, cúmque defendebat. Restituit verò Damascum, & recepit terminum Israel, auctúsque est ditionibus multis. Regnante Hieroboam, rex super Iuda Hierosolymis vngitur Azarias, qui & Ozias, æque gentibus infestissimus, & ad eos exagitandos viriliter incumbens, qui Iudææ vastitatem intulissent. Fuit enim vir pius, & virtutis studiosus. Vbi iam hostes Deo annuente domuit, in superbiæ morbum incidit, ac suopte nutu imposterũ sibi sacerdotio fungendũ decreuit, & ausus est ad ipsum altare ascendere, illique thymiama offerre. Verùm Deus illico hominem coërcuit. Lepra enim aspersus est, morbo infando, & insanabili, vt etiam velut immundus, secundum legem Hierosolymis amandaretur, qui posthac sacerdotii munus obire, & rem diuinam omnimodis velle peragere, & templũ sacrosanctum contaminare desineret. Ita legere est libro quarto Regum. In altero tamen Paralipomenon narratio huius historiæ est luculentior. De Ozia lepra infecto satis dictum est. Fuisse autem potẽtem, & in alienigenarũ prouincias irrupisse, adeóq. fortẽ, ac strenuũ, vt oppida quoque apud eos ædificaret, & tributa imponeret, ac sceptro illos subderet, quãtumuis olim sibi valde placentes, plenè docẽt sacræ literæ. quoniã ergo propheticus sermo in exordio futuræ alienigenarum vastationis meminit, res postulauit, vt regũ Oziæ, & Hieroboam mentionem faceremus; per quos illi victi sunt, vt iam diximus. Nouimus etiã per Assyrios Damascum incensam, qui insuper alienigenarum populos ferro igniqué vastarunt: sed cùm id postea factum sit, necessariò attigimus quæ ab Hieroboam, & eius temporis alienigenis, & ipsis quoque Assyriorum ducibus contigerunt. Quia verò apposuit Propheta, [duobus annis ante terræmotum,] necesse fuit etiam, de lepra Oziæ memorare, qua contactus est puniente Deo, postquam sacris fungi contra legem non dubitauit. Contremuit enim Hierosolyma, incolis iram suam Deo ostendente.

2. Paral. 26.

4. Reg. 16.

λέλοιπε γεγράφθαι, κατατεθλίφθαι μὲν τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, οὐκ ὄντος τοῦ σώζοντος, ὡς ὀλιγοστοὺς εἶναι, καὶ διεσπασμένους· σεσῶσθαι γε μὴν ἐκ χειρὸς Ἱεροβοάμ. τὸ δὲ ἐκ χειρὸς τέθεικεν, ἀντὶ τοῦ διὰ χειρός. οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ συντρίβων τὸν Ἰσραήλ, μαχόμενος δὲ μᾶλλον, καὶ ὑπερασπίζων αὐτοῦ. ἐπέστρεψε δὲ τὴν Δαμασκὸν, καὶ ἀνέσωσε τὸ ὅριον Ἰσραήλ, καὶ δυναστείας εἴργασται πολλάς. βασιλεύοντος δὲ Ἱεροβοὰμ χρίεται Ἀζαρίας, ὁ καὶ Ὀζίας, βασιλεὺς ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. ὃς οὐδὲν ἧττον ἦν τοῖς ἔθνεσι φορτικώτατος, καὶ νεανικῶς ἐγκείμενος τοῖς πεπορθηκόσι τὴν Ἰουδαίαν. γέγονε μὲν γὰρ εὐσεβὴς, καὶ φιλάγαθος ἀνήρ. ἐπειδὴ δὲ κεκράτηκε τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ τὸ νικᾶν ἐπιδόντος, νενόσηκε τὴν ὑπεροψίαν, καὶ αὐτοκελεύστοις ἤθελε βουλαῖς ἐπὶ τὸ χειρῶσαι λοιπὸν, καὶ ἱερατεύειν Θεῷ, καὶ δὴ καὶ τετόλμηκεν ἐπ' αὐτὸ τὸ ἅγιον ἀναβῆναι θυσιαστήριον, καὶ προσαγαγεῖν αὐτῷ τὸ θυμίαμα. ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸν ἤλεγξε Θεός. λέπρᾳ γὰρ κατεστίζετο δεινῷ τε, καὶ ἀνιάτῳ πάθει, ἵνα καὶ ὡς ἀκάθαρτος κατὰ νόμον ἐκπέμπηται τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀποπαύσηται τό τε λοιπὸν καὶ ἱερατεύειν Θεῷ, καὶ τῆς παρανόμου ἐπιτετηδευμένης ἱερουργίας αὐτῷ, καὶ οὐ τὸν ἅγιον καταμιαίνειν ναόν. ταῦτα δέ φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων ἰσχυροτέρα κεῖται ἡ περὶ τούτων ἀφήγησις. περὶ μὲν οὖν τοῦ λελεπρῶσθαι τὸν Ὀζίαν ἀπόχρη ταυτί. ὅτι δὲ γέγονεν ἀνὴρ δυνατὸς, καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων ἐπεστράτευσε χώρας, καὶ τοσοῦτος γέγονεν εἰς ἀλκὴν, ὡς καὶ ἀναδείμασθαι πόλεις παρ' αὐτοῖς, καὶ δασμολογίας ἐπιθεῖναι, καὶ σκήπτροις ἰδίοις ὑπενεγκεῖν, καίτοι μεγάλα φυσῶντάς ποτε, δεδίδαχεν ἀρκούντως τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. οὐκοῦν, ἐπειδήπερ ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος εἰσκεκόμικεν ἐν ἀρχαῖς τὴν ἐσομένην κατὰ τῶν ἀλλοφύλων ἐρήμωσιν, ἀναγκαία γέγονεν ἡ μνήμη τῆς βασιλείας Ὀζίου τε, καὶ Ἱεροβοάμ, νενίκηνται γὰρ δι' αὐτῶν ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. οἶδα μὲν οὖν ὅτι καὶ διὰ χειρὸς Ἀσσυρίων ἐμπεπρησται Δαμασκὸς, δεδῄωνται δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ τῶν ἀλλοφύλων ἔθνη. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς μεταγενεστέροις, προσαπτόμεθα ἀναγκαίως τά τε Ἱεροβοάμ, καὶ τοῖς ἐκείνου χρόνοις τὰ τοῖς ἀλλοφύλοις συμβεβηκότα, καὶ αὐτοῖς δὲ οὐδὲν ἧττον τοῖς τῶν Ἀσσυρίων καθηγηταῖς. ἐπειδὴ δὲ προστέθεικεν ὁ Προφήτης πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ, μνήμην ἀναγκαίως καὶ τοῦ λελεπρῶσθαι τὸν Ὀζίαν πεποιήμεθα. ἐπειδὴ γὰρ ἱερατεῦσαι τετόλμηκε παρανόμως, λελέπρωται μὲν ἐλέγχοντος Θεοῦ, κατεσείσθη δὲ σεισμῷ τὰ Ἱεροσόλυμα τοῖς ἐν αὐτῇ τηνικάδε Θεοῦ τὴν ἰδίαν ὀργὴν ὑπεμφαίνοντος.

Καὶ εἶπε. Κύριος ἐκ Σιὼν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων· καὶ ἐξηράνθη κορυφὴ τοῦ Καρμήλου.

Ὅλος ἡμῖν ἐν τούτοις ὁ τῆς προφητείας διαφαίνεται σκοπὸς, καὶ τοῦ παντὸς χρησμῳδήματος ὅρος ὥσπερ τις, καὶ προαφήγησις, ἀσαφείᾳ πολλῇ κατεσκιασμένη νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἡ τῶν προκειμένων δύναμις. πεποίηται μὲν γὰρ ὡς ἐξ ὁμοιότητός τε, καὶ μεταφορᾶς ὁ λόγος, καὶ ὡς ἐκ τοῦ πεφυκότος συμβαίνειν ταῖς εὐπρέμνοις τῶν ὀρῶν κορυφαῖς, ἢ τοῖς ἐψιλωμένοις τῶν πεδίων ἔσθ' ὅτε. ὄρη μὲν γὰρ καίτοι δρυμοῖς κομῶντα, καὶ ξύλοις, πεδιὰς δὲ αὖ πολλῇ καὶ ἀμφιλαφεῖ τῇ πόᾳ κατεστεμμένη, καταφθείροντός τινος ἢ λοιμοῦ τυχὸν, ἤγουν ἑτέρου του τῶν ἐξ ἀέρος ἀῤῥωστημάτων, ἀδοκήτως αὐαίνεται. διαπίπτει δὲ οὕτω καὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ κατασκήπτουσιν ἔσθ' ὅτε πόλεων καὶ χωρῶν πικραὶ, καὶ δύσοιστοι συμφοραὶ, διολλύουσαι, καὶ καταφθείρουσαι μικρόν τε καὶ μέγαν. τίνος γὰρ ἂν φείσαιτο πολεμίων ξίφος, ἢ, φέρε εἰπεῖν λοιμός; ἀνέδην ἀποκείρει καὶ τὸν ἐν πλούτῳ, καὶ δόξαις, καὶ δυναστείαις διαφανῆ, καὶ τὸν ἄσημόν τε, καὶ κατεῤῥιμμένον. γέγονε τοίνυν τῷ προφήτῃ νυνὶ πρέπων ὅτι μάλιστα τοῖς αὐτοῦ κατειθισμένοις ὁ λόγος. ἦν γὰρ, ὡς ἔφην, αἰπόλος, καὶ πεποίηται τὴν ἔμφασιν ὡς ἐκ τοῦ καταφθείρεσθαι πολλάκις τὰς τῶν θρεμμάτων νομάς. τίς οὖν ὁ τῶν εἰρημένων ἀληθέστερος νοῦς; ἐφθέγξατο, φησὶν, ἐκ Σιὼν ὁ Κύριος, ὡς ἐξ ἰδίου τόπου, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐκ νεμηθείσης αὐτῷ, ἔστι μὲν γὰρ οὐκ ἐν τόπῳ τὸ ἀσώματον. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ διαβόητος ἐκεῖνος ναὸς, ἐδόκει πως ἴδιος ὑπάρχειν ὁ χῶρος αὐτοῦ, κατά γε τὴν τῶν ἀρχαιοτέρων ὑπόληψιν, μικρὰ φρονούντων ἔτι περὶ Θεοῦ. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐφθέγξατο, τέθεικε τῶν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις * ὠρύσατο, ἤτοι ἐβρυχήσατο, τὸν λεόντων νόμον. οὗ δὲ γεγονότος, ἐπένθησάν φησιν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων. νομὰς δὲ ποιμένων τὰ τῶν ἀλλοφύλων ἔθνη φησὶ, καθάπερ τισὶ ποιμέσι τοῖς αὐτῶν κρατοῦσιν ὑπεστρωμένα, οἳ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἄγουσί τε καὶ φέρουσι τοὺς ὑπὸ χεῖρας λαούς. ἐπένθησαν τοίνυν, τουτέστιν, ἐν κατηφείαις, καὶ ἐν παντὶ γεγόνασι κακῷ. γίνεται γὰρ πένθος ἐπὶ νεκροῖς. αἴτιον δὲ τῆς συμφορᾶς αὐτοῖς τὸ καταβρυχήσασθαι τὸν Θεὸν, καὶ οἱονεὶ ἀπειλῆσαι τὸν ὄλεθρον. λέων γὰρ ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; πλὴν οὐ μόνον ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμνίων,

Et dixit. Dominus de Sion locutus eſt, & de Hieruſalem dedit vocem ſuam, & luxerunt paſcua paſtorum, & exſiccatus eſt vertex Carmeli.

In his verbis totus prophetiæ ſcopus nobis eluceſcit, & vaticinii vniuerſi quaſi terminus, propoſitorúmque verborum ſententia, meritò vt quædam prægrediens narratio, obſcuritate multa obumbrata accipiatur. Conſtat enim ſimilitudine quadam, & metaphora oratio, ceu ex eo, quod nonnunquam iugis montium arbuſtis florentibus, aut campis nudatis ſolet euenire. Montes enim, quamuis ſyluis, & arboribus comati, & planities multo & denſo gramine conueſtita, corrumpente aut peſte fortaſſe, aut alia cæli lue, repentè exareſcunt. Sic etiam res humanæ dilabuntur, & interdum vrbes, ac regiones acerbæ calamitates, & vix tolerabiles opprimunt, quæ magna iuxta ac parua perdunt, atque è medio tollunt. Cui enim aut hoſtilis gladius, quæſo, aut potius peſtilentia parcat? Funditus demetit tam diuitiis, gloria, & potentia præcellentem, quam obſcurum atque abiectum. Propheta igitur nunc quàm accommodatiſſimè conſueta ſibi locutus eſt. Paſcebat enim oues, vt diximus, & quoniam paſcua pecorum ſæpe corrumpuntur, inde ſimilitudinem eſt aucupatus. Quis ergo erit verborum verior ſenſus? Locutus eſt, inquit, ex Sion Dominus, vt ex loco proprio, & ex Hieruſalem, vt ſibi attributo; non enim quod corpore vacat, loco continetur. Quia verò Hieroſolymis erat templum illud celebre, videbatur quodammodo locus illius proprius, quod veteres opinabantur, quia humilia adhuc de Deo ſentiebant. Pro, *locutus eſt*; Hebræa editio habet *vlulauit*, ſiue, *rugiit*, leonum more videlicet. Quo facto, [luxerunt, inquit, paſcua paſtorum.] Quo nomine alienigenarum gentes intelligit, Principibus ſuis tanquam paſtoribus quibuſdam ſubiectas, qui ad omnia ipſis collibita populos ſubiectos rapiunt agúntque. Luxerunt igitur, hoc eſt, in mœroribus, & malis omnibus verſati ſunt. Luctus enim ſuper mortuis ſuſcipitur. Cauſa autem miſeriarum ipſis, quod Deus rugiiſſet, & perniciem illis quaſi minatus eſſet. Leo rugiet, [quis non timebit?] Verum enim vero non modò luxerunt paſcua, inſuper

insuper & vertex Carmeli exsiccatus est; puta, Hierosolyma. Carmelus enim mons est Iudææ, in quo & Elias Thesbites habitauit. Frequenter autem tellus Iudæorum Carmeli vocabulo indicatur: quale est, quod voce alterius Prophetæ ad filios Israel à Deo dicitur. [Et induxi vos in Carmelum, vt comederetis bona eius, & fructus eius. Et ingressi estis, & contaminastis terram meam; & hæreditatem meam posuistis in abominationem.] Quandoquidem igitur inter Iudææ ciuitates nobilior, & illustrior Hierosolyma dicta est, ipsam Carmeli verticem appellat, vt gloria exaltatam, vt excellentia præstantem, vt præter alias conspicuam tum propter diuinum templum, tum propter eos qui ex tribu Iuda olim ibi regnauerunt. Solent autem sancti Prophetæ verba sua obscuritatibus inuoluere, propter immoderatam audientium iram: non enim sine integumentis eos loqui paterentur, nimium quantum audacia furentes, & illos increparent, ac dicerent, Alia nobis loquimini, & annunciate nobis aliam fabulam.

Et dixit Dominus. Super tribus impietatibus Damasci, & super quatuor, non conuertam eum, eò quod secuerint serris ferreis in vtero habentes in Galaad. Et oriri faciam ignem in domum Azael, & deuorabit fundamenta filij Ader. Et conteram vectes Damasci, & disperdam habitantes ex campo Ön, & concidam tribum ex viris Charran, & captiuabitur populus Syriæ inclytus, dicit Dominus.

Diuinus Moses Deum vt bonum, & patientem admiratur, idque rectissimè. Postquam enim Israel conflauit in solitudine, ac stultè dixit, [Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti,] non potuit in Dei offensionem non incurrere. Sed vbi exitium ipsis minatus est semel, tum supplex accidens Moses rogauit, atque etiam persuasit opifici, vt reis ignosceret, & carmen gratiarum actionis obtulit, in hæc verba. [Domine Deus clemens & misericors, patiens & multæ miserationis, & iustitiam seruans, & misericordiam faciens in millia, auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata. Et reum non puri-

ἐξηράνθη δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἡ κορυφὴ τοῦ Καρμήλου. τουτέστι, τὰ Ἱεροσόλυμα. Κάρμηλος μὲν γὰρ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων κείμενον χώρᾳ, ἐν ᾧ καὶ κατῴκησεν ὁ Θεσβίτης Ἠλίας. κατασημαίνεται δὲ πολλάκις ἡ τῶν Ἰουδαίων γῆ διὰ τῆς τοῦ Καρμήλου προσηγορίας. ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς ἑτέρου Προφήτου πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ. καὶ εἰσήγαγον ὑμᾶς εἰς τὸν Κάρμηλον τοῦ φαγεῖν τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ, καὶ εἰσήλθετε, καὶ ἐμιάνατε τὴν γῆν μου, καὶ τὴν κληρονομίαν μου ἔθεσθε εἰς βδέλυγμα. ἐπειδὴ τοίνυν τῶν ἄλλων πόλεων τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐπισημοτέρα, καὶ διαφανὴς ὠνόμασται τὰ Ἱεροσόλυμα, κορυφὴν αὐτὰ τοῦ Καρμήλου φησίν, ὡς ἐπηρμένην ἐν δόξῃ, ὡς προύχουσαν ἐν ὑπεροχῇ, ὡς περιφανέστερον παρὰ τὰς ἄλλας, διά τε τὸν θεῖον ναόν, καὶ τοὺς ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ καιρὸν βασιλεύοντας. ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις Προφήταις κατακρύπτειν ταῖς ἀσαφείαις τοὺς λόγους, διὰ τὸ ἀχάλινον εἰς ὀργὴν τῶν ἀκροωμένων. οὐ γὰρ ἂν ἠνέσχοντο λαλούντων ἀναφανδὸν πολὺ λίαν ἀνεπτοημένοι πρὸς θράσος, καὶ τοῖς ἁγίοις Προφήταις ἐπιτιμῶντες, καὶ λέγοντες, ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλετε ἑτέραν πλάνησιν.

Καὶ εἶπε κύριος. ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Δαμασκοῦ, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτόν, ἀνθ᾽ ὧν ἔπριζον πρίοσιν σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν ἐν Γαλαάδ. καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς τὸν οἶκον Ἀζαήλ, καὶ καταφάγεται θεμέλια υἱοῦ Ἀδέρ. καὶ συντρίψω μοχλοὺς Δαμασκοῦ, καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐκ πεδίου Ὤν, καὶ κατακόψω φυλὴν ἐξ ἀνδρῶν Χαῤῥάν, καὶ αἰχμαλωτισθήσεται λαὸς Συρίας ἐπίκλητος, λέγει κύριος.

Ὁ θεσπέσιος Μωσῆς ὡς ἀγαθόν τε, καὶ ἀνεξίκακον καταθαυμάζει Θεόν, καὶ μάλα εἰκότως. ἐπειδὴ γὰρ μεμοσχοποίηκε κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰσραήλ, ἔφη τε φληνάφως, οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, προσκέκρουκε μὲν ἀναγκαίως. ἐπειδὴ δὲ ὀλοθρεύσειν αὐτοὺς εἰσάπαξ ἠπείλει Θεός, εἶτα προσπεπτωκώς τε, καὶ ἐλιπάρει Μωσῆς, καὶ μὴν καὶ ἀνδράσιν τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἀνέπειθε τὴν δίκην τὸν δημιουργόν, καὶ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀνετίθει, λέγων, κύριος ὁ Θεὸς οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ ἀληθινός, καὶ δικαιοσύνην διατηρῶν, καὶ ἔλεος εἰς χιλιάδας, ἀφαιρῶν ἀνομίας, καὶ ἀδικίας, καὶ ἁμαρτίας. καὶ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον,

ἐπάγων ἀνομίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἐπὶ τέκνα τέκνων, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν. τοῦτο νενοήκασιν οὐκ ὀρθῶς τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι. ᾤοντο γὰρ εἶναι Θεὸν σκληρὸν οὕτω, καὶ ἀτεράμονα, καὶ μακρὸν εἰς ὀργάς, ὡς τέκνοις τέκνων ἐπιφέρειν τὰ τῶν πατέρων ἐγκλήματα. καὶ γοῦν αὐτὸ τοῦτο διαθρυλλοῦντες ἔφασκον, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν. ταύτητοι Θεὸς τῷ Προφήτῃ φησὶν Ἰεζεκιήλ. υἱὲ ἀνθρώπου, τί ὑμῖν ἡ παραβολὴ αὕτη ἐν τῇ Ἰσραήλ, λέγοντες, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν; ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, ὅτι οὐ μὴ γένηται ἔτι λεγομένη ἡ παραβολὴ αὕτη ἐν τῷ Ἰσραήλ. ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσιν, ὃν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ. ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται, ὁ δὲ υἱὸς οὐ μὴ λήψεται τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐδὲ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ. πῶς γὰρ ἔτι μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, εἰ μὴ ἀφίησιν ἁμαρτίας, καὶ καθαρίζει τὸν ἔνοχον, παρατείνει δὲ μᾶλλον τὴν ἀγανάκτησιν ἐπὶ τρίτην, καὶ τετάρτην γενεάν; τίς οὖν ὁ λόγος; ἔστι μὲν οὖν ἀνεξίκακος, ὡς ἔφην, καὶ ἀσυγκρίτως ἀγαθὸς, καὶ οὐκ εὐθὺς τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐπάγει τὴν κόλασιν. ὑπερτίθεται δὲ, καὶ εἰς δευτέραν γενεάν, εἴ πως ἄρα τις προσβαλοῦσα μετάγνωσις ἀνακόψειε τὴν ὀργήν. ἀλλ᾽ εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο τυχὸν, οἱ δὲ ἐκ τοῦ πρώτου τρίτοι τε, καὶ τέταρτοι τοῖς ἴσοις, ἢ καὶ τοῖς ἔτι χείροσιν ἐναλοῖεν κακοῖς, καὶ προγονικῆς δυσσεβείας εὑρίσκοιντο μιμηταὶ, τότε δὴ τότε λοιπὸν ἐπάγει τὰς δίκας, ἀποχρῶσαν τῷ γένει τὴν ἐπὶ τοῖς ἤδη προκεχωρηκόσιν ἀνεξικακίαν ἐπιδιδούς, τουτέστι, τὸ ἐπιφέρειν ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τρίτην, καὶ τετάρτην γενεάν. ἆρ᾽ οὖν φησὶ, μακροθυμήσας τῇ Δαμασκῷ πλειστάκις, οὐκ ἀγανακτήσαιμι λοιπὸν, καὶ σφόδρα εἰκότως, ἐπὶ τρισὶ καὶ τέσσαρσιν ἁμαρτίαις; τί γὰρ δεδράκασι; πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα. πλὴν τῆς ἀγρίας ὠμότητος ἀποτίσουσι δίκας, οὐκ ἀποστραφήσομαι γὰρ αὐτούς, ἀνθ᾽ ὧν ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τὰς ἐν Γαλαάδ. ἔστι μὲν οὖν ἡ Γαλαὰδ πολίχνη τῆς Ἰουδαίας, ἐν μεθορίῳ τῆς Παλαιστινῶν κειμένη. ταύτην οἱ Σύροι περικατελάβοντο, καὶ πανωλεθρίᾳ διέφθειραν, πρίοσι τέμνοντες σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας, καὶ ὁμοῦ νηπίοις ὠμὰ γυναικῶν κτείνοντες ἔμβρυα. πρίονας δὲ σιδηροῦς τοὺς τῶν ἁμαξῶν ὀνομάζει τροχοὺς, οἷς καταλεαίνειν ἔθος τὴν ἅλω τοῖς Σύροις. καὶ γοῦν καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησί που Θεὸς πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν.

A inducens peccata patrum super filios, & super filios filiorum in tertiam & quartam generationem.] Hoc populus Iudæorum non bene intellexit. Putabant enim Deum esse adeò durum, & inexorabilem, & iræ retinentem, vt filiis filiorum delicta patrum imponeret. Quamobrem ipsi in sermonibus hoc dictitabant, aientes, [Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.] Idcirco Deus

Ezech. 18

B ad Ezechielem Prophetam, [Fili hominis, quid vobis parabola hæc in terra Israel? dicentes, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Viuo ego, dicit Dominus, quoniam non dicetur vltra hæc parabola in Israel. Quia omnes animæ meæ sunt, quemadmodum anima patris, sic & anima filii. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris sui, nec pater filii.] Quomodo enim adhuc patiens, & multum misericors vniuersorum Dominus, si peccata non dimittit, nec reum
C purgat: sed indignationem potius in tertiam, & quartam generationem extendit? Quæ ratio est igitur? Patiens est, vt dixi, & bonus bonitate incomparabili, nec peccantes statim punit: differt autem etiam in alteram generationem, si qua fortè resipiscentia subingressa, iram diuinam inhibuerit. Id si non contigerit, sed à primis tertii, & quarti paribus, aut etiam maioribus in sceleribus deprehensi, & auitæ impietatis imitatores fuerint, tunc nimirum iam pœnas
D infert, posteaquam generi sufficientem propter præterita patientiam indulsit. Hoc est inducere peccata patrum in tertiam, & quartam generationem. Ait igitur, cùm Damascum peccantem sæpenumero leni animo passus sim, nonne iustissimè in posterum indigner super tribus, & quatuor peccatis? Quid porrò fecerunt? Multa quidem & alia: veruntamen magnæ cuiusdam sæuitiæ pœnas sustinebunt. [Non enim conuertam eos, quoniam secuerunt serris fer-
E reis prægnantes Galaad.] Oppidulum est Galaad in confinibus Palæstinæ situm. Hoc Syri occupauerant, funditúsque perdiderant, ipsas etiam grauidas mulieres serris dissecantes, & cum infantibus etiam fœtus adhuc imperfectos interimentes. Serras ferreas curruum rotas nominat, quibus areã terere Syris mos est. Itaq. & ore Esaiæ alicubi Deus Iudęorũ synagogã sic alloquitur:

[Ecce feci te quasi rotas plaustri, triturantes, nouas, in serrarum modum.] Quasi Damascum ita compellet. Triturabo pœnam tuam sicut tu triturasti, & contriuisti incolas Galaad, vt nec in vtero adhuc latentibus parceres, quibus ab omnibus misericordia tribuitur, & debetur. Crudeliter autem, & immaniter à Damascenis quibusdam tractatos esse Israelitas, facile discas, si Elisæi Prophetæ verbis attendas. Venit enim Damascum. Vt autem occurrit Azaeli, adhuc ægrotante filio Ader (Benadab) fleuit homo Dei, vt Scriptura inquit. [Et dixit Azael, quare Dominus meus flet? Et respondit, quia scio quæcunque facturus es filiis Israel mala. Tu ciuitates eorum munitas succendes igne, & electos eorum interficies gladio, & paruulos eorum allides, & prægnantes eorum diuides.] Quoniam igitur Galaad hunc in modum affecit Damascus, seu totam Iudæorum regionem potius, exusturum minatur domum Azael, & Ader, & contriturum vectes Damasci: quæ facta sunt per Oziam, & Hieroboam seorsum, & diuersis temporibus. Nam & ipsi Syriam inuaserunt, & armis deuicerunt, quod & progressu temporis Assyriorum rex fecit. Deinde ait, [Et disperdam habitantes ex campo ὤν.] Prophetæ hoc nomine Bæthel significant, vbi execrandus Hieroboam vitulum aureum deposuit. Sed quia ex eo tota regio deinceps idola coluit, sic eam nominare consueuerunt. Habitantes igitur in terra, & campo ὤν, siue *ματαίων* vanorum, hoc est, idolorum (sic enim interpretati sunt alii) delebo, & disperdam inquit. Nihilominus concidam tribum ex viris Charran, quæ est vrbs parua & propinquissima Damasco, incolas habens bellicosissimos. In captiuitatem præterea ductum iri prædicit *ἐπίκλητον* Syriæ populum, aut valde celebratum, aut conductitium, & ab ipsis ad auxilia collectum. Mercede enim alienigenas finitimos conducebant, vt dixi, Iudeæ bellum illaturi. Ergo *ἐπίκλητον*, id est, aliunde aduocatum, & aduenam. Sciendum enim, Hebræam editionem pro, *populus Syriæ*, habere, *Cyrenes*. Syri enim fuerunt Cyrenensium coloni. Meminimus autem (sicut scriptum est rursum quarto libro Regum)

In Amos Comment.

ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης, ἀλοῶντας, καινούς, πριστηροειδεῖς. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχὸν πρὸς τὴν Δαμασκόν. καταλοήσω σου τὴν δίκην, καθὸ κατηλόησας, καὶ συνέτριψας τοὺς ἐν Γαλαάδ, ὡς μηδὲ αὐτῶν φείσασθαι τῶν ἔτι κατὰ γαστρός, οἷς ὁ παρὰ πάντων ἔλεος ἀκολουθεῖ, καὶ ὀφείλεται. ὅτι δὲ ὠμῶς, καὶ ἀγρίως τοῖς ἐξ Ισραὴλ, κατεχρήσαντο τῶν ἐκ Δαμασκοῦ τινες, ἀναμάθοις ἂν ἀκονιτὶ τοῖς Ελισσαίε τοῦ Προφήτου λόγοις προσεσχηκώς. ἀφίκετο μὲν γὰρ εἰς τὴν Δαμασκόν. ἐπεὶ δὲ συνήντησε τῷ Αζαὴλ, ἀρρωστοῦντος ἔτι τοῦ Αδερ, ἔκλαυσέ φησιν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπεν Αζαὴλ, τί ὅτι ὁ κύριός μου κλαίει; καὶ εἶπεν, οἶδα ὅσα ποιήσεις τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ κακά. τὰ ὀχυρώματα αὐτῶν ἐξαποστελεῖς ἐν πυρὶ, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενεῖς, καὶ τὰ νήπια αὐτῶν ἐνσείσεις, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας αὐτῶν ἀναρρήξεις. ἐπεὶ δὲ ταῦτα δέδρακε κατὰ τῆς Γαλαὰδ ἡ Δαμασκὸς, μᾶλλον δὲ καὶ κατὰ πάσης τῆς τῶν Ιουδαίων χώρας, καταφλέξειν ἀπειλεῖ τὸν οἶκον Αζαὴλ, καὶ Αδερ, καὶ συντρίψειν μοχλοὺς Δαμασκοῦ. πεπέρακται μὲν ταῦτα διὰ μὲν Οζίου, καὶ Ιεροβοὰμ ἀναμέρος, καὶ κατὰ καιρούς. εἷλόν τε γὰρ καὶ αὐτοὶ τὴν Συρίαν, καὶ νενικήκασι κατὰ κράτος. χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ παρὰ βασιλέως Ασσυρίων. εἶτά φησι, καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐκ πεδίου ὤν. ὢν οἱ Προφῆται τὴν Βαιθὴλ ὀνομάζουσιν, ἐν ᾗ τὴν δάμαλιν ἀπέθετο τὴν χρυσῆν ὁ ἐπάρατος Ιεροβοάμ. ἀλλ' ὡς ἐξ ἐκείνου λοιπὸν πᾶσαν χώραν εἰδωλολατρεῦσαι, οὕτω καλεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς. τοὺς κατοικοῦντας τοίνυν ἐν γῇ, καὶ πεδίῳ ὤν, ἤτοι τῶν ματαίων, ὅ ἐστιν εἰδώλων (οὕτω γὰρ ἡρμήνευσαν οἱ λοιποὶ) καταφερῶ, καὶ ἐξολοθρεύσω φησὶ, κατακόψω δὲ οὐδὲν ἧττον, καὶ φυλὴν ἐξ ἀνδρῶν Χαρρὰν, ἥ ἐστι πολίχνη που πάντως προσοικοῦσα τῇ Δαμασκῷ, μαχιμωτάτους ἔχουσα τοὺς οἰκήτορας. αἰχμαλωτισθήσεσθαι δέ φησι καὶ τὸν ἐπίκλητον τῆς Συρίας λαόν. ἐπίκλητον λέγων, ἢ τὸν σφόδρα διαβοώμενον, ἢ τὸν μισθοφόρον, καὶ συνηλεγμένον αὐτοῖς πρὸς ἐπικουρίαν. κατεμισθοῦντο γὰρ, ὡς ἔφην, τοὺς τῶν ἀλλοφύλων ὁμόρους, τῆς Ιουδαίων καταστρατευόμενοι χώρας. ἤγουν ἐπίκλητον τὸν ἔξωθεν κεκλημένον, καὶ μέτοικον. ἰστέον γὰρ ὅτι τῶν Εβραίων ἡ ἔκδοσις, ἀντὶ τοῦ, λαὸς Συρίας, Κυρήνης φησίν, ἄποικοι γὰρ Κυρηναίων οἱ Σύροι. μεμνήμεθα δὲ, ὅτι καθὼς γέγραπται πάλιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν,

ἐβασίλευε μὲν Ἀχὰζ τῶν Ἱεροσολύμων. Φακεὲ δὲ, καὶ Ῥαασὼν οἱ Συρίας τε, καὶ Δαμασκοῦ βασιλεῖς, κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ἤεσαν, καταδῃοῦντες τὰς ὑπ᾽ αὐτοὺς τῆς Ἰουδαίας πόλεις. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐν δείμασιν οὐ φορητοῖς ὁ Ἀχὰζ, βασιλεύων ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, κατεμισθοῦτο χρήμασι Θεγλαφαλασὰρ τὸν Ἀσσύριον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ, φησὶ, βασιλεὺς Ἀσσυρίων, καὶ ἀνέβη εἰς Δαμασκὸν, καὶ συνέλαβεν αὐτὴν, καὶ ἀπῴκισεν αὐτὴν, καὶ τὸν Ῥαασὼν ἐθανάτωσε.

Τάδε λέγει κύριος. ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Γάζης, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτοὺς, ἕνεκεν τοῦ αἰχμαλωτεῦσαι αὐτοὺς αἰχμαλωσίαν τοῦ Σολομὼν, τοῦ συγκλεῖσαι εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Γάζης, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς. καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐξ Ἀζώτου. καὶ ἐξαρθήσεται φυλὴ ἐξ Ἀσκάλωνος, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπ᾽ Ἀκκαρὼν, καὶ ἀπολοῦνται οἱ κατάλοιποι τῶν ἀλλοφύλων, λέγει κύριος.

Ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι πρό γε τῶν ἄλλων ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὡς οὔτε ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, οὔτε ἡ τῶν ἑτέρων μέμνηται τοῦ Σολομὼν, ἀλλ᾽ εἰρήκασι, Ἑβραῖοι μὲν ἕνεκεν τοῦ αἰχμαλωτεῦσαι αὐτοὺς αἰχμαλωσίᾳ· οἱ δὲ λοιποὶ προστεθείκασιν ἀντὶ τοῦ Σολομὼν ἀπηρτισμένην, ἤτοι τελείαν. ἑψόμεθα δὲ ἀναγκαίως ἡμεῖς καὶ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα γραφῇ. ἐγκαλεῖται δὲ οὖν ἡ Γάζα, πόλις δὲ αὕτη τῶν Φυλιστιεὶμ, ἣ νῦν ἐστι Παλαιστίνη, ὡς αἰχμαλωσίαν αἰχμαλωτεύσασα τοῦ Σολομὼν, τοῦ συγκλεῖσαι εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. κἂν μὲν οὕτω νοῶμεν, ὥσγε δὴ οἱ ἕτεροι νενοήκασιν ἑρμηνευταὶ, οὐ τὴν τυχοῦσαν πεποίηνται κατὰ τῆς Ἰουδαίας πόρθησιν, ἀλλ᾽ αἰχμαλωσίαν ἑλόντες ἱκανὴν, ὑπὸ χεῖρα δεδώκασι τῶν Ἰδουμαίων αὐτήν. Ἰδουμαῖοι γεγόνασι μὲν ἐξ αἵματος Ἡσαῦ, ἐχθρὰ γε μὴν πεφρονήκασιν ἀεὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς συνεργασάμενοι, καὶ συνόπλοι γεγονότες Γαζαῖοί τε, καὶ Ἀζώτιοι, καὶ Ἀσκαλωνῖται, καὶ οἱ τῆς λεγομένης Ἀκκαρὼν, καὶ ἕτεροι δὲ τῶν ἀλλοφύλων τινὲς, καταχειρώτους ἑλεῖν τῆς Ἰουδαίας τὰς πόλεις παρεσκευάσαν. εἰ δὲ δὴ κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα γραφὴν αἰχμαλωτεῦσαι λέγομεν αὐτοὺς αἰχμαλωσίαν τοῦ Σολομὼν, ἐκεῖνό που πάντως ἐννοεῖν ἀναγκαῖον. γέγονε μὲν γὰρ εὐσθενέστατος, καὶ πολυαλκὴς βασιλεὺς ὁ Σολομὼν, κατεκράτησε δὲ οὕτω τῶν περιοίκων ἐθνῶν,

regnasse Hierosolymis Achaz, Phacee autem, & Raasson Syriæ, & Damasci reges Hierosolymam exercitum adduxisse, & Iudææ ciuitates ei subiectas depopulatos esse. Et quoniam Achaz regem Iuda terror ingens inuaserat, pecunia Theglatphalasar Assyrium conduxit. [Et adiuuit eum rex Assyriorum, & ascendit in Damascum, & cepit eam, & transtulit vrbem, & Raasson interfecit.]

Hæc dicit Dominus. Super tribus impietatibus Gaza, & super quatuor non conuertam eos, eò quod captiuauerunt ipsi captiuitatem Salomon, vt concluderent in Idumæam. Et mittã ignem in muros Gazæ, & deuorabit fundamenta eius. Et disperdam habitantes de Azoto. Et auferam tribus ex Ascalone, & inducam manum meam super Accaronem, & peribunt reliqui alienigenarum, dicit Dominus.

Ante alia hoc necessarium dictu arbitror, nec Hebræorum, nec aliorum editionem meminisse Salomonis. Sed in Hebræa quidem est, [Eò quod captiuauerunt eos captiuitate:] Cæteri pro voce *Salomon* apposuerunt perfectum, seu absolutum. Sed nos septuaginta interpretationem omnino sequemur. Accusatur itaque Gaza vrbs Philisthiim, quæ hodie Palæstina est, quod captiuauerit captiuitatem Salomonis, vt concluderet eam in Idumæa. Quod si quidem sic intelligamus, quemadmodum cæteri interpretes intellexerunt, non mediocriter Iudæam deuastarunt: sed ingentem captiuorum numerum abduxerunt, eúmque Idumæis subiecerunt. Idumæi propagati quidem erant è sanguine Esau: verùm Israelitarum perpetuò inimici, quorum adiutores & militiæ socii Gazæi, & Azotii, Ascalonitæ, & qui dicuntur Accaronitæ, & alii quidam alienigenæ ad expugnandas Iudææ vrbes plurimum illis contulerunt. Quod si secundùm septuaginta seniorum translationem eos captiuitatem Salomonis captiuasse dicimus, sic intelligamus oportet: Salomon rex viribus præpotens fuit, & copiis inuictis valuit, vicinásque gentes ita subiugauit,

vt etiam vrbes apud eas complures ædificauerit, & in iis Israelitas collocarit, Chiram id illi concedente. Sic enim habet secundus liber Paralipomenon. [Et factum est post viginti annos, in quibus ædificauit Salomon domum Domini, & domum suam, & ciuitates quas dedit Chiram Salomoni, ædificauit ipsas Salomon, & habitare fecit ibi filios Israel. Et venit Salomon in Emath Suba, & præualuit contra eam, & ædificauit Thedmor in deserto, & omnes ciuitates munitas quas ædificauit in Emath. Et paulò pòst: Et quæcunque desiderauit Salomon secũdum desiderium suum, vt ædificaret in Hierusalem, & in Libano, & in omni regno suo. Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filiis eorum, & de posteris, quos non interfecerant filii Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc.] Itaque consociatis armis Gazæi, Azotii, & reliqui cum Idumæis, hasce vrbes euerterunt: quæ Salomonis appellantur, quod non amplius sub regno Iuda essent: sed impiis Moabitarum ducibus velut attributæ. Quapropter Gazam vnà cum aliis igni consumptum iri dicit, & funditus perituros Azoticos, & Ascalonitas, & Accaron sub manu percutientis fore. Prorsus autem cum ipsis etiam reliquos de eadem gente barbarorum extinctum iri. Nam vt consentaneum est, ad auxilium quosdam aliunde accersierant & mercede conduxerant. Durum igitur, & periculi plenum videtur, arma capere cum improbis, & oppugnatum ire velle Deo charos, & persequi sanctos. Nam etsi patiamur interdum aliquid, propter lapsus nostros multamur à Deo, qui tamen sibi consecratos non contemnet penitus: sed cum vtiliter pœnis castigarit, iræ vasa exitio mactabit. Hoc est, qui furore indomito in eos irruerunt, planè secundùm illud, quod ad Babylonem de filiis Israel præclarè dictũ est, [Ego dedi eos in manus tuas, tu autẽ eis misericordiã nõ dedisti.] Auersatur enim vehementer, & indignatur Deus eorum insolentiam, etiam vsque ad iniuriã plagarum, quibus esse castigationem mandauerat.

Esai. 47.

Hæc dicit Dominus. Super tribus impietatibus Tyri, & super quatuor non

ὡς καὶ πολλὰς παρ' αὐτοῖς ἀναδείμασθαι πόλεις· καὶ ἐν αὐταῖς ἱδρῦσαι τὸν Ἰσραὴλ, δόντος αὐτῷ τοῦ Χιράμ. γέγραπται δὲ οὕτω ἐν δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων. καὶ ἐγένετο μετὰ εἴκοσιν ἔτη, ἐν οἷς ᾠκοδόμησε Σολομὼν τὸν οἶκον κυρίου, καὶ τὸν οἶκον ἑαυτοῦ, καὶ τὰς πόλεις ἔδωκε Χιρὰμ τῷ Σολομὼν, ᾠκοδόμησεν αὐτὰς Σολομὼν, καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἦλθε Σολομὼν εἰς Αἰμὰθ Σωβὰ καὶ κατίσχυσεν αὐτήν, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Θεδμὸρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πάσας τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς ᾠκοδόμησεν ἐν Αἰμὰθ καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν. καὶ ὅσα ἐπεθύμησε Σολομὼν κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ οἰκοδομῆσαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, πᾶς ὁ λαὸς ὁ καταλειφθεὶς ἀπὸ τοῦ Χετταίου, καὶ τοῦ Ἀμορραίου, καὶ τοῦ Φερεζαίου, καὶ τοῦ Εὐαίου, καὶ τοῦ Ἰεβουσαίου, οἳ οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ, ἦσαν ἐκ τῶν υἱῶν αὐτῶν καταλειφθέντες μετ' αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ, οὓς οὐκ ἐξωλόθρευσαν υἱοὶ Ἰσραήλ. καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς Σολομὼν εἰς φόρον, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. συμφραξάμενοι τοίνυν τοῖς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας Γαζαῖοί τε, καὶ Ἀζώτιοι, καὶ οἱ λοιποὶ ταύτας που τὰς πόλεις ἀνῃρήκασι, τὰς ὀνομασμένας τοῦ Σολομὼν, ὡς μηκέτι μὲν αὐτὰς ὑπὸ τὴν Ἰούδα κεῖσθαι βασιλείαν, ἀπονενεμῆσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς Μωαβιτῶν ἀνοσίοις καθηγηταῖς. ταύτητοι πυρὶ δαπανηθήσεσθαι ταῖς ἄλλαις ὁμοῦ τὴν Γάζαν φησίν· ἐξολοθρευθήσεσθαι δὲ καὶ Ἀζωτίους, καὶ φυλὴν Ἀσκάλωνος, καὶ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι τοῦ πλήττοντος τὴν Ἀκκαρών. συνδιαλεῖσθαι δὲ πάντως αὐταῖς καὶ τοὺς καταλοίπους τῶν ὁμοφύλων. μεμισθοφορήκασι γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ κέκληνται πρὸς ἐπικουρίαν τῶν ἐπαίκων βαρβάρων τινές. χαλεπὸν οὖν ἄρα, καὶ κινδύνου παντὸς ἀνάμεστον ὁρᾶται λοιπὸν, τὸ συμφρατρεῖσθαι πονηροῖς, καὶ καθοπλίζεσθαι φιλεῖν τῶν ἠγαπημένων παρὰ Θεὸν, καὶ διώκειν ἁγίους. εἰ γὰρ καὶ πάσχοιμεν ἔσθ' ὅτε πταισμάτων ἕνεκα, παιδευόμεθα παρὰ Θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἀλογήσει παντελῶς τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ. παιδεύσας δὲ χρησίμως, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περιέβαλε τὰ τῆς ὀργῆς σκεύη, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἀχαλίνῳ θυμῷ κατ' αὐτῶν ὁρμήσαντας, κατ' ἐκεῖνο πάντως τὸ πρὸς Βαβυλῶνα καλῶς εἰρημένον περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἐγὼ ἔδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. ἀπάδει γὰρ λίαν καὶ ἀγανακτοῦντι τῷ Θεῷ τὸ φορτικὸν εἰς αἰκίας τῶν τοῦτο δρᾶν ἐπιτεταγμένων.

Τάδε λέγει κύριος. ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Τύρου, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν, οὐκ

ἀποστραφήσομαι αὐτήν, ἀνθ' ὧν συνέκλεισαν τὴν αἰχμαλωσίαν Σολομὼν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν διαθήκης ἀδελφῶν. καὶ ἀποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Τύρου, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς.

Ἀλλ᾽ εἰ μὲν λέγοιτο πρὸς τὸν Ἰούδαν, ἤτοι τὰς δύο φυλὰς τὰς ἐν Ἱεροσολύμοις τὸ ῥητὸν, ἔχοι ἂν ὀρθῶς τῆς πρὸς ἡμῶν ἀρτίως εἰρημένης θεωρίας ὁ λόγος. εἰ δὲ δὴ φέροιτο καὶ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ πλημμέλημα, φαῖμεν ἂν, ὅτι οὐκ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν, οὐδὲ ἐχόμενα τοῦ θείου θυσιαστηρίου αἱ τῶν περιστρωμάτων ἐπλέκοντο σκηναὶ ἤγουν τὰ ἐκ μέθης ἐπράττετο, ἀλλ᾽ ἐν τῷ οἴκῳ

τοῦ Θεοῦ αὐτῶν, ἵνα λέγῃ τὸν Βαάλ, ἤγουν ἕτερόν τι τῶν ἐξ ἐπινοίας ἀνθρωπίνης εἰς τύπον εἰδώλου πεποιημένων. πῶς οὖν ἔτι καταλογισθείη ἂν εἰς ἔγκλημα τοῦ Ἰσραήλ, τὸ ἐν οἴκῳ τυχὸν εἰδώλων, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ Βεβὴλ θυσιαστήριον οἴνῳ τε μεθύειν, καὶ ἐξυφαίνειν σκηνάς, ὅτι ταῦτα τετιμήκασι, καὶ μέθης ὥσπερ, καὶ ἁπάσης ἡδονῆς ἐργαστήρια τῶν ἐν ὑπολήψει θεῶν ἐποίουν τοὺς ναούς, καίτοι δέον ἐφίεσθαι μᾶλλον καθαρῶς, καὶ πανάγνως λατρεύειν Θεῷ, καὶ εἰς οἶκον ἰέναι τὸν ἅγιον ἀληθῶς, καὶ σεπτὸν ἡγεῖσθαι τὸ θυσιαστήριον. εἰ δὲ καὶ τὰ οὕτω σεπτά τε, καὶ ἀξιάγαστα παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι σπουδάζοντες, τὰ πολὺ λίαν αἰσχίω τετιμηκότες, καὶ αὐτοῖς ἐμπαροινεῖν ἀπετόλμων τοῖς ἰδίοις θεοῖς, πανταχοῦ τὸ θεῖον πατοῦντες ἀξίωμα, καὶ περιυβρίζοντες ἀδικῶς τὴν τοῦ μόνου, καὶ φύσει Θεῷ πρέπουσαν δόξαν, ὅτε καὶ τοῖς ψευδωνύμοις περιθέντες αὐτήν, οὐδενὸς ἀξιοῦν ἠνείχοντο λόγου.

Dei ipsorum: vt Baal dicat, aut aliud quippiam, quæ in formam idolorum ab humano ingenio excogitantur. Quodammodo igitur adhuc Israel pro peccato imputetur, in domo idolorum, & apud ipsum fortasse Baal altare vino inebriari; & tabernacula componere, quoniam talia honorarunt, & tanquam in ebrietatis, & cuiusque voluptatis officinas deorum qui existimabantur, templa vsurparunt. Et cùm oporteret cupere potiùs purè & sanctissimè colere Deum, & in templum reuera sanctum intrare, & venerabile ducere altare, illi & tam veneranda, & admirabilia nihili facere studentes, & multò fœdiora honorantes, etiam propriis diis illudere audebant, vtique diuinam maiestatem conculcantes, & summa ignominia afficientes liberè soli, & natura Deo debitam gloriam, quando & diis falsis eam tribuentes, nihili tamen eos faciebant.

Ἐγὼ δὲ ἐξῆρα τὸν Ἀμορραῖον ἐκ προσώπου αὐτῶν, οὗ ἦν καθὼς ὕψος κέδρου τὸ ὕψος αὐτοῦ, καὶ ἰσχυρὸς ἦν ὡς δρῦς. καὶ ἐξήρανα τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐπάνωθεν, καὶ τὰς ῥίζας αὐτοῦ ὑποκάτωθεν.

Ego autem abstuli Amorrhæum à facie eorum. Sicut altitudo cedri, altitudo eius, & fortis erat vt quercus. Et abstuli fructum eius desuper, & radices eius subter.

Ὁρᾷς ὅπως ἀνοσίως περιυβρίζοντας, καὶ καταφρονεῖν ἑλομένους ἀποφαίνει λοιπόν, οὓς ἔδει μᾶλλον ταῖς χαριστηρίοις εὐφραίνειν ᾠδαῖς, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν εὐπειθείαις, ἀμουσότατά τε, καὶ ἀβουλότατα λυπεῖν ᾑρημένους, διά τοι τὸ ἐκ πολλῆς ἄγαν σκαιότητος τρόπων, καὶ ὧν εὖ πεπόνθασιν ἐλάσαι πρὸς λήθην. ἐγὼ μὲν γάρ, φησίν, ἐξῆρα τὸν Ἀμορραῖον ἐκ προσώπου αὐτῶν, τουτέστι, τὰ βάρβαρα καὶ ἀλλόφυλα ἔθνη, δι' ἑνός που τάχα τοῦ Ἀμορραίου δηλούμενα, ὡς σκληρόν τι, καὶ ἁδρότερον. ἐγὼ νικῆσαι παρεσκεύασα τὸν οὕτως ὑπερφυῆ, καὶ ἄθραυστον, ὡς δοκεῖν ἤδη πως ἔρχεσθαι μὲν κέδρῳ πρὸς ὕψος, δρυὸς δὲ τῆς ἄγαν εὐσθενοῦς ἀπομιμεῖσθαι τὴν δύναμιν. ἦν γὰρ οὐχ ἕτερος πλὴν μόνος ἐγώ, φησίν, ὁ καταμαραίνων αὐτόν, καὶ πλήττων εἰς ῥίζας, μονονουχὶ καὶ ἀφαυαίνων αὐτοῦ τὸν καρπόν. ἐπειδὴ γὰρ ὡς περὶ δένδρων λελάληκεν, ἐπιμένει πιθανῶς ὁ λόγος τῇ τροπῇ, καὶ εἰς ῥίζαν αὐτοῦ ἱκνεῖσθαι τὸ βλάβος φησίν, ἠφανίσθαι δὲ οὕτω καὶ τὸν καρπόν. ἀποθνήσκει γὰρ αὖ οὐχ ἑτέρως τὸ ἐν δρυμοῖς ξύλον, πλὴν ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. ὅτι γὰρ δεδαπάνηνται πολεμούντων αὐτοῖς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ Ἀμορραῖοί τε, καὶ Εὐαῖοι Γεργεσαῖοι, καὶ Φερεζαῖοι, καὶ Ἰεβουσαῖοι, συ-

Cernis quomodo eos deinceps nefariè in se contumeliosos, & cõtemptores fuisse ostendat: & quẽ potius laudibus, & gratiis agendis, & prompta voluntate ad omnem obedientiã exhilarare oportebat, dementissimè, & stolidissimè contristrare, non reformidasse, propter ingentem morum leuitatem, & obliuionem acceptorum beneficiorum. Ego quidem, inquit, abstuli Amorrhęum à facie eorum, hoc est, barbaras gentes interemi, per vnam Amorrhęorum, vt videtur, vt sæuam & frequentem significatas. Ego feci vt vincerent adeò mirè procerum, & firmum, vt vel cedros æquare altitudine, & durissimam quercũ imitari videretur. Non enim erat præter me solum, qui eum marcidum redderet, & vsque ad radicem feriret, & tantum non fructum eius arefaceret. Quoniã vt de arbore locutus est, persistit accõmodatè in metaphora, & damnum eius vsque ad radicem pertinuisse dicit, & ita quoque fructum sublatum. Haud enim aliter, quàm ad istum modum arbores in syluis moriuntur. Consumptos enim esse, pugnãtibus aduersũ eos Israelitis, Amorrhæos, & Heuæos, Gergesæos, & Pherezæos, & Iebusæos,

adiuuante eos Deo videlicet, nemo dubitauerit.

Luc.10. Acerbum est igitur contemnere Christum, qui dedit nobis calcare super serpentes, qui euertit inimicos, & robustiores subiicit. Ephes.6. [Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ.] Et hæc omnia in Christo superauimus. Quod si seruatorem, & redemptorem nostrum ad ignauiam declinantes contristabimus, rationem & occasionem euitandi supplicii profectò non reperiemus.

Et ego eduxi vos de terra Ægypti, & circumduxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæorum.

Dilucidè interpretatur quod dixit, & quasi retrocedens oratio; ab initio vsque ad finem facta breuiter indicat. E seruitute enim, inquit, vos exemi, & ab Ægyptiorum tyrannide liberaui. Alui autem in solitudine, cœlitus manna demisso, & fontibus aquarum, vt dignum erat Deo, emissis, & de petra superficie tenus percussa, improuisos scaturiginum cursus largitus sum. Exod.16. Num.20. Nec labor profectionis eorum vilia spectabat: sed vt regionem Amorrhæorum patribus ipsorum promissam possiderent. Ast illi eo amentiæ prolapsi sunt, vt quasi ne cognoscerent quidem meum erga ipsos amorem, & humanitatem. Meminisse igitur debemus, qui sumus in Christo per fidem, nos seruitute liberatos, & velut ex Ægypto in solitudinem migrasse: id est, in vitæ genus innocentissimum, & verè latum, & nullo malo permistum, Euangelicum scilicet. Panem adepti sumus de cælo, qui dat vitam mundo. Ioan.6. Roboramur enim in Christo, & fontes aquarum incorruptibilium acquisiuimus, scripta sanctorum Apostolorum. Sic enim & Esaias eos nominat dicens, Esai.12. [Haurite aquas cum lætitia de fontibus saluationis.] Verè enim illi fontes sunt saluationis, qui nobis Saluatorem, & viuificum sermonem emittunt, & Christi mysterium annunciant, & terrarum orbem cælestibus mysteriis initiant.

Et accepi de filiis vestris in Prophetas, & de iuuenibus vestris in sanctificationẽ. Nunquid nõ sunt hæc, filii Israel? dicit Dominus. Et vos potabatis sanctifica-

A συναγωνιζομένου δηλονότι Θεοῦ, ἐνδοιάσειεν οὐδείς.

Πικρὸν οὖν ἄρα τὸ καταφρονῆσαι Χριστοῦ τοῦ δόντος ἡμῖν ἐπάνω ὄφεων πατεῖν, καταστρέφοντος τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ ὑποφέροντος τοὺς ἰσχυροτέρους. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα, καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. καὶ τούτων ἁπάντων ἐν Χριστῷ κεκρατήκαμεν. κἂν εἰ μέλλοιμεν λυπεῖν ἀποκλίνοντες πρὸς τὸ ῥᾴθυμον B τὸν ἑαυτῶν σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν ἀπορήσομεν, οἶδ' ὅτι, καὶ λόγου, καὶ ἀφορμῆς ἐξελέσθαι δυναμένης κολάσεως, καὶ πυρός.

Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ περιήγαγον ὑμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη τοῦ κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν τῶν Αμοῤῥαίων.

Ερμηνεύει σαφῶς ὅπερ ἔφη, καὶ ἀνόπιν ὥσπερ ὁ λόγος ἰών, τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ὡς βραχέσι καταδηλοῖ. δουλείας μὲν γὰρ ἐξεῖλον, φησί, καὶ C τῆς τῶν Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀπήλλαξα. ἔθρεψα δὲ κατὰ τὴν ἔρημον, καθεὶς μὲν ἄνωθεν τὸ μάννα αὐτοῖς, πηγὰς δὲ ὑδάτων θεοπρεπῶς ἀνιεὶς, καὶ ἐξ ἀκροτόμου πέτρας ἀδοκήτων ναμάτων ἐκδρομὰς δωρούμενος. καὶ ἦν ὁ πόνος τῆς ὁδοιπορίας αὐτοῖς οὐκ ἐπὶ μικροῖς, ἀλλ' ἵνα κληρονομήσωσι τὴν Αμοῤῥαίων τὴν γῆν, τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην. οἱ δὲ πρὸς τοῦτο σκαιότητος ὠλισθήκασιν, ὡς μηδὲ εἰδέναι τάχα που τὴν ἐμὴν περὶ αὐτοὺς ἀγάπησιν, ἢ φιλανθρωπίαν. μεμνῆσθαι δὴ οὖν ἀναγκαῖον D ἡμᾶς τοὺς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, ὅτι καὶ δουλείας ἀπηλλάγμεθα, καὶ καθάπερ ἐξ Αἰγύπτου μετακεχωρήκαμεν εἰς τὴν ἔρημον, τουτέστιν, εἰς καθαρωτάτην, καὶ πλατεῖαν ἀληθῶς, καὶ ἀσυμμιγῆ τοῦ χείρονος πολιτείαν, φημὶ δὲ τὴν Εὐαγγελικήν. ἄρτον πεπλουτήκαμεν τὸν ἐξ οὐρανοῦ τὸν ζωὴν διδόντα τῷ κόσμῳ. νευρούμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, καὶ πηγὰς ἀκηράτων ὑδάτων ἐσχήκαμεν τὰς τῶν ἁγίων Αποστόλων συγγραφάς, οὕτω γὰρ E αὐτὰς καὶ Ησαΐας ὠνόμαζε λέγων. ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ἐκεῖνοι γὰρ πάντως πηγαὶ σωτηρίου, οἱ τὸν σωτήριον ἡμῖν καὶ ζωοποιὸν ἀνιέντες λόγον, καὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὐαγγελιζόμενοι, καὶ μυσταγωγοῦντες τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Καὶ ἔλαβον ἐκ τῶν υἱῶν ὑμῶν εἰς προφήτας, καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν. μὴ οὐκ ἔστι ταῦτα, υἱοὶ Ισραήλ; λέγει κύριος. καὶ ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους οἶνον, καὶ τοῖς

προφήταις ἐνετέλλεσθε, λέγοντες, οὐ μὴ προφητεύσητε.

Μέγα πρὸς ὀνειδισμόν, καὶ κατάρρησιν ἐπὶ παντὶ κακῷ, τὸ ἀνεῖναί πως ἀχαριστεῖσθαι παρὰ Θεοῦ, τὰ πάντα ἡμῖν διανέμοντος τά τε εἰς δόξαν, καὶ ζωαρκῆ. πολλῶν μὲν γὰρ ὄντων κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, ἀπόλεκτον ἐποιεῖτο μόνον τὸν Ἰσραήλ, καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν εὐκλείας ἐκάλει, καὶ ἀνεκόμιζε Θεός, ὡς καὶ τῷ τῆς προφητείας ἀξιώματι καταγλαΐζεσθαί τινας τοὺς τὸν εὐαγῆ τε, καὶ ἐννομώτατον ἀγαπῶντας βίον, παραλαμβάνεσθαι δὲ καὶ εἰς ἁγιασμὸν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεανίσκους, τουτέστι, τοὺς ἁδροτέρους τὸ φρόνημα, καὶ νοητὴν ἔχοντας εὐρωστίαν. ἡγιάζοντο γάρ τινες κατὰ νόμον, οἱ ἐπίκλην Ναζαραῖοι, τρέφοντες τρίχα κόμην αὐτὴν τῷ κυρίῳ, οἶνον καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄξος, καὶ σταφυλήν, καὶ σταφίδας, καὶ γίγαρτον παραιτούμενοι, ἀποφοιτῶντες δὲ λίαν καὶ νεκρῶν σωμάτων. καὶ βαθὺς μὲν ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων ἐστί. πλὴν ἐτίμα Θεὸς καὶ εἰς προφήτας, ὡς ἔφην, καὶ εἰς τὸ ἁγιάζεσθαι τυπικῶς ἀναφέρων τοὺς ἐξ αὐτῶν. οἱ δὲ τὴν οὕτω λαμπράν τε, καὶ ἀξιόπιστον δόξαν ἀποσπουδάζοντες, ἐπότιζον οἶνον τοὺς ἡγιασμένους, τουτέστι, τοὺς εὐχὴν ἔχοντας ἐφ' αὐτοῖς ἁγιασμοῦ. ἀνέπειθον γὰρ καὶ αὐτοὺς τοῦ ἁγιάζεσθαι καταφρονεῖν, πάντως που λέγοντες, οὐδὲν εἶναι παντελῶς τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ ἀνόνητον ἀνθρώποις τὸ ἁγιάζεσθαι θέλειν, καὶ πληροῦν ἐπὶ τούτῳ τὰ νενομισμένα. εἰ γὰρ καὶ ἦν ἐν σκιαῖς ὁ νόμος. ἀλλ' οὐκ ἐστέρητο παντελῶς τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. ἐναστράπτει γὰρ τοῖς τύποις τῆς εὐσεβείας ἡ μόρφωσις. τὸ δὲ καὶ αὐτοῖς ἁγίοις προφήταις ἐπιτιμᾶν, ἀποσειομένων ἐστὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ παιδεύεσθαι μὴ ἀνεχομένων, καὶ ἠγνοηκότων, ὅτι τετίμηνται, εἴπερ ὄντες ἐξ αὐτῶν προειλήφθησαν εἰς κοινολογίαν τὴν ὡς πρὸς Θεόν. προσεπερωτᾷ δὲ διὰ μέσου, καί φησι, μὴ οὐκ ἔστι ταῦτα υἱοὶ Ἰσραήλ; λέγει κύριος. ἆρα, φησί, καὶ τῶν οὕτως ἐναργῶν πράξεων καθοριεῖτε τὸ ψεῦδος; ἆρα μαρτύρων δεήσει Θεῷ πρὸς τὸ ἐλέγχειν ὑμᾶς, καὶ τὰ οὕτως ἐμφανῆ συκοφαντεῖν ᾑρημένους; χρὴ τοιγαροῦν ἁγιάζεσθαι, καὶ λογισμῷ πεπηγότι προσεδρεύειν Θεῷ, τὰς τῶν πονηρῶν οὐ προσιεμένους γνώμας. φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, καὶ ἀποφέρουσιν ἁγιασμοῦ, καὶ ἁπάσης ἐπιεικείας τῶν φιληδόνων οἱ λόγοι. οὐκοῦν προσκεισόμεθα μᾶλλον ἡμεῖς ταῖς τῶν θεηγόρων φωναῖς, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐπεμαρτύρησε, λέγων. οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς

A *tos meos vino, & Prophetis mandabatis, dicentes, Non prophetabitis.*

XXII.

Ad exprobrationem, & accusationem in quouis crimine magnum est, à Deo ingratitudinis quodámodo reprehendi, à quo omnia donata sunt quæque ad gloriam, quæque ad vitam sustentandam spectant. Nam cùm multæ essent per orbem gentes, solum Israel sibi delegit, tantóque splendore cumulauit, vt B & prophetica dignitate quosdam cohonestaret, qui vitæ sanctimoniam, sacrarúmque legum perfectam obseruationem diligerent, & ad sanctificationem iuuenes eorum assumeret: hoc est, prudentia eminentiores, & intellectuali robore præditos. Sanctificabantur enim quidam secundum legem, qui Nazaræi cognominabantur, offerentes comam Deo, vinum, & ex eo acetum, vuam, & vuam passam, & acinum auersantes, & à mortuorum corporibus longius refugientes. Denique multa super his dicuntur. Veruntamen honorabat eos C Deus, & in Prophetas, vt dixi, & ad sanctificationem typicè ex iis nonnullos euehebat. Ast illi tam magnificam, & plenam auctoritatis dignitatem aspernantes, sanctificatos, id est, votum sanctificationis super se habentes, vino potabant. Persuadebant enim & illis, vt sanctificari contemnerent, dicentes, vtique Dei legem nihil esse prorsus & sanctificari velle, & ob id lege sancita implere, nihil commodare hominibus. Nam etsi lex in vmbra erat, planè tamen veritatis D dogmata continebat. Fulget enim in typis illis pietatis imago. Ipsos quoque sanctos Prophetas obiurgare, est diuinam legem repellere atque institui nolle, & nescire se honorari: siquidem cùm de ipsis essent, assumpti sunt, qui cum Deo quodammodo sermones miscerent. Interrogat insuper in medio, & ait, [Nunquid non ita est, filii Israel? dicit Dominus.] An, inquit, res tam manifestas mendacii arguetis? an testi- E bus opus erit Deo ad vos refellendos, qui etiam adeo aperta calumniari velitis? Sanctificari itaque oportet, & constanti animo adhærere Deo, improborúmque consilia repudiare. [Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua,] & voluptuariorum sermones à sanctificatione, & omni bonitate auocant. Nos potius Deo digna loquentiū vocibus addicti erimus, quibus & ipse Saluator testimoniū his verbis perhibuit; [Nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris

Num. 6.

1. Cor. 15.

Matth. 10.

vestri, qui loquitur in vobis.]

Propterea ecce ego deuoluo subter vos, sicut deuoluitur currus plenus stipula.

XXIII. Plaustris agrorum fructus, & quæ aream complent, transuehere mos fuit veteribus, qui mos vsque hodie in oriente, & occidente viget. Voluuntur autem circum axes rotæ, lignis graui & ingrato sono stridentibus, propè occlamantibus, quæ illis imposita sunt oneribus. Ero igitur ipse quoque (inquit vniuersorum Dominus) vt quod voluit in curru, id est, axis. Ille enim, vt dixi, sibi rotas infixas, & aptatas habens simul circumuoluit. Clamabo verò quasi qui onus graue peccatorum, ab impiis aceruatorum amplius sustinere nequeam. Reiecerunt enim legem Domini, & mandata eius non custodierunt: sed seduxerunt eos vana eorum, quæ fecerunt patres eorum. Obliti sunt autem mei, qui eduxi eos de Ægypto: qui abstuli Amorrhæum à facie eorum: qui assumpsi de filiis eorum in Prophetas: & de iuuenibus eorum in sanctificationem. Et ego quidem eos honoraui: illi verò eò insipientiæ deuenerunt, vt vestimenta sua ligantes funibus, velamina facerent, adhærentia altari, & vinum ex calumniis biberent in domo Dei ipsorum: & vino potarent sanctificatos, mandarentque Prophetis, & dicerent, Ne prophetetis. Talibus igitur impietatibus vestris propemodum oneratus, vt axis in plaustro, quod stipularum manipulis plenum est, clamorem edam multò maximum. Quod hinc detrimentum eis euenturum, aut quæ mala eos inuasura sint, mox sequentibus declarat.

Veruntamen & illud dicendum est necessario, verè ante omnia horrendum esse, Deum irritare, & eo vsque in improbitatem abire deinceps præcipitem, vt peccata nostra tolerare amplius non possit, tametsi natura sua bonus, clemens, & multo mansuetissimus sit. Ab eo igitur offendendo modis omnibus cauendum est. Quod si quippiam humanum pati contigerit, offensum est, non videri ad patientiam segnes, nec sinere peccata peccatis cumulari: quin potius sancta quadã vigilantia ea cohibere, & ægrotantem animum

A ὑμῶν, τοῦ λαλοῦντος ἐν ὑμῖν.

Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ κυλίω ὑποκάτω ὑμῶν, ὃν τρόπον κυλίεται ἅμαξα ἡ γέμουσα καλάμης.

Ἁμάξαις τὰ ἐξ ἀγρῶν, καὶ ὅσα πληροῖ τὴν ἅλω μεταχομίζειν ἔθος τοῖς ἀρχαιοτέροις· σώζεται δὲ καὶ εἰς δεῦρο τὸ χρῆμα παρά τε τοῖς τὴν ἑῴαν, καὶ τὴν ἑσπέριον οἰκοῦσι γῆν. κυλίονται δὲ ὁμοῦ τοῖς ἄξοσιν οἱ τροχοὶ, βαρύ τι καὶ δυσηχὲς ἀποτελούντων τῶν ξύλων, καὶ μονονουχὶ καταχεκραγότων
B τῶν ἐπικειμένων αὐτοῖς φορτίων. ἔσομαι τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐγὼ, φησὶν ὁ πάντων δεσπότης, ὡς τὸ κυλίον ἐπὶ τὴν ἅμαξαν, τουτέστιν, ὁ ἄξων, αὐτὸς γὰρ, ὡς ἔφην, ἑαυτῷ συγκυλίει τοὺς τροχοὺς, ἐμπεπηγότας τε, καὶ ἐνηρμοσμένους ἔχων. καταχεκράξομαι δὲ ὥσπερ τῶν ἠσεβηκότων οὐκ ἔτι φέρειν δυνάμενος τὸ πλημμελημάτων τὸ δυσαχθές. ἀπώσαντο γὰρ τὸν νόμον τοῦ κυρίου, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ οὐκ ἐφυλάξαντο, ἀλλ' ἐπλάνησε μὲν αὐτοὺς τὰ μάταια αὐτῶν, ἃ ἐποίησαν οἱ πατέρες αὐτῶν, ἐπελάθοντο
C δὲ μου τοῦ ἐξαγαγόντος ἐξ Αἰγύπτου, τοῦ ἐξάραντος τὸν Ἀμορραῖον ἐκ προσώπου αὐτῶν, τοῦ λαβόντος ἐκ τῶν υἱῶν αὐτῶν εἰς προφήτας, καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων αὐτῶν εἰς ἁγιασμόν. ἀλλὰ τετίμηκα μὲν ἐγὼ, κατῄκοντο δὲ δυσβουλίας εἰς τοῦτο αὐτοὶ, ὡς τὰ ἱμάτια αὐτῶν δεσμεύοντες σχοινίοις παραπετάσματα ποιεῖν ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ οἶνον ἐκ συκοφαντιῶν πίνειν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν, καὶ ποτίζειν μὲν οἶνον τοὺς ἡγιασμένους, ἐν-
D τέλλεσθαι δὲ τοῖς προφήταις, καὶ λέγειν, οὐ μὴ προφητεύσητε. ταῖς οὖν τοιαύταις ὑμῶν ἀσεβείαις μονονουχὶ καταπεφορτισμένος, ὡς ἄξων ἐπὶ τὴν ἅμαξαν, ἣ καλάμης ἐστὶ, καὶ δραγμάτων ἔμπλεως, πλεῖστην ὅσην ποιήσομαι τὴν καταβοήν. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ἐσόμενον βλάβος, ἢ ποῖα πάλιν αὐτοῖς συμβήσεται πάθη, διασαφεῖ μὲν εὐθὺς ἐν τοῖς ἐφεξῆς.

E Πλὴν ἐκεῖνο εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι πάνδεινον ἀληθῶς τὸ παροξύνειν Θεὸν, καὶ εἰς τοῦτο φαυλότητος κατολισθῆσαι λοιπὸν, ὡς ἀφόρητον αὐτῷ γενέσθαι τὴν παρ' ἡμῶν ἁμαρτίαν, καίτοι χρηστῷ τε, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ἡμερωτάτῳ λίαν ὑπάρχοντι κατὰ φύσιν. δεῖ δὴ οὖν παρεκπίπτειν μὲν ὅτι μάλιστα φιλεῖν τὸ προσκρούειν αὐτῷ. εἰ δὲ δὴ τι γένοιτο καὶ παθεῖν ἀνθρώπινον, μὴ ὀρᾶσθαι μέλλοντας εἰς μετάνοιαν, μήτε μὴν εἰς αὔξησιν ἰέναι παραχωρεῖν ταῖς δυσπλημμελείαις, νήφειν δὲ μᾶλλον ἁγιοπρεπεῖ καὶ ἀρρωστοῦσαν ἀνακόπτειν... μένοις ἀνασειράζειν αὐτὰ, καὶ μεταχομίζειν ἐπιτη-

σθαι πρὸς τὸ ἄμεινον ἠῤῥωστηκότα τὸν νοῦν. ἀνεξίκακος γὰρ οὕτως Θεός· καὶ ἐπείπερ ἐστὶν ἀγαθὸς, ἐπιδώσει τὸν ἔλεον.

Καὶ ἀπολεῖται φυγὴ ἐκ δρομέως, καὶ ὁ κραταιὸς οὐ μὴ κρατήσῃ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, καὶ ὁ μαχητὴς οὐ μὴ σώσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ὁ τοξότης οὐ μὴ ὑποστῇ, καὶ ὁ ὀξὺς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ οὐ μὴ διασωθῇ, καὶ ὁ ἱππεὺς οὐ μὴ σώσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. καὶ εὑρήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν δυναστείαις. ὁ γυμνὸς διώξεται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, λέγει κύριος.

Οὐδὲν ἀνασώσει, φησὶν, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς τοὺς προσκεκρουκότας· οὐ ποδῶν ὀξύτης τὸν δρομικώτατον ἀπαλλάξει τῆς κακῆς· οὐ σώματος ῥώμη τὸν εὐσθενῆ· οὐκ ἐμπειρία πολεμικὴ τὸν εἰδότα τὰ τακτικὰ, καὶ τὸ τοξεύειν ἄριστα μεμελετηκότα, καὶ ἐπὶ τούτῳ τεθαυμασμένον. ἀνόνητος δὲ τοῖς χρωμένοις καὶ ἡ τῶν ἵππων ταχύτης, καὶ αὐτὸ δὲ πρὸς τούτῳ τὸ τὴν ἱπποκρότον εἰδέναι μάλιστα. ἀλλ᾽ ἕκαστος τούτων εὑρήσει σαφῶς τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἐν δυναστείαις, τουτέστι, καταδυναστευομένην τοῖς δείμασι, καὶ παραχωροῦσαν ἀμαχεὶ τοῖς καταδυνοῦν ἐθέλουσι τὸ νικᾶν. ἔσται γὰρ τότε δειλία μὲν τῷ ἐξ Ἰσραὴλ, τοσαύτη δὲ δυναστεία τῶν Βαβυλωνίων, ὥστε καὶ διώκειν δύνασθαι τὸν γυμνὸν, τουτέστι, κατισχύσαι τῶν ἐν ὅπλοις, κἂν εἴ τις ἀθώρηκτος τῶν Βαβυλωνίων· καὶ διώκειν δύνασθαι τοὺς ἐν παντευχίᾳ τὸν ἄοπλόν τε, καὶ ἄσκευον. οὐκοῦν Θεοῦ κατασείοντος εἰς ἀσθένειαν, οὓς ἂν ἕλοιτο κακοῦν, ἐπικουρήσειεν ἂν οὐδέν. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς ἑτεροτρόπως ἡμῖν εἰρημένον. Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει. καὶ πάλιν, ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν. ἀνόνητα γὰρ τὰ τοιάδε παντελῶς, μὴ συναθλοῦντος Θεοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων κύριος, ὁ νεῦρα διδοὺς τοῖς ἠσθενηκόσι, καὶ ἀπονευρῶν τοὺς λελυπηκότας, καὶ σὺν αὐτῷ μὲν διώξεται εἷς χιλίους, δύο δὲ αὖ μετακινήσουσι μυριάδας. δαπανηθήσεται δὲ πληθὺς πολλὴ, καὶ ἀμέτρητος δύο που τάχα καὶ τριῶν ἀνθεστηκότων, εἰ μὴ ἐπαμύνῃ Θεός.

ad meliora appellere. Sic enim Deus patienter nos sustinebit, & quoniam benignus est, misericordiam tribuet.

Et peribit fuga à cursore, & fortis non obtinebit fortitudinem suam, & pugnator non saluabit animam suam, & sagittator nō subsistet, & velox pedibus suis non saluabitur, neque eques saluabit animā suam. Et inueniet animam suam in potētatibus. Nudus persequetur in diebus illis, dicit Dominus.

Nihil, inquit, saluti erit in die iræ illis qui peccauerunt. Non celeritas pedum cursorem optimum malis eximet: non vires corporis robustum: non peritia militaris ducem: non summa exercitatio sagittarium præclarum. Equorum velocitas equitibus, & insuper equestrium decursionum notitia nihil proderit: sed vnusquisque [inueniet cor suum manifestè in potentatibus,] hoc est, terroribus potenter oppressum, & deuastare se volētibus, citra pugnam concedet victoriam. Timebunt enim tunc Israelitæ. Tanta autem erit Babyloniorū potentia, vt possit etiam nudus persequi, hoc est præualere armatis, etiamsi ipsorum Babyloniorum quispiam thorace indutus non sit: & insequi possit armis instructum omnibus is, qui armis careat, & imparatus. Deo igitur in imbecillitatem prosternēte, quos affligere voluerit, illis nihil opitulari poterit. Atque istuc est, opinor, quod voce Psalmistæ aliis verbis nobis indicatur. [Non in fortitudine equi voluntatem habebit.] Et rursum, [fallax equus ad saluandum.] Inutilia enim sunt ista funditus, nisi Deus pugnātes adiuuet. Ipse enim est Dominus virtutum, qui infirmis neruos subministrat, & eneruat, à quibus est offensus. Et illo socio [vnus fugabit mille, & duo fugabunt decem millia.] peribitque multitudo ingens, & immensa, à duobus, aut tribus fortasse concissa, nisi Deus illam defenderit.

xxiv. — Psal. 146. — Psal. 32. — Psal. 23. — Leuit. 26.

ΚΕΦΑΛ. γ΄.

Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον, ὃν ἐλάλησε κύριος ἐφ᾽ ὑμᾶς, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ κατὰ πάσης φυλῆς ἧς ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, λέγων· πλὴν ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πασῶν φυλῶν τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο ἐκδικήσω ἐφ᾽ ὑμᾶς πάσας τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν.

CAPVT III.

Audite verbum hoc quod locutus est Dominus super vos, domus Israel, & contra omnē tribū, quā eduxit de terra Ægypti, dicēs. Tantūmodo vos cognoui ex omnibus tribubus terræ. Idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra.

Tom. II.

XXV. NON iam de Iuda, & Ephraim separatim, sed de vniuerso Israele, & velut tota gente in vnum collecta hæc intelligi possunt: omnes siquidem tribus Israelitarum ex Ægypto reductæ sunt. Nemine igitur excluso, quæ dicuntur à Deo, audire iubet. Quæ autem tandem & hæc? Millia multa ciuitatum, & regionum sub sole sunt, & numerus incolarum infinitus. Sed ex omnibus vos Israelitas selegi. Meipsum vobis per complura miracula manifestaui: dira, & intoleranda seruitute vos liberaui: beatissimos, & ab omnibus prædicandos reddidi. Lege vos erudiui, vt placeretis mihi: meis auxiliis tanquam muro communiui: in terram patribus vestris promissam induxi. Quoniam autem soli ex omnibus tam illustribus à me beneficiis dignati, exacerbare, & multis modis offendere me non desinitis, idcirco posthac dementiam vestram vlciscar. Vltrà vos peccare, & impunè huc conuersos non patiar. Itaque de cætero quicunque Deum contempserit, & domini sui voluntates aspernatus fuerit, ex iis qui aut ipsum cognouerunt, aut ab eo per inhabitationem spiritualem cogniti sunt, perniciem & interitum sibi inde comparabit. Quamobrem sapientissimus Paulus vocatis ex gentibus per fidem, deinde ignauia quadam laborantibus, & velut retrorsum abire paratibus, scribit in hęc verba. [Galat. 4.] [Nunc autē cùm cognoueritis Deum, imo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?] Norat enim eos etiam ante fidem opifex, qui nihil penitus ignorat. Verùm in his, vt dixi, fortassis cognitio spiritualem familiaritatem percommodè significat.

Si ambulabunt duo in id ipsum omnino, si non nouerint inter se?

XXVI. Reconditum est ænigma, obscurus sermo. Veruntamen enucleabimus vt poterimus. Reprehenderat igitur Israelitas, quoniam Prophetis mandarant, dixerantque Ne propheteris. Qua porrò de causa loqui sanctos improuidè vetuerint, dicamus oportet. Quia enim tristia illis ab irato Deo euentura, & ea, per quæ peccatores vitæ studia in melius mutare consentaneum erat, denuntiabant, euentum prædictorum timentes, vt est verisimile, obniti illis, & reluctari contendebant,

A ΚΑΤΑ παντὸς ἂν νοοῖτο Ἰσραὴλ γεγονὼς ὁ λόγος, οὐκ ἀνὰ μέρος ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἰούδα, καὶ τῷ Ἐφραίμ, ἀλλ' εἰς ἓν ὥσπερ συνειλημμένου τοῦ παντὸς γένους. ἀνεκομίσθη γὰρ ἐξ Αἰγύπτου πᾶσα φυλὴ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. οὐδενὸς οὖν ἔξω τεθέντος, ἀκοῦσαι προστέταχε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ. τίνα δὲ ταῦτα καὶ τάδε; μύριαι μὲν γάρ εἰσιν ὅσαι, φησίν, ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν πόλεις τε, καὶ χῶραι, καὶ ἀριθμοῦ κρείττους οἱ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' ὑ-
B μᾶς ἐκ πάντων τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπολέκτους ἐποιησάμην; ἐμαυτὸν ἐναργῆ τε κατέστησα διὰ πολλῶν θαυμάτων, ἐξελόμην πικρᾶς, καὶ ἀφορήτου δουλείας, ζηλωτοὺς ἀπέφηνα καὶ τρισμακαρίους, πεπαιδαγώγηκα νόμῳ πρὸς τὸ ἀρέσκειν ἐμοί, ἀνετείχισα ταῖς ἐπικουρίαις, εἰσκεκόμικα δὲ καὶ εἰς γῆν τὴν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένην. ἐπεὶ δὲ μόνοι, φησίν, ἐκ πάντων τῶν οὕτω περιφανοῦς ἠξιωμένοι χάριτος λυποῦντες οὐ κατελήξατε, καὶ προσκεκρούκατε πολυτρόπως, ταύτητοι λοιπὸν
C τοὺς τῆς ἀπονοίας ὑμᾶς ἐξαιτήσω λόγους. οὐκ ἀνέξομαι πλημμελούντων ἔτι, καὶ ἀνεπιτίμητον ἐχόντων τὴν εἰς τοῦτο ῥοπήν. οὐκοῦν ὀλέθρου πρόξενον παντί τῳ λοιπὸν τὸ καταφρονῆσαι Θεοῦ, καὶ δεσποτικῶν ἀλογῆσαι θελημάτων τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτόν, ἢ ἐγνωσμένοις παρ' αὐτοῦ κατά γε τὸν τῆς πνευματικῆς οἰκειώσεως τρόπον. καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις διὰ τῆς πίστεως, εἶτα νοσοῦσι τὸ ἄναλκι, καὶ ὀπίσω ὥσπερ ἰέναι προτεθυμημένοις ἐπιστέλλει λέγων. νῦν δὲ γνόντες
D Θεόν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; ᾔδει μὲν γὰρ αὐτοὺς καὶ πρὸ τῆς πίστεως ὁ δημιουργός, ἀγνοεῖ γὰρ ὅλως τῶν ὄντων οὐδέν, ἀλλ' ἐν τούτοις, ὡς ἔφην, ὑποσημήνειεν ἂν ἡ γνῶσις εὖ μάλα τὴν πνευματικὴν οἰκειότητα.

Εἰ πορεύσονται δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ καθόλου, ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτούς;

Βαθὺ μὲν τὸ αἴνιγμα, καὶ ἀμυδρὸς ὁ λόγος.
E πλὴν ἐρευνητέον ὡς ἔνι. κατῃτιᾶτο τοίνυν τὸν Ἰσραήλ, ὅτι τοῖς Προφήταις ἐνετέλλετο, λέγοντες, οὐ μὴ προφητεύσητε. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐπετίμων ἀφυλάκτως ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ἐπειδὴ γὰρ ἀπήγγελλον τὰ ἐξ ὀργῆς ἐσόμενα σκυθρωπά, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς ἑαυτῶν ἀμείνους ἔσεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, δεδιότες που τάχα τῶν λαληθέντων τὴν ἔκβασιν, ἐμελέτων τὴν ἀντίστασιν, καὶ ἀντέπραττον αὐτοῖς; οἱ τῶν ἀρχαίων τὸν νοῦν ἐς [illegible] προσθῆκαι, ἀποκομίζειν εἰωθότες, καὶ

πλανῶντες τοὺς ὑπεζευγμένους. ἐπετίμων μὲν τοῖς Προφήταις, ἀπεδέχοντο δὲ τοὺς πεπλανημένους, ὡς τὴν εὐθεῖαν ἰόντας τρίβον. τοιγάρτοι φησὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου Θεός. λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ταράσσουσιν. ἐπετίμα δὲ καὶ Ἀμασίας ὁ ἱερεὺς Βαιθὴλ Ἀμὼς τῷ Προφήτῃ, λέγων. ὁ ὁρῶν, βάδιζε, ἐκχώρησον εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προφητεύσεις, εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκέτι μὴ προσθῇς τοῦ προφητεῦσαι. οἱ δέ γε τοῖς Προφήταις ἀνθεστηκότες, ἐκ πολλῆς ἄγαν σκαιότητος, καὶ δυστροπίας δεινῆς εἰς ἀφρὸν ὑπερεπλάττοντο τὴν ἀντίστασιν, ἐκεῖνο λέγοντες, οὐκ ἀπέσταλκέ σε κύριος. καταιτιᾶται τοίνυν αὐτούς, ὅτι τοὺς παρ' αὐτοῦ Προφήτας οὐ τοὺς ἄνωθεν ἔφασκον, καὶ παρὰ Θεοῦ διακομίζειν λόγους· ᾤοντο δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς σφῶν ἐρεύγεσθαι γνώμης, ἅπερ ἔτι παρὰ τὰ δοκοῦντα λαλεῖν τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ. ταῦτα τοί φησιν. ὦ ἀσύνετοι, καὶ παράφρονες, ἆρά τινες ἐξ ὑμῶν γενήσονται φίλοι, καὶ τὴν αὐτὴν βαδιοῦνται τοῦ βίου τρίβον, οὐκ ἐγνωκότες ἑαυτούς, ἤγουν ἀλλήλους, τουτέστιν, εἰ μὴ ἀλλήλοις τεθέανται ἰσοτρόπους τε, καὶ ὁμογνώμονας; πᾶν γὰρ ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτοῦ, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. καὶ εἰ τοῦτο ἔστιν ἀληθές, πῶς ἂν ἐδεξάμην τοὺς Προφήτας οἱονεί πως εἰς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν, ἅγιος ὢν αὐτός, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ γεγόνασιν ἅγιοι; πῶς οὖν διώκετε τοὺς ἁγίους, οἷς καὶ τοὺς ἐμοὺς τεθάρρηκα λόγους, οὓς προσηκάμην ὡς ἀγαθούς, οἱονεὶ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ βαδίζοντας τῶν θελημάτων ὁδόν; ὃ γὰρ ἂν βουλοίμην ἐγώ, τοῦτο καὶ αὐτῶν ἔσται θέλημα. οὐκοῦν τὸ Προφήταις ἐπιτιμᾶν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ κατ' ἐμοῦ λοιπὸν ποιεῖσθαι τὴν ἐπίπληξιν. τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Σωτὴρ τοῖς ἁγίοις φησὶ μαθηταῖς. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ μὴ δεχόμενος, οὐ δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. προσέταττε δὲ τοῖς ἐξωθουμένοις καὶ αὐτὸν ἀπομάττεσθαι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν, εἰπών, ὅτι ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. προσίεσθαι δὴ οὖν ἀναγκαῖον τοὺς τὰ Θεοῦ πρεσβεύοντας, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα διαπορθμεύοντας εἰς ἡμᾶς, ὁποῖός τις ἦν Παῦλος, λέγων, ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ.

Εἰ ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ, θήραν οὐκ ἔχων; Εἰ δώσει σκύμνος φωνὴν αὐτοῦ ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ καθόλου, ἐὰν μὴ ἁρπάσῃ τι;

A qui animos vulgi ad illicita inducere consuerãt: quique cum subiectos seducerent, Prophetas reprehendebant, errantes quasi recta via gradientes commendabant. Proinde ore Esaiæ Deus, [Popule meus, inquit, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.] Increpabat autem & Amasias sacerdos Bæthel Amos Prophetam, cum diceret. [Qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda, & illuc descende, & prophetabis ibi, in Bæthel autem non adiicies vltra, vt prophetes.] Qui autem Prophetis ex multo stupore, & magna peruersitate morum sese opponebant, eleuabant rem, fingentes, & illud dicentes, [Non misit te Dominus.] Castigat igitur eos, quoniam Prophetas ab eo missos, non desuper. & à Deo apportare sermones dicebant: sed eos à se potius confictos effutire, & à mente vniuersorum Domini abhorrentia proloqui existimabant. Idcirco ait. O imprudentes, & stolidi, num qui de vobis C instituent amicitiam, & eandem vitæ viam ambulabunt, si inter se non nouerint: hoc est, si morũ similitudinem, voluntatúmque consensionem non animaduerterint? Omne enim animal simile diligit, & ad similem sibi homo se applicabit. Si ita est, vt est, quo pacto Prophetas velut amicitia & dilectione mea dignatus essem sanctus ego, si ipsi sancti nõ fuissent? Quomodo igitur persequimini sanctos, quibus & sermones meos concredidi, quos vt bonos recepi, D nimirum eandẽ veluti voluntatũ viam mecum ingrediẽtes? Quod enim mihi, idem illis placitum erit. Quare Prophetas increpare, sequitur vt aliud nihil sit, quàm me ipsum in reprehẽsione ponere. Tale quiddam & Saluator discipulis sanctis ait. [Qui vos recipit, me recipit. Qui non recipit vos, nõ recipit eum qui me misit.] Iussit præterea, dum pellerentur, etiam ipsum puluerem pedum excutere, addens, tolerabilius fore terræ E Sodomorum in die iudicii, quam ciuitati illi. A Deo igitur legatos, & eius placita ad nos afferentes admittamus oportet. qualis erat Paulus, cuius illa vox, [Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortãte. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.]

Amos 7. — Ibidem. — Matth 10. — 2. Cor. 5.

Si rugiet leo de saltu suo, prædam non habens? Si dabit catulus vocem suam ex cubili suo omnino, nisi rapuerit aliquid?

Qui

A Qui naturas ferarum exquisitius peruestigant, narrant leonē esurientē montes, saltus, & nemora contentius peruagari, huc illuc oculos circūferre, & quippiam ibidem pascentium rapere. Vbi autem aliquid sibi ad esum idoneū conspexerit, propiorē factum horribiliter, & absonè rugiendo prædam inuadere. Quod si catulis escam apportans lustrū attigerit, exilire illos, & cum clamore prædam apprehensam dilaniare. Quid B ergo, inquit, Deum calumniamini, cùm ante aduentum calamitatū comminatur? quid super Prophetis eius fremitis, cum & ipsi super vestra impietate clamorem edunt? Ego enim leonē imitor, inquit, qui contra bestias clamare consueuit, & propemodum minari prius, se impressionem facturum: catuli autem quodāmodo mei sunt, qui omnes mores meos referunt. Clamant enim, vt dixi, aduersum eos, quibus impiè agere in consuetudine est. Sed quemadmodum feris montanis belluæ huius præmissus C clamor non est incōmodus planè, quippe ad fugā eas impellens antequā fortè capiantur: ita quoque peccantibus ante cladem, & pœnas comminatio, & prædictio, qua commoti ad pœnitentiā, & fugam peccatorum se dent, longè est vtilissima. Cum leone itaque Deus se comparat, non prius insiliente, & ex ira prædam deuorante, nisi minas præmiserit, vt pœnitentes ante malorum aduentū saluētur, quasi pharmacum salutare futurorū vaticinium suscipientes.

D *Si cadet auis in terram absque aucupe? Si statuetur laqueus in terra sine eo, quod apprehendat aliquid?*

XXVIII. Etiam nunc similitudine quadam sermo constat. Aucupes enim passerculos arboribus insidentes miro artificio deiiciunt. Quidam tendiculis captos elidunt. Videntur verba hæc sub inuolucro quodam indicare passerculorum nomine eos, qui solent altum Rom. 12. sapere, arrogantes animis, & elatos corde, humilibus consentire non su- E stinentes. Per tendiculis autem captos terrenorum amantes, solàque carnalia & saginantia consectantes. Aucupi autem, & laqueo rursum se assimilat Deus, superbos ad terram deturbans, & quasi confringens, & ad supplicium captans, qui terrena tantùm sapiunt. Erant autē Israelitæ arrogantes, & Dei contemptores, Prophetásque aspernabantur, & legem in postremis habebāt.

Οἱ τὰ τῶν θηρίων πολυπραγμονοῦντες ἔθη, φασὶ τὸν λέοντα τροφῆς ἐν ἐνδείᾳ γεγονότα περιφοιτᾷν εὐσθενῶς ὄρη τε, καὶ νάπας, καὶ δρυμοὺς τῇδε κἀκεῖσε τὸν ὀφθαλμὸν περιστρέφοντα, καί τι τῶν ἐν ὕλαις βοσκομένων λαβεῖν. ἐπειδὰν δὲ θεάσηταί τι τῶν ἐπιτηδείων εἰς τροφὴν, εἶτα γένηται πλησίον, δεινόν τι καὶ δυσηχὲς βρυχώμενον ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον. εἰ δὲ δὴ ἀποκομίζοιτο τοῖς σκύμνοις τὰ εἰς τροφὴν, εἶτα γένοιτο τῆς μάνδρας ἐγγὺς, ἀναθρώσκουσι κἀκεῖνοι, καὶ σὺν βοῇ λαβόντες σπαράττουσι. τί τοίνυν, φησὶν, αἰτιᾶσθε Θεὸν, ὅτι πρὸ τῆς τῶν δεινῶν ἐφόδου ποιεῖται τὴν ἀπειλήν; τί δὲ καὶ αὖθις ἐπιτειχίζετε τοῖς Προφήταις, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς ὑμετέρας ἀσεβείας καταικεκράγασιν; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔοικα λέοντι, φησὶ, τῷ πρὸς θῆρας εἰωθότι βοᾶν, μονονουχὶ καὶ προαπειλοῦντι τὴν ἔφοδον, σκύμνοι δὲ ὥσπερ εἰσὶν, οἱ πᾶν τὸ ἐμὸν ἔθος ἀπομιμούμενοι· καταικεκράγασι γὰρ, ὡς ἔφην, τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων. ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἐν ὄρεσι ζώοις οὐκ ἀκερδὴς παντελῶς ἡ προαναφώνησις τοῦ θηρὸς, καταστέλλουσα πρὸς φυγὴν πρὶν ἁλῶναι τυχὸν, οὕτω καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι χρησιμωτάτη λίαν ἡ πρὸ τῶν δεινῶν ἀπειλή τε, καὶ προαγόρευσις, μεθιστῶσα πρὸς μετάγνωσιν, καὶ ἀποφυγὴν τῶν ἡμαρτημένων. λέοντι δὴ οὖν ἑαυτὸν παρεικάζει Θεὸς, οὐ πρότερον ἐπιθρώσκοντι, καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς ἐπαγοντι τόσην, εἰ μὴ προαναφαίνοι τὴν ἀπειλὴν, ἵνα μετανοοῦντες σώζοιντο, πρὸ τῆς τῶν δεινῶν ἐφόδου φάρμακον ὥσπερ εἰς σωτηρίαν δεχόμενοι τῶν ἐσομένων τὴν προαγόρευσιν.

Εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ ἰξευτοῦ; εἰ σταθήσεται παγὶς ἐπὶ τῆς γῆς ἄνευ τοῦ συλλαβεῖν τι;

Πεποίηται μὲν ὡς ἐξ ὁμοιώσεως καὶ νῦν ὁ λόγος. ἰξευταὶ μὲν γὰρ τὰ ἐν φυτοῖς ἱζήσαντα τῶν στρουθίων εὐτεχνέστατα καταφέρουσι. παγίσι δὲ ὅλων συνθλῶσί τινες τὸ ἁλισκόμενον. ἔοικε δὲ ὁ λόγος αἰνίττεσθαι νυνὶ διὰ τῶν στρουθίων μὲν τοὺς ὑψηλὰ φρονεῖν εἰωθότας, τοὺς ἀλαζόνας τὸν νοῦν, καὶ μετεώρους τὰς φρένας, καὶ τὸ συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς οὐκ ἀνεχομένους. διὰ δὲ τῶν ἐν παγίσιν ἁλισκομένων τῶν ἐπιγείων τοὺς ἐραστὰς, καὶ μόνα ζητοῦντας τὰ σαρκικὰ, καὶ καταπιαίνοντα. ἰξευτῇ δὲ, καὶ παγίδι πάλιν ἑαυτὸν παρεικάζει Θεὸς, καταχομίζοντι μὲν εἰς γῆν τοὺς ὑπερηφάνους, συνθλῶντι δὲ ὥσπερ, καὶ ἀγρεύοντι πρὸς τιμωρίαν τοὺς μόνα φρονοῦντας τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλαζόνες δὲ ἦσαν οἱ ἐξ Ισραὴλ, καταφρονοῦντες Θεοῦ, καὶ Προφήτας παραιτούμενοι, καὶ ἀτιμάζοντες νόμους

ἦσαν δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ γλίσχροι λίαν περὶ τὰ ἐν κόσμῳ πραγματεῖα, καὶ μόνα ζητοῦντες τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ταῖς ἐκτόποις ἐπιθυμίαις ἡττώμενοι, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀπεφοίτων, ἀντέπραττον δὲ τοῖς καλοῦσιν εἰς ἀρετήν. ἔφασκον γὰρ τοῖς Προφήταις· ἀλλὰ λέγετε ἡμῖν ἄλλα, καὶ ἀναγγέλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν. εἰ τοίνυν οὕτω ἐγώ εἰμι, φησίν, ὁ ἐν ἰξευτοῦ τρόπῳ καταφέρων τοὺς ὑπερηφάνους, καὶ ὡς ἐν ταῖς παγίδος συνθλᾶν εἰωθὼς τὸν ἀλώπεκος δίκην, ἢ μυὸς γλίσχρως ἔχοντα πρὸς τὰ ἐν κόσμῳ πραγματεῖα, τί μάτην διώκετε τοὺς ἁγίους, ὅτι μόνοις εἰς ὑμᾶς διακομίζουσι λόγους, ἐμοῦ πληροῦντος τὰ ἐξ ὀργῆς τοῖς δυσσεβέσιν ἀπερριμμένης;

Εἰ φωνήσει σάλπιγξ ἐν πόλει, καὶ λαὸς οὐ πτοηθήσεται; εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησεν;

Ἐγὼ μὲν, φησίν, ἐπάγω τὰ ἐξ ὀργῆς, χρήσιμοι δέ, καὶ μεσῖται πρὸς μόνους εἰσὶν οἱ Προφῆται λόγους. διαπορθμεύουσι γὰρ εἰς ὑμᾶς ἅπερ αὐτοῖς ἐντέλλομαι διὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ὀλιγωρεῖτε τάχα που, καὶ ἀλλοιᾶτε σφόδρα, καὶ πρὸς μόνους τοὺς παρ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε λόγους. τί γὰρ ὅλως, εἰπέ μοι, διὰ τούτων ὠφέλησθε; ποῖος ὑμᾶς εἰσέδυ φόβος; ἢ τίνα μεταβολὴν ἐσχήκατε πρὸς τὸ ἄμεινον; ἐν πόλει μὲν γὰρ εἰ ἀναφωνήσειε σάλπιγξ, τὸν παρ' ἐχθρῶν ἥκοντα, καὶ κεκινημένον περιαγγέλλουσα πόλεμον, τίς οὕτως ἀνάλγητος, ὡς μὴ πτοῦτη τε, καὶ πάντως τὸν ἐκ τῶν ἐσομένων κακῶν εἰσδέξασθαι φόβον; αἱ δὲ ἐμαὶ σάλπιγγες οὐ διαλελοίπασι, προαναφωνοῦσαί τε τὰ μέλλοντα. ἀλλ' ὠφέλησθε μὲν παντελῶς οὐδέν, μανθάνοντες δὲ ὅτι καταδηωθήσεσθε παρ' ἐχθρῶν, κατευμεγαθεῖτε λίαν τὴν εἰς τοῦτο δηλοῦσαν, ὡς τάχα που καὶ διαγελᾶν, ὡς εἰκαῖόν τι χρῆμα, τὴν προαγόρευσιν. καὶ μὴν κἀκεῖνο βοᾶν τὸ σύνηθες, καὶ τοῖς ἀπονοουμένοις ἐντελές· ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλάς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. τί οὖν ἤχθεσθε φορτικοὺς τοὺς οἱονεὶ σαλπίζοντας, εἰ μηδὲν ἤχθεσθε τοὺς λόγους; ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνό φατε, ὡς οὐ μετρίως καταλυπεῖ τὴν πράξεων ἡ ἔκβασις. ἆρα οὖν ἔσται κάκωσις ἐν πόλει τυχόν, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησεν; ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι. ἆρα τίς ἔσται τῶν ἐν ἀνθρώποις ἱκανὸς εἴς γε τὸ δύνασθαι κακῶσαι πόλιν ἢ νόσοις, ἢ πολιορκίαις, ἢ καρπῶν καταφθοραῖς, ἢ καθ' ἕτερόν τινα τοιοῦτον τρόπον; εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς τοιάδε δράσειεν ἄν, κεῖται δὲ μᾶλλον ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει Θεοῦ,

A Erant præterea mundanis inuoluti negotiis, & tantummodo fluxa, & caduca persequebantur, quorum absurdis cupiditatibus victi, à Dei verbo refugiebant, & ad virtutem inuitantibus repugnabant. Dicebant enim Prophetis; Loquimini alia, & errorem, seu imposturam nobis aliam annunciate. Si igitur ego sum, inquit, qui instar aucupis superbos deiicio, & velut laqueo captos suffocare solitus sum, qui more vulpium, aut murium negotiis mundanis B tenaciter inhærebant, quid frustra sanctos persequimini, quia tantum sermones meos ad vos perferunt, cum ego nihilominus iræ meæ in impios conceptæ satisfaciam?

Si clamabit tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecit?

Ego quidem, inquit, pro ira mea malis vos macto: Prophetæ autẽ vtiles sunt, & subseruiũt ad verba tantũ. Deferunt enim ad vos, quæ ipsis per spiritũ man- C do. Sed negligitis forsan, & verberibus eos dire accipitis, propter sermonem nonnunquam duntaxat quẽ aliquando edunt. Quid verò tandem, dic mihi, his perfecistis? Quis timor vos cepit? aut quam mutationẽ ad meliora instituistis? In ciuitate quidẽ si resonuerit tuba, bellum ab hostibus motum, & armatorum aduentũ denūtiauerit, quis adeò omnẽ doloris sensum amisit, vt non incredibilem futurorũ malorũ metum cõcipiat? Meæ autẽ tubæ futura præcinere nun- D quam desinunt, & vos tamẽ nihil inde emolumẽti percipitis. Cúmque intelligatis vos ab hostibus deuastatũ iri, cõtra huiuscemodi terrores efferimini vehemẽter, vt fortassis etiam denuntiationẽ, ceu rem vanam irrideatis: quin & illud vsitatũ, & vecordibus consuetum acclametis. [Visio quam hic videt, post dies multos eueniet, si eueniet, & in tẽpora longa iste vaticinatur.] Quid igitur onerosos ducitis veluti buccinis canentes, si verba eorũ pro nihilo putatis? Sed for- E tasse illud respondebitis, non mediocriter rerum euentu vos cõtristari. An igitur [malum erit fortè in ciuitate, quod Dominus non fecit?] Perinde ac si dicat. Num quisquam hominum ad ciuitatem aut morbis, aut obsidionibus, aut frugum corruptionibus, aut alio simili modo vexandam sufficiat? Quod si hominum nullus ista fecerit, potiúsque in potestate, & potentia Dei posita sunt,

xxxii.

Ezech. 12.

quid est cur prænuntiantibus irascimini? Atqui resipiscere oportebat, & occasionibus ad hoc idoneis placare irritatum, & qui peccatores affligere potest. Proinde his verbis intelligamus licet malum factum in ciuitatibus à Deo aliquid, non affine nequitiæ; absit: sed afflictionem magis, siue iram, quacunque de causa, & indignationem, quam peccantibus intenderit, quò eos ad honestiora pelliceret. Scriptum est enim, [In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.] Quoniam enim bonus est, [Et omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,] suppliciis ex ira illatis ad meliora quodammodo compellit, & quibus verba, vtiliúmq. doctrina præcedens non persuadet, eos terroribus, atque minis ad virtutem inducit.

Psal. 31. — 1.Tim.2.

Quia non faciet Dominus rem, nisi reuelauerit eruditionem ad seruos suos Prophetas. Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus locutus est, & quis non prophetabit?

Non Prophetæ, inquit, pœnas irati alicunde inuehunt: quando & ipsi homines sunt, vestrûm natura similes. Hunc autem à Deo honorem consecuti sunt, vt norint omnia, quæ ipsi facere libuerit, & quæ vrbibus atque regionibus inducere commoda fortè, aut incommoda voluerit. Sed occurretis, opinor: cognoscant, si ita videtur; notitia futurorum abs te augeantur: reuelentur illis omnia mysteria, loquantur autem nemini, nec eos repellentium auribus quædam insonent. Quid igitur ad hæc Deus? [Leo rugiet, quis non timebit?] Si enim dum rugit leo, inquit, [bestiarum fortissimus,] nemo ita præfractus fuerit, & insolens, qui non pauescat, quomodo Deo loquente, mandantéque ipsis, vt quæ cognoscunt, annuntient, iubentem non timebunt? Neque enim sunt sicut vos, contemptores, & ferrei, quique omnium Domino visa floccipendant. Vndique igitur communit sanctos, & à Prophetis sponte sua improborum iniurias auertit. Id quoque nihil est aliud, quàm decenti cura populum dignari. Nam de medio tollere medicos, quid aliud sit, quàm ægrotos auxilio spoliare? Hoc item Dauidis voce præmonet, [Nolite tangere Christos meos.] Et ad ipsos Prophetas alicubi ait, [Et erit, qui tetigerit

c.XXX. — Prou.30. — Psal.104. — Zach.2.

A ἢ τοῖς προαγγέλλουσι χαλεπαίνετε; καίτοι μεταγνῶναι δέον, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο ῥοπαῖς ἐκμειλίσσεσθαι τὸν λελυπημένον, καὶ κακοῦν ἰσχύοντα τοὺς ἡμαρτηκότας. κακίαν δὴ ἐν τούτοις νοήσομεν γενομένην ἐν πόλεσι παρὰ Θεοῦ, οὐ φαυλότητα, μὴ γένοιτο· κάκωσιν δὲ μᾶλλον, ἤτοι τὴν ἐφ' ὁτῳοῦν ὀργὴν, καὶ κίνησιν, ἣν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπαφήσειεν ἄν, ἐπιστρέφειν ἀναπείθων ἐπὶ τὰ [illegible]. γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας

B ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καταβιάζεταί πως τοῖς ἐξ ὀργῆς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ μεθίστησιν ἀναγκαίως ἔσθ' ὅτε τοῖς δείμασι, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς, οὓς οὐκ ἀναπείθει λόγος, καὶ ἡ τῶν συμφερόντων ὑφήγησις.

Διότι οὐ μὴ ποιήσῃ κύριος πρᾶγμα, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ παιδείαν πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς προφήτας. λέων ἐρεύξεται, καὶ

C τίς οὐ φοβηθήσεται; κύριος ἐλάλησεν, καὶ τίς οὐ μὴ προφητεύσῃ;

Οὐχ οἱ προφῆται, φησὶ, τὰ ἐξ ὀργῆς ἐπάγουσί ποθεν, ἄνθρωποι γὰρ καὶ αὐτοί εἰσι καθ' ὑμᾶς τὴν φύσιν, τετίμηνται δὲ παρὰ Θεοῦ τὸ πάντα μανθάνειν, ἃ ἂν βούλοιτο πληροῦν, καὶ πόλεσί τε, καὶ χώραις ἐπάγειν ἀγαθὰ, τυχὸν ἢ τὰ λυπεῖν εἰωθότα. ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτό φατε. μανθανέτωσαν εἰ δοκεῖ, πλουτείτωσαν παρὰ σοῦ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, διαπερανέσθω πάντα αὐτοῖς τὰ μυστήρια·

D λαλείτωσαν δὲ μηδενὶ, μήτε μὴν ταῖς τῶν ἀποστρεφομένων αὐτοὺς ἀκοαῖς ἐνηχείτωσάν τινα. τί οὖν πρὸς ταῦτα παρὰ Θεοῦ; λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; εἰ γὰρ ἐν τῷ βρυχᾶσθαί φησι τὸν λέοντα τὸ παναλκέστατον τῶν θηρίων οὐκ ἂν γένοιτό τις ἀτεράμων οὕτως, καὶ σοβαρὸς, ὡς μὴ εἰσδέξασθαι δειλίαν, πῶς ἂν Θεοῦ λαλοῦντος τοῦ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτοῖς προστάττοντος ἃ μανθάνουσιν, οὐκ ἂν ἔδεισαν τὸν προστεταχότα; οὐ γάρ εἰσι καθ'

E ὑμᾶς καταφρονηταὶ, καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἐν οὐδενὶ ποιούμενοι λόγῳ τὰ τῷ πάντων δοκοῦντα δεσπότῃ. πανταχοῦ τοιγαροῦν ἀσφαλίζεται τοὺς ἁγίους, καὶ ἀποσοβεῖ τῶν προφητῶν τὰς τῶν ἐθελοκακούντων βλάβας. τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδὲν ἢ τῆς καθηκούσης φροντίδος ἀξιοῦν· τὸ γὰρ ἐκ μέσου ποιεῖσθαι τοὺς ἰατροὺς, οὐδὲν ἂν εἴη, ἢ ἀνεπικουρήτους ἀποτελεῖν τοὺς ἠρρωστηκότας. τοῦτό τοι καὶ διὰ φωνῆς Δαβὶδ προαναφωνεῖ, μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου. καὶ πρὸς αὐτοὺς δέ που φησι τοὺς προφήτας· καὶ ἔσται ὁ ἁπτό-

μένους ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ μου. ἀδικήσει γὰρ οὐ μετρίως τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ τῶν ἁγίων κεφαλαῖς ἐπιτρίζων τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀνοσίως ἐπιφυόμενος, καί τι τῶν ἐκτόπων ἐπάγειν οὐ παραιτούμενος.

Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ εἴπατε, συνάχθητε εἰς τὸ ὄρος Σαμαρείας, καὶ ἴδετε θαυμαστὰ πολλὰ ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ καταδυναστείαν ἐν αὐτῇ. καὶ οὐκ ἔγνω ἃ ἔσται ἐναντίον αὐτῆς, λέγει κύριος, οἱ θησαυρίζοντες ἀδικίας καὶ ταλαιπωρίαν ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ Θεός, Τύρος, καὶ κυκλόθεν ἡ γῆ σου ἐρημωθήσεται, καὶ κατάξει ἐκ σοῦ τὴν ἰσχύν σου, καὶ διαρπαγήσονται αἱ χῶραί σου.

Ἀπειλεῖ δὴ πάλιν ἐπάξειν αὐτοῖς ἅπερ ἦν εἰκὸς ὑπομεῖναι, καὶ παθεῖν τοὺς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀφιγμένους φαυλότητος, ὡς ἀποθρώσκειν Θεοῦ, καὶ Προφήταις ἐπιτιμᾶν, καὶ ἀλογῆσαι παντελῶς τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων. ἰστέον δὲ ὅτι διαπεφώνηκεν ἐν τούτοις ἥτε τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, καὶ ἡ τῶν ἑβδομήκοντα γραφή. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ ἐκδεδώκασιν, ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀζωτίοις, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας τῆς Αἰγύπτου. οἱ δέ γε ἑβδομήκοντα, ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυρίᾳ, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας τῆς Αἰγύπτου. καὶ Ἄζωτος μὲν γείτων τάχα που, καὶ ὅμορός ἐστι τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ, διῴκισται δὲ λίαν ἡ τῶν Ἀσσυρίων, τουτέστιν, ἡ Περσῶν, καὶ Μήδων πρὸς αὐτοῖς οἱονείπως τέρμασι τῆς ἑῴας κειμένη. Φαμὲν οὖν, ὅτι τὸ λυποῦν οὐδέν, κἂν εἰ Ἀζώτιοι τυχόν, εἴγουν Ἀσσύριοι λέγωνται. κατ' ἄμφω γὰρ ἀληθεύσει τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὁ λόγος, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἐν τῷ προκειμένῳ διασαφοῦντες ἐπιδείξομεν. ἔχει μὲν ἱστορίας ἀνάμνησιν τὸ δηλούμενον ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν κειμένην, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων. ποιήσομαι δὲ τὴν ἀφήγησιν ὡς μάλα συνεσταλμένως, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἐν εἴδει μακρηγορεῖν. Βεβασίλευκε κατὰ καιροὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Μανασσῆς, ὃς Ἐζεκίου μὲν ἦν υἱός, ἑτερότροπος δὲ λίαν, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας ὡς ἀποπάτω. γέγονε γὰρ ἀνὴρ πονηρός, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων εὔκολος, βδελυρός, καὶ εἰδωλολάτρης, καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων ἀπάταις οὐ μετρίως προσκείμενος. ἐπὶ τοῦτο ἀνεδείματο βωμούς, καὶ τεμένη τῷ Βαάλ. προσκεκύνηκεν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ,

vos, quasi qui tangeret pupillam oculi mei.] Haud enim mediocriter lædit animam suam, qui super sanctorum capitibus strider dentibus, & eos inuadit impiè, & quippiam indignum in eos audere non reformidat.

Annuntiate regionibus in Assyriis, & in regionibus in terra Ægypti, & dicite: congregamini in montem Samariæ, & videte mirabilia multa in medio eius, & oppressionem in ea. Et non cognouit quæ erunt contraria ipsius, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitates & miseriam in regionibus suis. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Tyrus, & in circuitu terra tua deserta erit, & detrahet de te fortitudinem tuam, & diripientur regiones tuæ.

XXXI.

Rursum minatur se illaturum ipsis, quæ eo improbitatis progressos, vt à Deo resiliant, & Prophetas obiurgitent, & per Mosen sancita despuant, meritissimò sustinere, ac perpeti par sit. Sciendum porrò Hebræam editionem discrepare hoc loco ab interpretatione Septuaginta. Hebræi namque ediderunt, *annuntiate in regionibus Azoti, & in regionibus terræ Ægypti*. Septuaginta verò, *annuntiate regionibus in Assyria, & in regionibus Ægypti*. Et Azotus quidem Iudææ vicina, credo, & confinis est, magnis autem spatiis ab ea dissita Assyriorum, hoc est, Persarum regio, ad ipsos prope terminos orientis iacens. Sentimus igitur, nihil fore alieni, siue Azotii forte, siue Assyrii dicantur: vtroque enim modo vera reperiuntur diuinitus inspiratæ Scripturæ verba, quemadmodum etiam contextum propositum declarantes demonstrabimus. Nam quod indicatur, historiæ cuiusdam commonefactionem habet, ex quarto Regum, & secundo Paralipomenon, quam commemorabo breuissimè, vt ne scientibus verbosus videar. Regnauit quondam Hierosolymis Manasses, filius quidem Ezechiæ, verùm patri moribus admodum dissimilis, & à pietate erga Deum remotissimus, homo peruersus, & ad quiduis nefarium perpetrandum promptus, execrandus, & idolorum cultor, dæmonumque imposturis mirificè addictus. Hic altaria, & fana Baal ædificauit. Omnem militiam cæli adorauit.

Per ignem filios ſuos traduxit. Collegit augures, & quibus ſtudium mentiendi, quique præcipuum, ac ſingulare quiddam ſcire ferebantur, cùm eſſent ignorantes, & è corde ſuo potius loquerentur, & modus extremæ omnium nequitiæ fortaſſe nullus erat omnino, cui non impenſe operam dare vellet. Eo rege Deus per Prophetam de Hieruſalem, & tota prouincia Iudæorum dixit. [Ecce ego inducam ſuper populum hunc mala, vt quicunque audierit, tinniant ambę aures eius.] Poſtquam Manaſſes obiit, Amon filius eius in regno ſucceſſit, mali corui malum ouum. Eadem quæ ille, in honore habuit. Vixit porrò biennium tantùm. Poſthunc in regem vnctus eſt Ioſias filius eius, vir ſapiens, & ſollers, Deique amantiſſimus. De eo vaticinium edidit veniens in Bæthel homo Dei, Hieroboam ſtante ſuper altare, & vitulis immolandis feſtum diem dedicationis eius celebrante. Ait enim, [altare, hæc dicit Dominus, ecce filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum ſacrificantium ſuper te, & oſſa hominum ſuper te incendet.] Inito ſiquidem regno Ioſias, idolorum delubra deſtruxit, altaria euertit, lucos ſuccidit, currum ſolis combuſſit, ſacerdotes excelſorum in Bæthel mactauit, oſſa hominum ſuper altare vitulorum incendit, ariolos expulit, Pſeudoprophetas inquam, & falſos vates, & qui in ventre dæmonem, interrogantibus reſponſa dantem habebant. Quæ Moſes ſanxiſſet, in Iſrael auctoritatem obtinere, & valere iuſſit. Sub eo agnum immolarunt, & paſcha Hieroſolymis egerunt. Quoniam autem bonus erat, & cum Deo ſincerè agebat, ad Oldam prophetidem percunctatum, quæſitúmque miſit, num deſiiſſet iraſci vniuerſorum Dominus. Num bene futurum Iſraelitis, & ceſſatura eſſet deinceps Prophetarum vocibus illis prænuntiata calamitas. Quæ ita reſpondit. [Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Dicite viro qui miſit vos ad me. Hæc dicit Dominus. Ecce ego inducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, cunctáque maledicta, quæ ſcripta ſunt in libro hoc, quem legit rex Iuda: Quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt Diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum ſuarum. Et ſuccendetur furor

4 Reg. 21.

3 Reg. 13.

4 Reg. 23.

4 Reg. 22.

XXXVIII Qui pœnis ab irato numine impositis nihil commouentur, vehementer supinis, adeóque ad torporem, & inertiam pessundatis, vt de pœnitentia ne cogitationem quidem suscipere velint, nullum plagæ genus suffecerit, plures potius, & aliæ aliis deteriores, & ad dolorem maius semper incrementum habentes, necessariæ sunt. Quoniam ergo Israelitas indigentia panis, & potus ad emendationem parum, vt videtur, permouebat, hoc molestius quiddam ipsis infertur, morbi videlicet corporum, febris, & icterus (qui aliter morbus arquatus, seu regius vocatur.) Hoc & per Hieremiam prædictum est, ait enim, [Hæc dicit Dominus. Ecce ego do super populum istum infirmitatem, & infirmabuntur in ea patres, & filii simul: vicinus, & proximus eius peribunt.] Et quia turpibus etiam quæstibus erant addicti, & in pecunia multa facienda animo, & cogitatione occupati, ideóque hortos, & vineas, & ficeta, & oliueta conquirebant, tetigit & hæc Deus, per quæ non mediocri dolore affecti, ad sanitatem mentis redire possent, & pro noxiis salutaria eligere, pœnas illis accumulans, vt vndique percussi saluarentur. Quia tamen & hoc parum erat, additum est maius. Quando enim, inquit, meam contemnentes manum, tantum non Deum omnipotentem imbecillitatis arguentes ad Ægyptios abiistis, equorúmque carnes pro sollicitudine erga vos mea elegistis, & Ægyptium hominē mihi prætulistis, tunc sanè, tunc Babyloniorum romphæa bellicosissimum genus consumptum est, totus vester equitatus captiuus est factus, debilitante Deo etiam qui ad gloriam grassari nouerant, & victoriis è pugna reportandis assueuerant. Intelliges autem & aliter illud, [misi ad vos mortem in via Ægypti.] Iosia regnante super Iudam, duxit contra Babylonem Pharao Nechao Ægyptiorum tyrannus. Quia verò per Iudæam transire oportebat, ratus Iosias, iter Babylonem versus tantummodo prætextum esse, & contra se arma sumpsisse Ægyptium, temerè cum exercitu occurrit, & Israel oppetiit.

A να ἐν ῥομφαίᾳ τοὺς νεανίσκους ὑμῶν μετὰ αἰχμαλωσίας ἵππων ὑμῶν, καὶ ἀνήγαγον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ ὑμῶν, καὶ οὐδ᾽ οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος.

Τοῖς ἀναλγήτως ἔχουσι περὶ τὰ ἐξ ὀργῆς συμβαίνοντα, καὶ πολὺ λίαν ἐκτεθυμμένοις, ἀναπίπτουσι δὲ καὶ οὕτω πρὸς τὸ ῥάθυμον ἔτι, ὡς τὸ χρῆναι μετανοεῖν οὐδὲ εἰς νοῦν ἔχειν ἀξιοῦν, ἀρέσειεν B ἂν οὐδεὶς τοῦ πλήττεσθαι τρόπος, πλείους δὲ μᾶλλον, καὶ ἀλλήλων χείρους πρὸς τὸ ἔτι μειζόνως καταλυποῦν ἔχοντες τὴν ἐπίδοσιν. οὐκοῦν ἐπειδήπερ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ μικρὸν ἦν τάχα πρὸς ἐπανόρθωσιν, τὸ ἐνδείαις ἄρτου πορθεῖσθαι, καὶ ποτοῦ, ἐπενήνεκται τὸ παθεῖν καὶ τὸ ἔτι τούτου φορτικώτερον, εἰς αὐτὴν ἀσθένειαν τῶν σωμάτων, ὡς ἐν πυρετῷ, καὶ ἰκτέρῳ συμβαίνουσα. τοῦτο καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πάλιν εὑρήσομεν. ἔφη γάρ, ὅτι τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον C ἀσθένειαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες, καὶ υἱοί, ἅμα γείτων, καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολεῖται. ἐπειδὴ δὲ ἦσαν καὶ αἰσχρῶν λημμάτων ἡττώμενοι, καὶ πολὺ βλέποντες εἰς φιλοκερδίας, ταύτῃ τε πληθύνοντες κήπους, καὶ ἀμπελῶνας, συκῶνάς τε, καὶ ἐλαιῶνας, ἥψατο καὶ τούτων ὁ Θεός, δι᾽ ὧν ἦν οὐ μετρίως κατηλγηκότας εἰς νοῦν ἐπαμύνειν τὸν σώφρονα, καὶ ἀνθελέσθαι τοῦ χείρονος τὸ συμφέρον, ἐπισωρεύων αὖθις ἵνα πανταχόθεν πληττόμενοι σώζοιντο. μικροῦ δὲ ὄντος καὶ τούτου, προσ- D επενήνεκται καὶ τὸ μεῖζον. ὅτε γάρ, φησί, τὴν ἐμὴν ἀτιμάζοντες χεῖρα, μονονουχὶ Θεοῦ τοῦ πάντα ἰσχύοντος τὸ ἄναλκι καθυβρίζοντες, τὴν ὁδὸν πεποίησθε τὴν πρὸς Αἰγυπτίους, ἵππων σάρκας τῆς παρ᾽ ἐμοῦ φροντίδος ἀνθῃρημένοι, καὶ Αἰγύπτιον ἄνθρωπον προτετιμηκότες, τότε δὴ τότε δεδαπάνηται, φησίν, ὑπὸ τῆς τῶν Βαβυλωνίων ῥομφαίας τὸ μαχιμώτατον γένος. καὶ ἅπας ὑμῶν ἱππότης αἰχμάλωτος ἦν, ἀπονευροῦντος Θεοῦ, E καὶ τοὺς εἰδότας εὐδοκιμεῖν, καὶ οὐκ ἀμελέτητον ἔχοντας τὸ νικᾶν ἐν μάχαις. συνήσεις δὲ καὶ ἑτέρως τό, ἀπέστειλα εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου. Ἰωσίου βασιλεύοντος ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, κατεστράτευσε τῆς Βαβυλῶνος Φαραὼ Νεχαώ, τῆς Αἰγυπτίων ὁ τύραννος. ὡς δὲ ἦν ἀνάγκη διὰ τῆς Αἰγυπτίων αὐτὸν παρέρχεσθαι γῆς, οἰηθεὶς ὁ Ἰωσίας σκῆψιν εἶναι τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ὁδόν, ὡπλίσθαι δὲ κατ᾽ αὐτοῦ τὸν Αἰγύπτιον, ἀντεξάγει παραλόγως. ἐκεῖ πέπτωκεν ὁ Ἰσραήλ·

ἐν κοινῷ ἐξαπέστειλα, φησιν, εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου, τουτέστιν, ἐν τῇ ὁδῷ τῶν Αἰγυπτίων, τότε καὶ ἀνήγαγον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ, ἐκ βάθρων ἀνέσκαψα τὰς τετειχισμένας ὑμῶν, καὶ εὐπυργωτάτας πόλεις. ἔφη δὲ τοῦτο καὶ ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐπορεύθη Ἐφραὶμ πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας, καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ καταφάγεται θεμέλια αὐτῶν. ἐκ κοινοῦ ἐξ αὐτῶν, φησὶ, κατέστρεψα βάθρων τὰς ὀχυρωτάτας ὑμῶν πόλεις, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε, λέγει κύριος.

Κατέστρεψα ὑμᾶς καθὼς κατέστρεψε κύριος Σόδομα, καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἀπὸ καύσεως, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος.

Οὐδεμίαν, φησὶν, ἐν ὑμῖν τὴν ἐπανόρθωσιν βλέπων, προστέθεικα ταῖς ὀργαῖς καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἀπηνέστερα, καὶ θερμοτέραν πεποίημαι τὴν καθ' ὑμῶν ἀγανάκτησιν. κατέστρεψα γὰρ ὡς Σόδομα, καὶ Γόμορρα, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε. ἔοικε δὲ τὴν τελευταίαν ἐν τούτοις ἡμῖν πόρθησιν ὑποδηλοῦν, τὴν ἐν καιροῖς Ἱερεμίου διὰ χειρὸς Ναβουχοδονόσορ γεγενημένην, ὃς πᾶσαν εἷλε τὴν Ἰουδαίαν, ἐνέπρησε δὲ καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰς περιοίκους αὐτῇ πόλεις τε, καὶ κώμας, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θεῖον καταστρέψας ναὸν, δορυαλώτους ἔχων τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ περιλελειμμένους, οἴκαδε πάλιν λαμπρῶς, καὶ νενικηκὼς τοῖς ἅλωσιν ὁμοῦ καὶ ἀνεκομίζετο, οἳ καὶ μόλις ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἐτῶν ἐπ' αὐτοῖς πληρωθέντων τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. Κῦρος γὰρ, ὡς ἔφην, τὴν Βαβυλῶνα ἑλὼν, τῆς αἰχμαλωσίας ἀνῆκε τοὺς περιλειφθέντας, καὶ σεσωσμένους ἐξ Ἰσραήλ. διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐγένεσθε ὡς δαλίδιον ἡμίφλεκτον, καὶ ἐν ὀλίγοις ἔτι λειψάνοις σωζόμενοι. Θεοῦ τοιγαροῦν παιδεύοντος τὸ ὑποπτήσσεσθαι πικρὸν, παραίτιον δὲ καὶ τῶν ἔτι δυσαχθεστέρων ἔσται κακῶν τοῖς τὴν ἀμαθῆ ἀποσοβοῦσι, ἀπό γε τοῦ δεῖν ἀκαταλήκτως ἰέναι πρὸς τὸ δρᾶν ἐλέσθαι, καὶ φρονεῖν ἃ μὴ θέμις. ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ τὰς τῶν σωμάτων ἀνακόπτοντες νόσους, καὶ τοῦ θεραπεύειν δύνασθαι τὴν πεῖραν ἐξησκηκότες, τὰ τῶν τραυμάτων δυσαλθέστερα θερμαῖς, καὶ δριμέσι φαρμάκοις ἀποκαθαίρουσι, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς αὖθις ἀκαθαρσίας τὸ πάχος ἀπολεπτύνοντες, τοῖς ἐκ τέχνης ἐπικουρήμασι παραχωρεῖν ἀναπείθουσιν, οὕτω καὶ ὁ πάντα γινώσκων

Itaque, [immisi, inquit, in vos mortem in via Ægypti,] hoc est, in transitu, seu transeuntibus Ægyptiis. [Et adduxi in igne castra vestra,] id est, mœnibus, & turribus munitas, ac bene instructas vrbes vestras euerti. Quod etiam in principio dixit. [Et abiit Ephraim ad Assyrios, & Iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittam ignem in vrbes eius, & deuorabit fundamenta eorum.] Ex ipsis igitur fundamentis munitissimas vrbes vestras dirui, inquit, [& ne sic quidem reuersi estis ad me, dicit Dominus.]

4.Reg.17. Osee 8.

Subuerti vos, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram, & facti estis sicut torris raptus ab incendio, ne sic quidem rediistis ad me, dicit Dominus.

XXIX.

Cum nullam in vobis emendationem cernerem, inquit, iratus vehementius, his atrociora adieci, indignationémque meam aduersum vos exacui. Subuerti namque vos haud secus quàm Sodomam, & Gomorram: & non estis reuersi. Quibus verbis postremam vastationem innuere videtur, quæ temporibus Hieremiæ per manum Nabuchodonosor contigit; qui totam Iudæam subiugauit, & Hierosolymam ipsam, vnà cum finitimis eius vrbibus ac vicis exussit, destructóque diuino templo, vnà cum captiuorum reliquiis, gloriosè victor domum rediit, quæ vix tandem decursis annorum septuaginta spatiis in Iudæam redierunt. Cyrus enim, vt dixi, Babylone expugnata, superstites, & restantes ex captiuitate soluit. Idcirco, inquit, facti estis tanquam torris exiguus, semiustus, & adhuc in paucis reliquiis conseruatus. Proinde Deo puniente supinum, ac negligentem esse, perniciosum; & amoliri sensum, citráque cessationem ab officio ad arbitrium nefaria faciendi cogitandique discedere intolerabiliorum adhuc malorum causa est. Quo enim pacto morbos corporum depellentes, & in medicandi peritia exercitati, vulnera ad curationem difficiliora calidis, & acribus medicamentis abstergunt, & immunditiæ quæ in illis est crassitudinem extenuantes, artificiosis curationibus cedere cogunt: ita quoque omnia cognoscens Deus,

Hier. 39.

2.Par.36. 1.Esd.1.

ex paruis dolorem non sentientes, adhuc acerbioribus plagis onerat, quorum experientiam homo sapiens, & sollers meritò deprecetur.

Propterea sic faciam tibi Israel.

XL. Postquam, inquit, hoc feci, & illud addidi, & tantùm non omne genus plagarum dolorúmque intuli, & nihilominus nullo dolore commoueri eos vidi, expertúsque didici, idcirco, [& sic faciam tibi.] Quomodo autem sic? Non enim contentus fuit primis; sed æqualem Sodomitarum calamitati catastrophen adiecit. Postrema enim, vt dixi, talis plaga ab irato Deo illis inflicta est.

Veruntamen, quia sic faciam tibi, præparare ad inuocandum Deum tuum Israel.

XLI. At enim, si vis, inquit, causam nosse, cur ita faciam tibi, audies vtique, dum ferimini tantùm non clamante, & dicente, qui vos ferit, [præparare ad inuocandum Deum tuum Israel.] Id est, impiger & alacer esto, vt non alienum, & falsum Deum inuoces, sed Deum Israel, hoc est, quem vsu ipso cognouisti, qui natura, & veritate, & non quorundam excellenti artificio inuentus est, sicut videlicet quæ ex lignis & lapidibus fabricantur.

Idcirco ecce ego firmans tonitruũ, & creans spiritũ, & annuntians in homines Christum suũ, faciens mane & nebulam, & ascẽdens super excelsa terræ, Dominus Deus omnipotens nomen illi.

XLII. Excellentis oppositione, quod deterius habetur facile noscitur. Vt igitur idolorum imbecillitas appareat, apud eos, qui præ magna stultitia deos esse, & adorandos opinabantur, vtiliter nobis seipsum vniuersorum Dominus manifestans, conditorem, & vniuersorum fabricatorem, & potestatem in nos tenentem, & vt rerum humanarum gubernatorem, omni altitudine, & omni excellentia superiorẽ, & omnis creaturę administratorẽ introducit. Dei quippe natura supergreditur vniuersa, nec altitudine secundum locum, sed gloriæ exsuperantia, & incomparabili virtute omnem modum mensurámque cuiuscunque quod ortũ est excedit. [Inuoca igitur Deum tuum Israel,] inquit, potestatem omnipotentem, & præstantiã,

A Θεὸς τοὺς ἀναλγήτως ἔχοντας περὶ τὰ μικρὰ, τοῖς ἔτι χαλεπωτέραις καταφορτίζει πληγαῖς, ὧν εἴπερ τις σοφὸς ἐστὶ, καὶ ἀγχίνους, παραιτοῖτο ἂν εἰκότως τὴν εἰς πεῖραν ἔφοδον.

Διὰ τοῦτο οὕτως ποιήσω σοι Ισραήλ.

Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, τόδε τι πεποιηκότος, κἀκεῖνο προσθέντος, καὶ μονονουχὶ πᾶν εἶδος ἐπάγοντος αἰκίας, καὶ πόνων, ἀλλ' ἀναλγήτως ἔχοντας τεθέαμαί τε, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐμάνθανον πείρας, τοιγαροῦν B καὶ οὕτως ποιήσω σοι. πῶς δὲ οὕτως; οὐ γὰρ ἠρκέσθη τοῖς προτέροις. προσεπήγαγε δὲ καὶ τὴν ἐν ἴσῳ Σοδόμοις καταστροφήν. τελευταία γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτοῖς ἡ τοιάδε πληγὴ διὰ τῆς θείας ὀργῆς ἐπενήνεκται.

Πλὴν, ὅτι οὕτως ποιήσω σοι, ἑτοιμάζου ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου Ισραήλ.

Ἀλλ' εἰ δὲ βούλοιο, φησὶ, μαθεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὕτως ποιήσω σοι, πάντη δὴ πάντως, μονονουχὶ πληττομένου ὑμῶν βοῶντός τε, καὶ λέγοντος, C ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου Ισραήλ, τὸ ἑτοιμάζου ἀντὶ τοῦ σπούδαζε, ἄοκνός τε, καὶ πρόθυμος ἔσο τοῦ ἐπικαλέσαι τὸν μὴ ἀλλότριον, καὶ ψευδώνυμον, ἀλλὰ τὸν Θεόν σου Ισραήλ, τουτέστιν, ὃν δι' αὐτῆς ἔγνως τῆς πείρας, ὡς ἔστι φύσει τε, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ οὐ διά τινων εὐτεχνίας ἐξευρημένος, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἐκ ξύλων, καὶ λίθων πεποιημένα.

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ, στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν D Χριστὸν αὐτοῦ, ποιῶν ὄρθρον, καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς, κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

Τῇ τοῦ προύχοντος ἀντιπαραθέσει, τὸ ἐν ὑποδεεστέρᾳ τῇ χρήσει ῥᾳδίως ἐλέγχεται. ἵνα τοίνυν τῶν εἰδώλων τὸ ἀδρανὲς ἐκφαίνηται παρά γε τοῖς οἰηθεῖσιν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας, ὡς θεοί τε εἶεν, καὶ προσκυνεῖσθαι πρέποντες, χρησίμως ἡμῖν ἑαυτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐμφανῆ καθιστὰς, ποιη-E τὴν εἰσφέρει, καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνημμένον τὴν ἐξουσίαν, καὶ διοτρεῖπως τῶν ἀνθρωπίνων οἰακοστρόφον, ἐπέκεινά τε ὄντα παντὸς ὑψώματος, καὶ ἁπάσης ὑπεροχῆς, καὶ ταμίαν ὥσπερ τινὰ τῆς ὅλης κτίσεως. Θεοῦ γὰρ φύσις τὸ πάντων ἐπέκεινα, καὶ οὐ τοπικοῖς ὑψώμασιν, ἀλλὰ ταῖς τῆς εὐκλείας ὑπεροχαῖς, καὶ ἀσυγκρίτῳ δυνάμει παντὸς γεννητοῦ μέτρον ὑπερκείμενον. ἐπικαλοῦ τοιγαροῦν τὸν Θεόν σου, φησὶν, Ισραήλ, ἐπιγινώσκων ἐξουσίας τὸ παμμεγαλὲς, καὶ

τὴν ὑπερβολήν. ἐγὼ γάρ εἰμι, καὶ οὐχ ἕτερος, ὁ στερεῶν βροντὴν, τουτέστιν, συννεφείας καλύπτων τὸν οὐρανὸν, καὶ καθιεὶς ὑετοὺς, καὶ κτίζων πνεῦμα, τουτέστι πάλιν, ἀνέμων ποιητής. ἀπαγγέλλων δὲ καὶ εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. Χριστὸν γὰρ ἐν τούτοις, οὐ τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν κεχρισμένον δὲ μᾶλλον εἰς βασιλείαν φησί. πνεῦμά τε ὁμοίως, οὐχὶ τὸ θεῖόν τε, καὶ ἅγιον (κἂν εἰ μαίνοιντό τινες τῶν τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν μεμελετηκότων) ἀλλὰ τουτὶ τὸ ἐναέριόν τε, καὶ ἐγκόσμιον, περὶ οὗ φησι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ὁ νεφέλας συλλέγων, καὶ στερεῶν βροντὴν, καὶ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν, ὁ φανερῶς καθιστὰς ὃν ἂν ἐθέλοιμι τοῖς τῆς βασιλείας ἐναβρύνεσθαι θώκοις. ἐγὼ οὖν βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ φύσει Θεὸς, αὐτὸς ὁ ποιῶν ὄρθρον, τουτέστιν, ἡμέραν, ἤτοι φῶς, αὐτὸς ὁ ποιῶν ὁμίχλην, τουτέστι, σκότος, ἢ νύκτα· αὐτὸς ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς, ὁ παντὸς ἐπηρμένου, καὶ ὑψηλοῦ κρείττων τε, καὶ ὑπερκείμενος, ὄνομά τε πρέπον, καὶ πολὺ λίαν ἐοικὸς τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ φορῶν, τὸ κύριος παντοκράτωρ. ἴδε δὴ οὖν, ὅσην ἐφ' ἡμᾶς ποιεῖται ἡμερότητα, καὶ φιλανθρωπίαν ὁ τῶν ὅλων Θεός. ἐπαρτήσας γὰρ τὴν ἀπειλὴν, καὶ τὰ μὲν ὡς ἤδη γέγονε, τὰ δὲ ὡς ἔσται προειρηκὼς, καλεῖ πρὸς ἐπίγνωσιν. καὶ μυσταγωγεῖ τὸν ἐκκεκλικότα, καὶ ἀνακομίζει πρὸς σύνεσιν τὸν ἐξ ἀμαθίας ὠλισθηκότα· καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσι τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς δεσπότην, ἀπό τε τοῦ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν, καὶ κατάρχειν τῶν ὅλων, ἑαυτὸν καθίστησιν ἐναργῆ. τοῦτο δὲ ἦν πόνῳ καὶ μάστιγι σωφρονίζοντος, καὶ μονονουχὶ καὶ ἀνεπιλήπτως αὐτοὺς καταπαίοντος εἰς ἐπιστροφὴν, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἀναμαθεῖν δύνασθαι τὰ ἀμείνω φρονεῖν, χρησίμως ἐπάγοντος.

A summam agnoscens. Ego enim sum, & non alius [firmans tonitruum,] hoc est, nubibus operiens cælum, & demittens pluuias. [Et creans spiritum,] hoc est, etiam ventorum conditor. [Annuntians verò in homines Christum suum (perinde est ac si dicat,) per me reges regnant, & tyranni per me orbi terrarum imperitant.] Christum enim in his, non Emmanuelem, sed vnctum potius in regnum, seu ad regnandum nominat. Similiter spiritum, non B diuinum & sanctum (tametsi quidam ita insaniunt, qui recta peruertere conati sunt) sed hunc aerium, mundanúmque, de quo ipse Saluator ait, [spiritus vbi vult spirat.] Ego igitur, inquit, qui nubes colligo, & firmo tonitruum, [& produco ventos de thesauris eorum,] qui manifesto quem velim regio solio ornari, & illustrari. [Ergo rex regum, & dominus dominantium,] natura Deus, [qui facit manc,] hoc est, diem, aut lucem, ipse est qui C [facit nebulam,] hoc est, tenebras, aut noctem. Ipse [qui ascendit super excelsa terræ,] omni excelso & eminenti præstantior, & eminentior, nomen decens, & gloriæ suæ inprimis consentaneum gerens, nempe: [Dominus omnipotens.] Vide igitur, quantam erga nos mansuetudinem, benignitatémque declarauerit vniuersorum Deus. Intentatis enim minis, commemoratísque malis partim præteritis, partim euenturis ad agnitionem sui inuitat, & eum D qui declinauit, mysterium docet, atque ex imperitia lapsum, ad intelligentiam reducit: & ignorantibus natura ac verè Dominum, ex eo, quod omnia bene facere possit, imperétque omnibus, se se manifestum reddit. Hoc est in dolore & flagello ad sanitatem reuocare, & tantùm non inuitum ipsos ferire ad reuersionem, & per quæ consentaneum est posse denuò meliora sapere, vtiliter inducere.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Ἀκούσατε τὸν λόγον κυρίου, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον. οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκ ἔτι οὐ μὴ προστεθῇ ἀναστῆναι. παρθένος Ἰσραὴλ ἔσφαλεν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ὁ ἀνιστῶν αὐτήν.

ΟΙ μακάριοι Προφῆται τὰ κατά τινων ἐσόμενα προαναμανθάνοντες, εἶτα διμερῆ

E CAPVT V.

Audite verbum Domini, quod ego assumo super vos planctum, domus Israel cecidit, non amplius adiiciat resurgere Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est, qui suscitet eam.

BEATI Prophetæ quibusdam euentura prædiscentes, inde completi

XIIII.

terroribus, fratrúmque vicem nimiopere dolentes, acriore aliquando obiurgatione vtuntur, propemodum mordentes ex charitate, & vigilantiam, cautionémque prædictione mox futurorum exsuscitantes. Tale quiddam & nunc Propheta facit, ceu ex persona sua loquens ille quidem, veruntamen non ex mente sua, sed velut à
„ Deo afflatus sic ait. [Audite verbum
„ Domini hoc, quod ego assumo super
„ vos planctum] Locutus est enim in me, inquit, vniuersorum Dominus, & composui lamentationem super vos, qui ab eo discessistis. Quodnam igitur hoc lugubre canticum? quæ ista lamentatio? & quid tandem deflebo? Horribilis, & inemendabilis calamitas. Domus Israel cecidit. Consistebat cùm honoraret, & amaret Deum. Nunc eodem errantium vesania irritato concidit. Iam quis diuino nutu prostratum eri-
„ get? [Proiecta est enim virginitas.] Hoc est, fornicata est. Quænam ista? omnino Israel quoque, siue Iudæorum sy-
Hier. 3. „ nagoga, cui dictum est de Deo, [Non-
„ ne vt domum me vocasti, & patrem,
„ & ducem virginitatis tuæ?] Quæ igitur Deum virginitatis suæ ducem sortita est, in terram suam proiecta est, hoc est, fornicata est, & peccatum habet inexcusabile. Fornicata est enim olim in Ægypto. Sed tum non erat in terra sua, & quos dominos patiebatur, eorum legibus substernebatur, ac nolens forsitan, atque inuita ad eorum mores adigebatur, maiorum suorum pietatem ac religionem coacta deserere. Nunc nemo cogit. Est enim in regione propria, vbi lex pædagogus, reduceps eam ad agnitionem eius, qui est natura, & verè Deus, soluta ac libera, & inculpabilis prorsus ad quoduis præclarissimum opus via. Qua igitur defensione vtetur? Fornicata est enim, non compulsa ab aliquo, sed quod sequitur, sponte ac voluntate. Idcirco proiectam non est qui erigat. Dicatur & à nobis peropportunè Deo omnia
Psal. 45. „ valenti. [Terribilis es, & quis resistet
„ tibi ab ira tua?]

Cecidit & aliter populus Iudæorum, per iniurias & contumelias in Christum actus in dedecus. Et iacet nunc nemine succurrente. Exspectat autem suam miserantis gratiam, Christi, in-
Rom. 11. quam, Nam & ipse quoque ad agnitionem per fidem extremis seculi temporibus vocabitur.

ἐντεῦθεν ἀναπιμπλάμενοι καὶ ὑπεραλγοῦντες ὡς ἀδελφῶν, θερμοτέρας ἔσθ' ὅτε ποιοῦνται τὰς ἐπιπλήξεις, μονονουχὶ δάκνοντες ἐξ ἀγάπης, καὶ διανιστῶντες εἰς νῆψιν τῇ προαγορεύσει τῶν ὅσον οὔπω συμβησομένων. Τοιοῦτόν τι καὶ νῦν ὁ Προφήτης ἐπιτελεῖ, λέγων μὲν ὡς ἐξ ἰδίου προσώπου, πλὴν οὐχὶ τὰ ἀπὸ γνώμης ἰδίας, ἀλλ' ὡς ἐκ θείων χρησμῳδῶν. Ἀκούσατε, φησί, τὸν λόγον κυρίου τοῦτον, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον. λελάληκε μὲν γὰρ ἐν ἐμοί, φησίν, ὁ τῶν ὅλων Θεός, συντέθειται δέ μοι θρῆνος εἰς ὑμᾶς τοὺς ἀποφοιτῶντας αὐτοῦ, καὶ τί δὴ ἄρα τὸ γοερόν ἐστι μέλος; τί τὸ θρήνημα; καὶ ἐφ' ὅτῳπερ ἂν γένοιτο παρ' ἐμοῦ τὸ δάκρυον; δεινὴ, καὶ αὐθέντητος συμφορά. οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσε. συνεστήκει μὲν γὰρ τιμωμένου, καὶ ἀγαπωμένου Θεοῦ, καταπέπτωκε δὲ νυνὶ ταῖς τῶν πλανωμένων ἀπονοίαις παρωτρυμμένου. εἶτα τίς ὁ ἐγερῶν τὸν τοῖς θείοις νεύμασι καταπεπτωκότα; ἐσφάλη γὰρ ἡ παρθενία, τουτέστι, πεπόρνευκε. ποία δὲ αὕτη; πάντως που πάλιν ὁ Ἰσραήλ, ἤγουν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή, πρὸς ἣν εἴρηται παρὰ Θεοῦ, οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; οὐκοῦν ἡ τῆς παρθενίας ἀρχηγὸν λαχοῦσα Θεόν, ἐσφάλη ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῆς, τουτέστι, πεπόρνευκε, καὶ ἀπροφάσιστον ἔχει τὴν ἁμαρτίαν. πεπόρνευκε μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ποτέ. ἀλλ' ἦν ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ τοῖς τῶν κρατούντων ὑπέστρωτο νόμοις, τάχα που καὶ ἀβουλήτως εἰς τὰ ἐκείνων ἔθη κατεβιάζετο, τῆς προγονικῆς εὐσεβείας ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐξωθουμένη. νυνὶ δὲ καταθοῦντος οὐδενός, ἔστι γὰρ ἐπὶ γῆς ἰδίας, ἔνθα νόμος ὁ παιδαγωγός, ἀποκομίζων αὐτὴν εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ φύσει τε, καὶ ἀληθῶς ὄντος Θεοῦ, ἀνειμένη δὲ, καὶ ἐλευθέρα, καὶ ἀνεπίπληκτος παντελῶς ἡ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ὁδός. τίς οὖν αὐτῇ τῆς ἀπολογίας ἐκπορισθείη τρόπος; πεπόρνευκε γὰρ οὐ βεβιασμένη ποθὲν, ἀλλ' ἑκοῦσα λοιπόν. ταύτητοι κατερραγμένην οὐκ ἔστιν ὁ ἐγερῶν. εἰρήσθω δὴ οὖν εὖ μάλα καὶ πρός γε ἡμῶν αὐτῶν τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ, σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου.

Πέπτωκε δὲ καὶ ἑτέρως ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθύς, διὰ τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας καταβιαζομένη πρὸς ἔλεγχον, καὶ κεῖται λοιπὸν ἐπαμύνοντος οὐδενός, περιμένουσα δὲ μόνην τὴν τοῦ κατοικτείροντος χάριν, φημὶ δὴ Χριστοῦ. κληθήσεται γὰρ καὶ αὐτὴ πρὸς ἐπίγνωσιν διὰ πίστεως ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς.

Διότι τάδε λέγει κύριος· ἡ πόλις, ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο χίλιοι, ὑπολειφθήσονται ἑκατόν· καὶ ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο ἑκατὸν, ὑπολειφθήσονται δέκα τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.

Διατρανοῖ δὴ λίαν ἐν τούτοις τὸ, τίνα πέσοιται τρόπον. κένανδροι γὰρ, φησὶν, ἀπομενοῦσιν αἱ πόλεις, δαπανῶντος τοῦ πολέμου τοὺς ἐν αὐταῖς, καὶ ἀθλιότητος εἰς τοῦτο μετακομίζοντος, ὡς μόλις αὐταῖς τὴν δεκάτην ἀπομεῖναι μοῖραν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ παροξύναντες ἀνενηνόχασι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν εἰς τὴν τριημερίαν τὰ ἐπιδέκατα, καὶ αὐτοὶ μόλις ὡς ἐν μοίρᾳ δεκατέρᾳ περιλειφθήσονται, μονονουχὶ ταλαντεύοντος Θεοῦ τὸ πλημμέλημα, καὶ ταῖς δυσσεβείαις αὐτῶν ἀντιπαρέχοντος τὴν ἰσόρροπον δίκην. φοβερὸν οὖν ἄρα τὸ ἐν θυμῷ παιδεύεσθαι. ταύτητοι καὶ ἐλιπάρει Θεὸν ὁ Προφήτης, λέγων· παίδευσον ἡμᾶς, κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς.

Διότι τάδε λέγει κύριος ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ· ἐκζητήσατέ με, καὶ ζήσετε, καὶ μὴ ἐκζητεῖτε Βαιθὴλ, καὶ εἰς Γάλγαλα μὴ εἰσπορεύεσθε, καὶ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου μὴ διαβαίνετε, διότι Γάλγαλα αἰχμαλωτευομένη αἰχμαλωτισθήσεται, καὶ Βαιθὴλ οὐχ ὑπάρχουσα. ἐκζητήσατε τὸν κύριον, καὶ ζήσατε, ὅπως μὴ ἀναλάμψῃ ὡς πῦρ οἶκος Ἰωσὴφ, καὶ καταφάγῃ αὐτὸν, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.

Οὐκ ἐᾷ πάλιν τοὺς ἡμαρτηκότας καταλισθεῖν εἰς ἀπόγνωσιν, καίτοι δειναῖς, καὶ ἀφορήτοις πλημμελείαις ἐνειλημμένους. περιάγεται δὲ, τὰ παρὰ Θεοῦ, σαγηνεύων εἰς μετάγνωσιν. εἰσκεκόμικέ τε καὶ νῦν ἀναγκαίως αὐτὸν ἀνήσειν αὐτοῖς ὑπισχνούμενον ἐγκλήματα, ἀπαλλάξειν τε καὶ ποινῆς, καὶ τοῦ εἰς τοῦτο δείματος. φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὁ δημιουργὸς, μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις, καθὰ γέγραπται, καὶ ᾗ φησιν αὐτὸς διὰ Ἰεζεκιὴλ, οὐ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς καὶ ζῆν αὐτόν. εἴπερ οὖν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθε τὸ ζῆν, καὶ ἀξιόληπτον ἡμῖν τὸ χρῆμα φαίνεται, καταλήγετε τῆς ἀπάτης, καὶ τῆς οὕτω μακρᾶς ἀθυμίας ἀποπηδήσαντες, ἐκζητήσατέ με, φησὶ, τουτέστιν, ἐμοὶ λατρεύετε τῷ φύσει Θεῷ, τῷ ζωοποιῷ, τῷ σώζειν ἰσχύοντι, καὶ παντὸς ἔξω τιθέντι κακοῦ τοὺς σεβομένους αὐτόν. δεῖν δὲ δὴ, φησὶ, προαποπλύνειν ἑαυτοὺς, τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἐξωθοῦντας τῆς ἀποστάσεως

Quia hæc dicit Dominus Deus. Vrbs, ex qua egrediebantur mille, relinquẽtur centum. Et ex qua egrediebantur centum, relinquentur decem domui Israel.

XLIV. Perspicuè admodum declarat his verbis, quonam modo cadet. Vacuæ siquidem viris manebunt vrbes, bello ciues consumente, & eo miseriarum redigente, vt ipsis vix decima pars relinquatur. Postquam enim Deum irritantes impuris dæmonibus ad triduum illud decimas obtulerunt, & ipsi vix decimam partem remanserunt, pari propemodum mensura Deo peccatum compensante, & impietatibus illorum pœnam respondentem remetiente. Horribile est igitur in furore corripi. Idcirco & suppliciter Deum Propheta orabat his verbis: [Corripe nos, Domine: veruntamen in iudicio, non in furore tuo, ne ad paucos redigas nos.]

Psal.6. Hier.10.

Quia hæc dicit Dominus super domum Israel. Quærite me, & viuetis: & non quæratis Bæthel, & in Galgala non ingrediamini, & in puteum iuramenti non transeatis, quia Galgala captiuata captiuabitur, & Bæthel non existens. Quærite Dominum & viuite, vt non reluceat vt ignis domus Ioseph, & deuoret eam. & non erit extinguens domui Israel.

XLV. Rursum peccatis quantumuis grandibus, & minimè ferendis alligatos in desperationem labi non finit. Proponit autem, & prætexit diuina promissa, atque ita eos velut piscator sagena ad pœnitentiam concludit. Necessariò autem ipsum & nunc scelera eis remissurum, & pœnis pœnarúmque terroribus liberaturum pollicentem introducit. [Natura enim benignus est opifex, patiens, & multum misericors, & præstabilis super malitiis,] sicut scriptum extat. Et vt est apud Ezechielem, [Non vult mortem peccatoris, vt conuertatur à via sua mala, & viuat.] Quamobrem, si magnifacitis viuere, & res vobis amplectenda videtur, desinite seduci, & à tam longa perplexitate absistentes, exquirite me, inquit: hoc est, mihi seruite, qui sum naturâ Deus, viuificus, saluare potis, & cultores meos ab omni malo tutos præsto. Affirmat autẽ, prius animas suas abluere eiectis aposta-

Ioel.2. Ezech.18.

A sis sordibus oportere, & prius probe eluere maculam, quæ ex errore inhæsit, & ita Deo adhærescere. Quid autem facto opus sit pœnitere instituentibus, declarat, dicens. [Ne quæratis Bæthel, & in Galgala ne ingrediamini, & in puteum iuramenti ne transeatis.] Puteum iuramenti narrant esse Gerara, quæ Philisthum, siue Palæstinæ vrbs est. Postquam enim inter se iuramentum dixerunt Abraham, & Abimelech, & pacis fœdus ad fontem B inierunt, denominata est de cætero vrbs [ad puteum iuramenti.] Galgala igitur, & Bæthel, atque etiam Gerara vrbes erant, magnopere ad impietatem detortæ, & multimodis erroribus à se deceptas inuoluentes. Ab his omnino recedendum mandauit, verbis suis comminationem adiungens, vt vndique ad vtilitatem compellat. Peribunt enim, inquit, Bæthel, & aliæ. Et alia quidem capta ad hostes transibit: alia deuastabitur, vt iam nec aliquando extitisse videatur. [Quærite igitur Deum, C inquit, vt viuatis, priusquam reluceat vt ignis domus Ioseph, & deuorabit eam, & non erit qui extinguat,] ἀναλάμψαι, hîc est, ἐμπρησθῆναι, succendi. Domum autē Ioseph appellauit Ephraim, siue Samaritanos: nati sunt enim ex Ioseph Ephraim, & Manasse. Quemadmodum igitur, cum eos Israel nominat, intelligimus à patre posteros eius hoc nomine appellari: ita si quando Ioseph dixerit, eodem modo intelliges. Bona est igitur pœnitentia pœnas arcens, & D ex ira inuehenda supplicia auertens, suique studiosos à dominicis indignationibus, & ab omni calamitate nos liberans.

Gen. 21.

Faciens in excelsum iudicium, & iustitiam in terram posuit. Faciens omnia, & fabricans, & conuertēs in mane vmbram, & diem in noctem contenebrans: vocans aquam maris, & effundens illam super faciem terræ, Dominus Deus omnipotens nomen illi. Diuidens E contritionem super robur, & miseriam super robur inducens.

XLVI.

Oratio mysterium habet, & ad Dei agnitionē vocatis, atque ad lumen veritatis venire contendentibus mirificè conuenit. Propositū est enim Prophetæ docere seductos, primùm quidē rerum vniuersarū imperium esse penes Deum, & eius nutu gubernari, ac regi omnia, & legi iustitiæ eius sanctissimas angelorū

A ῥύπου, καὶ προσεκτήκειν εὖ μάλα τὴν ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι κηλῖδα, κολλᾶσθαί τε οὕτω Θεῷ. τί δὲ δὴ καὶ δρᾶν ἔδει μετανοεῖν ἑλομένους, διασαφεῖ λέγων. μὴ ἐκζητεῖτε Βαιθήλ, καὶ εἰς Γάλγαλα μὴ εἰσπορεύεσθε, καὶ εἰς τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου μὴ ἀναβαίνετε. φρέαρ δὲ ὅρκου τὰ Γέραρά φησι, πόλις δὲ αὕτη τῶν Φιλιστιεὶμ, ἤτοι τῶν Παλαιστινῶν. ἐπεὶ γὰρ ὤμοσαν ἀλλήλοις Ἀβραὰμ, καὶ Ἀβιμέλεχ, καὶ συνθήκας εἰρήνης ἔθεντο ἐπὶ τοῦ φρέατος, μετωνόμασται B λοιπὸν ἡ πόλις εἰς τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου. Γάλγαλα δὴ οὖν, καὶ Βαιθὴλ, καὶ μέντοι καὶ Γέραρα πόλεις ἦσαν πολὺ πρὸς ἀσέβειαν ἐκτετραμμέναι, καὶ πολυειδῶς τοῖς ἀπατωμένοις περιελίξασαι τὴν πλάνην. τούτων ἀναγκαίως ἀποφοιτᾶν προσέταξεν, ἀναπλέξας τῷ λόγῳ καὶ ἀπειλὴν, ἵνα πανταχόθεν συνελαύνῃ πρὸς τὸ συμφέρον. οἰχήσονται γάρ φησι Βαιθήλ τε, καὶ αἱ λοιπαί· καὶ ἡ μὲν αἰχμάλωτος βαδιεῖται πρὸς ἐχθροὺς, ἡ δὲ οὕτω καταπρησθήσεται, ὡς δοκεῖν ἤδη πως μηδὲ ὑπάρξαι ποτέ. C ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, ἵνα ζήσητε, φησὶ, πρὶν ἀναλάμψαι τὸν οἶκον Ἰωσὴφ, καὶ καταφάγεται αὐτὸν, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. τὸ μὲν οὖν ἀναλάμψαι τὸ ἐμπρησθῆναί φησι, οἶκον δὲ Ἰωσὴφ ὀνομάζει τὸν Ἐφραὶμ, ἤτοι τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ, γεγόνασι γὰρ ἐξ Ἰωσὴφ Ἐφραΐμ τε, καὶ Μανασσῆς. ὥσπερ οὖν ὅταν Ἰσραὴλ αὐτοὺς ὀνομάζῃ, νοοῦμεν ὡς ἐκ πατρὸς κεκλῆσθαι τοὺς ἐξ αὐτοῦ, οὕτω κἂν λέγοι τυχὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸν ἴσον συνήσεις τρόπον. καλὸν τοιγαροῦν ἡ μετάνοια, ἀποσοβοῦσα τὰς δίκας, D καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς ἀνακόπτουσα, ἔξω τε ἱστᾶσα τοὺς ἐπιτηδεύοντας αὐτὴν, τῶν δεσποτικῶν κινημάτων, καὶ ἁπάσης ἡμᾶς συμφορᾶς ἀπαλλάττουσα.

Ὁ ποιῶν εἰς ὕψος κρίμα, καὶ δικαιοσύνην εἰς γῆν ἔθηκεν. ὁ ποιῶν πάντα, καὶ μετασκευάζων, καὶ ἐκτρέπων εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν, καὶ ἡμέραν εἰς νύκτα συσκοτάζων, ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ E ὄνομα αὐτῷ. ὁ διαιρῶν συντριμμὸν ἐπὶ ἰσχὺν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπὶ ὀχύρωμα ἐπάγων.

Μυσταγωγὸς ὁ λόγος, καὶ ὅτι μάλιστα πρέπων τοῖς καλουμένοις εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἰέναι σπουδάζουσι. πρόκειται γὰρ τῷ Προφήτῃ διδάξαι τοὺς πλανωμένους, πρῶτον μὲν ὅτι τῶν ὅλων τὸ κράτος ἀνῆπται Θεός, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι πηδαλιουχεῖται τὰ σύμπαντα, καὶ νόμῳ δικαιοσύνης ἡ παμμακαρία τῶν ἀγγέλων

ὑποτενήνεκται πλῆθος, καὶ ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς ἀκόλουθόν τε, καὶ ἀναγκαῖον τοῖς τῆς παρ' αὐτοῦ δικαιοσύνης κατεζεῦχθαι νόμοις. εἰ γὰρ τὸ ἄμεινον ἐν τούτοις καὶ δουλεύει Θεῷ, καὶ ὑποτέτακται μετὰ φόβου τῶν ἐν ὕψει πνευματικῶν ἡ ἁγία πληθὺς, πῶς ἂν, ἢ πόθεν τὸ ἀνεπίπληκτον ἔχει διανενευκὸς εἰ τὸ ζεύγιον τὸ οὕτω μειονεκτούμενον φύσει τε, καὶ δόξῃ, τουτέστιν, ὁ ἐκ γῆς τε, καὶ εἰς γῆν ἄνθρωπος; ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ εἰς ὕψος ποιῶν κρίμα. ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι, ὁ τοῖς ὑψοῦ τε, καὶ ἄνω πνεύμασι τὸν αὐτοῖς πρεπούσης δικαιοσύνης συνθεὶς τὸν τρόπον (κρίμα γὰρ τὴν δικαιοσύνην φησὶν) αὐτὸς τέθεικε καὶ εἰς γῆν δικαιοσύνην, τουτέστιν, ὡρίσατο καὶ τοὺς ἐν γῇ νόμους, καθ' οὓς ἂν πρέποι διαζῆν αὐτοὺς, καὶ ἐν λόγῳ τέθειται παρ' αὐτοῖς τὸ εὖ εἶναι, καὶ ζῆν, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ μετέχειν ἡμερότητος, καὶ φιλανθρωπίας. ὅτι δὲ ἐστὶ παντοκράτωρ, καὶ παναλκὴς ὁ Θεὸς, καὶ ἀμήχανον οὐδὲν αὐτῷ παντελῶς, εἴκει δὲ καὶ αὐτὴ τῶν στοιχείων ἡ φύσις, καὶ μεθίσταται τὰ ὄντα πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, ἀποδείκνυσι, λαβὼν εἰς παράδειγμα τὸ ἐκτρέπειν μὲν εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν, ἡμέραν δὲ αὖ συσκοτάζειν εἰς νύκτα. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ὅτι τὸ ἐξ ἁλὸς ὕδωρ ἀφάτῳ δυνάμει πρὸς τὸ ὑψοῦ τε, καὶ ἄνω καλῶν γλυκὺ καθίστησι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τοῖς οὐ κρατοῦντος ῥεύμασι μεταχωροῦν εἰς τὰ παρὰ φύσιν. ἐκτρέπεσθαι δὲ φησι εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν, τουτέστι, τὸ νύκτα, ἤγουν τὸ σκότος καταφοιτᾶν εἰς ἡμέραν. ὡς γὰρ Μωσῆς γράφει, σκότος ἦν ἐν ἀρχῇ ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, τουτέστι, σκιά. ἀλλ' εἶπεν ὁ Θεὸς, φησὶ, καὶ ἐγένετο φῶς, οὕτως εἰς τὸ πρωῒ, τουτέστιν, εἰς ἡμέραν, μετατετράφθαι μὲν τὴν σκιὰν, τουτέστι, τὸ σκότος. ἀλλ' ἡμέρας γεγενημένης ἐπελαύνετο αὖθις ἡ νὺξ, τουτέστι, τὸ ἡμέραν εἰς νύκτα συσκοτάζειν. ὠφέλει δὴ οὖν ὁ Προφήτης τοὺς πεπλανημένους, οὐκ ἄψυχον ὕλην, τὸν φύσει δὲ, καὶ ἀληθῆ ὄντα θεὸν καταδεικνύς. οὔτε μὴν ἐν ἴσῳ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, ἤγουν κατὰ τὰ ὄντα τῶν ἐκ τέχνης ἀνθρωπίνης ἐξευρημένων θεῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω πνευμάτων βασιλέα, καὶ νομοθέτην, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ὁμοίως, καὶ δεσπόζοντα τῶν στοιχείων, καὶ πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν μεταχλίνοντα τὴν τῶν ὄντων φύσιν. ταύτῃ γὰρ δὴ, καὶ μάλα δικαίως φησὶν ὄνομα πρέπειν αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. ἐπειδὴ δὲ ταῦτά ἐστι φύσει τε, καὶ ἀληθείᾳ, διαιρεῖ συντριμμὸν ἐπὶ ἰσχὺν, ἐπάγει δὲ καὶ ταλαιπωρίαν ἐπ' ὀχύρωμα. καταδράττεταί φησι τῶν ὑπερηφάνων, καὶ τοῖς ἀποστρεφομένοις τὸν ἐπ' αὐτῶν ζυγὸν

cateruas subditas esse, & omni modo, ac ratione consequi, ac necessariũ esse, qui in terris versantur homines iustitiæ eius legibus deuinciri. Si enim quod præstantius est in creaturis, seruit Deo, & timore subiicitur illi spirituum in excelsis sancta multitudo, quomodo, aut vnde reprehensione careat abnutans, aut frænum recusans, quod natura, & gloria tanto est inferius? id est, ex terra procreatus, & in terrã reuertens homo. Ego igitur, ait vniuersitatis Dominus, [qui facio iudiciũ in excelso.] Quasi dicat, qui sublimibus & supernis spiritibus iustitiæ illis congruentis modum præscribit (iudicium enim pro iustitia dicit) ipse & in terra iustitiam posuit. Hoc est, definiuit atque constituit etiam in terris leges secũdum quas vitam eos dirigere conueniat, & est rationi apud eos insitum, bene esse, & viuere, eiúsque mansuetudine, & benignitate perfrui. Esse autem Deum omnipotentem, & viribus validissimum, & nihil ei impossibile penitus, cederéque illi naturam elemẽtorum, & commutari res pro eius arbitratu demonstrat, exemplum assumens, quod vmbra declinet in mane, & rursus dies contenebret in noctem. Insuper quod nutus imperantis aquam à mari vi quadam ineffabili, & arcana in supera euocans, in qualitatem non naturalem migrantem, terrarũ incolis dulcẽ facit. Mutari autem ait [in mane vmbram,] hoc est, noctem siue tenebras transire in diem. Nam vt à Mose scriptum est, [tenebræ erãt in principio super abyssum,] hoc est, vmbra. Sed, [dixit Deus, inquit, & facta est lux:] sic nimirum in mane, (puta in diem) vmbram, id est tenebras, conuersam esse. Sed diem facta nox rursum expulit, hoc est, diem in noctem tenebrescere. Consulit igitur Propheta deceptis, non materiam nihil sentientem, sed eum, qui natura & veritate est Deus, ostendens. Non quales sunt vituli aurei, id est eiusmodi, quales deos ars humana inuenit & excogitauit: sed & supernorũ spirituum regem, & legislatorem, & hominum in terris similiter, & dominantem elementis, & ad suum arbitrium rerum naturam inclinantem. Ea siquidem de causa, & iustissimè nomen illi aptum esse dicit, [Dominus Deus exercituum.] Quoniam autẽ hæc natura, & vera sunt, [suscitat contritionẽ super robur, & inducit miseriã super munimẽtũ.] Discerpit, inquit, superbos, & iugum eius repellentibus cõtritiones infligit.

Gen. 1.

infligit. Quinetiã si quis forte ex stupore quodam mentis, putet se robustũ ac magnum esse, hunc miseria cumulat. Hoc modo dextre subostẽdit, quod si voluerint pigritari, & in vitiis apathiæ cuiusdam persistere, vt nihil plane vlla monitione cõmoueantur, imo verò etiã sibi placere, in extremam ærumnã delapsuros, manu omnium potentis tacti videlicet, ac de cætero iustè cõminuti. [Dominus enim superbis resistit,] inquit, & arrogantẽ, & inobediẽtem, & contumacem hostis loco ducit: [Respicit autem super humilem, & quietũ, & tremẽtem sermones eius.] Et bonum istuc, & vere imitatione dignũ apud eos, qui optimũ viuendi curriculum sibi proposuerunt.

Iacob. 4. — Esai. 66.

Odio habuerunt in portis corripientẽ, & sermonem sanctum abominati sunt.

XLVII. Rursum quam par est consecutionem sermo tenet. Postquam olim diuinus Propheta Deum omnipotentem, & robustissimum vocauit, addiditque, illum diuidere contritionem super robur, & miseriam super robur inducere, ideo & nunc, ne quis ipsum pauca delinquentibus æquo grauius minitari putet, scelera recenset, caussasque in medium affert, propter quas contritiones, & miseriam quibusdam immittat. Oderunt enim, inquit, emendatores: contempserunt corripientes, & ad Deo placendum dirigere solitos: omnem sermonem sanctum execrati sunt, hortantem, & incitantem ad omnem perfectionem, & sanctimoniam scilicet. *In portis*, intellige apertè, palàm & liberè. Videtur autem insolentiæ, & auersionis eorum in Prophetas, & legem nunc meminisse. Reprehendebant enim Prophetæ, accedentes palam: lex autem sermo sanctus erat, quoniam & Dei, & iustitiæ dispensator, & pædagogus ad iustitiam, quique natura ac verè Deum ostenderet. Quare & Paulus sanctam, & iustam, & bonam esse legem per Mosen latam affirmat. Itaque morborum fœdissimorum, affectionúmque in anima vitiosarum velut radix, & generatio est, repellere admonitiones, & odisse obiurgationes, viderique diuinam legem ne nosse quidem. Qui namque ad hoc improbitatis deuenit, planè naui similis est, gubernaculo, & nauclero carenti, quæ omni vento circumfertur, & prout impellitur, simpliciter & fortuito huc illuc accedit,

Rom. 7.

A ἐπιμερίζει συντριβάς. ἀλλὰ κἂν τις οἴεται τυχὸν δὲ ἀπὸ πληξίας ἰσχυρὸς εἶναι, καὶ μέγας, καὶ τούτῳ ταλαιπωρίαν ἐπάγει. τοῦτο δὲ ἦν ὑπεμφαίνοντος δεξιῶς, ὡς εἰ ἕλοιντο ῥαθυμεῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀπαθείας ἐγκλήμασι διαμένειν ἔτι, καὶ μέγα φρονεῖν ἐπί γε σφίσιν αὐτοῖς, εἰς ἐσχάτην πεσοῦνται ταλαιπωρίαν τῇ τοῦ πάντων κρατοῦντος χειρὶ λοιπὸν ὁσίως περιθραυόμενοι. κύριος γάρ, φησίν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, καὶ πολέμιον ἡγεῖται τὸν ἀ-B λαζόνα, καὶ ἀπειθῆ, καὶ δυσάγωγον· ἐπιβλέπει γε μὴν ἐπὶ τὸν ταπεινόν, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους αὐτοῦ. καὶ ἀγαθὸν τὸ χρῆμα, καὶ ἀξιοζήλωτον ἀληθῶς παρά γε τοῖς ἄριστα διαζῆν ἑλομένοις.

Ἐμίσησαν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα, καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξαντο.

Ἀντέχεται πάλιν τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἀκολουθίας ὁ λόγος. ἐπειδὴ γὰρ ὁ θεσπέσιος Προφήτης παντοκράτορα τε, καὶ παναλκῆ κατωνόμαζε τὸν Θεόν, προσετέθη δὲ ὅτι διαιρεῖ συντριμμὸν C ἐπὶ ἰσχύν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπὶ ὀχύρωμα ἐπάγει, ταύτητοι καὶ νῦν ἀναγκαίως, ἵνα μή τις οἴηται περιττῶς ἐπάγειν αὐτὸν τοῖς ὀλίγα πταίουσι τὰς ὀργάς, ἀπαριθμεῖται τὰ ἐγκλήματα, καὶ εἰς μέσον ἄγει τὰς αἰτίας, δι' ἃς συντρίμματα, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπιμερίζει τισίν. μεμισήκασι γάρ φησι τοὺς σωφρονιστάς, παρ' οὐδὲν πεποίηνται τοὺς ἐλέγχοντας, καὶ τοὺς ἐπανορθοῦν εἰωθότας εἰς τὸ ἀνδάνειν Θεῷ, βδελυρὸν ἡγήσαντο πάντα λόγον ὅσιον, τὸν D καλοῦντα δηλονότι, καὶ παραθήγοντα πρὸς ὁσιότητα, καὶ ἁγιασμόν. τὸ δὲ ἐν πύλαις νοήσεις, ἐναργῶς, καὶ ἀναφανδόν, καὶ ἐν παρρησίᾳ. ἔοικε δὲ τῆς εἰς Προφήτας καὶ νόμον ἀπονοίας αὐτῶν, καὶ ἀποστροφῆς διαμεμνῆσθαι νυνί. ἤλεγχον μὲν γὰρ οἱ Προφῆται, προσιόντες ἀκρυπτῶς. ὅσιος δὲ λόγος ὁ νόμος ἦν, ὅτι καὶ Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνης πρύτανις, καὶ παιδαγωγὸς εἰς δικαιοσύνην, καὶ τῇ φύσει τε, καὶ ἀληθῶς Θεοῦ δεικτικός. διὰ τοῦτο E καὶ Παῦλος, ἁγίαν, καὶ δικαίαν, καὶ ἀγαθὴν τὴν διὰ Μωσέως εἴρηκεν ἐντολήν. ἐκείνου νοσημάτων αἴσχιστον, καὶ τῶν ἐν ψυχαῖς παθῶν ῥίζα τις ὥσπερ, καὶ γένεσις τὸ ἀποσείεσθαι συμβουλάς, καὶ μισεῖν ἐλέγχους, καὶ δοκεῖν τὸν θεῖον μηδὲ εἰδέναι νόμον. ὁ γάρ τοι πρὸς τοῦτο φαυλότητος καθηκόμενος, νηί που πάντως ἔσται προσεοικώς, πηδαλίων ἐρήμῃ, καὶ οὐκ ἐχούσῃ τὸν ἐφεστηκότα, ἢ παντὶ πνεύματι περιφέρεται, καὶ πρὸς τὸ ὠθοῦν ἁπλῶς, καὶ ἀπερισκέπτως ἵεται. μονονουχὶ καὶ μεθύουσα, καὶ

κυμάτων ἀθεσίσματι φερόμενον λοιπόν. ἀλλ' ὅγε σοφὸς Δαβὶδ ἡμῖν μακαρίζει τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, λέγων· ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. ἀπορθοῖ γὰρ ὁ νόμος εἰς τὸ ἀρέσκον Θεῷ.

Διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατεκονδύλιζον πτωχὸν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτοῦ. οἴκους ξεστοὺς ᾠκοδομήσατε, καὶ οὐ μὴ κατοικήσητε ἐν αὐτοῖς. ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς ἐφυτεύσατε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν.

Ἀληθὲς, ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως τὸ ἀποχωρεῖν [?] τῶν ἀγαθῶν τὴν τῆς φαυλότητος ἔχει φύσιν, καὶ ἡ τοῦ χρηστοῦ τε, καὶ ὠφελεῖν πεφυκότος ἀποστροφὴ, τοῖς οὐχ ὧδε ἔχουσι περιπλαίειν ἡμᾶς ὡς ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ. ὥσπερ γὰρ τρόπον φωτὸς ἀπεληλαμένου, κατ' ἴχνος, εὐθὺς, καὶ κατὰ πόδας εἶσι τὸ σκότος· οὕτως ἀρετῆς ἀποφοιτήσεις ἑπομένην ἔχει τὴν τοῖς φαυλότητος εἰσδρομήν. ἐκεῖνοι, ἐπειδήπερ μεμισήκασι μὲν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα, κατεβδελύξαντο δὲ καὶ λόγον ὅσιον, εἰς πολυειδῆ κατώλισθον ἁμαρτίας, ἐτράποντο πρὸς πλεονεξίαν, καὶ τὴν ὅτι μάλιστα κατεστυγημένην Θεῷ καταδυναστείαν ἐπιτηδεύοντες, ἔτυπτον μὲν πυγμαῖς ταπεινὸν, καὶ ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, οἱ ἁδροί πως πάντως, καὶ τῶν ἄλλων ὑπερκείμενοι, δόξῃ τε, καὶ πλούτῳ. διήρπαζον δὲ δωρεὰς, ὀνόματι παρ' οὐκ ἀκόντων δεχόμενοι τὰ τῶν ὄντων αὐτοῖς τιμιώτερα. πλὴν ἀποφαίνει χρησίμως, ὅτι τοῖς τὰ τοιαῦτα δρᾶν εἰωθόσιν, ἀνόνητος ἡ πλεονεξία, καὶ τὸ αἰσχρῶν ἠθλᾶσθαι [?] λημμάτων, εἰς λύπας ἐκπλεύσεται [?], καὶ δίκην ἔχει τὸ πέρας. εἰ γὰρ μήτε οἴκων ἀπολαύουσι τῶν ὡς ἐν σπουδῇ, καὶ φιλοτίμως ἐξειργασμένων, εἰκῇ δὲ αὐτοῖς πονεῖται τὰ ἐν ἀγροῖς, οἴχεται δὲ πρὸς ἀδόκητον ἔκβασιν τῶν ἠγαπημένων ἡ μέθεξις, δι' ἃ γέγονεν ἡ πλεονεξία, καὶ τὸ φιλοχρήματον εἰσέδυ πάθος, πῶς οὐκ εἰκαῖος, καὶ ἀκερδὴς ἀναφανεῖταί που, ὁ ἐπί γε τῷ χρῆναι πλεονεκτεῖν τρόπος; σοφὸν οὖν ἐκεῖνο προσεννοεῖν, ὅτι καθώς φησιν ὁ παροιμιαστὴς, κρεῖσσον ὀλίγη λῆψις μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολλὰ γεννήματα μετ' ἀδικίας. εἰδωλολατρείαν δὲ καὶ ὁ Παῦλος τὴν πλεονεξίαν καλεῖ, καὶ μάλα εἰκότως, ἄθεος γὰρ τὸ χρῆμα λοιπὸν, καὶ ἐν ἴσῳ τέθειται τοῖς τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκόσιν, οἱ τὸν τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης νόμον πατοῦντες, ἣ καὶ τοῦ νόμου τὴν πλήρωσιν ἔχει. ὁ δὲ νόμον οὐκ εἰδὼς, ἀρνεῖται τὸν νομοθέτην. σωφρονεστέρους δὲ ἡμᾶς, καὶ ἀδόλου φιλοχρηματίας κρείττονας, καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπιτελεῖ, λέγων.

A quasi ebria, & fluctuum deinceps impetu huc illuc iactata. Verùm sapiens Dauid iustum illum beatum prædicat his verbis, [Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.] Lex enim ad beneplacitum Dei perficiendum dux, & magistra sua. *(Psal. 36.)*

Idcirco quia pugnis percutiebant mendicum, & dona electa suscepistis ab eo. Domos politas ædificastis, & non habitabitis in eis. Vineas desiderabiles plan- B *tastis, & non bibetis vinum earum.*

XLVIII. Verum est, prorsus & omnimodis tẽperare à bonis, vitiorum esse initium, & auersionem à commodo, & conducibili, in ea quæ talia non sunt, necessariò nos impellere. Quemadmodum enim fugata luce, illico, confestim, & è vestigio tenebræ existunt: ita vnde virtus recesserit, eò impietas se ingerens succedit. Quocirca simulátque [oderunt in portis corripientem, & abominati sunt sermonem sanctum,] in multifaria peccata inciderunt. Conuersi C sunt ad auaritiam, & Deo inprimis exosæ tyrannidi oppressionique incũbentes, pugnis percutiebant humilem, & colaphos impingebant in capita pauperum, homines perbeati, cæterisque gloria ac diuitiis præcellentes. Diripiebant porro dona, verbo à non inuitis ea capientes, quæ in facultatibus suis præstabiliora habebant. Veruntamen vtiliter monet, talia facere solitis nihil commodasse auaritiam, & à turpi quæstu expugnari, tandem afferre mœrorem, & fi- D nem esse supplicium. Si enim neque ædibus studiosè, & magnificè à se cõstructis fruuntur, & frustra exercent agros, & inexspectato exitu euanescit rerum charissimarum vsus, quorum causa plura appetebantur, & pecuniæ cumulandæ studebatur, quomodo in quibusdam opum amplius & amplius congerendarum consuetudo non vana, inutilisque videbitur? Sapienter itaque facit, qui secum illud cogitat quod est apud Par- E œmiasten, [Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate.] Auaritiam porrò & Paulus idololatriam vocat, idq. iure optimo. Est enim ἄθεον: & eodem numero sunt legem charitatis in fratres (quæ legis plenitudinem complectitur) conculcantes, quo qui Deum non cognoscunt. Iam qui legem non nouit, legem negat. Moderatiores autẽ, & studio pecuniæ supẽriores & ipse Christus nos facit, dicens, *(Prou. 16.)* *(Ephes. 5.)*

Matth.16. [Quid enim prodest homini,] & quæ sequuntur. [Thesauri enim impiis nihil proderunt, (vt scriptum est:) iustitia autem liberabit à morte.] Prou.10.

Quia cognoui multas impietates vestras, & fortia peccata vestra, conculcantes iustũ, accipientes cõmutationes, & pauperem in portis declinantes. Idcirco intelligens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.

XIX. Non propter leuia, neque qualiacunque crimina Deum pœnas à reis expetere, sed cum ad mediocria patienter conniuerit, effrænatè in nequitiam ruentes tandem aggredi, docere conatur. Priuatum enim iri domibus Samaritanos ait, atque etiam vineis, & omnibus, opinor, iucundis fœlicitatem continentibus: siquidem enormia, & neutiquam dissimulanda peccata ab aliis perpetrata fuerant. Opprimebant enim virum iustum siue plebeium, aut in rebus impiis defixi, de recto iustóque iudicio parum sibi curandum arbitrabantur. Est autem hoc opprimere quodam modo, & cupiditati suæ liberius obsequi, vt ex sacris legibus patet. Accipiebant enim, [& commutationes,] hoc est, retributiones, & mercedes pro iniquis iudiciis, & præterea [pauperes in portis declinabant.] Et quidnam hoc sibi vult? Aut enim illud dicit, eos moderationem suadentes, & liberè istuc consulentes ab se fugasse: aut de pauperibus perperam iudicare ausos, haud dissimulanter, nec vt qui pietatem vafrè comminiscuntur: sed velut qui in portis, hoc est, palàm, & in conspectu omnium, omni pudore deposito, nec diuinam legem quidquam reuerentes. Eo autem peruersitatis, & improbitatis tandem descenderunt, vt & ipsis sapientibus, & intelligentia valentibus consultius videretur, neque reprehendere posthac, neque corrigere impietatem sectari volentes, quod qui castigarentur, quasi aures iam non haberent, & canina impudentia insilirent in eos qui prodesse ipsis vellent; & pro inimicis ducerent optimorum consiliorum auctores. Conuitia enim iactabant in sanctos Prophetas, & in medium aliquando prodeuntes, cælestésque illis sermones apportantes, iniuriosius tractabant. Sedecias igitur à Deo sibi præcepta nuntiantem Hieremiam nunc vinciebat, nunc in lacum Hier.37.

τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, καὶ ἑξῆς. θησαυροὶ γὰρ ἀνόμους οὐκ ὠφελήσουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον· δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου.

Ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν, καταπατοῦντες δίκαιον, λαμβάνοντες ἀλλάγματα, καὶ πένητας ἐν πύλαις ἐκκλίνοντες. Διὰ τοῦτο ὁ συνιῶν ἐν καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, ὅτι πονηρός ἐστι.

Ὅτι μὴ ἐπὶ σμικροῖς, μήτε μὴν ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι τῶν πλημμελημάτων ἀμύνεται Θεὸς τοὺς προσκεκρουκότας, ἀνεξικακήσας δὲ μᾶλλον ἐπὶ μετρίοις πταίσμασι, τῆς ἀχαλίνου εἰς φαυλότητα ῥοπῆς λοιπὸν ἐπάγει τὴν κίνησιν, πειρᾶται διδάσκειν. ἀποστερήσεσθαι γὰρ οἴκων τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ φησί, καὶ μέντοι καὶ ἀμπελῶνος, καὶ παντός, οἶμαι, κατευφραίνοντος, καὶ συνέχοντος εἰς εὐημερίαν. ἐπείτοι δειναί, καὶ μεγάλαι, καὶ οὐκ ἔτι φορηταὶ γεγόνασι παρ᾽ αὐτῶν ἁμαρτίαι. κατεδυνάστευον γὰρ δίκαιον, ἢ ἄνδρα τυχόντα, ἤγουν βλέποντες εἰς ἀνοσιότητα, ὀλίγα φροντίζειν ἠξίουν ὀρθοῦ, καὶ δικαίου κρίματος. ἔστι δὲ τοῦτο καταδυναστεύειν τρόπον τινά, καὶ πλεονεκτεῖν ἀφυλάκτως, ὃ δοκοίη τῷ νόμῳ. ἐδέχοντο γὰρ καὶ ἀλλάγματα, τουτέστιν, ἀνθιδόσεις, καὶ ἀντιμισθίας τῶν ἀδίκων κριμάτων. καὶ πρός γε τούτοις ἐξέκλινον πένητας ἐν πύλαις. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἢ γὰρ ἐκεῖνό φησιν, ὅτι τοὺς τὰ μέτρια φρονεῖν ἀναπείθοντας, καὶ ἐν παρρησίᾳ περὶ τούτου συμβουλεύοντας ἐποιοῦντο φευκτούς· ἤγουν τὰ τῶν πενήτων κρίματα παρακρίνειν ἀπετόλμων οὐ λεληθότως πόθεν, οὐδὲ οἱονεὶ σοφιζόμενοι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ᾽ ὡς ἐν πύλαις, τουτέστιν, ἀναφανδόν, καὶ ἐν ὄψει πολλῶν, οὐδὲν ἔτι κατερυθριῶντες ὅλως, οὔτε μὴν αἰδῶ τινα τοῦ θείου ποιούμενοι νόμου. εἰς τοῦτο δὲ ἤδη φαυλότητός τε, καὶ πονηρίας καταβεβήκασι τὸν καιρόν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἄμεινον ὁρᾶσθαι τοῖς σοφοῖς, καὶ τοῖς συνιέναι δυναμένοις οἰκονομίαν παραδραμεῖν, ὃ μήτε ἐλέγχειν ἔτι, μήτε μὴν ἐπανορθοῦν τοὺς δυσσεβεῖν ἑλομένους, διὰ τὸ τοὺς οὐκ ἔχειν ὦτα προσπεποιηκέναι λοιπὸν τοὺς ἐλεγχομένους, καὶ κυνηδὸν ἐπιθρώσκειν τοῖς ἐθέλουσιν ὠφελεῖν, καὶ ἐν ἐχθρῶν ποιεῖσθαι μοίρᾳ τοὺς τῶν καλλίστων εἰσηγητάς. ἐπετίμων γὰρ τοῖς ἁγίοις Προφήταις, καὶ πραγμάτων αὐτοὺς πειρᾶσθαι παρεσκεύαζον εἰς μέσον ἰόντας ἔσθ᾽ ὅτε, καὶ τοὺς ἄνωθεν αὐτοῖς διακομίζοντας λόγους. καὶ γοῦν Σεδεκίας ἀπαγγέλλοντα τὰ παρὰ Θεοῦ τὸν Προφήτην Ἱερεμίαν ποτὲ μὲν ἔδησε, ποτὲ δὲ καὶ εἰς λάκ-

κον καθῆκε, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ τέλμασιν ἀποπνίγειν ἤθελεν. οὐκοῦν ἐπὶ μικροῖς ἔτι πλημμελήμασι μετάνοιαν ἀναγκαῖον, καὶ μὴ ταῖς τῶν μειζόνων ἐπαγωγαῖς μονονουχὶ καὶ ἄκοντα παροτρύνειν Θεόν. εἰ γὰρ ἰσχυραὶ γένοιντο, καὶ πολλαὶ λίαν αἱ ἁμαρτίαι, τότε δὴ πάντως ἀνταποδώσει, καὶ τὰς τῆς ἀγανακτήσεως ἐποίσει φλόγας. ἰσχυρὰς δὲ εἶναι φαμὲν τὰς ἁμαρτίας, τάς δεινάς τε, καὶ ἀφορήτους, ὅτι μὴ πᾶσα ἁμαρτία πρὸς θάνατον, κατὰ γε τὴν σοφωτάτην τοῦ Ἰωάννου φωνήν.

Ἐκζητήσατε τὸ καλὸν, καὶ μὴ τὸ πονηρὸν, ὅπως ζήσητε, καὶ ἔσται οὕτως μεθ' ὑμῶν κύριος. οὕτως εἶπεν κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὃν τρόπον εἴπατε. μεμισήκαμεν τὰ πονηρὰ, καὶ ἠγαπήσαμεν τὰ καλὰ, καὶ ἀποκαταστήσεται ἐν πύλαις κρίμα, ὅπως ἐλεήσῃ κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τοὺς περιλοίπους Ἰωσήφ.

Ἔφην ἤδη πλειστάκις, ὡς οὐ μία γέγονεν αἰχμαλωσία, διάφοροι δὲ, καὶ κατὰ καιροὺς, καὶ ἀνὰ μέρος. Φουλὰ μὲν γὰρ ὁ Ἀσσύριος ἐλθὼν, ἐν τῇ Σαμαρείᾳ τὰς δύο φυλὰς, τὰς πέραν τοῦ Ἰορδάνου, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς πόλεις ἀνασπάσας ᾤχετο. μετὰ τοῦτον ὁ Σαλμανασὰρ οὐ πᾶσαν μὲν ἑλὼν τὴν Σαμάρειαν, ἀλλά τι μέρος εἰς τὴν ἑαυτοῦ σὺν τοῖς ἁλοῦσιν ἀνεκομίζετο. ἐποίει δὲ τοῦτο Θεὸς οἰκονομικῶς, πόνῳ, καὶ μάστιγι παιδεύων ἐκκεκλικότα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ μεταστιθεὶς ἐπί γε τὸ δεῖν τὰ ἀμείνω, καὶ ἀπρεπῶς δέ, καὶ πρεπωδέστατα φρονεῖν τε, καὶ δρᾶν. συμβέβηκε τοίνυν τοὺς ἐκ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων πολέμων διαφυγεῖν ἰσχύσαντας, γνωσιμαχοῦντας ἤδη πως, ἐφ' οἷς ἠπάτηνται μετανοεῖν, εἰδέναι τε, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι πολλὰ, καὶ δύσοιστα πεπλημμεληκόσιν ἐπενήνεκται λοιπὸν τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, εἶτα τῶν ἰδίων ἐθῶν μονονουχὶ κατεπαγγέλλεσθαι Θεῷ τὴν ἐπανόρθωσιν, λέγοντας, μεμισήκαμεν τὰ πονηρὰ, καὶ ἠγαπήσαμεν τὰ καλά. οὐκοῦν ὃν τρόπον εἰρήκατε, φησὶ, ζητήσατε τὸ καλὸν, καὶ μὴ τὸ πονηρὸν, ἵνα καὶ τὸ εὖ εἶναι κερδάνητε ζῶντές τε, καὶ σωζόμενοι, καὶ μεθ' ὑμῶν γένοιτο κύριος ὁ Θεὸς, ὁ πάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν. ἀποκαταστήσατε καὶ ἐν πύλαις κρίμα, τουτέστιν, ὀρθοὶ γίνεσθε κριταί· μὴ ψῆφον ἄδικον καταγράφοντες τῶν ἀσθενεστέρων· μὴ τὴν τοῦ δικαίου παρασημαίνοντες δύναμιν· μήτε μὴν κονδυλίζοντες εἰς κεφαλὰς πτωχῶν· μήτε ὁδὸν ταπεινῶν ἐκκλίνοντες, ἵνα λοιπὸν κατελεήσῃ Θεὸς τοὺς ἐκ τῶν ἤδη συμβεβηκυιῶν αἰχμαλωσιῶν περιλειφθέντας ἐξ Ἰωσήφ.

mittebat, luto ibi demersum extinguere volens. Itaque super paruis etiam delictis velimus nolimus agenda pœnitentia, ne maioribus consciscendis Deum quasi inuitum, ac reluctantem irritemus. Si enim fortia, multaque valde peccata fuerint, tum planè pretium nobis persoluet, & indignationis flammam inferet. *Fortia* autem peccata censemus esse grandia, & intolerabilia: non enim omne peccatum est ad mortem, iuxta sapientissimam Ioannis vocem.

1 Ioan. 5.

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis, & erit sic vobiscum Dominus. Sic dixit Dominus omnipotens, sicut dixistis. Odio habuimus mala, & dileximus bona, & restituetur in portis iudicium, vt misereatur Dominus Deus omnipotens reliquiarum Ioseph.

LXXXV. Ipsum perspicuè interpretatur, quod dixit. Quod si quis maluerit esse causam, & historicam narrationem, fatebitur rursum, illum disertè reditum captiuis, & possessionem patriæ telluris promittere: ædificatisque vrbibus, & domibus, & in posterum in fœlici rerum statu collocatis, opes ruris collecturos, & operi rustico cum hilaritate & gaudio incubituros, vt in iucundissimis comportationibus laborandi finem nullum faciant, cum in area excussæ fruges simul vindemiam sint allaturæ, & vindemia vsque ad tempus sationis duratura, quò à torculari, & falce, & vuis colonus ad campos aratro inuertendos transeat, & areæ puluere deterso, de torculari sit sollicitus. Quod si quiddam subtilius, & spiritualius propositorum considerationi adiicere voluerimus, decenter, & meritò illud cogitabimus.

Postquam Christus, vt dixi, in vitam est reuersus, instaurauit Pater tabernaculum Dauid; & reædificauit quæ ceciderant, omnes mortales, gentiles & Iudæi multam, & exuberantem bonorum copiam adepti sunt. Vnus enim idémque Deus & circumcisionem ex fide, & præputium per fidem iustificauit. Per terrestres itaque fructus spiritualium fructuum in

τοῦ Δαβίδ, κληθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἔσται τὸ ἐμὸν ὄνομα. καὶ ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως εἰς πέρας ἐκβήσεται τὸ προηγγελμένον, πεπληροφόρηκε, προσθείς. λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. εἰ γὰρ ἐστι κύριος ὁ Θεὸς ἀληθῶς, πάντως ποιήσει καὶ ταῦτα, πρὸς οὐδὲν ἀσθενῶν· ποιεῖ γὰρ μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ καταλήψεται ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν, καὶ περκάσει ἡ σταφυλὴ ἐν τῷ σπόρῳ, καὶ ἀποσταλάξει τὰ ὄρη γλυκασμὸν, καὶ πάντες οἱ βουνοὶ σύμφυτοι ἔσονται. καὶ ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου Ἰσραὴλ, καὶ οἰκοδομήσουσι πόλεις τὰς ἠφανισμένας, καὶ κατοικήσουσι, καὶ φυτεύσουσι ἀμπελῶνας, καὶ πίονται τὸν οἶνον αὐτῶν, καὶ ποιήσουσι κήπους, καὶ φάγονται καρπὸν αὐτῶν. καὶ καταφυτεύσω αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν, καὶ οὐ μὴ ἐκσπασθῶσιν οὐκ ἔτι ἀπὸ τῆς γῆς αὐτῶν, ἧς ἔδωκα αὐτοῖς, λέγει κύριος παντοκράτωρ ὁ Θεός.

Αὐτὸ δὴ σαφῶς ἡρμήνευσεν, ὅπερ ἔφη. καὶ εἰ μέν τις ἕλοιτο παχεῖαν, καὶ ἱστορικὴν ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν, ἐρεῖ δὴ πάλιν ἐκεῖνο, ὡς ἐπήγγελται σαφῶς τοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπομεμενηκόσι τὴν ἐπάνοδον, καὶ ὅτι τὴν ἑαυτῶν καθέξουσι γῆν, πόλεις τε, καὶ οἴκους ἀναδειμάμενοι, καὶ ἐν καλῷ τῆς εὐημερίας λοιπὸν γεγονότες, τὰ ἐξ ἀγρῶν συλλέξουσιν ἀγαθὰ, καὶ τῷ γεωπονεῖν ἐγκαρτερήσουσι μετ' εὐφροσύνης, καὶ χαρᾶς, ὡς ἀδιάλειπτον αὐτοῖς τὸν ἐπί γε ταῖς ἡδίσταις συγκομιδαῖς γενέσθαι πόνον, τῶν ἐξ ἅλωνος ἀγαθῶν συγκομιζόντων αὐτοῖς τὸν τρυγητὸν, παρατείνοντος δὲ αὖ καὶ τοῦ τρυγητοῦ εἰς τὸν τοῦ σπόρου καιρὸν, ὡς ἐκ ληνοῦ, καὶ δρεπάνης, καὶ βοτρύων αὐτῶν μεταφοιτᾶν τὸν γεωπόνον ἐπὶ τὰ τῶν πεδίων ἀρόσιμα, καὶ τῆς ἅλω τὴν κόνιν ἀπονιψάμενον, τῶν ἐπὶ ληνοῖς ἔχεσθαι φροντισμάτων. εἰ δὲ δὴ λεπτότερον, καὶ πνευματικώτερον τῇ τῶν προκειμένων θεωρίᾳ προσβαλεῖν ἐθέλοιμεν; πρέποι αὖ εἰκότως ἐκεῖνο νοεῖν.

Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, ἀνεβίω Χριστὸς, ἤγειρεν ὁ πατὴρ τὴν σκηνὴν τοῦ Δαβίδ, καὶ ἀνῳκοδόμησεν αὐτοῖς τὰ κατεσκαμμένα, πολλὴ καὶ ἀμφιλαφὴς τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν ἡ μέθεξις ἐπὶ πάντας γέγονεν ἀνθρώπους Ἕλληνάς τε, καὶ Ἰουδαίους. Εἷς γὰρ ὁ Θεὸς, ὃς δεδικαίωκε περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ πίστεως. πλείστη δὴ οὖν τῶν πνευματικῶν καρπῶν ταῖς

πεπιστευκόσιν ἡ χορηγία, ἡ διὰ τῶν ἐπιγείων καρπῶν εὖ μάλα κατασημαίνεται. πλῆθος γὰρ ἔσται σίτου, φησὶ, καὶ οἴνου. προσδεξόμεθα δὲ νοοῦ τὸν μὲν σῖτον εἰς ἰσχὺν δηλονότι τὴν πνευματικήν. γέγραπται γάρ, καὶ ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου, νοητὸς δέ που πάντως, καὶ θεῖος ἄνωθεν· τὸν δέ γε οἶνον εἰς εὐφροσύνην, ἔφη γὰρ πάλιν, οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. χαίρομεν δὲ τῇ ἐλπίδι κατὰ τὴν Παύλου φωνήν. στάζει δὲ καὶ τὰ ὄρη γλυκασμόν. ὄρη μὲν οὖν, ὡς ἔοικεν, ἐνθάδε φησὶ τὰς ἐκκλησίας Χριστοῦ, διά τοι τὸ ἐπηρμένον τῶν ἐν αὐταῖς δογμάτων, καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας τὸ ὑπερφυές, καὶ ὅτι τὰ μὲν ὄρη διαφόροις κομῶντα φαίνονται φυτοῖς, αἱ δὲ ἐκκλησίαι Χριστοῦ μυρίας τι ὅσας ἁγίων ἔχουσι κεφαλὰς, κέδροις τε, καὶ ξύλοις ἐν ἴσῳ τοῖς εὐμηκεστάτοις, αἳ τοῖς τῶν νοητῶν ὑδάτων παρίδρυνται διεξόδοις. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς εὐδενδροτάτοις τῶν ὀρῶν πλήθη μελιττῶν πετόμενα, τὸ γλυκὺ, καὶ τίμιον ἐργάζονται μέλι· οὕτω πάλιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις οἱ τῶν ἄλλων περιφανέστεροι, καὶ ἁδρότεροι πρὸς ἀρετὴν, καὶ συνέσει τῆς ἐπὶ Χριστῷ διδασκαλίας, τὸ γλυκὺ συλλέγοντες μέλι, μονονουχὶ καταστάζουσι καὶ ταῖς ἑτέρων καρδίαις αὐτό. ἀποσταλάζει δὴ οὖν τὰ ὄρη γλυκασμὸν κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον. ἔσεσθαι δὲ συμφύτους ἔφη καὶ τοὺς βουνούς· βουνοὶ δέ εἰσιν οἱ δεύτεροί τε, καὶ τὸ μεῖον ἔχοντες εἰς ἀρετὴν παρὰ τοὺς ἄγαν ἐν τούτῳ διαφανεστέρους. μέτρα γὰρ ἁγιασμοῦ, καὶ δικαιοσύνης ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ὡς ὁ Παῦλός φησι, κατὰ τὴν ἑκάστῳ δοθεῖσαν χάριν παρὰ τοῦ τὰ τοιάδε διανέμοντος Θεοῦ. σύμφυτοι δὴ οὖν ἔσονται καὶ οὗτοί φησι, τουτέστιν, εὐθαλεῖς τε, καὶ εὔκαρποι, καὶ τῇ τῶν θείων δογμάτων ὀρθότητι βαθὺ κομῶντα φοροῦντες τὸν νοῦν. ὅτι δὲ καὶ ἐπέστρεψεν ἡμῶν τὴν αἰχμαλωσίαν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ἐκήρυξε γὰρ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἐξείλετο τὴν ὑπ' οὐρανόν. τότε δὴ καὶ ἐν ἴσῳ γηπόνοις τῆς κατὰ νοῦν εὐκαρπίας γεγόναμεν ἐπιμεληταὶ, κατεφυτεύσαμεν κήπους, καὶ ἀμπελῶνας, καὶ φαγόμεθα τὸν καρπὸν αὐτῶν. ἀποληψόμεθα γὰρ τὰς τῶν πόνων ἀντιμισθίας. ἀποτρυγήσομεν δὲ καὶ τοὺς τῆς ἐπιεικείας καρπούς. ὅτι δὲ ἀσάλευτον ἕξομεν τὴν παρὰ Θεῷ μονὴν, καὶ τῶν ἅπαξ δοθησο-

A eos qui crediderint erogatio liberalissima appositissimè significatur. Magnus, inquit, frumenti atque vini numerus proueniet. Ac in præsens quidem frumentum ad robur, & spirituale robur accipiemus. Scriptum est enim, [Et panis cor hominis confirmans,] ille vtique panis, quem mens intuetur, diuinus, & de cælo descendens: num autem lætitiam, ait enim, [Vinum cor hominis lætificat.] Gaudemus autem spe, iuxta vocem Pauli.

Psal. 103. — Eccles. 40. — Rom. 12.

B [Stillant etiam montes dulcedinem.] Montes, vt verisimile est, hoc loco Ecclesias Christi appellat, propter sublimitatem eius dogmatum, & pietatis in Deum summam excellentiam: & quoniam montes diuersis stirpibus comantes sunt, Ecclesiæ verò Christi multa sanctorum capitum millia continent, tanquam cedros, & arbores procerissimas, plantatas secus decursus aquarum sub intelligentiam cadentium. Porrò quemadmodum in montibus arboribus optimè consitis apum examina circumuolitantia

Psal. 1.

C dulce & carum mel conficiunt; ita similiter in Ecclesiis reliquis insigniores, virtutéque, & intelligentia doctrinæ in Christo ditiores, dulce mel colligentes, illud aliorum quoque cordibus quodammodo instillant. Ad istum ergo modum, vt ego ratiocinor, montes dulcedinem distillant. Atqui & colles consitos fore ait. Colles sunt, qui secundas tenent, & virtutis laude præstantissimis concedunt.

D In Ecclesiis enim sanctimoniæ, & iustitiæ mensuræ ac modi inueniuntur, & vt Paulus ait, secundùm datam vnicuique gratiam à Deo ista distribuente. Consiti ergo erunt etiam colles, inquit, hoc est, benè virentes, & bonis referti fructibus, diuinorúmque dogmatum sinceritate densius frondentem gestantes animum. Conuertisse autem captiuitatem nostram vniuersorum Deum, nemo iure dubitauerit.

Ephes. 4.

E [Prædicauit enim captis indulgentiam] Christus, & mundum è diaboli potestate exemit. Tunc nimirum instar agricolarum spirituali fructuum abundantiæ operam dedimus, hortos, & vineas plantauimus. Et comedemus fructum eorum: laborum quippe remunerationem auferemus, & bonitatis fructus demetemus. Fixam autem, & stabilem nos mansionem apud Deum habituros, & data semel

Esai. 61.

ab ipſo hæreditate neminem eius compotes eiectūrum, declarat, dicens. [Plantabo eos in terra eorum quam dedi eis, dicit Dominus Deus.] Dona enim quorum pœnitere non poteſt, ſunt Eccleſia Dei. Et in ſtabilitate omnis boni, ducem, & principem panegyricæ noſtræ celebritatis Chriſtum ipſum habentes, collocabimur.

A μόνων παρ' αὐτοῦ κλήρων, καὶ οὐδεὶς ἂν ἐκπέμψειε τοὺς ἐν αὐτοῖς γεγονότας, σαφηνίζει λέγων. καταφυτεύσω αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῆς, ἧς ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγει κύριος ὁ Θεός. ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐν βεβαίῳ κεισόμεθα παντὸς ἀγαθοῦ, καθηγητὴν, καὶ πανηγυριάρχην αὐτὸν ἔχοντες τὸν Χριστόν.

IN AMOS COMMENTARII FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙΣ τὸν Προφήτην Ἀβδίου.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN ABDIAM PROPHETAM COMMENTARIVS.

PRÆFATIO.

ΑΒΔΙΟΥ δὴ πάλιν προφητεύειν μὲν ἔοικεν ἐν καιροῖς, καθ' οὓς Ἰωήλ, μονονουχὶ δὲ διέλαχε πρὸς αὐτὸν τὴν ὅρασιν, καὶ μερίζεται τὸ διήγημα. ὁ μὲν γὰρ Ἰωὴλ ἐπ' αὐτοῖς ἤδη τέρμασι τῆς ἑαυτοῦ προφητείας, Αἴγυπτος, φησίν, εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, καὶ Ἰδουμαία εἰς πεδίον ἀφανισμοῦ ἐξ ἀδικιῶν υἱῶν Ἰούδα, ἀνθ' ὧν ἐξέχεαν αἷμα δίκαιον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. ὁ δὲ τῆς Ἰδουμαίας τὸν ἀφανισμὸν τίνα τε τρόπον, καὶ ὅπως ἔσται κατὰ καιρούς, ἀφηγεῖται λεπτῶς. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐντευξομένοις τῇ τοῦ βιβλίου συγγραφῇ λυσιτελὲς τὸ ἀναμαθεῖν, ἀκριβῶς καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τίς μέν ἐστιν ἡ Ἰδουμαία, τί δὲ τὸ συμβὰν αὐτῇ, καὶ τοῦ δὴ χάριν ταῖς ἐκ θείας ὀργῆς περιενήνεκται συμφοραῖς, φέρε λέγωμεν, ὡς ἔνι τὰ τοιάδε σαφῶς τοῖς φιλομαθέσι καταλεπτύνοντες. ἐπειδὴ γὰρ Ἐδὼμ ὠνόμασται, τουτέστι, γήϊνος διά τοι τὸ ἀποδόσθαι τὰ πρωτοτόκια, καὶ ἀλογῆσαι μὲν τῆς ἐντεῦθεν ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς, βρώσεως δὲ μιᾶς, καὶ ταύτης εὐτελεστάτης ἀν-

ABDIAM deinceps eodem sæculo, quo & Ioelem vaticinatum sit probabile, qui etiam propemodum eandem cum ipso visionem sortitur, & in expositione communicat. Ioel siquidem in extremo prophetiæ suæ, [Ægyptus, inquit, in perditionem erit, & Idumæa in campum desolationis, ex iniquitatibus filiorum Iuda, pro eo quod effuderunt sanguinem iustum in terra sua.] Hic autem Idumææ desolationem, qua via, & quo modo suo tempore euentura sit, accuratè commemorat. Quia verò lectoribus proderit diligenter & ante alia recognoscere, quænam sit Idumæa, & quid ei contigerit, & quam ob causam à Deo irato diris casibus subiecta fuerit, age, hæc omnia perspicuè, subtilitérque discendi studiosis, quantum in nobis erit, exponamus. Idumæi itaque vocantur, & sunt Esau posteri. Quoniam enim Edom nominatus est, hoc est, terrenus (quia scilicet primogenita vendidit, & honorẽ qui inde ipsi debebatur cõtempsit, & escam sibi vnam, eamque vilissimam appon-

I.

a Ioel. 3.

Gen. 25.

maluit) hac de causa item ex eo propagatos Idumæos nuncuparunt. Vocatur præterea Idumæorum regio Seir, & Thæman: Seïr quidem, quod indigenæ, vt fertur, hirsuti essent, qualis & Esau fuit: pilis enim vndique coopertus erat, Seïr autem pilorum emissio, siue pilosus, Latinè redditur. Erat etiam mons in regione Seïr nomine. Thæman insuper vocatur, quod ad Austrum maximè spectet. Auster porrò Hebræis est Thæman. Putant nonnulli Thæman alia quoque de causa dictam esse. Aiunt enim filium Esau olim fuisse Eliphaz. Ex hoc natum Thæman, à quo regioni nomen inditum. Hæc de Idumæa & incolis eius dicta sufficiant. Perierunt autem talem ob causam. Obsessa Hierosolyma à Nabuchodonosor, & in extremam delapsa miseriam (occumbebant etenim innumeri, gentium gladiis confecti) vix aliqui salutem retinuerunt, qui in gentium vicinarum regiones se contulerunt. Plurimi porrò Israelitarum in Idumæam ipsis finitimam descendebant, & vt fratribus compassuros, sanguinéque coniunctorum memores fore, & afflictis opem impēsuros arbitrabantur. Ast illi, cum tanquam fratrum misereri debuissent, ne in prouinciam quidem eos admittebant, & latronum more exitus ac fines Idumeæ circumcursantes, territósque, & consternatos raptantes occidebant, immanitatéque sua ipsam Babyloniorum feritatem superabant. Perditos enim inuadebant, vt dixi, irridebant & clades consanguineorum panegyricæ cuiusdam lætitiæ occasionem faciebant. Iudæi igitur in Persidem, & Mediam tunc captiui abierunt. Vbi autem Deus elapsis iam septuaginta hebdomadibus misertus est, in Iudæam redierunt, vrbémque ipsam reædificare, & templum eius de integro excitare studuerunt. At enim Idumæi iterum, licet fratres, & vicini, inuidia stimulati istiusmodi cœpta disturbare, atque impedire volebant, eiusdem animi barbaros vicinos sibi asciscentes. Quin etiam manus conseruerunt. In valle autem Iosaphat, Deo pro Israelitis propugnante occubuerunt ac perierunt. Postquam verò atrocius quàm alienigenæ Israelitas Idumæi vexarunt, ipsi eorum regionem incursantes, incolas occiderunt, & caua petrarum, & speluncas, & recessus terræ siue latibula peruestigantes, quotquot inuentos, neci dederunt.

Gen. 25.

A θελέαις περιάπτεσιν. ταύτητοι καὶ Ἰδουμαίους ὠνόμαζον τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας. καλεῖται δὲ τῶν Ἰδουμαίων ἡ χώρα καὶ Σηῒρ καὶ Θαιμάν. καὶ Σηῒρ μὲν διὰ τὸ λέγεσθαι δασεῖς τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν, δασὺς δὲ καὶ Ἡσαῦ, τετρίχωτο γάρ. Σηῒρ δὲ τριχώσεις, ἤτοι τετριχωτὸς ἑρμηνεύεται. ἦν δὲ καὶ ὄρος ἐν τῇ χώρᾳ Σηῒρ. Θαιμὰν δὲ δὴ πάλιν διὰ τὸ εἶναι νοτιωτάτην. νότος δὲ ὁ Θαιμὰν κατὰ Ἑβραίων φωνήν. δοκεῖ δέ τισιν εἰρῆσθαι Θαιμὰν καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν. φασὶ γὰρ ὅτι γέγονεν υἱὸς τοῦ Ἡσαῦ κατὰ παλαιοὺς

B Ἐλιφάζ, ἐκ δὲ τοῦ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμάν, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Θαιμάν. ἀπόχρη μὲν ταῦτα περὶ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ. ἀπολώλασι δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. πολιορκουμένης γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἡκούσης κακοῖς (ἔπιπτον γὰρ ἀναρίθμητοι ταῖς τῶν ἐθνῶν δαπανώμενοι ξίφεσι) μόλις τινὲς ἀνεσώζοντο, καὶ εἰς τὰς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν χώρας ἀπεκομίζοντο. κατέβαινον δὲ οἱ πλεῖστοι μάλιστα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εἰς τὴν

C Ἰδουμαίαν, ὅμορον οὖσαν αὐτοῖς, ᾤοντό τε ὅτι καὶ συναλγήσουσιν ὡς ἀδελφοῖς, καὶ τῆς ἐξ αἵματος ἀγχιστείας διαμεμνήσονται καὶ ἀθλίως πεπραγόσι χαριοῦνται τὰς ἐπικουρίας. οἱ δὲ καίτοι κατοικτείρειν δέον ὡς ἀδελφούς, ἀπεδέχοντο μὲν οὐκ εἰς τὴν ἑαυτῶν, ἀπέσφαττον δέ, τὰς τῆς Ἰδουμαίας ἐκβολὰς λῃστρικῶς περιθέοντες ἔσω, τεθορυβημένους τε καὶ καταπεπληγότας ἁρπάζοντες. ἦσαν δὲ οὕτως ἀπάνθρωποι ὡς καὶ αὐτὴν ὑπερβάλλεσθαι τὴν Βαβυλωνίων τὴν ἀγριότητα. ἐπῄεσαν γὰρ ὡς ἔφην

D ἀπολλυμένοις, ἐπιτωθάζοντες καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴν τὰς τῶν ὁμαιμόνων ποιούμενοι συμφοράς. ἀπῴχοντο μὲν οὖν εἰς τὴν Περσῶν τε, καὶ Μήδων Ἰουδαῖοι τὸ τηνικάδε. ἐπειδὴ δὲ πεπερασμένων ἤδη τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν κατηλέει Θεός, (ἀνεκομίζοντο γὰρ εἰς τὴν Ἰουδαίαν) σπουδὴν ἐποιοῦντο, τήν τε πόλιν αὐτὴν ἀναδείμασθαι, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ πάλιν ἀνεγεῖραι ναόν. ἀλλ' Ἰδουμαῖοι πάλιν οἱ ἀδελφοί, καὶ γείτονες καταδακνόμενοι τῷ φθόνῳ, καὶ τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων ἀπείργειν ἤθελον, συναγείροντες

E τοὺς ὁμόφρονας, καὶ περιοικοῦντας βαρβάρους, καὶ δὴ καὶ εἰς μάχην ἥεσαν. πεπτώκασι δὲ καὶ ἀπολώλασιν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ Θεοῦ ὑπερασπίζοντος τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀλλοφύλων φορτικώτεροι γεγόνασιν Ἰδουμαῖοι, κατέδραμον αὐτῶν τὴν χώραν οἱ ἐξ Ἰσραήλ, καὶ ἀπέκτειναν μὲν τοὺς ἐν αὐτῇ, τρώγλας δὲ πετρῶν, καὶ σπηλαίων, καὶ γῆς καταδύσεις διερευνώμενοι τοὺς εὑρισκομένους ἀπέσφαττον.

A

ΚΕΦΑΛ. ΜΟΝΟΜΕΡΕΣ.

Ὅρασις Ἀβδίου. Τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς τῇ Ἰδουμαίᾳ. ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ κυρίου, καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλεν. ἀνάστητε, καὶ ἐξαναστῶμεν ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον.

ΟΛΟΝ ἡμῖν τῆς αὐτοῦ προφητείας ἐν τούτοις, ἤγουν τῆς ὁράσεως διερμηνεύει τὸν σκοπὸν, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει διαγορεύει. ὅτι γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐπιστρατεύσουσι κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἡ ὅρασις αὕτη, πειρᾶται πληροφορεῖν. ἐμπεδοῖ γὰρ πρὸς πίστιν τοὺς ἀκροωμένους. καὶ ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως συμβήσεται τὸ λεγόμενον, ἀναπείθειν πειρᾶται, λέγων· ὡς ἥκιστα μὲν αὐτοῦ, Θεοῦ δὲ μᾶλλον εἶεν οἱ λόγοι. ἔφη τοίνυν ἀκοὴν ἀκοῦσαι παρὰ Θεοῦ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας. καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν εὐθὺς αὐτὸς διεσάφησεν, προσθείς. ὅτι περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλεν. ἔθνη δὲ ποῖα τὰ τῆς Ἰδουμαίας. κατ' αὐτῆς γὰρ ἀπεστάλθαι φησὶ τὴν περιοχὴν, ἤτοι πολιορκίαν, ἤγουν τὸν συγκλεισμὸν, τοῦ θείου κρίματος συνωθοῦντος ἀναγκαίως εἰς τὸ παθεῖν τὴν ἐρήμωσιν. ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. τοῖς γὰρ ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ τῆς Ἰδουμαίας προστέταχε ποιεῖσθαι τὴν περιοχὴν, ἤτοι τὴν πολιορκίαν. προστέταχε δὲ οὐχὶ πάντη ἐναργῶς. ἀλλ' οἷα διεγείρας ὡς Θεὸς, καὶ καταθήγων ἐπ' αὐτοὺς, ἃ καὶ τοῖς θείοις ἀναπεπεισμένα νεύμασι προτρέπειν ἀλλήλοις μονονουχὶ διακεκραγότα φησὶν, ἀνάστητε καὶ ἐξαναστῶμεν ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον. συνδιαβεβλήκασι γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καταδηοῦσι τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν.

Ἰδοὺ ὀλιγοστὸν δέδωκά σε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἠτιμωμένος εἶ σὺ σφόδρα, ὑπερηφανία τῆς καρδίας σου ἐπῆρέ σε κατασκηνοῦντα ἐν ταῖς ὀπαῖς τῶν πετρῶν, ὑψοῦντα κατοικίαν σου, λέγοντα ἐν καρδίᾳ σου, τίς κατάξει με ἐπὶ τὴν γῆν; ἐὰν μετεωρισθῇς ὡς ἀετὸς καὶ ἐὰν ἀναμέσον τῶν ἄστρων θῇς νοσσιάν σου, ἐκεῖθεν κατάξω σε, λέγει κύριος.

Ὀλιγοστὸν αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι τεθεῖσθαι φησὶ καὶ ἠτιμωμένον διὰ τὸ παντελῶς εὐαριθμήτους γενέσθαι εἰ πρὸς τὴν τῶν ἐπιόντων πληθὺν συγκρίνοιντο. πλεῖστοι γὰρ, ὡς ἔφην, οἱ κατ' αὐτῆς τεθηγμένοι. ἢ ὀλιγοστοὺς γενέσθαι φησὶν, ὡς δαπανήσαντος τοῦ πολέμου, καὶ εἰς ὀλίγον περιστήσαντος τὸ γένος αὐτοῖς. ἐκ πολλῆς δὲ ἄγαν ἀβελτηρίας διακένοις κεχρῆσθαι φυσήμασιν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ἐμφανίζει

CAPVT VNICVM.

Visio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus Idumææ. Auditũ audiui à Domino, & munitionẽ in gentes misit: surgite, & consurgamus cõtra eam in prælium.

II. HISCE verbis totum prophetiæ, siue visionis suæ scopum & consilium nobis explanat, & quorsum spe-B ctet declarat. Nititur enim nobis fidem facere, hanc visionẽ esse de iis, qui Idumæam hostiliter aggressuri sint. Corroborat quippe audientes ad fidẽ, & quod loquitur, omnibus modis re ipsa euenturũ vult persuadere, dum ait, minimè sua, sed Dei potius esse verba. Dicit igitur, auditum se audisse à Deo aduersum Idumæam. Et rursum, quæ auditio intelligẽda sit, confestim ipse exponit, addendo, obsidionem in gentes misisse. Gentes, qualescũque per Idumæã accipe. Contra has enim munitionem, obsi-C dionẽ, siue conclusionẽ misisse affirmat, diuino iudicio eas ad vastitatẽ ac solitudinem necessariò patiendam cõpellente. Aut alio item modo. Gentibus in circuitu Idumææ munitionẽ, siue obsidionem imperauit. Imperauit autem non prorsus manifestè: sed velut exsuscitãs, vt Deus, & acuens in Idumæos; quas & diuino nutu ac voluntate persuasas, tantantum non vicissim se impellendo clamasse dicit; surgite, & consurgamus ad-D uersus ipsam in prælium. Simul enim cum Israelitis Idumæam ferro ignique vastantibus vicinæ illis gentes irruerũt.

Ecce paruulum dedi te in gentibus, inhonoratus tu es valde. Superbia cordis tui eleuauit te, habitantem in foraminibus petrarũ, exaltãtem habitaculũ tuũ, dicẽtem in corde tuo, Quis me deducet in terram? Si exaltatus fueris sicut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde deducam te, dicit Dominus.

III. E Paruulum eũ in gentibus positũ, & despicabilẽ esse dicit, quia paucissimi planè sint, si cum adorientium multitudine conferãtur. Etenim aduersũ eos cõcitati, numerum, vt dixi, efficient maximũ. Aut ideo admodũ paucos esse ait, quia genus eorum bello absumptũ, & ad exiguitatem redactum sit. Præ magna autẽ dementia inani eos arrogantia inflatos, propheticus sermo nobis demonstrat.

Rebantur enim, se expugnari, & capi ab hostibus non posse: non propter vires, quibus pollerent, & scientiam militarem: sed quia regionis aspera, ascensúque difficilia loca ad salutem eorum tuendam sufficerent. Tumuli enim erāt vbique, & rupes horribiliter à summo impendentes, & colles asperi, & montes præcelsi. Quid ergo, inquit, hostium arma gloriando contemnitis? Tametsi enim sortitus es regionem valde inuiam, editam & excelsam, etiamsi fieres aquila, haberésque velut in aëre nidum tuum (hyperbolica rursum est oratio) tamen Deo, qui potest planè omnia, inde detrahente deturbaberis.

Si fures introiissent ad te, vel latrones noctu, vbi proiectus esses? nonne furati essent sufficientia sibi? Et si vindemiatores introiissent ad te, nonne reliquissent racemum? Quomodo inuestigatus est Esau, & deprehēsa sunt eius abscondita?

IV. Iam diximus, etiam rimas montium, speluncas, & hiatus petrarum, & nemora scrutatos, qui cum Israelitis irruperant, & homines natione diuersos inuaserant, Idumæos trucidasse, vt pauci omnino, aut nullus penitus effugere potuerit. Irridentur itaque, & quodammodo deluduntur, cùm ait. Si expertus esses latronum irruptionem, & furum genus tibi superuenisset, an non satis habuissent auferre, quibus contenti esse potuissent? Quod si qui quasi de vite legerent vuas, nonne lateret racemus oculum vindemiare consuetorum, quantumuis longè curiosissimum? atqui id ipsis accidere necesse foret quamuis nolentibus: nam fures timor semper ad fugam sollicitat, & discessus occultus, si quid in promptu positum abstulerint, ad animi voluptatem illis videtur sufficere. Vindemiantibus autem semper ad scrutandum impedimento est foliorum copia non ablata, & suffurans, quod latere potest. Sed tibi, inquit, ô Esau, hoc est, ô ex sanguine Esau prognate Idumæe, deteriora perpeti contigit. Abscondita enim tua deprehensa sunt, & latuit nemo, & fuga, & ipsa locorum difficultas nihil commodauit.

Vsque ad terminos tuos emiserunt te. Omnes viri testamēti tui restiterūt tibi. Preualuerūt aduersū te viri pacifici tui, posuerūt insidias subter te, nō est sapiētia

λόγος. ᾤετο γὰρ δυσάλωτος εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, οὐ διά γε τὴν ἔνοδον ἀλκὴν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἐν πολέμοις εὐτεχνές, ἀλλ' ὅτι τὸ τραχὺ, καὶ δύσβατον τῆς χώρας ἀπόχρη σφίσιν ἐνόμιζε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς. ὄχθοι γὰρ ἦσαν πανταχῇ, καὶ πέτραι ἀκρωνυχίαι δεινὸν κατεκρώουσαι καὶ βουνοὶ ἀγελότης, καὶ ὄρη ὑψώματα. τί οὖν φησι τῆς τῶν ἐπιόντων χειρὸς καταλαζονεύεσθε; εἰ γὰρ καὶ κατῴκησας ἐν χώρᾳ πολὺ λαχούσῃ τε δύσβατον, ἠρμένην τε ὑψοῦ, κἂν εἰ γένοιο ὡς ἀετὸς, ὥστε ἐν ἀέροις αὐτοῖς τὴν καλιὰν ἔχειν (ὑπερβολικὸς δὲ πάλιν ὁ λόγος) ἀλλ' οὖν ἐκεῖθεν καταρριφήσῃ Θεοῦ κατασύροντος· ἀδυνατεῖ γὰρ αὐτῷ παντελῶς οὐδέν.

Εἰ κλέπται εἰσῆλθον πρὸς σὲ, ἢ λῃσταὶ νυκτὸς, ποῦ ἂν ἀπερρίφης; οὐκ ἂν ἔκλεψαν τὰ ἱκανὰ ἑαυτοῖς; καὶ εἰ τρυγηταὶ εἰσῆλθον πρὸς σὲ, οὐκ ἂν ὑπελείποντο ἐπιφυλλίδα; πῶς ἐξηρευνήθη Ησαῦ, καὶ κατελήφθη αὐτοῦ τὰ κεκρυμμένα;

Ηδη φθάσαντες εἴπομεν, ὅτι καὶ ῥώγμας ὀρῶν, σπήλαιά τε, καὶ διασφαγὰς ἐν πέτραις, δρυμούς τε, διερευνώμενοι τοὺς Ιδουμαίους ἀπέσφαττον, οἱ τοῖς ἐξ Ισραὴλ συνεισβεβληκότες, καὶ συνεπιτιθέμενοι τῶν ἑτερογενῶν, ὡς ὀλίγους παντελῶς, ἢ μηδένα τὸ παράπαν ἰσχῦσαι διαφυγεῖν. ἐπιτωθάζει δὴ οὖν ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ οἱονείπως κατειρωνεύεται, καί φησιν, εἰ λῃστρικῆς ἐφόδου πεπείρασο, καί σοι τὰ κλεπτῶν ἐπεφοίτησε γένη, οὐκ ἂν ἤρκεσεν τῷ λαβεῖν, ἅπερ ἦν εἰκὸς ἀρκέσειν αὐτοῖς; εἰ δὲ δὴ καὶ ἀμπέλου δίκην ἀπετρύγων τινὲς, οὐκ ἂν διέλαθεν ἡ ἐπιφυλλὶς, καίτοι περιεργότατον ὄντα λίαν τῶν ἀποτρυγᾶν εἰωθότων τὸν ὀφθαλμόν; ἀλλ' ἦν ἀνάγκη τοῦτο παθεῖν καὶ οὐχ ἑκοῦσιν αὐτοῖς, ὅτι τοῖς μὲν κλέπτουσιν ἀεὶ τὸ δεῖμα παρεγγυᾷ τὴν φυγὴν, καὶ τὸ οἴχεσθαι λαθόντας, εἴ τι τῶν ἑτοίμων ἁρπάσαι, ἀπόχρεων εἶναι δοκεῖ πρὸς θυμηδίαν αὐτοῖς. τοῖς γε μὴν τρυγῶσιν ἐμποδὼν ἀεὶ πρὸς ἐρευνὰς ἡ φυλλὰς μὴ περιῃρημένη, καὶ ὑποκλέπτουσα τὸ λαθεῖν δυνάμενον. ἀλλὰ σοί φησιν, ὦ Ησαῦ, τουτέστιν, ὦ ἐξ αἵματος τοῦ Ησαῦ Ιδουμαῖε, τὰ χείρω παθεῖν συμβέβηκε. κατελήφθησαν γὰρ τὰ κεκρυμμένα, καὶ διέλαθε μὲν οὐδεὶς, ἀνόνητος δὲ καὶ ἡ φυγὴ, καὶ αὐτὴ τῶν τόπων ἡ δυσχωρεία.

Εως τῶν ὁρίων σου ἐξαπέστειλάν σε. πάντες οἱ ἄνδρες τῆς διαθήκης σου ἀντέστησάν σοι. ἠδυνάσθησαν πρὸς σὲ οἱ ἄνδρες εἰρηνικοί σου, ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, οὐκ ἔστι σύνεσις

ἐν αὐτοῖς. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος, ἀπολῶ σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ σύνεσιν ἐξ ὄρους Ἠσαῦ. καὶ πτοηθήσονται οἱ μαχηταί σου, οἱ ἐκ Θαιμὰν, ὅπως ἐξαρθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὄρους Ἠσαῦ, διὰ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν ἀσέβειαν κατ' ἀδελφοῦ σοῦ Ἰακώβ. καλύψει σε αἰσχύνη, καὶ ἐξαρθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀντέστης ἐξεναντίας ἐν ἡμέραις αἰχμαλωτευόντων ἀλλογενῶν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ἀλλότριοι εἰσῆλθον εἰς πύλας αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔβαλον κλήρους, καὶ σὺ ἦς ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν.

Ὅτε κωλύειν ἤθελον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ οἰκοδομοῦντας τὸν ναὸν καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν ἀνατειχίζοντας, οἱ ἐξ αἵματος Ἠσαῦ, ὁμοψυχίας συνθήκας πρὸς τοὺς περιοίκους τῶν ἐθνῶν ἐποιήσαντο, καθάπερ εἴπομεν ἤδη. ἐπειδὴ δὲ συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν χώραν αὐτῶν καταστρατευόντων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τότε καὶ οἱ πάλαι γνήσιοι, καὶ συνωμόται, καὶ συνασπισταὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων γεγόνασι φορτικώτεροι καταδηοῦντες δὴ, καὶ μαχόμενοι. ὁ πόλεμος τοίνυν φησὶν ἕως τῶν ὁρίων σου ἐξαπέστειλέ σε, οὐ μέρη τῆς σῆς ἐπεισπηδήσας χώρας, ἀλλ' ὅλην ἑλὼν κατακράτος, καὶ μέχρις ὅρων αὐτῶν ἀγαγὼν εἰς ἐρήμωσιν. ἀντέστησαν δὲ, καὶ πεπολεμήκασι πρὸς σέ φησιν οὓς ἦν τάχα που καὶ λίαν εἰκὸς κατά γε τὴν σὴν ἐλπίδα καὶ ἐπαμύνεσθαι πεποιθότι σοι. ἀλλ' ἔθησαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, παρ' ὧν σώζεσθαι προσεδόκησας. ἐν δὲ τῷ οὐκ ἔστι σύνεσις ἐν αὐτῷ, σοφούς τε καὶ συνετοὺς ὀνομάζει τοὺς ψευδομάντεις, καὶ βωμολόχους, τοὺς ἀπατεῶνας καὶ οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς τῶν ἄστρων ψευδῆ μυθεῖα καταχέοντας, οἵ τινες εἰς τοῦτο ληρῳδίας ἥκουσιν, ὡς ἐντεῦθεν δύνασθαι καὶ τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν ἑλεῖν φλυάρως ὑπονοεῖν. ἀνεπτόηντο δὲ πρὸς τοῦτο λίαν οἱ ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις ἐμβεβληκότες. τοῦτο κατὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτοὶ ἠρρωστηκότες οἱ Ἰδουμαῖοι, μέλλοντος ἤδη τοῦ πολέμου περιαγγέλλεσθαι, κατεσκέπτοντο μὲν τῶν ἐκβησομένων τὸ πέρας. συναγείροντες δὲ τοὺς ἔχειν δὴ τούτοις σοφοὺς, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευον, ὅποι ποτὲ ἄρα βαδιεῖται αὐτοῖς τὰ τοῦ πολέμου, οἱ δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς κατεμαντεύοντο αὐτοῖς τὸ νικᾶν, ἀλλ' ἥλωσαν, καὶ διαπεπτώκασι διαμαρτούσης αὐτοῖς τῆς τέχνης. ἠλέγχοντο δὲ καὶ ἀσυνετοῦντες, παντελῶς ψευδοεποῦντες οἱ δείλαιοι. ὅτι δὲ καίτοι πάλαι θρασεῖς ὄντες οἱ ἐκ Θαιμὰν, αὐτοὶ δὴ πάλιν οἱ Ἰδουμαῖοι ἄνανδροι ἔσονται, καὶ περιδεεῖς, κατεσήμηνε, προσθεὶς, ὅτι

in eo. In die illa, dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Esau. Et pauebunt bellatores tui ex Thaman, vt auferatur homo de monte Esau super interfectionẽ, & impietatem contra fratrem tuum Iacob. Operiet te confusio, & auferetis in æternum. Ex quo die restitisti contra in die captiuantium alienigenarum fortitudinem eius, & alieni ingressi sunt in portas eius, & super Hierusalem miserunt sortes, & tu eras quasi vnus ex eis.

Cum Esauitæ Israelitas templum constituentes, & sanctam ciuitatem instaurantes prohibere statuissent, cum vicinis gentibus pacis, & concordiæ fœdus inierunt, vt iam docuimus. Postquam autem regionem ipsorum ab Israelitis expeditione subigi contigit, tum quondam germani amici, & coniurati, & commilitones ipsorum infestiores reliquis omnibus in illos pugnando, vastandóque se exhibuerunt. Bellum igitur, inquit, [vsque ad fines misit te,] non in partes regionis tuæ prorumpens, sed totam vi & armis subigens, & vsque ad terminos ipsos in solitudine redigens. Restiterunt autem tibi, & pugnauerunt contra te, inquit, quos vtique pro spe tua valde consentaneum erat etiam patientem te miserari. [Sed posuerunt subter te insidias,] à quibus salutem expectabas. In illo autem, [& non est intelligentia in ipsis,] sapientes & intelligentes appellat falsos vates, & assentatores, impostores, & augures, & ex astris fabellas disseminantes, qui eo nugacitatis deueniunt, vt inde etiam futurorum notitiam capi posse stolidè arbitrentur. Quibus rebus idolorum cultibus impliciti magnoperè perterrebantur. Hoc morbo præter alios etiam ipsi Idumæi affecti, cum inibi esset, vt bellum circumquaque denuntiaretur, exitum circumspiciebant illi quidem, congregantes autem harum rerum peritos, quo pacto bellum ipsi euenturum esset, referre iubebant. Illi vt par erat, victoriam ipsis vaticinabantur. Sed deprehensi sunt mendaces, & arte ipsos fallente à vero aberrarunt, conuictique sunt intelligentia carere, planè falsum prolocuti miseri. Thæmanitas porro eosdémque Idumæos, quanquam olim audaces, imbelles, & meticulosos futuros declarauit, addens,

" [Pauebunt bellatores tui ex Thæman, vt auferatur homo de monte " Esau.] Hoc est, donec disperdantur Idumæi vsque ad vnum. Causam igitur illatæ calamitatis minimè dubiam constituit in cæde, & impietate erga fratrem eius. Ex quo enim consanguinitate propinquum, hoc est, Iacob, siue posteros Iacob interfecisti, bello consumeris, & funditus peribis, ignominiæ & dedecoris plenus. Ineuitabilem autem casum subituros, & cladibus adeò horribilibus oppressum iri monuit his verbis, " [& auferetis in æternum.] Illud vero, [ex quo die,] submonet temporis, quo cum Babylonii Iudæam subiugarent, eámque depopularentur, & Hierosolymam congregatos obsidione cingerent, ipsi fugientes insidiis exceptos occidebant, & alienigenis, quanquam progeniem Iacob in seruitutem abducentibus, quasi subseruiebant. Comperti sunt igitur fratrum ærumnis insultare, & immanitate Babyloniis parum cedere.

Et ne despicias diem fratris tui in die alienorum: neue læteris super filios Iuda in die perditionis ipsorum. Et ne magna loquare in die angustiæ eorum: neque ingrediaris in portas populorum in die laborum eorum. Et ne despicias & tu congregationem eorum in die perditionis eorum, neque apponeris ad fortitudinem eorum in die perditionis eorum. Neque stabis in egressibus eorum, vt perdas, qui saluantur ex eis. Neque concludes fugientes ex eis in die tribulationis.

V. Idumæorum scelera iteratò recenset, eósque sæuos, & ab omni sensu misericordiæ remotos ostendit. Ita porrò formata est oratio, quasi Deus iam ferientibus, & indigna designātibus acclamet, & genus peccati exprobret. Illud ἐπιδεῖν positum est pro ἐπιγελᾶσαι, καὶ ἐφησθῆναι κάμνουσιν ἀδελφοῖς, [super fratribus afflictis ridere, & lætari,] & calamitates aliorũ voluptatis suæ materiā argumentúmq. facere, cum scriptura calamitosos irrideri seriò vetet. Verbis illis, [& ne læteris super,] & quę sequuntur, iterũ Idumęorum crimina ponuntur, eorúmq. inhumanitas, & immanitas, eáq. erga fratres, declaratur. Ne enim, inquit, quemadmodum Assyrii, tu quoque iuxta portas

Eccles. 7.

A πτοηθήσονται οἱ μαχηταί σου οἱ ἐκ Θαιμὰν, ὅπως ἐξαρθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὄρους Ἡσαῦ, τουτέστιν, ἄχρις ἂν ἀπόλοιτο μέχρι καὶ ἑνὸς τῶν ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. καθίστησιν οὖν ἐναργῆ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπενηνεγμένης συμφορᾶς ἐν τῷ διὰ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν ἀσέβειαν τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου. ἐπεὶ γὰρ ἀνῄρηκας, φησὶ, τὸν ἐξ αἵματος ἐγγὺς κατὰ συγγένειαν, τουτέστι, τὸν Ἰακὼβ, ἤτοι τοὺς ἐξ Ἰακὼβ, δαπανηθήσῃ πολέμῳ, καὶ εἰσάπαν ἔσῃ κατεφθαρμένος, αἰσχύνης τε ἔμπλεως, καὶ ἐντροπῆς. ὅτι δὲ τὸ ἀναπόβλητον ἕξουσι τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τοῖς οὕτω δειναῖς ἐναπομενοῦσι συμφοραῖς, διαμεμήνυκεν εἰπὼν, καὶ ἐξαρθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. ἐν δὲ τῷ, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας, ὑπομιμνήσκει τοῦ καιροῦ, καθ᾽ ὃν τῶν Βαβυλωνίων ᾑρηκότων τὴν Ἰουδαίαν, καὶ διαρπαζόντων τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ κύκλῳ μαχομένων τοὺς ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ συναγηγερμένους, αὐτοὶ τοὺς φεύγοντας λοχῶντες ἀπέσφαττον, καὶ οἱονεὶ συνεφράζοντο τοῖς ἀλλογενέσι, καίτοι τοὺς ἐξ Ἰακὼβ ἀποφέρουσιν εἰς αἰχμαλωσίαν. ἥλωσαν δὴ οὖν τοῖς τῶν ἀδελφῶν συμφοραῖς ἐπιθρώσκοντες, καὶ ὀλίγα τοῖς Βαβυλωνίοις παραχωροῦντες εἰς ἀγριότητα.

Καὶ μὴ ἐπίδῃς ἡμέραν ἀδελφοῦ σου ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων. καὶ μὴ ἐπιχαρῇς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα ἐν ἡμέρᾳ ἀπωλείας αὐτῶν. καὶ μὴ μεγαλορρημονήσῃς ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, μηδὲ εἰσέλθῃς εἰς πύλας λαῶν ἐν ἡμέρᾳ πόνων αὐτῶν. καὶ μὴ ἐπίδῃς καὶ σὺ συναγωγὴν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ὀλέθρου αὐτῶν. μηδὲ συνεπιθῇ ἐπὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἀπωλείας αὐτῶν. μηδὲ ἐπιστῇς ἐπὶ τὰς διεκβολὰς αὐτῶν, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι τοὺς ἀνασῳζομένους ἐξ αὐτῶν. μηδὲ συγκλείσῃς τοὺς φεύγοντας ἐξ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως.

Ἀπαριθμεῖται δὴ πάλιν τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήματα, σκληροὺς καὶ ἀφιλοικτίρμονας γεγονότας δεικνύων. ἐσχημάτισται δὲ ὁ λόγος, οἱονεὶ πληττομένοις τε ἤδη, καὶ αἰκιζομένοις ἐπιφωνοῦντος Θεοῦ, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας τρόπον κατονειδίζοντος. τὸ δὲ ἐπιδεῖν ἐστι τὸ ἐπεγγελάσαι τε, καὶ ἐφησθῆναι κάμνουσιν ἀδελφοῖς, καὶ θυμηδίας ἀφορμὴν τὰς τῶν ἑτέρων ποιεῖσθαι συμφορὰς, καίτοι τῆς θείας λεγούσης γραφῆς, μὴ δεῖν ὅλως ἐπιμειδιᾶν τοῖς κάμνουσιν. ἐν δὲ τῷ, μὴ ἐπιχαρῇς δὲ τοῖς λοιποῖς, ἀπαριθμεῖ δὴ πάλιν τὰ τῶν Ἰδουμαίων ἐγκλήματα σκληρὸν καὶ ἀφιλοικτίρμονα γεγονότα δεικνύων, καὶ τοῦτο εἰς ἀδελφούς. μὴ γὰρ δή φησιν ἐν ἴσῳ τοῖς Ἀσσυρίοις εἴσω καὶ αὐτὸς ἐπείγου πυλῶν,

οὐ χάριν τ' ἐπαμυνοῦσαν εἰσφέρων, ὡς ἀδελφοῖς, καταδηώσων δὲ μᾶλλον. μὴ ἐπίδῃς συναγωγὴν ἀθλίως ὀλοθρευομένην· μήτε μὴν ἐπιφορτίσῃς τοῖς πρὶν σοι σφόδρα κατηχθισμένοις. μήτε μὴν τοῖς φεύγουσιν ἔσο πάγη, τηρῶν τὰς διεκβολάς, καὶ βρόχους ἱστάς, ὡς ἂν μηδεὶς ἀνασώζοιτο τὰς σὰς ἐν ἀλοὺς ἀφιλοστοργίαις, κἂν εἰ τὸ τῶν δυσμενῶν διαδράσῃ ξίφος. πανταχῆ δὲ ὁ λόγος τῆς Ἰδουμαίων ἀπανθρωπίας κατηγορεῖ, ἵνα δὴ πάλιν ὅσιόν τε, καὶ ἀνεπίληπτον τὸ θεῖον ὁρῷτο κρίμα, κολαζομένων ἐν δίκῃ τῶν ἐκεῖνα πεπλημμεληκότων.

Διότι ἐγγὺς ἡμέρα κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι. τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται ἐπὶ κεφαλήν σου. Διότι ὃν τρόπον ἔπιες ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, πίονται πάντα τὰ ἔθνη οἶνον. πίονται, καὶ καταβήσονται, καὶ ἔσονται καθὼς οὐχ ὑπάρχοντες. ἐν δὲ τῷ ὄρει Σιὼν ἔσται ἡ σωτηρία, καὶ ἔσται ἅγιον.

Προαναφωνεῖ πάλιν τὸν τοῦ πολέμου καιρόν, καθ' ὃν ἐν κοιλάδι τῇ τοῦ Ἰωσαφὰτ συνηγμένα τοῖς Ἰδουμαίοις ὁμοῦ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν πικρὰς ἐκτίσει δίκας. ἡμέραν δὲ αὐτὴν ὀνομάζει κυρίου. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ παραδιδοὺς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ τοὺς ἀνοσίως ἠδικηκότας· ὅτι δὲ ὁσίῳ κρίματι κολασθήσονται, διεμφαίνει λέγων. ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι. ταλαντεύει γὰρ ἑκάστου φύσις τὰ ἑκάστου πλαίσματα, καὶ ἰσοπαλῆ πάντως ἀντιπάσχει τὴν δίκην, οἷς ἂν ἕκαστος ἁλοίη πεπλημμεληκώς. ἐν δὲ τῷ, ὃν τρόπον ἔπιες, ἔθος που τάχα τοῖς κρατήσασι τῶν ἐχθρῶν, καταγαυριᾶσθαι μὲν τῶν κεκρατημένων, ἑορτὰς δὲ καὶ πότους ἐπιτελεῖν, καὶ δὴ καὶ ἐπινικίοις καταλαλάζειν φωναῖς καὶ τὰ μέθης ἔργα πληροῦν. ὡς οὖν ἐπιτωθάσας φησὶ καὶ κατασκιρτήσας τῶν ἐξ Ἰσραήλ, πίνων τε, καὶ κατορχούμενος, καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴν τὰς τῶν ἀδελφῶν ποιούμενος συμφοράς, οὕτω πίονται καὶ καθερχήσονταί σου πάντα τὰ ἔθνη· καὶ καταβήσονται μὲν κατὰ σοῦ, τουτέστι, τῆς σῆς καταδραμοῦνται χώρας. καταλογισθήσῃ δὲ αὐτὸς ἐν τοῖς οὐχ ὑπάρχουσιν. ὀλοθρευθήσῃ γὰρ οὕτως, ὡς δοκεῖν ἤδη πως μηδ' ὑπάρξαι ποτέ. ὄρος δὲ Σιὼν τὴν ἐκκλησίαν ἡ θεόπνευστος ὀνομάζει γραφή, ὑψηλὴ γὰρ ὄντως, καὶ σκοπεύτεια ἀληθῶς. ἁγία δὲ πρὸς τούτοις, εἴπερ ἐστὶν οἶκός τε καὶ πόλις τοῦ παναγίου Θεοῦ.

A festines neutiquam opem & auxilium, ceu fratribus apportans; sed deuastaturus illos potius. Ne per contemptum synagogam, seu congregationem interire patiare: neque iam antea grauiter pressos malis, tu magis oneres. Ne fugientibus esto laqueus, exitus custodiens, & tendiculas instruens, vt ob vacuitatem amoris tui, nemo saluti consulere queat, etiamsi hostilem gladium euaserit. Vbique sermo Propheticus Idumæorum inhumanitatem accusat, vt vicissim diuinum iudicium, B iure talium scelerum reis ad pœnam vocatis, sanctum, & nulli reprehensioni affine appareat.

Quia iuxta dies Domini super omnes gentes. Sicut fecisti, sic erit tibi. Retributio tua reddetur in caput tuum. Quia quemadmodum bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes vinum. Bibent, & descendent, & erunt sicut non existentes. In monte autem C *Sion erit salus, & erit sanctum.*

VII. Denuo tempus belli prædicit, quo cum Idumæis consociatæ gentes finitimæ in valle Iosaphat acerbas dabunt pœnas. Ipsam vero diem vocat Domini: Deus quippe erat, qui Israelitis in eos sceleratos, & iniuriosos tradidit. Iusto autem iudicio supplicium luituros affirmat, cùm dicit, [sicut fecisti, sic erit tibi.] Natura enim ita comparatum est, vt par quisque recipiat, & D æqualis omnino merces rependatur iis, quæ ab vnoquoque commissa fuerint. Illis verbis, [quemadmodum bibisti,] indicatur, vt puto, mos victorum, qui de victis insolenter gloriabantur, festos dies cum compotationibus agebant, atque etiam voces lætas de parta victoria iactabant, & vt ebrii se gerebant. Sicut ergo irrisisti, inquit, & Israelitis insultasti bibens, & choros ducens, & fratrum calamitates festæ celebritatis occasionem faciens, ita bibent, & insultabunt tibi omnes gentes, [& descendent E contra te, hoc est, regionem tuam incursabunt. Tu autem reputaberis in iis quæ non sunt. Sic enim peribis, vt deinceps ne extitisse quidem vnquam videaris. Montem Sion autem diuinitus inspirata scriptura Ecclesiam nominat. Verè enim excelsa, & speculatrix est. Præterea sancta, siquidem domus, & vrbs Dei sanctissimi est.

Et

A *Et possidebit domus Iacob eos qui possederunt se. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma. At domus Esau in stipulam, & succendentur in eos, & deuorabunt eos, & non erit ignifer domui Esau, quia Dominus locutus est. Et possidebunt qui in Austro, montem Esau, & qui in campestri alienigenos. Et possidebunt montem Ephraim, & campum Samariæ, & Beniamin, & Galaad.* B

VIII Ratus est insipiens Idumæus, possessurum se domum Iacob, hoc est, progeniem Iacob. Quin etiam patiebatur terram cùm eam vnà cum Chaldæis vastasset. Verum res illis improuiso in contrarium conuertetur, inquit. Possidebuntur siquidem à domo Iacob, & ita consumentur, vt à flamma calamus, seu stipula. Erit namque ignis domus Iacob; domus autem Ioseph nullius flammæ viribus cedet. C Penitus itaque deuorabuntur, vt in tota tribu, siue gente ignifer vnus inueniri nequeat. Videtur autem apposite ad hunc tropum *ignifer* appellari. Domum enim Iacob ignem, domum Ioseph flammam nominauit. Ac domus quidem Iacob non absurdè, qui sunt ex Iuda, & Beniamin intelligi possint; domus vero Ioseph Samaritæ, hoc est decem tribus, quarum reges aliquando Ephraimitæ fuerunt. Manasses autem, & E- D phraim ex Ioseph nati sunt. In illo, [& possidebunt, qui in Austro,] hoc significatur. Quando Babylonii patria sua relicta Hierosolyma inuadebant, insurgente in prælium aduersus eos Nabuchodonosor, vniuersam prouinciam Iudæorum vastari oportuit, eóque miseriarum deuolui, vt ad perfectam solitudinem redigeretur, & ab incolis deserta appareret. Vbi autem Deus miseratus captiuitatis la- E queos dissoluerit, & in patriam redierint, adeò ipsos dilatatum iri dicit, & in tantam multitudinem euasuros, vt vicinarum quoque gentium regiones possideant, nimis angusta, vt par est, Idumæa. Cuius benedictionis à Deo signum minimè dubium fuerit. [Qui enim in Ageb, inquit (hoc est, qui ad Austrum, Ageb quippe hoc sonat) possidebunt montem Esau,] hoc est, Idumæam. Cum namque australis

A Καὶ κατακληρονομήσουσιν ὁ οἶκος Ιακὼβ τοὺς κληρονομήσαντας αὐτούς. καὶ ἔσται ὁ οἶκος Ιακὼβ πῦρ, καὶ ὁ οἶκος Ιωσὴφ φλόξ. ὁ δὲ οἶκος Ησαῦ εἰς καλάμην, καὶ ἐκκαυθήσονται εἰς αὐτούς, καὶ καταφάγονται αὐτούς. καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος τῷ οἴκῳ Ησαῦ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν, καὶ κατακληρονομήσουσιν οἱ ἐν ἀγὲβ τὸ ὄρος τὸ Ησαῦ. καὶ οἱ ἐν τῇ σεφηλὰ τοὺς ἀλλοφύλους. καὶ κατακληρονομήσουσι τὸ B ὄρος τὸ Εφραίμ, καὶ τὸ πεδίον Σαμαρείας, καὶ τὴν Βενιαμὶν, καὶ τὴν Γαλααδῖτιν.

Ωήθη μὲν ἀπόπληκτος Ιδουμαῖος κλῆρον ἕξειν τὸν οἶκον Ιακὼβ, τουτέστι, τοὺς ἐκ σπέρματος Ιακὼβ, καὶ δὴ καὶ κατεμερίζετο τὴν γῆν, συνκαταδηώσας αὐτήν. ἀλλ᾽ ἔσται φησὶ τὸ χρῆμα αὐτοῖς ἀδοκήτως ἀντεστραμμένον. κλῆρος γὰρ ἔσονται τῶν ἐξ Ιακὼβ. δαπανηθήσονται δὲ οὕτως, ὡς ἂν ἐκ φλογὸς καλάμη. ἔσται γὰρ πῦρ ὁ οἶκος Ιακὼβ, φλογὸς δὲ δυνάμεσι παραχωρήσειεν ἂν οὐδεμιᾶς ὁ οἶκος Ιωσήφ. C καταβρωθήσονται δὲ οὕτω εἰσάπαν, ὡς ἕνα πυρφόρον μὴ ἂν εὑρεῖν δύνασθαί τινας ἐξ ὁλοκλήρου φυλῆς, ἢ ἔθνους. ἔοικε δὲ ὁ λόγος ἀκολούθως τῇ τροπῇ πυρφόρον εἰπεῖν, πῦρ γὰρ ὀνόμασε τὸν οἶκον Ιακὼβ, φλόγα δὲ τὸν Ιωσήφ. καὶ οἶκος μὲν Ιακὼβ νοοῖντ᾽ ἂν εἰκότως, οἱ ἐξ Ιούδα, καὶ Βενιαμὶν, οἶκοι γε μὴν Ιωσὴφ οἱ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, τουτέστιν, αἱ δέκα φυλαὶ, ὧν οἱ βασιλεῖς ἐκ τῶν Εφραὶμ γεγόνασι κατὰ καιρούς, Μανασσῆς δὲ καὶ Εφραὶμ ἦσαν ἐξ Ιωσήφ. D ἐν δὲ τῷ κατακληρονομήσουσιν οἱ ἐν Αγὲβ, ὅτε τὴν οἰκείαν ἀφέντες κατὰ τῶν Ιεροσολύμων ᾔεσαν οἱ Βαβυλώνιοι, κατεξαναστάντος αὐτοῖς εἰς μάχην τοῦ Ναβουχοδονόσορ, συμβέβηκεν ἀναγκαίως ἅπασαν μὲν τὴν τῶν Ιουδαίων καταδηωθῆναι χώραν. ἐνεχθῆναι δὲ λοιπὸν εἰς τοῦτο ταλαιπωρίας, ὡς εἰς ἐρήμωσιν καταστῆναι παντελῆ, καὶ τῶν ἐνοικούντων ὁρᾶσθαι γυμνήν. ἐπειδὴ δὲ Θεοῦ κατοικτείροντος, καὶ τῶν τῆς αἰχμα- E λωσίας ἀνιέντος βρόχων, ἀνεκομίσθησαν πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν, τοσοῦτον αὐτοὺς κατευρυνθήσεσθαι λέγει, καὶ εἰς πολύανδρον πλῆθος ἐπιδοῦναι, ὡς καὶ τὰς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν κατανεμηθῆναι χώρας, στενοχωρουμένης κατὰ τὸ εἰκὸς τῆς Ιδουμαίας. εὐλογίας δὲ τοῦτο τῆς παρὰ Θεοῦ σημεῖον ἂν γένοιτο μάλα σαφές. οἱ γὰρ ἐν τῇ Ναγὲβ φησι, τουτέστιν, οἱ πρὸς νότον (νότος γὰρ ἡ Ναγὲβ ἑρμηνεύεται) κλῆρον ποιήσονται τὸ ὄρος τὸ Ησαῦ, τουτέστι, τὴν Ιδουμαίαν. νοτίαν γὰρ οὖσαν

αὐτὴν, καταμεμήσονται πάντως ὡς γείτονα, καὶ ὅμορον οἱ τὰ νότια τῆς Ἰουδαίας κατῳκηκότες. οἱ δὲ ἐν τῇ Σεφηλᾷ, τουτέστιν, οἱ ἐν τῇ πεδινῇ (μοῖρα δὲ καὶ αὕτη τῆς Ἰουδαίων χώρας βορειοτέρα που πάντως) κληρονομήσουσι τοὺς ἀλλοφύλους. λέγει δὲ τοὺς Φιλιστιείμ, ἤτοι Παλαιστινούς. καθέξουσι δὲ οὐδὲν ἧττον τὸ ὄρος τοῦ Ἐφραΐμ, τὴν Σαμάρειαν, τὴν Βενιαμὶν, τὴν Γαλααδῖτιν. κλῆρος δὲ οὗτοι ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ φυλαῖς ἐννεμηθέντες κατὰ καιρούς, στρατηγοῦντος Ἰησοῦ τοῦ μετὰ Μωσέα, ἐπειδὴ δὲ ἠρήμωνται διὰ χειρὸς Ἀσσυρίων καὶ πρὶν ἀφικέσθαι τὸν Ναβουχοδονόσορ, ὑπὸ τῶν Φουὰ, καὶ Σαλμανασὰρ βασιλέων, ταύτητοι καὶ αὐτὰς κατοικηθήσεσθαι λέγει καὶ τὴν πάλαι συμβᾶσαν διαφευξεῖν ἐρημίαν.

Καὶ τῆς μετοικεσίας ἡ ἀρχὴ αὕτη τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, γῆ τῶν Χαναναίων ἕως Σαρεπτῶν. καὶ μετοικεσία Ἱερουσαλὴμ ἕως Ἐφραθά. καὶ κληρονομήσουσι τὰς πόλεις τοῦ Ἀγέβ. καὶ ἀναβήσονται ἀνασωζόμενοι ἐξ ὄρους Σιὼν τοῦ ἐκδικῆσαι τὸ ὄρος τὸ Ἠσαῦ, καὶ ἔσται τῷ κυρίῳ ἡ βασιλεία.

Μετοικεσίαν ἐνθάδε φησὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἤγουν τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης εἰς Βαβυλῶνα μετῳκισμένους. ἀρχὴν δὲ αὐτῶν ἔσεσθαί φησι τὸν ὑπὸ χεῖρά τε, καὶ ἐξουσίαν ἐσόμενον κλῆρον. οἷον ὡς εἴ τις ἐπ' ἄρχοντος λέγοι τὴν τοῦ δεῖνος τυχὸν ἀρχήν. ἔσται τοίνυν φησὶ τοῖς πάλαι μετῳκισμένοις ἀρχή τε, καὶ κλῆρος ἡ γῆ τῶν Χαναναίων. φησὶ δὲ τὴν Ἀραβίαν, καὶ ἕως Σαρεπτῶν, ἥτις ἐστὶ τῆς Σιδωνίας, ἵνα διὰ τούτου Φοινίκην ἐννοῇς. παρεκταθήσεται δέ φησι καὶ ἕως Ἐφραθὰ, ἤγουν ὡς ἐκδέδοται παρὰ τῶν ἑτέρων ἑρμηνευτῶν, καὶ μέχρι Βοσπόρου, ὅ ἐστι, τὰ νοτιώτατα τῇ ἕῳ μέρη. ποιήσονται δέ φησιν ὑφ' αὐτοῖς καὶ τὰς πόλεις τοῦ Ἀγέβ, τουτέστι, τοῦ νότου, ἔοικε δὲ διὰ τούτων ἡμῖν ὁ λόγος τὰ Ἰνδικὰ κατασημαίνεσθαι. νοτιώτατοι γὰρ οἱ Ἰνδοὶ, καὶ αἱ τούτων χῶραι. ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι τυχὸν, πάντα αὐτῶν ἔσται πλήρη, τὰ πρὸς νότον, τὰ πρὸς βορρᾶν, τὰ πρὸς ἕω, τὰ πρὸς δύσιν, καὶ πάσας ἁπλῶς καθέξουσι πόλεις τε, καὶ χώρας. ἐν δὲ τῷ, καὶ ἀναβήσονται ἄνδρες, ἀνακεφαλαιοῦται τρόπον τινὰ τῆς προφητείας τὸν σκοπόν. οἱ γὰρ τῆς Σιὼν οἰκήτορες, φησὶν, ἀνασεσωσμένοι παρὰ Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας διαρρήξαντες δεσμὰ, κατὰ καιροὺς ἀναβήσονται, καὶ ποιήσουσιν ἐκδίκησιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Ἠσαῦ. πεπολεμήκασι γὰρ, ὡς ἔφην,

A sit, omnino vt vicinam, & confinem possidebunt qui australem Iudææ partem habitabunt. [Qui autem in Sephelá,] hoc est, in campestri: quæ & ipsa Iudææ pars est, magis ad aquilonem pertinens, alienigenas possidebunt, Quo verbo Philistiim, siue Palæstinos indicat. Nihilominus mõtem Ephraim, Samariam & Beniamin, & Galaaditin obtinebunt quæ olim tribubus Israeliticis in sortem distributæ fuerunt, cum B Iosue successor Mosis illarum dux esset. Postquam autem per Assyrios etiã ante aduentum Nabuchodonosoris deuastati fuerunt (à Phua, & Salmanasar regibus videlicet) idcirco ipsas quoque inhabitatum iri, & veterem solitudinem effugituras prænuntiat.

Et transmigrationis principatus iste filiis Israel, terra Chananæorum vsque ad Sarepta, & transmigratio Hierusalem vsque ad Ephrata. Et possidebis C ciuitates ad Austrum. Et ascendent salui ex monte Sion, vt puniant montem Esau, & erit Domino regnum.

IX. Transmigrationem hoc loco Israelitas nominat, id est, ex tota Iudæa in Babylonem traductos. Principatum autẽ eorum fore ait, sortem ac possessionem sub manu, & potestate ipsorum futuram: velut si quis principatum alicuius, & imperium sub ipso principe, & imperãtis esse dicat. Erit igitur, inquit, quondam translatis principatus & sors terra D Chananæorum. Intelligit autem Arabiam, [& vsque Sarepta,] quæ est Sidoniæ, vt per hoc Phœniciam intelligas. Extendetur autẽ, inquit, [vsque Ephratam,] siue vt alii interpretes ediderunt, [vsque ad Bosphorum,] hoc est, ad orientales partes, austrum maximè respicientes. Subiugabunt autem inquit sibi & ciuitates Ageb, hoc est, Austri. Quibus verbis India videtur significari. Sũt enim Indi, & eorum regiones inprimis Australes. Perindéq; est ac si dicat forE tè, omnia quæque ad Austrum, quæque ad Boream, quæque ad Orientem, quæque ad Occidentem spectant; eorum plena erunt, & quamuis simpliciter vrbem regionémque possidebunt. Illo, [& ascendent viri,] in summam colligit, quodammodo prophetiæ scopum. Incolæ enim Sion, inquit, seruati à Deo, & qui perruperunt vincula seruitutis, olim ascendent, & facient vindictam in nomen Esau. Bellarunt enim, vt dixi,

contra Idumæos post tempora captiuitatis, & regnauit super eos vniuersitatis Deus, tametsi eos pridem reiecerat, & à Iudæa propter apostasiam recesserat. Seruierant enim vitulis, & buculis aureis. Miseratus deinde, & reconciliatus iterum regnauit super eos.

A πρὸς Ἰδουμαίους μετὰ τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας καιρούς, καὶ βεβασίλευκεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεός, καίτοι πάλαι τὸ χρῆμα παραιτούμενος, καὶ τῆς Ἰουδαίας ἀποφοιτῶν διὰ τὴν ἀπόστασιν. λελατρεύκασι γὰρ μόσχοις, καὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς. ἐπεὶ δὲ κατηλέησεν, εἰσεδέξατο πάλιν, καὶ βεβασίλευκεν ἐπ' αὐτούς.

IN ABDIAM COMMENTARII FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙC ΠΑΤΡΟC ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑC,

ΕΞΗΓΗCΙC ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙC τὸν Προφήτην Ἰωνᾶν.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN IONAM PROPHETAM COMMENTARIVS.

PRÆFATIO.

Ὁ Θεσπέσιος Ἰωνᾶς πατρὸς A μὲν ἐξέφυ τοῦ Ἀμαθί, ὥρμητο γε μὴν ἐκ Γὲθ Χιβέρ. πολίχνιον δὲ τοῦτο τῆς Ἰουδαίων γῆς ἤτοι κώμη, κατάγε τὸν εἰκότα λόγον. ἔοικε δὲ τοὺς τῆς προφητείας πεποιῆσθαι λόγους κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν, καθ' ὃν καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ Ὠσηέ τε φημὶ, καὶ Ἀμώς, καὶ Μιχαίας, καὶ οἱ λοιποί. πλεῖστα δὲ ὅσα τοῖς Ἰουδαίων δήμοις κατίδοι τις ἂν αὐτὸν κεχρησμῳδηκότα, καὶ τοὺς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ διαπορθμεύσαντα λόγους, καὶ τὰ ἐσόμενα σαφῶς προαπηγγελκότα. B ἔγγραφος μὲν οὖν τῆς παρ' αὐτοῦ προφητείας λόγος ἕτερος οὐδεὶς παρὰ τοῦτον ἐστίν. ὅτι δὲ διατετέλεκε ταῖς Ἰουδαίων ἀγέλαις τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα προαναφωνῶν, μεμαρτύρηκεν ἡ θεόπνευστος γραφή. ἐν γὰρ τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν ποιεῖται μὲν τοὺς λόγους τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν περὶ τοῦ Ἱεροβοάμ, οὐχὶ δὲ τοῦ πρώτου, καὶ ἐν ἀρχῇ, ὃς ἦν τοῦ Ναβάτ, ὃς καὶ ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραήλ, καθά γε-

I. DIVINVS Ionas patre quidem natus est Amathi, oriundus autem ex Geth in Chopher, quod fuit oppidulũ Iudeæ, seu vicus, vt fertur, & est credibile. Videtur autem munere vaticinandi functus eo tempore, quo & antecessores eius, Oseas, inquam, Amos, Michæas, & cæteri. B Et scirire licet plurima sanè oracula edidisse Iudæorum tribubus, cælestésque ac Dei voces sæpius apportasse, & futura sanè prænuntiasse, quanquam scriptus eius prophetiæ sermo præter hunc nullus extat. Perrexisse autem populis Iudæis aliquando euentura prædicere, diuina scriptura testatur. Nam in quarto Regum sacræ literæ verba faciunt de Hieroboam rege, non de primo illo, quique fuit à principio, filio Nabat, [qui peccare fecit Israel,] vt

scriptum est, cum nimirum eidem persuasit, vt vitulos aureos adoraret: sed de altero ei cognomine, qui post multos demum regnauit. Quæ autem euentura cecinerit Ionas, audi. [Hic restituit terminum Israel, ab introitu Æmath, vsque ad mare solitudinis, iuxta verbum Domini Dei Israel, quod locutus est in manu serui sui Ionæ filii Amathi, Prophetæ: quia vidit Dominus humilitatem Israel, & saluauit eos in manu Hieroboam,] hoc est, per manum Hieroboam: siquidem filius Ioas bellum cum alienigenis gessit, & vrbes Iudææ ereptas recuperauit, nec mediocriter Israelitis commodauit, Deo protegente, quanquam ad sortem calamitatis omniũ acerbissimę deuoluti essent. Quam obrem quodam tempore & alios Ionæ propheticos fuisse sermones constat. Quæ autem illi cōtigerunt commodè, & prouida ratione conscripta sunt. Memorabile certè quomodo scilicet prædicauerit Niniuitis, & quæ interim passus sit. Adumbrat autem quodammodo & Saluatoris nostri œconomiæ mysterium, sicut & ipsemet Christus Iudæis loquens affirmat. Quare in iis, quæ sancto Ionę acciderunt, Christi mysterium nobis vt imago exprimitur, & figuratur. Cæterùm illud lectorem monendum duxi. Quando ad spiritualem considerationem sermo informatur, Christi persona quæ repræsentetur proposita, & assumpta, prudentem ac peritum necesse est circumspicere, quænam consequenter tanquam ad scopum propositum inutilia, & quę rursus vtilia & necessaria, & maiorem in modum auditoribus conducibilia sint. Exemplum sit Moses ille beatus, qui Deo Israelem commendabat sub monte Sina, erátque sequester, seu mediator Dei atque hominum. Timentes quippe Israelitæ rogabant, dicentes, [Loquere tu nobis: nō loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.] quam rem conciliationem per Christum futuram typo quodam præmonstrasse, ipse Deus, & pater docuit his verbis. [Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de fratribus eorũ sicut te,] mediatorē videlicet, & aduocatum generis humani apud Deum, & vniuersis mortalibus Dei patris ineffabile consilium annuntiantem. Ponam enim verba mea in ore eius, & loquar ad eos omnia quæ mandauero ei. Ad typũ igitur Christi gerendum diuinus Moses assumptus est: non tamen omnia Mosis

4.Reg.14. — Matth.12. — Exod.20. — Deut.18.

In Ionam Comment.

Veruntamen in Deo spem locaturam, & salutem ab ipso exspectaturam, conuenientérque sentire affirmat, quoniam cum benignus sit, lamenta exauditurum, precibúsque locum relicturum. Salutis autem principium licebit, opinor, intelligere, à deceptione, & errore veteri animum in præsens reuocare, & in posterum velle sapere, & ipsum totius vniuersitatis arbitrum salutis auctorem, ac dispensatorem arbitrari, & tam excellens bonum non vel humanis auxiliis adscribere, vel (quod amentissimum, atque imperitissimum foret) frequentiæ idolorum donum futurum, confidere. Olim enim ad Ægyptios, ad Assyrios item descendebant, eorum societates, & auxilia grandi pecunia mercantes. Adibant etiam idola inanima, sacrificia illis, & insuper preces pro se ipsis factitantes. Nunc autem respiciemus, inquiunt, ad Dominum, & exspectabimus, hoc est, salutem ab ipso, & gratiam præstolabimur. Quin etiam se ab ipso exauditum iri, ipsi videlicet, & non aliis supplicantes. Atque hoc erat officium Sion, vt dixi, ad sanitatem redeuntis, & iam tum spectantis ad sententiam de reiiciendo errore illo veteri, & de consiliis melioribus capessendis, & factis salubrioribus eligendis.

πλὴν εἰς Θεὸν ἕξειν τὴν ἐλπίδα φησίν, ὑπομένειν δὲ τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, διϊσχυρίζεταί τε καὶ ἀρεσκόντως, ὅτι φιλάνθρωπος ὤν, κατήκοος ἔσται τῶν ὀδυρμῶν, καὶ παραδέξεται τὰς λιτάς. σωτηρίας δέ, οἶμαι, νοοῖτ' ἂν ἀρχὴ τὸ ἀποστῆσαι μὲν τέως τὸν νοῦν τῆς ἀρχαίας ἀπάτης, ἀθελέσθαι δὲ λοιπὸν τὸ φρονεῖν ὀρθῶς, καὶ τῆς σωτηρίας ἀρχηγὸν αὐτόν, καὶ πρύτανιν ὑπάρχειν οἴεσθαι τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, καὶ μὴ τὸ οὕτως ἐξαίρετον ἀγαθόν, ἢ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἀπονέμειν ἐπικουρίαις, ἤγουν (τὸ ἀνοητότατον καὶ ἀμαθέστατον) δῶρον ἔσεσθαι προσδοκᾶν τῆς τῶν εἰδώλων πληθύος. πάλαι μὲν γὰρ κατέβαινον μὲν πρὸς Αἰγυπτίους, ἀπῄεσαν δὲ καὶ εἰς Ἀσσυρίους, τὰς παρ' αὐτοῖς συμμαχίας τε, καὶ ἐπικουρίας οὐκ διαριθμήτων χρημάτων ὠνούμενοι. προσεπήδων δὲ καὶ εἰδώλοις ἀψύχοις, πληροῦντες θυσίας, καὶ πρός γε τούτῳ τὰς ὑπέρ γε σφῶν αὐτῶν προσάγοντες λιτάς. νυνὶ δέ φασιν ὡς ἐπὶ τὸν κύριον ἐπιβλέψονται, καὶ ὑπομενοῦσι δὲ αὐτόν, τουτέστιν, ἐκδέξονται τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, καὶ χάριν. καὶ μὴν καὶ ὅτι καὶ εἰσακουσθήσονται παρ' αὐτοῦ, αὐτῷ δηλονότι, καὶ οὐχ ἑτέροις προσάγοντες ἱκετηρίας. τοῦτο δὲ ἦν ἀνατρεφούσης, ὡς ἔφην, τῆς Σιών, καὶ ὁρώσης ἤδη πρὸς τὸ δοκεῖν μὲν ἀποσείεσθαι τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην πλάνησιν, μεταβουλεύεσθαι δὲ τὰ ἀμείνω, καὶ δρᾶν ἑλέσθαι δὲ τὰ χρήσιμα.

Ne gaudeas super me, inimica mea, quia cecidi, & resurgam. Quia si sedero in tenebris, Dominus illuminabit me. Iram Domini sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet ipse causam meam. Et faciet iudicium meum, & educet me in lucem, & videbo iustitiam eius.

Μὴ ἐπίχαιρέ μοι, ἡ ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα, καὶ ἀναστήσομαι. διότι ἐὰν καθίσω ἐν τῷ σκότει, ὁ κύριος φωτιεῖ μοι. ὀργὴν κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου. καὶ ποιήσει τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει εἰς τὸ φῶς, καὶ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.

LXVII. Festiuissimè mihi nunc sermo Sion affictus videtur, aduersus immitem, & insultatricem, & arrogantem ciuitatem, Babylonem scilicet, Iudæorum regionem deuastatam velut irrisione ludentem. Noli, inquit, insultare vt iacenti. Vicisti enim, non quia plus potueris: sed quia Deum offendi, ideo me infirmam, iacentémque euertisti. Aderit tamen tempus, quando resurgam. Tametsi redacta sum in tenebras, [Ligno dicens, Deus meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti,] & super vitulis edidi verbum. Dixi enim, dixi amens, [Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.] Veruntamen ero rursus in lucem, agnoscam Dominum

Hier. 2. — Exod. 32.

Χαριέστατά μοι δοκεῖ διαπεπλάσθαι νῦν τῆς Σιὼν ὁ λόγος, πρὸς τὴν ἀπηνῆ, καὶ ὑβρίστριαν, καὶ ἀλαζόνα πόλιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Βαβυλωνίων, τὴν οἱονεί πως ἐπιτωθάζουσαν ὡς πεπορθημένῃ τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ. μὴ γὰρ ἐπαγάλλου, φησίν, ὡς κειμένῃ· νενίκηκας γάρ, οὐκ αὐτὴ μᾶλλον ὑπερισχύουσα, καταβαλοῦσα δὲ ἀρρωστοῦσαν ἐμὲ τῷ προσκεκρουκέναι Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο κειμένην. ἀλλ' ἥξει καιρός, ὅτε καὶ ἀναστήσομαι, κἂν εἰ γέγονα, φησίν, ἐν σκότει, ὦ ξύλῳ λέγουσα, Θεός μου εἶ σύ, καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐγέννησάς με, καὶ ἐπὶ τοῖς δαμάλεσιν ἀνεῖσα λόγον. ἔφην γὰρ ἔφην ἐξ ἀποπληξίας, οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραήλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἀλλ' οὖν ἔσομαι καὶ εἰς φῶς, ἐπιγνώσομαι τὸν δεσπότην

τὸν σώζοντα, τὸν ἐπίκουρον, τῆς εὐσθενείας τὸν χορηγόν. ἀνέξομαι δὲ τῶν συμβεβηκότων, καὶ ὑποστήσομαι τὰ δεινά, καταχεχράξομαι δὲ οὐδαμῶς, ὡς ἀδικοῦντος Θεοῦ, διακείσομαι δὲ μᾶλλον, ὡς ὀρθὴν ἐπ᾽ ἐμοὶ τὴν ψῆφον ἐνέγκαντος, κἂν εἰ πέπομφεν εἰς αἰχμαλωσίαν. πεπλημμέληκα γάρ, καὶ φέρω τὰ ἐξ ὀργῆς, ἕως ἂν δικαιώσῃ τὴν δίκην μου, τουτέστιν, ἕως ἂν τὴν ἰσοπαλῆ τοῖς πλημμελήμασιν ἐπιμετρήσας κόλασιν, κατοικτείρῃ λοιπόν, καὶ τὴν πάλαι κατεσκοτισμένην τῇ τῆς πλάνης ἀχλύϊ ἀποφήνῃ λαμπράν, διά γε τοῦ γνῶναι τὸν ἀληθῆ, καὶ φύσει Θεόν, οἱονεί πως ἐν φωτὶ καὶ αὐτὴν γενέσθαι παρασκευάσας. καταθαυμάζοιτο δέ, φησίν, εἰκότως, καταδείξας ἐπ᾽ ἐμοὶ τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης τὸ εἰλικρινές. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔξω δίκης πλημμελοῦσαν ἐκόλαζεν, οὕτως ἐν ἴσῳ ποιήσεται λόγῳ, τὸ παθοῦσαν ἤδη, καὶ μεταγινώσκουσαν τῆς φροντίδος ἀξιοῦν· καὶ κατοικτείρειν κειμένην. οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ τῶν πάντων δεσπότης, καὶ τοῖς ἐπιστρέφουσιν εἰς αὐτὸν διανέμει μὲν ἀμελητὶ τὸν ἔλεον, κατευφραίνει δὲ καὶ σφόδρα πλουσίως τοῖς ἐξ ἡμερότητος ἀγαθοῖς, ἀνιεὶς ἀμνησικάκως τὰ πάλαι διεπταισμένα.

Καὶ ὄψεται ἡ ἐχθρά μου, καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνην, λέγουσα πρός με· ποῦ κύριος ὁ Θεός σου; οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπόψονται αὐτήν. νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα, ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς. ἡμέρα ἀλοιφῆς πλίνθου ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

Ηλω μὲν ἥλω τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, καὶ δορύληπτος εἰς Βαβυλῶνα, καὶ Μήδοις ἀπεκομίσθη κατὰ καιροὺς ὁ Ἰσραήλ, οὐκ ἰδίαις δυνάμεσι κατευμεγεθοῦντος αὐτῶν τοῦ κεκρατηκότος, ἀποστρεφομένου δὲ μᾶλλον αὐτὸν ὡς ἡμαρτηκότα τοῦ διασώζοντος Θεοῦ. καὶ δὴ ὑπὸ χεῖρα φέροντος τῶν ἐχθρῶν, διά τε τὸ εἰδώλοις ἀψύχοις ἑλέσθαι προσκυνεῖν, ἀποσείεσθαι δὲ καὶ τὸν πάλαι διὰ Μωσέως ὁρισθέντα νόμον, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς ἀπονεῦσαι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων, οὐδένα τε φαυλότητος τρόπον ἀνεπιτήδευτον ἐᾶν. εἶτα λαβόντες οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν ἀνάπτοντες τὸ νικᾶν, καὶ αὐτῆς τῆς θείας κατεσοβαροῦντο δόξης, ᾤοντό τε κρατήσειν τῆς Ἰουδαίας, κἂν εἰ ἕλοιτο σώζειν αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεός. καὶ λαβόντες ὑπὸ χεῖρα τοὺς ἡμαρτηκότας, δεινοῖς τε, καὶ ἀφορήτοις κατηκίζοντο πόνοις, χαλεπὴν αὐτοῖς ἐπαρτήσαντες τὴν δουλείαν. καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ Ἱερεμίου πρὸς τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀνοσίαν πληθύν, ἤγουν

saluatorem, adiutorem, roboris suppeditatorem. Sustinebo autem casus meos, & mala sufferam, & neutiquam aduersus Deum, vt iniustè me affligentem, clamabo: imò enim verò ita sentiam, iustam in me sententiam tulisse, quamuis abducta sim captiua. Peccaui enim, & pœnam ab irato impositam perfero, [Donec iustificet causam meam,] hoc est, donec æquale peccatis meis supplicium remensus, aliquando misereatur, & iam pridem erroris caligine obtenebratam, lucidam reddat, per cognitionem veri, & natura Dei, in luce quodammodo & ipsa me constituta. Erit autem admirationi meritò, inquit, cum super me iustitiæ suæ sinceritatem patefecerit. Quemadmodum enim peccantem non citra iustitiam puniuit; ita rationi consentaneum est, afflictam iam, & resipiscentem cura dignari, prostratámque miserari. Bonus est igitur Dominus, & ad se conuersis misericordiam sine dilatione impertit, abundantissimoque bonis mansuetudinis suæ exhilarat, olim commissa sic condonans, vt etiam memoriam eorum abiiciat.

Et videbit inimica mea, & operietur confusione, dicens ad me, vbi Dominus Deus tuus? oculi mei videbunt eam. Nunc erit in conculcationem vt lutum in viis. Dies lituræ lateris, deletio tua dies illa.

Capta est, capta Iudæa, & Israel armis subactus, in Babylonem ac Medos olim ductus est, victore non sua ipsius virtute, & potentia superante, sed potius vt peccatis obligatum auersante Saluatore Deo, & quasi manibus hostium subiiciente, quod & idola inanima adorare non reformidasset, & legem olim per Mosen latam repulisset, simpliciterque ad omnia illicita declinasset, nullúmque genus improbitatis inexpertum reliquisset. Deinde Babylonii illis occupatis, suæ ipsorum facultati victoriam attribuebant, & contra Dei gloriam superbè se efferebant, & se Iudæa quanquam Deo rerum vniuersarum ipsam defensante potituros arbitrabantur. Acceptis autem in potestatem peccatoribus, dirè, & intolerandum in modum acerba seruitute multatos vexabant. Proinde alicubi Deus per Hieremiam impiam Assyriorum multitudinem, siue

Babylonem sic affatur. [Ecce ego ad te conuitiatricem.] Quin & de ipsis Israelitis. [Ego dedi eos in manus tuas, tu autem non dedisti eis misericordiam. Senioris iugum aggrauasti vehementer, & dixisti, in æternum dominabor.] Non enim erat misericordia apud eos, non parcebant iuuentuti, non reuerebantur senectutem, non habebant viscera misericordiæ. Quare & ipsi in manus Persarum, & Medorum iure traditi sunt, ducente in eos Cyro, qui Babylonem occupauit. Ac de ipso fortasse Propheta Hieremias loquitur, [Inuadent te, & capieris Babylon, & non cognoscêris. Inuenta es, & capta es, quia Domino restitisti. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.] Vasa iræ vocat deuastatores eius. Contigit ergo capi Babylonem à Cyro, ab eóque Israelitas captiuos dimitti. Quocirca aiunt liberati, [Quia videbit inimica mea, & operietur confusione.] Quando enim videbit humi iacere filios suos, miserabilitérque, & præter opinionem periisse; & quos aliquando subiectos habuit gaudentes, & dimissos, & domum iam currentes, quomodo non summa operietur confusione, tametsi aliquando dixit, vbi est Deus tuus? [Videbo enim eam vt lutum in viis] sub pedes inimicorum proiectam, & conculcatam. Hinc ad ipsam Babylonem ait, [deletio tua dies illa] Pro, tempus illud quo pedibus hostium subiicieris, inquit, Cyro videlicet arrogantem, & maledicam haud secus quàm lutum conculcantê, & permente. Quantum igitur ad historicam intelligentiam horum verborum attinet, sufficienter vtique & commodè disseruimus.

Nihilominus hæc quispiam ad spiritualem quoque Sion, ad Ecclesiam putà accommodauerit, hostium dominantem, & persecutores suos conculcantem, & oppugnatorum suorum imbecillitati illudentem, tametsi nonnunquam superiores, & obtinere victoriam videantur. Frequentissimi quippe, qui dentibus in eam impiè fremunt, & iras acuunt, & omne genus insidiarum componunt: partim Græci inuentis suis stolidis non mediocriter eam vellicantes, & pro impostura idolorum acriter dimicantes: partim sanctis maximè obloquentes hæretici:

πρὸς τὴν Βαβυλῶνα. ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ τὴν ὑβρίστριαν. καὶ μέντοι καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. τοῦ πρεσβυτέρου ἐβάρυνας τὸν ζυγὸν σφόδρα, καὶ εἶπας, εἰς τὸν αἰῶνα ἔσομαι ἄρχουσα. οὐ γὰρ ἦν ἔλεος παρ᾽ ἐκείνοις, οὐδὲ φειδὼ ἡλικίας, οὐ γήρως αἰδὼς, οὐ σπλάγχνων οἰκτιρμοί. δέδονται δὴ οὖν τοιγάρτοι δικαίως εἰς χεῖρας καὶ αὐτοὶ Περσῶν τε, καὶ Μήδων, καταστρατηγοῦντος Κύρου, ὃς εἷλε τὴν Βαβυλῶνα. καὶ περὶ αὐτῆς που τάχα φησὶν ὁ προφήτης Ἱερεμίας. ἐπιθήσονταί σοι, καὶ ἁλώσῃ Βαβυλὼν, καὶ οὐ γνώσῃ. εὑρέθης, καὶ ἐλήφθης, ὅτι τῷ κυρίῳ ἀντέστης. ἤνοιξε κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. σκεύη δέ φησι τῆς ὀργῆς τοὺς πεπορθηκότας αὐτήν. συμβέβηκε τοίνυν ληφθῆναι μὲν ὑπὸ Κύρου τὴν Βαβυλωνίων, ἀνεθῆναι δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραήλ. ταῦτά τοι φασὶν οἱ λελυτρωμένοι, ὅτι ὄψεται ἡ ἐχθρά μου καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνην. ὅταν γὰρ ἴδῃ κείμενα μὲν εἰς τὴν γῆν τὰ ἴδια τέκνα, οἰκτρῶς τε καὶ ἀδοκήτως ἀπολωλότα, τοὺς δὲ ὑπὸ χεῖρα ποτὲ χαίροντάς τε, καὶ ἀνειμένους, οἴκοι τε λοιπὸν ἀποτρέχοντας· πῶς οὐ παντελῶς καὶ πάντως περιβαλεῖται αἰσχύνην, καίτοι λέγουσά ποτε ποῦ κύριος ὁ Θεός σου; ἐπόψομαι γὰρ αὐτὴν ὡς πηλὸν ἐν ὁδοῖς ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν ἐρριμμένην, καὶ πεπατημένην. εἶτα πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος τὴν Βαβυλῶνά φησιν, ἐξαλείψεώς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη. ἀντὶ τοῦ, ὁ καιρὸς καθ᾽ ὃν ἂν γένοιτο, φησὶν, ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν, Κύρου δηλονότι συμπατοῦντός τε, καὶ καταθλίβοντος ἐν ἴσῳ πηλῷ τὴν ἀλαζόνα τε, καὶ ὑβρίστριαν. ὅσον μὲν οὖν ἥκει εἴς γε τὸ χρῆναι νοεῖν τὰ τοιάδε πάλιν ἱστορικῶς, ἀποχρώντως ἡμῖν εὖ μάλα, καὶ εὖ ἔχων ἐκπεποίηται λόγος.

Ἐφαρμόσειε δ᾽ ἂν οὐδὲν ἧττον τις αὐτὰ καὶ τῇ νοητῇ Σιὼν, τουτέστι τῇ ἐκκλησίᾳ κατευμεγεθούσῃ τῶν ἐχθρῶν, καὶ πατούσῃ τοὺς διώκοντας, καὶ τῶν πολεμεῖν εἰωθότων αὐτῇ καταχερτομούσῃ τὸ ἀδρανὲς, κἂν εἰ δοκοῖεν ἔσθ᾽ ὅτε περιγίνεσθαι, καὶ κρατεῖν. πολλοὶ μὲν γὰρ λίαν, οἱ καὶ ὀδόντας αὐτῇ δυσσεβῶς ἐπιτρίζοντες, καὶ ὀργὰς ἐπιθήγοντες, καὶ πᾶν εἶδος συνιστάντες ἐπιβουλῆς. τοῦτο μὲν Ἑλλήνων παῖδες τοῖς σφῶν αὐτῶν ἀσυνέτοις εὑρέμασιν οὐ μετρίως ἐπαγωνιζόμενοι, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης ὑπεραθλοῦντες γενναίως· τοῦτο δὲ καὶ οἱ κατὰ τῶν ἁγίων μάλιστα φωνοῦντες αἱρετικοί·

καὶ ἀγελοιότερόν που τάχα κατὰ τὴν ὀρθὴν φρένα ἠρημένων, ἢ ἔκφρονοι μᾶλλον, οἱ καὶ τὴν πίστιν οὐ προσιέμενοι. διαγυμνάζοντος γὰρ ἔσθ' ὅτε τοὺς ἁγίους τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, καὶ πειρασμοῖς περιπίπτειν πειρῶντος, καὶ οἷά περ ἐν πυρὶ δοκιμάζοντος τοὺς γνησίως προσκυνητάς, ὀφρὺν οἱ δείλαιοι κατ' αὐτῶν αἴρουσι τὴν ἀγέρωχον, μονονουχὶ δὲ πονοῦντας ὁρῶντες, τὸ ποῦ Κύριος ὁ Θεός σου, φληνάφως καταχεχήνασιν. ἀλλ' ἥγε σοφή τε, καὶ πάναγνος, καὶ ἁγία παρθένος, ἡ σπίλον τε, καὶ ῥυτίδα μὴ ἔχουσα, φαίη ἂν εἰκότως, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπιβλέψομαι. ὑπομενῶ ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, καὶ εἰσακούσεταί μου ὁ Θεός μου. καταπεπάτηκε δὲ ἔτι τοὺς ἀνθεστηκότας ὡς πηλὸν ὁδῶν. καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐφησθείεν εἰσάπαν αὐτῇ, κἂν εἰ καταμικρόν πως, οἱ πειράζειν εἰωθότες, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ ἔστιν αὐτῆς ἔρεισμα Χριστὸς κρηπὶς ἀκράδαντος, καὶ διηνεκὴς ἀσφάλεια, σωτήρ τε, καὶ λυτρωτής.

Φαίη δ' ἂν, οἶμαι, που τὸ, μὴ ἐπίχαιρέ μοι ἡ ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα, καὶ ὅσα τούτοις συνήρμοσται, καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ, πλημμελήσασα μὲν, καὶ κατεγνωσμένη, μεταχωροῦσα δέ πως ἐπὶ τὸ χρῆναι μετανοεῖν καὶ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐκδεχομένη τὴν χάριν. ἐρεῖ γὰρ ὡς πρὸς ἐχθρὰν τὴν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν, μὴ ἐπίχαιρέ μοι· πέπτωκα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν παραλύσασα, καὶ τὸν ἐμαυτῆς καθεῖσα νοῦν εἰς φιληδονίας κοσμικάς. ἀλλ' οὐ μακρὰν ἐλπίδος, ὅτι καὶ ἀναστήσομαι. κἂν εἰ γέγονά πως ἐν ἀχλύϊ, καὶ σκότῳ, φῶς καὶ αὐτὴ εὑρήσω Χριστὸν, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος εἰς νοῦν ἀνατείλας λελευκασμένην ἀποφανεῖ. ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ. Εἰ γὰρ καὶ γέγονα, φησὶν, ἐκ προσώπου βραχὺ, δέδομαι δὲ καὶ εἰς νοῦν ἀδόκιμον, ἀλλ' οὖν ἔσομαι σοφή. καὶ παθοῦσα δικαίως τὴν ἀποβολὴν, οἴσομαι τὸ κρίμα, καὶ δὴ καὶ ὀρθῶς γενέσθαι φημί· κεκόλασμαι γὰρ οὐ μάτην. ἐπειδὴ δὲ τὴν πρεπωδεστάτην ἐκτέτικα δίκην, ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. δικαιοσύνη δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τίς ἂν εἴη λοιπὸν, πλὴν ὅτι Χριστός; οὕτω γὰρ ἡμῖν αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀποκαλεῖ, λέγων· ἤγγιζε ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ τὸ ἔλεός μου ἀποκαλυφθῆναι. εἶτα τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης τὴν χάριν, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν καταστροφὴν ἐννοήσασά που, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἡ τοιάδε ψυχὴ, σοφῶς καὶ ἀγχίνως ἀνακεκράξεται, ὄψεται ἡ ἐχθρά μου, καὶ περιβαλεῖται αἰσχύνην, ἡ λέγουσα πρός με.

A & acerbius fortasse iis, qui rectum sensum sequuntur, quam qui fidem non admiserunt. Nam cum Deus omnipotens aliquando sanctos exerceat, & tentationibus eorum periculum faciat, verósque adoratores velut aurum in igne probet, supercilium superbum miseri cōtra eos tollunt. Et labori tantum non succumbere videntes, illud, [vbi est Deus tuus?] fatuè occinunt. Verùm sapiens, & castissima, & sancta virgo, maculam, & rugam non habens, meritò B respondent, [Ego verò in Dominum respiciam, exspectabo in Deo salutari meo, & exaudiet me Deus meus.] Et insuper aduersarios suos vt lutum viarum conculcauerit. Nec gauisuros vllo modo super ea, qui tentare consueuerūt, quanquā aliquo modo minuta fuerit, quo pacto dubitandum est? Fundata est enim supra petram, & est eius firmamentū Christus, basis immobilis, & perpetua securitas, saluator, & redemptor.

Ephes. 5.

Michæ 7.

C Dixerit porrò & illud, opinor, [Ne lætare super me inimica mea, quia cecidi,] & quæ sequuntur, & anima hominis vbi peccauit, & reprehensa ad pœnitentiam transit, salutisque gratiam per Christum exspectat. Ad peccatum, cuius tyrannidem pertulit, tanquam ad inimicum dicet, [Ne lætare super me, cecidi enim,] ab eo, quod gratum est Deo, consensu ac voluntariè discedens, & mentem meam in studium mundanarum voluptatum demittens: Sed à spe resurgendi non longè absum. Et D quamuis in caligine quadam ac tenebris fui, ipsa quoque lumen, Christum nempe, inueniam, & sol iustitiæ in animo meo exortus, candidaram reddet. [Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.] Quanquam enim ad breue tempus à facie illius reiecta, & in sensum reprobum data sum, inquit, attamen ero non stulta, & iustè reiectionem passa, portabo iudicium. Quinimò vt decuit mihi factum autumo: non enim temerè pœnas dedi. Et quia congruentissimam pœnam pertuli, videbo iusti- E tiam eius. At enim quænam Dei & Patris iustitia fuerit nisi Christus? Sic enim Deus Pater illum nobis appellauit, dicens, [Appropinquat enim iustitia mea, vt veniat, & misericordia mea, vt reueletur.] Postea gratiā iustitiæ in Christo, & peccati exitium vbi secum perpēdit, vt decuit, talis anima, sapienter & solerter exclamabit, [Videbit inimica mea, & operietur confusione, quę dicit mihi.

1. Cor. 5.

Esai. 56.

Vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei aspicient ipsam, nunc erit in conculcationem vt lutum in viis. Dies liturae lateris, abolitio tua dies illa.] Postquam enim aduenit Christus, fide iustificas peccatores, obturatum est iniquo illi (peccato nimirum) os, & confusum est, sicut inuentor eius. Et is quidem depulsus est, dominatumque in nos amisit: illud verò vt lutum in viis conculcatum est de cætero, sanctorum pedibus quasi subiectum. Et facta est abolitio eius dies Christi, secundum quam vnumquemque ad se accedentem à veteribus criminibus per sacrum Baptisma purum efficiet, & spiritu ad sanctificationem cõsignabit, & ad filiorum Dei numerum adscribet.

Galat. 3.

Et depellet legitima dies illa. Et vrbes tuæ venient in æqualitatem, & in diuisionem Assyriorum. Et ciuitates tuæ munitæ in diuisionem à Tyro vsque ad flumen, & à mari vsque ad mare, & à monte vsque ad montem. Et erit terra in dissipationem cum habitantibus eam, propter fructus adinuentionum ipsorum.

LXIX.

Interiecta est persona Sionis, siue Hierosolymæ, iam ad pœnitentiam conuersæ, & spem in Deo figentis, & libertatem sibi promittentis, & visuram se confidentis Babylonem conculcari, quæ superbè sibi dixerat, [vbi est Dominus Deus tuus?] Verborum autem propositorum sensum quispiam non interiectis potius, quam paulò antegressis aptauerit, quæ summatim repetemus. Iussit enim ne crederent amicis, neque sperarent in ducibus. Dicebat etiam, ab vxore neglectum iri maritum, & à filio patrem, & filias pudoris erga matrem nullam rationem ducturas, bellicis terroribus huc omnes adigentibus. Vbi enim timor dura patiendi omnes ex æquo occupauerit, ibi planè vnicuique salutis propriæ cura erit potior, aliorum salus, & commoda in postremis. Illo igitur tempore, inquit, siue illa die, qua filii in amore erga patrem, & similiter filiæ erga matrem refrixerint, [depellentur legitima,] hoc est, eius, quod decet, siue officii rationes deinceps infirmæ, & inualidæ erunt. Non enim in schola pater filium, vt naturæ

ποῦ κύριος ὁ Θεός σου; οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπόψονται αὐτήν. νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς. ἡμέρα ἀλοιφῆς πλίνθου, ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη. ἐπειδὴ γὰρ ἐπιδεδήμηκεν ὁ Χριστὸς, δικαιοῦν τῇ πίστει τοὺς ἡμαρτηκότας, ἐμπέφρακται μὲν τῆς ἀνομίας τὸ στόμα. κατῃσχύνθη δὲ ὥσπερ καὶ ὁ ταύτης εὑρετής. καὶ ὁ μὲν ἀπελήλαται, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἀποπέπτωκεν ἀρχῆς, ἡ δὲ ὡς πηλὸς ἐν ὁδοῖς πεπάτηται λοιπὸν, τοῖς τῶν ἁγίων ποσὶν οἱονείπως ὑποτεταγμένη. γέγονε δὲ καὶ αὐτῆς ἐξάλειψις ἡ ἡμέρα Χριστοῦ, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν προσιόντων αὐτῷ καθαρὸν ἀποφαίνει τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ κατασφραγίζει τῷ πνεύματι πρὸς ἁγιασμὸν, καὶ ἐν τέκνοις καταγράφει Θεοῦ.

Καὶ ἀπώσεται νόμιμα ἡ ἡμέρα ἐκείνη. καὶ αἱ πόλεις σου ἥξουσιν εἰς ὁμαλισμὸν, καὶ εἰς διαμερισμὸν Ἀσσυρίων, καὶ αἱ πόλεις σου αἱ ὀχυραὶ εἰς διαμερισμὸν, ἀπὸ Τύρου ἕως τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ὄρους ἕως τοῦ ὄρους. καὶ ἔσται ἡ γῆ εἰς ἀφανισμὸν μετὰ τῶν κατοικούντων αὐτήν, ἀπὸ καρπῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν.

Διὰ μέσου τέθειται τὸ τῆς Σιὼν πρόσωπον, ἤγουν τῆς Ἱερουσαλὴμ τετραμμένης ἤδη πως πρὸς μετάγνωσιν, καὶ τὴν ἐλπίδα θεμένης ἐπὶ Θεῷ, διαπειθομένης τε ὅτι καὶ λυτρωθήσεται, καὶ πατουμένην ἐπόψεται τὴν Βαβυλῶνα, καὶ λέγουσαν ἐξ ὑπεροψίας αὐτῇ, ποῦ κύριος ὁ Θεός σου; τὴν δέ γε τῶν προκειμένων διάνοιαν ἐφαρμόσαι τις ἂν οὐχὶ τοῖς διὰ μέσου μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς ὄπισθεν βραχύ, ποῖα δὲ ἦν ἄρα ταυτί, δι' ὀλίγων ὑπομνήσομεθα. μὴ γὰρ δὴ χρῆναι πιστεύειν αὐτοὺς ἐν φίλοις, μήτε μὴν ἐλπίζειν ἐπὶ ἡγουμένοις προσέταττεν. ἐδήλου δὲ, ὅτι καὶ γυναῖκα μὲν ὀλιγωρήσει πρὸς ἄνδρα, καὶ πατρὸς ἀλογήσει τέκνον, καὶ τῆς εἰς μητέρας αἰδοῦς ἀφειδήσουσι θυγατέρες, καλούντων εἰς τοῦτο τῶν ἐκ τοῦ πολέμου δειμάτων. ἔνθα γὰρ ὁ τοῦ παθεῖν φόβος κατὰ πάντων ἐν ἴσῳ φαίνοιτο τρέχων, ἐκεῖ δή που πάντως ἑκάστῳ φροντὶς ἡ προυργιαιτέρα τῆς οἰκείας ἔσται ζωῆς, τὸ ἑτέρου πάντως καταμεμελημένης. κατ' ἐκεῖνο δὴ οὖν φησὶ τοῦ καιροῦ, ἤγουν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἂν ῥάθυμοι γένοιντο τῆς περὶ πατέρα φιλοστοργίας υἱοὶ, θυγατέρες δὲ αὖ τῆς περὶ μητέρας, ἀπωσθήσονται τὰ νόμιμα, τουτέστιν, ἀποίησει λοιπὸν καὶ ὁ τοῦ πρέποντος. οὐ γὰρ ἐν σχολῇ μὲν αἰκίσεται πατὴρ τὸν υἱὸν ὡς ἠμεληκότα φύσεως

νόμον, οὔτε μὴν τοῖς ἐκ τοῦ καθήκοντος ἐπιτιμίοις ὑποθήσει θυγατέρα μήτηρ λελυπημένη, φροντίδος ἑτέρας ἐπηρτημένης, μᾶλλον δὲ ὀλέθρου, καὶ τῶν εἰς ἄκρον κακῶν. ἐκχεῖσονται γὰρ εἰς ἐρήμωσιν αἱ πόλεις, καὶ εἰς διαμερισμὸν, καὶ καταστροφήν. οἱ μὲν γὰρ ἐκείνης, οἱ δὲ τῆς γείτονος, ἕτεροι δὲ τῆς ὁμόρου καταστρατεύσονται, καὶ ἁπάσης καταδραμοῦνται τῆς γῆς ἐξ ἀνατολῶν εἰς ὄρος, ἐξ ἠοῦς εἰς δύσιν, ἐκ βορέου πρὸς νότον, ὡς μέχρι περάτων ἅπασαν αὐτοὺς καταδῃοῦν τὴν γῆν, ἀπὸ Τύρου ἕως ποταμοῦ, καὶ ἐξ ὄρους εἰς ὄρος. εἰκὸς δὲ δὴ πάλιν νόμιμον λέγειν ἐν τούτοις τὰς ἐν ἔθει τεθειμένας τοῖς τῶν εἰδώλων τελουμένοις ἑορτὰς, ἤγουν τὰς θυσίας. ἀνῃρημένων γὰρ αὐτῶν τῶν πόλεων, οἴκων τε, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἁπάντων διηρπασμένων, τίς ὁ πληρώσων ἔτι τὰ νενομισμένα, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων ἕδεσι, καὶ ναοῖς προσκομιῶν τὸ σέβας;

Ἴοι δ' ἂν ὁ λόγος, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἐπ' αὐτοὺς εἴπερ ἕλοιτό τις τοὺς ἑτερόφρονας, καὶ δοκησισόφους, καὶ τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα διαστρέφοντας. ἥλω γὰρ ἡ πόλις, καὶ εἰς διαμερισμὸν γεγόνασι τοῖς ἐχθροῖς (δῆλον δὲ ὅτι τοῖς κοσμοκράτορσι τοῦ αἰῶνος τούτου) καὶ μερίδες γεγόνασιν ἀλωπέκων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, μερισάμενοι δὲ τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν καταῤῥησιν. συμβέβηκε δὲ ταυτὶ καὶ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, ὅτι τὸν Ἐμμανουὴλ ἀνοσίως περιυβρίσαντες, ἐκβεβλήκασι μὲν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, σταυρῷ δὲ παραδεδώκασι, καίτοι λέγοντες, καὶ ἐπεγνωκότες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος. τοιγάρτοι πεπόρθηνται, καὶ ἀκλεῶς διαλώλασιν, οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἐκ καρπῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. δέον γὰρ ἄγασθαι τὸν δημιουργὸν, τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δέδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων. οἱ δὲ πρὸς ἀλαζονείας ἀπεκτόνασι τὸν δεσπότην, ἀνταποδιδόντες αὐτῷ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ πᾶν εἶδος δυσσεβείας ἀνοσίως ἐπιτηδεύοντας. ἀκουέτωσαν δὴ οὖν, πορεύεσθε ἐν τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ ἐν τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε, καὶ μὴν καὶ τὸ, ἔδεσθαι τοὺς καρποὺς τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων.

Ποίμαινε λαόν σου, ἐν ῥάβδῳ φυλὰς σου, πρόβατα κληρονομίας σου κατασκηνοῦντας καθ' ἑαυτοὺς δρυμὸν ἐν μέσῳ τοῦ Καρμήλου, νεμήσονται τὴν Βασανῖτιν, καὶ τὴν Γαλααδῖτιν, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, καὶ κατὰ

leges violantem accusabit: neque mater offensa decenti mulctæ filiam subiiciet, alia cura, imò verò pernicie, & extremis malis incumbentibus. Abibunt enim in solitudinẽ vrbes, & in diuisionem, & euersionem. Alii namque hanc, alii vicinam, alii confinem armis inuadent, & vniuersam regionem incursabunt, à finibus ad finem, ex Oriente ad Occidentem, ab Aquilone ad Austrum, vt vsque ad extimas terrarum oras omnia depopulentur. [A Tyro vsque ad fluuium, & à monte ad montẽ.] Præterea non alienum est dicere, hic legitima appellari consuetos dies festos, idolorum fanis institutos, siue sacrificia. Vrbibus enim eorum euersis, domibúsque, & omni earũ instrumento direptis, quis iam lege sancita præstaturus, & idolorum delubris, ac templis venerationem adhibiturus esset?

Ac si cui libuerit, hæc verba aptissimè conuertere ad eos quoque poterit, qui de religione secus sentiunt, & qui sunt sua opinione, ac iudicio sapientes, & recta Ecclesiæ dogmata peruertũt. Capta est enim vrbs, & in diuisionem hostibus facti sunt (vtique principibus mundi sæculi huius) & partes vulpium euaserunt, vt scriptura habet, diuisim habẽtes impietatem, & maledictionem veritatis. Eadem Iudæorum populis acciderunt, quoniam Emmanuelem per impietatẽ indignissimè vexatũ è vinea, iuxta scripturã, eiecerunt, & in crucẽ sustulerunt, tametsi agnoscerent, ac dicerent, ipsum hæredẽ esse. Quocirca non alia de causa, nisi ex fructibus, adinuentionẽ ipsorum vastitatẽ pertulerunt, & cum ignominia disperierunt. Nam cum opificem propter charitatem qua mundum est prosecutus, admirari oporteret, [Quoniam filium suum vnigenitum dedit, vt omnis, qui credit in eũ, non pereat, sed habeat vitam æternam,] nihilo minus faciebant. Quin ex superbia Dominum occiderunt, mala illi pro bonis retribuentes, sicut scriptum est, & omne genus impietatis scelerate vsurpantes. Audiant igitur, [Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis.] Et illud quoque, [Fructum adinuentionum suarum comedent.]

Pasce populum tuum, in virga tribus tuas, oues hæreditatis tuæ habitantes per semetipsos saltum in medio Carmeli. Pascentur Basanitin & Galaaditin, sicut dies sæculi, & secundùm

Psal.62. Matt.21. Ioan.3. Psal.34. Esai.50. Esai.3.

dies egressionis tuæ ex Ægypto videbitis mirabilia.

LXX. Rursum interpositis quadrat sermo, & ad benignitatem inclinat, spe bonorum, quæ in Christo intelliguntur, ad meliora hortans, & ad vitæ probitatem complectendam percommodè traducens. Tristium namque prædictione, ad desidiam faciles mirificè turbauit: sed ad exhilarandum quiddam aptissimum interserens, rursum eos recreat, vt ne desperantes, qui sunt admoniti, citra conuersionem, & effrænate per prærupta ferantur. Scriptum est enim, [peccator cum in profundum venerit, contemnit.] Introducta est igitur persona ipsius Dei & Patris dicens Filio, [Pasce populum tuum, in virga tribus tuas, oues hæreditatis tuæ.] Aut certè persona Prophetica ipsum Emmanuelem quodammodo compellat, pascendum in virga populum Iudaicum, siue sortem. Populus autem Christi, atque etiam oues, intelligi queunt, tum qui ex circumcisione crediderunt; tum qui de ethnicorum multitudine ad sanctificationem vocati sunt. Nam hosce duos populos in vnum hominem nouum condidit, faciens pacem, & ambos per corpus suum ad vnionem spiritualem reconcilians. Quare Christus ipse circumcisis aiebat. [Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnus grex, & vnus pastor.] Populus itaque Christi, tribus, & oues, & hæreditas, non qui ex operibus legis, sed per fidem potius iustificati. Illi enim sub maledicto erant, iuxta vocem B. Pauli: ast hi apud semetipsos verè dixerint, [Benedicti nos Domino, qui fecit cælum & terram. Deus Dominus, & illuxit nobis.] Pascit autem suos in virga Christus, non ferrea virga eos percutiens, [& tanquam vas figuli confringens,] vt ait Psalmista: sed conuertens eos in mansuetudine, & velut pastor bonus mediocribus terroribus fidelium ad socordiam propensiones compescens (sic enim alicubi Dominus omnium, tanquam in persona Dauid sermonem super filio suo effingens. [Si dereliquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga

Prou. 18.

Ioan. 10.

Galat. 3.

Galat. 3. Psal. 113. & 117.

Psal. 2.

Psal. 88.

A τὰς ἡμέρας ἐξοδίας σου ἐξ Αἰγύπτου ὄψεσθε θαυμαστά.

Ἐφήρμοσται πάλιν τοῖς διὰ μέσου κειμένοις ὁ λόγος, καὶ μεταβαίνει πρὸς τὸ χρηστόν, τῇ τῶν ἐν Χριστῷ νοουμένων ἀγαθῶν ἐλπίδι, προτρέπων ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ μεταθεὶς εὖ μάλα πρὸς τὸ ἑλέσθαι βιοῦν ὀρθῶς. τεθορύβηκε μὲν γὰρ οὐ μετρίως τῇ προαγορεύσει τῶν σκυθρωπῶν τοὺς εὐκόλως ἰόντας ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν, ἀνακτᾶται δὲ αὖ, τὸ κατευφραίνειν εἰδὸς εὖ μάλα ἐπενθείς, ὡς
B ἂν μὴ ἀπογνώσκοντες οἱ πρὸς οὓς ὁ τῆς νουθεσίας πεποίηται λόγος, φέροιντο κατὰ κρημνῶν, ἀμεταστρεπτί τε, καὶ ἀχαλίνως. γέγραπται γάρ, ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ. εἰσκεκόμισται τοίνυν τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, λέγοντος τῷ υἱῷ· ποίμαινε λαόν σου, ἐν ῥάβδῳ φυλάς σου, πρόβατα κληρονομίας σου. ἤγουν πάλιν τὸ πρόσωπον ἡμῖν τὸ προφητικὸν αὐτὸν τρόπον τινὰ διακεκραγὸς τῷ Ἐμμανουήλ, ὅτι χρὴ
C ποιμαίνειν ἐν ῥάβδῳ τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν ἢ κλῆρον. λαὸς δὲ Χριστοῦ, καὶ μέντοι καὶ πρόβατα νοηθεῖεν ἂν οἵ τε ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντες· καὶ οἱ κεκλημένοι πρὸς τὸν ἁγιασμὸν ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος. ἔκτισε γὰρ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην καὶ ἀποκαταλλάξειν ἀμφοτέρους διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ πρὸς ἕνωσιν τὴν πνευματικήν. καὶ γοῦν ἔφασκεν αὐτὸς ὁ Χριστός. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω (πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς δηλονότι) κἀκεῖνα δεῖ με ἀγαγεῖν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. λαὸς οὖν ἄρα Χρι-
D στοῦ, φυλή τε, καὶ πρόβατα, καὶ κληρονομία οἱ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, δεδικαιωμένοι δὲ μᾶλλον διὰ τῆς πίστεως. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ κατάραν ἦσαν, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· οἱ δὲ φαῖεν ἂν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἀληθεύοντες, εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν. Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. καταποιμαίνει δὲ τοὺς ἰδίους ἐν ῥάβδῳ Χριστός, οὐκ ἐν σιδηρᾷ καταπλήττων, καὶ ὡς σκεῦος κεραμέως συντρί-
E βων, κατὰ τὴν τοῦ ψαλμῳδοῦ φωνήν, ἀλλ᾽ ἐπιστρέφων ἐν ἠπιότητι, καὶ οἷα ποιμὴν ἀγαθός, μετρίοις ἀνακόπτων δείμασι τὰς ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον ὁρμὰς τῶν πεπιστευκότων· οὕτω γάρ που φησὶν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὡς ἐν προσώπῳ Δαβίδ, τὸν ἐφ᾽ υἱῷ διαπλάττων λόγον. ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ ἐν τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν· ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ

τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. Ἐκείνου συντρίβει μὲν, ὥσπερ ῥάβδῳ καταπαίων τῇ σιδηρᾷ, τὸν ἐξιώνιον, ἀπειθῆ τε καὶ ἀλαζόνα, τὸν τὴν πίστιν οὐ προσιέμενον· παιδαγωγεῖ δὲ χρηστῶς τοὺς πεπιστευκότας, καὶ καταβόσκει μὲν ἐν κρίνοις, ἀποφέρει δὲ καὶ ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, δῆλον δὲ ὅτι τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καθιστὰς ἐναργῆ διὰ τοῦ πνεύματος τοῖς νουνεχεστέροις τὰ ἐν αὐτῇ κεκρυμμένα, ἵνα πρὸς ἄνδρα τέλειον ἀναβαίνωσι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, λιπαρὰν ἔχοντες, καὶ εὖ τρεφομένην τὴν φρένα, καὶ ταῖς νοηταῖς ἐναγαλλομένην τρυφαῖς. κατασκηνοῦσι μὲν δὲ κατὰ μόνας οἱ ἀπόλεκτοι, καὶ ἐκκεκριμένοι, καὶ τῶν ἄλλων ἀποφοιτήσαντες, οἳ μόνα φρονοῦσι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν τῶν προσκαίρων ἐκτετιμήκασι κτῆσιν, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ἐνδιδόμενοι, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων οὐ μετρίως ἀπονενεύκασιν. Οὐκοῦν ἠρεμαῖον ἔχοντες τὸν νοῦν, καὶ τύρβας αὐτὸν τῆς εἰκαίας, καὶ βδελυρᾶς ἀπαλλάττοντες, ἔξω που τεθείμεθα, σεπτήν τε, καὶ ἀξιάγαστον διαζῶμεν ζωήν, καὶ κατὰ μόνας ἐσμέν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Προφήτης Ἱερεμίας. ἔφη γάρ, ὅτι κύριε παντοκράτωρ, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου· κατὰ μόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. κατοικοῦμεν δὲ οἱ καταμόνας οἷάπερ ἐν δρυμῷ, καὶ ἐν ὄρει. καὶ δρυμὸν μὲν νοήσεις εὔξυλόν τε, καὶ εὐανθῆ τὴν διαφυᾶ παίδευσιν, ἠθικήν τε φημὶ καὶ δογματικήν, ὄρος δὲ τὸ ἐν αὐτῇ ὑψοῦν τε, καὶ αἰρόμενον. χθαμαλὸν γὰρ οὐδὲν τῶν παρ' ἡμῖν φιλοσοφουμένων, καὶ σπουδῆς ἀξιουμένων ἐν ἐκκλησίᾳ. ὅτι δὲ πίωνε, καὶ εὔβοτος ἡ τοιάδε νομή, κατασημαίνει πάλιν ὡς ἐκ παχυτέρων παραδειγμάτων, νεμηθήσεσθαι λέγων τοὺς ὑπὸ Χριστοῦ παιδαγωγουμένους τήν τε Βασανῖτιν, καὶ τὴν Γαλααδῖτιν. χωρία δὲ ταῦτα πλείστην ὅσην, καὶ ἀμφιλαφῆ τοῖς θρέμμασιν ἀναβρύοντα νομήν, καὶ ποικίλῃ πόᾳ πλουσίως κατεστεμμένα. ἀπὸ δὴ τῶν σωματικῶν, καὶ ὡς ἐν αἰσθήσει κειμένων ἀναθρώσκοντες σαφῶς ἐπὶ τὰ πνευματικά, καὶ τὴν ἔσω τε καὶ κεκρυμμένην θεωρίαν ἐννοῶμεν, ὅτι τοῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἐντρυφῶν θεωρήμασιν ἐναβρύνεται μὲν τῶν ἁγίων νοῦς, πιμελῆς δὲ ὥσπερ τινὸς ἀναπίμπλαται, πρακτικῆς, ὡς ἔφην, καὶ θεωρητικῆς ἀρετῆς ἀφθόνως μεταλαχών, οὐκ εἰς χρόνον τινὰ βραχύν, καὶ συνεσταλμένον, ἀλλ' ὡς ὁ Προφήτης φησί, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν,

A iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autẽ meam non dispergam ab eis.] Conterit igitur, quasi ferrea virga percutiens, rebellem, incredulum & arrogantem, & fidem respuentem: instituit autem fideles benignè, & pascit in liliis, & abducit eos in pascua bona, & in locum pinguem, à Deo inspiratæ scripturæ nimirum sine controuersia, abscõdita & occulta illius per spiritum prudentioribus manifesta B faciens, [vt in virum perfectũ euadant, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi,] mentem opimam, & bene nutritam, & intellectualibus deliciis gaudentem habentes. Habitant autem separatim segregati, & electi, & digressi ab aliis, qui sola terrena sapiunt, & possessionem temporalium magnifaciunt, & carnis voluptatibus indulgentes ad quiduis infandum nõ mediocriter propendent. Quamobrem tranquillum possidentes animum, & turbis vanis atque abominandis eum liberantes, extra C alios constituimus, venerandamque, & admiratione dignam vitam agitamus, & seorsum sumus, sicut nimirum & Propheta Hieremias, ait enim: [Domine omnipotens, non sedi in concilio eorum ludentium, sed timui à facie manus tuæ: seorsum sedebam, quia amaritudine repletus sum.] Habitamus autem nos solitarii, quasi in saltu, & monte. Ac saltum quidem abundantem ligno, & bene florentem geminam institutionem, moralẽ, inquam, & dogmaticam D intelliges: montem verò quodammodo, quod in eo excelsum, & sublime est. Nihil enim eorũ quæ nos philosophamur, & quibus in Ecclesia studetur, humile ac depressum est. Pinguia autem, pascendo pecori idonea esse hæc pascua, rursum exemplis rudioribus indicat, depasturos dicens in Christo eruditos Basanitin, & Galaaditin. Locorum nomina sunt, plurimam & latam pabuli copiam pecudibus subministrantium, & varietate herbarnm vndiquaque ab- E undantium. A corporalibus igitur, & in sensus incurrentibus perspicuè ad spiritualia emicantes, quod intus latet consideremus. Nam in diuinæ Scripturæ contemplationibus delicias habens sanctorum mens nitescit, & quasi pinguedine quadã repletur, in actione, & contemplatione positas virtutes, vt dixi, affluenter vicissim sortita, non ad breue quoddã, & angustũ tempus, sed vt Propheta dicit, [sicut dies seculi,] hoc est, ad

Ephes. 4.

Philip. 1.

ad longum, & infinitum. Nam quæ carni bladiuntur, cum tempore cadunt, & flaccefcunt, & inſtar vmbrarum prætereuntia, non multo poſt in arctum rediguntur: cæleſtium autem, & ſpiritualium bonorum participatio longis ſæculis exæquatur: quorũ poſſeſſio amitti nunquam poteſt. Addit, [videbitis mirabilia ſecundum dies egreſſus tui de terra Ægypti.] Seruitute Iſraelem liberans vniuerſorum Deus, diuerſis ſupplicus eos opprimere volentes, & luto ac laterum operis vexantes exagitauit. Sic nos qui credidimus de manu diaboli liberauit, vt ipſe ait, & eiecit principem mundi huius. Et quemadmodũ Pharao cum copiis ſuis ſummerſus eſt ac periit; ita rurſum Satanas cum immundis ſuis ſpiritibus tantũ non ſummerſus eſt, in foueas caliginis, hoc eſt, in tartarũ proiectus. Et ſicut Iſraelitæ in Moſe quidẽ, ſed in mari, & nube baptizabantur; ita & nos in Chriſto baptizati ſumus. Et hæc eſt nubes, ſub intelligentiã cadens, quæ quaſi quibuſdam pluuiis mundum vniuerſum Euãgelicis prædicationibus irrigat. Et quemadmodum illis copiam aquarum in ſolitudine demittit: ita & nobis ſeipſum prębet in alimoniam [panis viuus, qui de cælo deſcẽdit, & dat vitam mundo.] Et illi quidem in terram aſpectabilem introducebãtur: nos autẽ ſupernam ciuitatẽ, cœleſtem Hieruſalẽ in hæreditatem accipimus, Eccleſiam primogenitorum. Et hanc eſſe terram affirmat Saluator, quã & Patribus promiſit. Quare tanquam ex ſimilitudine olim geſtorum in Iſrael, eorum quę per Chriſtum in nobis recte geſta ſunt virtutem aperte diſces. Quoniam autem quod ad perfectionẽ audiẽtium faciat, vndique nos ſuppeditare oportet, age & alia via incedentes, à nominum interpretatione principium ſumentes dicamus. Carmelus circumciſionis agnitio redditur. Baſanitis, confuſio. Galaaditis mutatio teſtamenti. Habet ſanè ſummam probabilitatem oratio. Erimus igitur Chriſti paſcentis in agnitione circumciſionis, quæ ſcilicet ſpiritu intelligitur. Circumciſi enim ſumus nos circumciſione nõ manufacta, & qui in occulto eſt Iudæũ circumferimus, qui Iſraelis ſecundum carnem ſenſibilẽ duntaxat, & quæ litera cõtinetur, neutiquã circumciſionem ſpiritus in corde habet. Hęc enim eſt vera circumciſio, quę ipſam ſuſcipiẽtes Deo notos facit. Quocirca & Propheticus ſermo nobis dice-

Ioan. 12. — Exod. 14. — 1. Cor. 10. — Ioan. 6. — Matt. 5.

A εἰς μακρὸν, καὶ ἀπέραντον. Τὰ τε γὰρ εὐφραίνοντα τὴν σάρκα σὺν αὐτοῖς πίπτει, καὶ μαραίνεται, καὶ ἐν ἴσῳ σκιαῖς παρατρέχοντα, μετὰ βραχὺ συστέλλεται. τῶν δὲ ἄνωθεν, καὶ πνευματικῶν ἀγαθῶν ἡ μέθεξις μακροῖς αἰῶσι συνεκτείνεται· ἀναπόβλητος γὰρ τῶν τοιούτων ἡ κτῆσις. ἔφη δὲ, ὅτι ὄψεσθε θαυμαστὰ κατὰ τὰς ἡμέρας ἐξόδου σου ἐκ γῆς Αἰγύπτου. δουλείας ἀπαλλάττων τὸν Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διαφόροις κολάσεσι κατῄκιζε τοὺς ἐθέλοντας πλεονεκτεῖν, πηλῷ τε αὐτὸν, καὶ πλινθείᾳ καταπιέζοντας. οὕτω δὲ ὑμᾶς τοὺς πεπιστευκότας τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς, ὡς αὐτός φησι, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ὥσπερ ὁ Φαραὼ κατεποντίζετο, καὶ ἀπόλωλεν ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς· οὕτω πάλιν ὁ Σατανᾶς ὁμοῦ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι μονονουχὶ γέγονεν ὑποβρύχιος, σειραῖς ζόφου ταρταρωμένος. καὶ ὥσπερ ὁ Ἰσραὴλ εἰς Μωσέα μὲν, πλὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ νεφέλῃ ἐβαπτίζοντο· οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν βεβαπτίσμεθα. ἔστι τε ἔστιν ἡ νοητὴ νεφέλη, ἡ τὴν ὑφ᾽ ἥλιον καταρδεύουσα, καθάπερ τισὶν ὑετοῖς, τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι. καὶ ὥσπερ ἐκείνοις κατῆγε τὸ νᾶμα κατὰ τὴν ἔρημον· οὕτω καὶ ἡμῖν ἑαυτὸν δίδωσιν εἰς τροφὴν ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ εἰσεκομίζοντο μὲν εἰς γῆν ἐκεῖνοι τὴν αἰσθητήν· ἡμεῖς δὲ τὴν ἄνω κατακληρονομοῦμεν πόλιν, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, τὴν πρωτοτόκων ἐκκλησίαν, καὶ ταύτην εἶναι τὴν γῆν φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἣν καὶ τοῖς πατράσιν ἐπηγγείλατο. ἐκ τοίνυν ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν πάλαι γεγενημένων ἐπὶ τῷ Ἰσραὴλ μαθήσῃ σαφῶς τὴν διὰ Χριστοῦ κατορθωμένων ἐν ἡμῖν τὴν δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ ἀκροωμένοις τὸ τελεῖν εἰς ὄνησιν, πάντοθεν ἡμᾶς ἐκποιεῖσθαι ἀναγκαῖον, φέρε καὶ ἑτέραν ἰόντες ὁδὸν, ἀπὸ τῆς ὀνομάτων ἑρμηνείας ἀρχὴν ἑλόντες λέγωμεν. Κάρμηλος μὲν γὰρ περιτομῆς ἐπίγνωσις ἑρμηνεύεται. αἰσχύνη δὲ Βασανῖτις, Γαλααδῖτις σημαίνει διαθήκης μετάθεσις. ἔχει δὲ λίαν ἔν γε δὴ τούτοις μάλιστα τὸ πιθανὸν ὁ λόγος. ἐσόμεθα τοίνυν Χριστοῦ ποιμαίνοντος, ἐν ἐπιγνώσει περιτομῆς, δηλονότι τῆς ἐν πνεύματι νοουμένης. περιτετμήμεθα γὰρ ἡμεῖς ἀχειροποιήτῳ περιτομῇ, καὶ τὸν ἐν τῷ κρυπτῷ περιφέρομεν Ἰουδαῖον, οὐ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ τὴν αἰσθητὴν ἔχοντος μόνην, καὶ τὴν ἐν γράμματι, καὶ οὐχὶ δὲ πάντως τὴν ἐν καρδίᾳ διὰ τοῦ πνεύματος. αὕτη γὰρ ἡ ἀληθὴς περιτομὴ, καὶ Θεῷ γνωρίμους ἀποτελεῖ τοὺς δεξαμένους αὐτήν. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε προφητικῶς ἡμῖν ὁ λόγος.

περιτμήθητε τῷ Θεῷ, καὶ περιτέμεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ. ἐν Καρμήλῳ δὲ συνεσόμεθα διαποιμαίνοντος τοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν, ἐν ἐπιγνώσει περιτομῆς, ἐσόμεθα δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν Βασανίτιδι, τουτέστιν, ἐν τροπῇ, καὶ αἰσχύνῃ, οὐκ ἐλεγχόμενοι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὅτι πεπλημμελήκαμεν, ταύτῃτοι μεταγινώσκοντες, καὶ ἐν αἰσθήσει λοιπὸν τῶν ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτημένων ἐρχόμενοι. σωτηρίας δὲ τὸ χρῆμα ὁδός. ἀναισθησίας γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀπόδειξις ἐναργής, τὸ οἷον σκληρᾷ τε, καὶ ἀναισχύντῳ καρδίᾳ διαβιοῦν ἑλέσθαι τινάς, καὶ ἥκιστα μὲν τοῖς ἰδίοις πταίσμασιν ἐπερυθριᾶν· κεῖσθαι δὲ τάχα που καὶ ἐν ἀγνοίᾳ τῶν ἡμαρτημένων. οὐκοῦν οἱ ἐν ἐπιγνώσει περιτομῆς τῆς νοητῆς τε, καὶ θείας, ἐπερυθριάσουσι μὲν τοῖς ἰδίοις πταίσμασιν, ἐν αἰσθήσει δὲ τοῦ πεφυκότος ἀδικεῖν γενόμενοι, πάντως που μεταφοιτήσουσιν ἐπὶ τὸ σφισὶν αὖθις ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον. ἔσονται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἐν τῇ Γαλααδίτιδι, τουτέστιν, ἐν μεταστάσει νομοθεσίας, ἤγουν διαθήκης. πολιτευσόμεθα γὰρ ὑπὸ Χριστῷ γεγονότες, νομικῶς μὲν οὐκέτι, ζήσομεν δὲ μᾶλλον εὐαγγελικῶς, καὶ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος παχύτητα παρατρέποντες, τὴν πνευματικὴν λατρείαν ἐπιτελέσομεν τῷ Θεῷ, καὶ πρὸς τὸ ἀσυγκρίτως ἄμεινον μεθιστάμενοι, ἀλλαξόμεθα τῶν τύπων τὴν ἀλήθειαν.

Ὄψονται ἔθνη, καὶ καταισχυνθήσονται ἐκ πάσης τῆς ἰσχύος αὐτῶν. ἐπιθήσουσι χεῖρας ἐπὶ τὸ στόμα αὐτῶν. τὰ ὦτα αὐτῶν ἀποκωφωθήσεται. λείξουσι χοῦν ὡς ὄφεις, σύροντες γῆν. συγχυθήσονται ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν.

Ἔθνη φησὶν ἐν τούτοις τὰς βδελυράς τε, καὶ ἀκαθάρτους τῶν δαιμόνων ἀγέλας, αἳ πάντη τε, καὶ πάντως ἐπειδὰν ἴδωσι τοὺς ἐν Χριστῷ καλουμένους εἰς δικαίωσιν, εἰς ἁγιασμόν, εἰς ἀπολύτρωσιν, εἰς υἱοθεσίαν, εἰς ἀφθαρσίαν, εἰς δόξαν, εἰς ἀνειμένην τε, καὶ ἐλευθέραν ζωήν, τότε δὴ τότε καταισχυνθήσονται, τῆς κατ' αὐτῶν δυναστείας ἐξωθούμενοι καὶ τὴν ἰδίαν ἰσχὺν διαπίπτουσαν, καὶ ἀτονοῦσαν βλέποντες. δέδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. κείσονται δὴ οὖν ὑπὸ πόδας τῶν πεπιστευκότων, οἱ πάλαι νενικηκότες, κατερρωγηκότες τὸ αἴδηκι, καὶ ἀπονευρωμένοι διὰ Χριστοῦ. καὶ τὰς μὲν χεῖρας ἐπιθήσουσι τῷ στόματι, καταγορεύειν οὐκέτι τῶν ἡμαρτηκότων συγχωρούμενοι. Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων;

bat. [Circumcidamini Deo, & circumcidetis duritiam cordis vestri, viri Iuda, & qui habitatis Hierusalem.] In Carmelo igitur erimus Christo pascente, hoc est, in agnitione circumcisionis. Erimus autem nihilominus in Basanitide, hoc est, in confusione & infamia, non ex reprehensione propter peccatum: sed quia peccauimus, ideo pœnitentes, & de cætero ex ignorantia admissorum sensum habentes. Ea res ad salutem via est. Stuporis enim extremi manifestum argumentum, tanquam indurato. & impudenti corde quosdam statuisse viuere, suisque lapsibus minime erubescere: quin etiam fortè in ignorantia peccatorum suorum iacere. Igitur qui circumcisionem spiritualem, ac diuinam agnoscunt, super suis delictis erubescunt, & cognoscentes quid obesse soleat, omnino id quod sibi maximè conuenit, transibunt. Erunt porrò hi etiam in Galaaditide, hoc est, in translatione legislationis, siue testamenti. Vitam enim ducemus sub Christo, non quidem amplius vt ex lege, sed potius vt ex Euangelio, & crassitiem è litera prætereuntes, spiritualem cultum Deo præstabimus, & ad infinitis partibus meliora translati, typos cum veritate mutabimus.

Hier. 4.

Videbunt gentes, & confundentur in omni fortitudine sua. Imponent manus super os suum. Aures eorũ obsurdescent. Lingent puluerem sicut serpentes, trahentes terram. Turbabuntur in clausura sua.

LXXI.

Gentes in his, abominandos, & immundos dæmonum greges intelligit, qui cum viderint in Christo vocatos in iustificationem, in sanctimoniam, in redemptionem, in adoptionem filiorum, in incorruptionem, in vitam non duram, & liberam, ii tunc penitus confundentur, tyrannide in ipsos exuti, & vires suas extenuatas euanuisse intuentes. Dedit enim nobis Dominus noster Iesus Christus [calcare supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.] Iacebunt igitur sub pedibus credentium, qui olim vicerunt, ignauia languidi, & per Christum fracti. Et manus quidem ori imponent, non amplius permissi accusare eos qui peccauerunt. [Deus enim est, qui iustificat, quis est qui cõdemnet?

Luc. 10.

Rom. 8.

vt scriptum est. Ait item alicubi beatus Dauid, [Omnis iniquitas oppilabit os suum.] Tacebunt igitur etiam inuiti, inquit, qui sunt incitati ad criminãdum, & tanquam cum tonitru deiecti, re mirifica propter nos facta videlicet, obsurdescent. Nam quod in nobis patratum est, auditu longè latéque increbuit, & est velut magnus reuera, & eximius valde sonus: siquidem verum est, quod cum adhuc [peccatores essemus, secundum tempus Christus pro impiis mortuus est:] vt qui olim grauibus, & inexpiabilibus delictis inuoluti eramus, nũc simus sanctificati. [Et non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos;] sed misericordia, & gratia, qui aliquando eramus exosi, & ab omni spe remotissimi, nunc dilecti, splendidi, conspicui, [Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.] Tantum non igitur obsurdescent, inquit, & attoniti facti propter Dei in nos placabilitatẽ, & placabilitatis eius magnitudinem, [lingent vt serpentes terram,] hoc est, non inuenient alimentum. Solent quippe serpentes, alimonia destituti, aliquando lingua puluerem subigere, & pro cibo ducere, quod occurrit. Asserit igitur, impuros dæmonas in pari necessitate futuros. Qui enim aliquando voluptuari, & omnes mortales deuorare penitus soliti sunt, non inuenient, qui amplius pati istuc velit, quod *planè* à Christo saluati sint, eóque roboris spiritualis deinde procedant, vt antiquos illos morsus minimè patiantur: ascendant autem magis super aspidem & basiliscum, vt scriptum est. Neque verò solum lingent terram; sed etiam [turbabũtur in clausura sua,] hoc est, compressi propter infirmitates, & ægritudines, & obsessi affligente virtute, Christi, inquam, in terroribus non mediocribus versabuntur. Credibile est porrò in his aliam nobis clausuram significari. Vnigenitus enim nostri similis factus, innumerabilia admirabiliter operatus est, & plura puto, visis, ea quæ visa non sunt. Imperauit enim immundis spiritibus descendere in infernum, & concludi de cætero in abysso, vt à crudelibus feris terram liberaret. Imaginem autem rei in veteribus literis vidimus. Postquam enim Iesus Naue gentium regiones in ditionem redegit, quinque reges in spelunca conclusit, & speluncæ saxum aduoluit, Saluatoris œconomiæ, vt dixi, virtutem in se declarans. Itaque dæmones rogabant,

Psal.106. Rom.5. Tit.3. Rom.8. Luc.8. Iosue 10.

A κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔφη δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ, ὅτι πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. σιωπήσουσι δὴ οὕτω, καὶ οὐχ ἑκόντες, φησὶν, οἱ δεινοὶ πρὸς ἐγκλήματα, καὶ ὥσπερ ὑπὸ βροντῆς βεβλημένοι τοῦ ἐφ' ἡμῖν δηλονότι θαύματος, ἀποκωφωθήσονται. ἐξαίσιον γὰρ ἄκουσμα τὸ ἐφ' ἡμῖν, μέγα τε ὥσπερ, καὶ ὑπερφυὲς ἀληθῶς κατάκτυπημα. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι ἔτι ὄντων ἡμῶν ἁμαρτωλῶν κατὰ καιρὸν Χριστὸς ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέ- B θανεν, ἵν' οἱ πάλαι δεινοῖς καὶ ἀφορήτοις ἐνισχημένοι πταίσμασι, νῦν ὦμεν ἡγιασμένοι, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλ' ἐλέῳ, καὶ χάριτι, οἱ πάλαι μεμισημένοι, καὶ ἁπάσης ἐλπίδος ὡς ἀποτάτω, νῦν ἠγαπημένοι, λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι, κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, Χριστοῦ δὲ συγκληρονόμοι. ἀποκωφωθήσονται δὴ οὕτω, φησὶ, μονονουχὶ, καὶ ἐμβρόντητοι γεγονότες διά τοι τὴν ἐφ' ἡμῖν γαληνότητα τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ παράδοξον γαληνότητος τὴν ὑπερβολὴν, λείξουσι γῆν ὡς ὄφεις, τουτέστιν, C οὐχ εὑρήσουσι τροφήν. ἔθος γὰρ τοῖς ὄφεσιν, εἰ ἐν ἐνδείᾳ γένοιντο τῶν ἐδωδίμων, ἔσθ' ὅτε διαμάττειν τῇ γλώττῃ τὸν χοῦν, καὶ τροφὴν ἡγεῖσθαι τὸ παρατυχόν. ἔσεσθαι δέ φησι καὶ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας ἐν ἴσαις ἐνδείαις. οἱ γὰρ δὴ πάλαι τρυφᾶν εἰωθότες καὶ ἄρδην ἅπαντας καταπίνοντες τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, οὐχ εὑρήσουσιν ἔτι τὸν τοῦτο παθεῖν ἀνεξόμενον, διά γε τὸ καὶ πάντας σεσῶσθαι παρὰ Χριστοῦ, ἥκειν τε λοιπὸν εὐσθενείας εἰς τοῦτο πνευματικῆς, ὡς τῶν ἀρχαίων ἐκείνων μὴ ἀνέχεσθαι δηγμάτων, ἀναβαίνειν δὲ μᾶλ- D λον ἐπὶ ἀσπίδα, καὶ βασιλίσκον, κατὰ τὸ γεγραμμένον. οὐχὶ μόνον δὲ λείξουσι τὴν γῆν, ἀλλὰ γὰρ καὶ συγχυθήσονται ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν, τουτέστι, συνεχόμενοί τε πρὸς ἀσθενείας, καὶ λύπας, καὶ οἱ πολιορκούμενοι τῇ τοῦ καταθλίβοντος δυνάμει, φημὶ δὴ Χριστοῦ, οὐκ ἐν μετρίοις ἔσονται δείμασιν. εἰκὸς δὲ δή τι καὶ ἕτερον, ἐν τούτοις ἡμῖν τὸν συγκλεισμὸν δηλοῦν. γενόμενος γὰρ καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς μυρία μὲν ὅσα παραδόξως εἰργάζετο, πλείονα δὲ, οἶμαι, που τῶν ὁρωμένων τὰ μὴ ὁρώμενα. ἐπέταττε γὰρ τοῖς E ἀκαθάρτοις πνεύμασι καταβαίνειν εἰς ᾅδην, καὶ κατακλείεσθαι λοιπὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, ἵνα τῶν πικροτέρων θηρίων ἀπαλλάττῃ τὴν γῆν. εἰκόνα δὲ τοῦ πράγματος ἐν τοῖς ἀρχαιοτάτοις τεθεάμεθα γράμμασι. ἐπειδὴ γὰρ εἷλεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ τὰς τῶν ἐθνῶν χώρας, πέντε βασιλεῖς κατέκλεισεν ἐν σπηλαίῳ, ἐπεκύλισέ τε τῷ στόματι λίθον, τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας, ὡς ἔφην, ἐφ' ἑαυτῷ τὴν δύναμιν. καὶ γοῦν οἱ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν,

ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. συγχυθήσεσθαι δὲ αὐτούς φησιν ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν, οἷα δὴ κατακλειομένους εἰς ᾅδου λοιπὸν, καὶ σειραῖς ζόφου τεταρταρωμένους, ἵν', ὡς ἔφην, τῶν ἀπηνῶν τε, καὶ ἀνημέρων θηρίων ἀπαλλάττῃ λοιπὸν γένος τὸ ἀνθρώπινον.

Ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ἐκστήσονται, καὶ φοβηθήσονται ἀπὸ σοῦ. τίς Θεὸς ὥσπερ σύ; ἐξαίρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀσεβείας τοῖς καταλοίποις τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, καὶ οὐ συνέσχεν εἰς μαρτύριον ὀργὴν αὐτοῦ, ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστί. αὐτὸς ἐπιστρέψει, καὶ οἰκτειρήσει ἡμᾶς· καταδύσει τὰς ἀδικίας ἡμῶν, καὶ ἀποῤῥιφήσονται εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν. δώσει εἰς ἀλήθειαν τῷ Ἰακὼβ, ἔλεος τῷ Ἀβραὰμ, καθότι ὤμοσε τοῖς πατράσιν ἡμῶν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν.

Ἔκστασις γὰρ ἀληθῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ παντὸς ἐπέκεινα λόγου τὸ καταθαυμάζειν εἰδότος τὴν ἐφ' ἡμῖν ἡμερότητα ἐν ὑπεροχῇ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἀμβακοὺμ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον καταπεπληγὼς, ἀνακέκραγε σαφῶς, κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. ἐν μορφῇ γὰρ ὑπάρχων, καὶ ἐν ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ μονογενὴς, καὶ πλούσιος ὢν ὡς Θεὸς, ἐπτώχευσεν, ἵν' ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· ἵνα σώσῃ τὸ ἀπολωλὸς, ῥώσῃ τὸ ἠσθενηκὸς, καταδήσῃ τὸ συντετριμμένον, ζωοποιήσῃ τὸ ἐφθαρμένον, καθαρίσῃ τὸ ῥυπῶν, τῇ τῆς υἱοθεσίας καταγλαΐσῃ τιμῇ, τὸ δοῦλον τῇ φύσει. ἐκ κοινοῦ ἀκουέτω παρὰ πάντων, τίς Θεὸς, ὥσπερ σύ; ἀγαθὸς δηλονότι, καὶ ἀμνησίκακος, ἀνιεὶς ἐγκλήματα τοῖς καταλοίποις τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, ἤτοι τοῖς νοηθεῖεν ἂν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντες, τῆς ἑτέρας δηλονότι πληθύος ὀλοθρευομένης, ὅτι μὴ πεπιστεύκασιν. ἔφη δέ που Χριστὸς, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. ὑπερθέσει δὲ τὰς ἁμαρτίας καὶ παραιτήσεται τὰ ἐγκλήματα, καὶ οὐ συνέσχεν εἰς μαρτυρίαν ὀργὴν αὐτοῦ· τὸ εἰς μαρτυρίαν ἀντὶ τοῦ εἰς τέλος, ἢ μέχρι παντός. ἐκβεβλήμεθα γὰρ ἐν Ἀδὰμ, ἀλλ' εἰσδεδέγμεθα ἐν Χριστῷ. καὶ κατηράσατο μὲν ἐν ἐκείνῳ, εὐλόγησε δὲ πάλιν ἐν τούτῳ. ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον· οὕτω καὶ τῷ τοῦ ἑνὸς δικαιώματι οἱ πολλοὶ ζήσονται. κατέληξε δὲ τὴν τῆς ὀργῆς, ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστί.

ne mandaret ipsis in abyssum abire. Turbatum igitur iri eos dicit in clausura sua, vtpote conclusos in posterum in inferno, & in foueas caliginis in tartarum detractos, vt quemadmodum dixi, ab immanibus, & immansuetis bestiis genus humanum de cætero liberaret.

Super Domino nostro obstupescent, & timebunt à te. Quis Deus sicut tu? auferens iniquitates, & transcendens impietates his, qui reliqui sunt hæreditatis eius. Non continuit in testimonium iram suam, quia volens misericordiam est. Ipse conuertetur, & miserebitur nostri: demerget iniquitates nostras, & proiicientur in profunda maris omnia peccata nostra. Dabit in veritatem Iacob, misericordiam Abraham, sicut iurauit patribus nostris iuxta dies priores.

LXXII.

Verè enim stupor est Christi mysterium, & eius excellentia omnem mansuetudinis ipsius erga nos admirationẽ excedit. Quamobrẽ diuinus Abacuc, incarnationis modo obstupefactus, apertis verbis exclamat, [Domine audiui auditionem tuam, & timui: consideraui opera tua, & obstupui.] (Abac. 3.) Namque vnigenitus [cum esset in forma, & æqualitate Dei & Patris,] (Philip. 2.) [& diues, vt Deus, [egenus factus est, vt nos eius inopia diuites essemus;] (2. Cor. 8.) vt saluaret quod perierat, cõfirmaret quod infirmum erat, alligaret quod contritum, viuificaret quod mortuum, mundaret quod sordidũ, honore adoptionis in filios ornaret quod natura seruum. Audiat igitur ab omnibus, [quis Deus sicut tu?] bonus vtique, & iniuriarum immemor, remittens scelera reliquiis hæreditatis suæ, quarũ nomine intelligantur licet, qui de Israelitis crediderũt, reliqua nimirũ multitudine funditus perdita, quia credere noluit. Dicit verò alicubi Christus, [Qui credit in filium, nõ iudicatur; qui autẽ non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen Dei.] (Ioan. 3.) Supergreditur ergo peccata, & præterit crimina, & non continuit in testimoniũ iram suam. [In testimonium,] pro, in finẽ, aut semper. Eiecti enim sumus in Adamo, sed recepti sumus in Christo. Et maledixit quidem in illa, benedixit rursũ in Christo. [Quemadmodum enim, inquit, in vnius delicto multi mortui sunt: sic & in vnius iustitia multi viuent.] (Rom. 5.) Desiit igitur irasci, [Quoniam volens misericordiam est.]

In tempore autem conuersionis, hoc est, incarnationis, seu susceptæ naturæ humanæ, quasi in mari omnium peccata summergit. Quoniam autem, inquit, sanctis Patribus Abraham, & Iacob promisit, se ipsorum semen multiplicaturum sicut astra cæli, dabit, inquit, illis quæ promisit. Vocabuntur enim patres multarum gentium, non solis videlicet iis, qui sunt de sanguine Israel, sed etiam qui sunt ex promissione filiis definitis. Hi autē sunt, qui ex fide, & ex præputio quod vocatur, & legali circumcisione in vnionem spiritualem velut commiscentur. Scriptū est enim, (Rom. 9.) [Non omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ; sed filii promissionis æstimantur in semine.] Quicunque enim sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham. Et modus benedictionis intelligi potest gratia in Christo, per quem, & in quo Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula, Amen.

A Ἐν καιρῷ δὲ τῆς ἐπιστροφῆς, τουτέστι, τῆς ἐνανθρωπήσεως, οἷά περ ἐν θαλάσσῃ βαπτίζει τὰς ἁπάντων ἁμαρτίας. ἐπειδὴ δέ, φησί, τοῖς ἁγίοις πατράσιν, Ἀβραάμ τέ φημι, καὶ Ἰακὼβ ἐπηγγείλατο πολυπλασιάσειν αὐτῶν τὸ σπέρμα καθάπερ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, δώσει, φησί, αὐτοῖς τὰ ἐπηγγελμένα. κληθήσονται γὰρ πατέρες πολλῶν ἐθνῶν, οὐκ ἐν μόνοις δηλονότι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ μετρουμένων τέκνων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐπαγγελίας. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ B ἐκ τῆς πίστεως, καὶ ἐκ τῆς καλουμένης ἀκροβυστίας, καὶ τῆς ἐκ νόμου περιτομῆς εἰς ἑνότητα τὴν πνευματικὴν οἱονείπως ἀνακιρνάμενοι. γέγραπται γάρ, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. ὅσοι γὰρ εἰσὶν ἐκ πίστεως, εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. καὶ ὁ τῆς εὐλογίας τρόπος νοοῖτ' ἂν ἡ χάρις ἡ ἐν Χριστῷ, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

IN MICHÆAM COMMENTARII FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙϹ ΠΑΤΡΟϹ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙϹΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑϹ,

ΕΞΗΓΗϹΙϹ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙϹ τὸν Προφήτην Ναούμ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN NAHVM PROPHETAM COMMENTARIVS.

PRÆFATIO.

ΕΚΑΣΤΟΣ τῶν ἁγίων Προφητῶν ἐπί τινι χρησίμῳ, καὶ ἀναγκαίῳ περιελαμβάνετο πράγματι κατὰ τοὺς καιροὺς τοῖς θείοις ὑπηρετήσων νεύμασι, καὶ τὰς ἄνωθεν εἰς ἀνθρώπους διαπορθμεύσων φωνάς. καὶ οἱ μὲν ἐκδειματούμενοι πλημμελοῦντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἐσομένας αὐτῷ προαπήγγελλε συμφοράς, καὶ εἰ μὴ ἄρα ἂν ἕλοιτο τὰ θυμήρη Θεῷ, δεινοῖς, καὶ ἀφύκτοις περιπεσεῖσθαι κακοῖς ἠπείλουν ἀναφανδόν. οἱ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ συμβεβηκότα παραφέροντες εἰς μέσον, καὶ τοῖς πεπονθόσιν ἐπισυνάζοντες, ἀνέπειθον εὐφυῶς διαβιοῦν ἑλέσθαι ἐπιεικέστερον, ὥστε τι λοιπὸν ἐκκρούεσθαι τὴν ὀργήν. οἱ δὲ πεπονθότα τὸν Ἰσραὴλ εἰς ἐλπίδα βόσκουσιν ἀγαθήν, καὶ διακεῖσθαι παρεσκεύαζον, ὅτι πεπαρῳχότες, ἀθλίως ἐπί γε ταῖς σφῶν ἁμαρτίαις, εὐημερήσουσι πάλιν ἀνενεγκόντων αὐτῶν τῶν πραγμάτων εἰς ὃ ἀπ' ἀρχῆς, ἐλέῳ τε καὶ χάριτι, καὶ δυνάμει Θεοῦ τὰ πάντα εὐκόλως πρὸς ὅπερ ἂν

A I. QVILIBET sanctorum Prophetarũ, in re quapiam vtili, ac precipua, siue necessaria suis tẽporibus assumebatur, vt diuinis nutibus se administrũ præbens, voces de cælo ad homines deportaret. Et alii quidẽ Israelem peccantem exterrentes, futuras ei calamitates prænuntiarunt, ac nisi Deo grata amplexarentur, mala horribilia minimè euasuros, palàm cõminati sunt. B Alii quæ acciderant, ea ipsa in medium adducentes, & vicem illorum qui pertulerant dolentes opportunè ad vitam frugi, & honestam impulerunt, quo sic iram cælestem abs se prohiberẽt. Alii afflictum Israelem spe bona impleuerunt, & in eam opinionem adduxerunt, propter peccata sua incommodis exagitatos, rebus in pristinum statum reuersis, iterum fœlices ac beatos fore, misericordia gratia, & potentia Dei, omnia nullo negotio in quam faciem illi

placuerit commutantis. Huiuſmodi quidam ſcopus etiam modo propoſitæ nobis tractationis cernitur. Poſteaquam enim occupata eſt Iudæorum regio, qui improbis defectionibus offenderant perennem tutorem ac propugnatorem ſuum Deum, qui ipſos aduerſariis fortiores oſtenderat, bello capti, ad Perſas & Medos abducti ſunt. Quibus hoc iam euenerat, captiuitatis circundati miſeriis ærumnam intolerandam exantlabant. Alii qui laqueum vitare potuerunt, Babyloniorumque feritatem ægrè effugerant, aſſidua formidine & ſuſpicione iactabantur, ne fortè ipſi quoque vel paribus, vel triſtioribus etiam miſeriis inuoluerentur, omnipotente Deo in illos indignationem nondum deponente. Iamque in tantum pauorem adducti erant, vt per vicinarum gentium prouincias ſpargerentur, & tantum non mercede ſeruirent, idque alienigenis, & idololatris. Nec ea res non damnoſa illis fuit. Didicerunt quippe illarum moribus viuere, & quod apud quaſque coli videbant, ſibi Deum ſuum facere. Quam ob cauſam & ipſe vniuerſorum Deus aliquando Hieroſolyma per manus Nabuchodonoſoris incenſa, ſuperſtitibus mandauit, ne in Ægyptum deſcenderent, potiúſque domi ſedentes, patriam religionem ſe adiutore retinerent. Vt igitur & ſe aliquando in ſuas ſedes reuerſuros ſpem fouentes Iſraelitæ torporem ac ſegnitiem magnam excuterent, & in captiuitate damnationem ſuam potius deprecarentur, & ad vota ſemper eſſent intenti, velléntque adorare, qui illos liberare & eruere poſſet: qui autem Iudæam incolerent, ne amplius cum regionibus gentium commercium haberent, ſuſcipit viſionem à Deo Propheta contra Niniuen (erat hæc vrbs Aſſyriorum primaria) & euerſum iri prædicit, deuaſtata ſimul tota regione, quod ita factum eſt, cum Cyrus Cambyſæ, & Mandanes filius Perſas, & Medos, & Elamitas, & alias quaſdam gentes contra Niniuitas ad arma incitauit. Cepit enim eam vi & virtute, & Iſraelem ſeruitute ſolutum, vnà cum vaſis ſacris domum redire iuſſit. Hoc ergo tractationis nobis propoſitæ conſilium eſt. Reliqua pro virili noſtra particulatim in medium afferemus.

Hier. 42.

1. Eſdr. 1.

βούλοιτο μεταπλάττοντος. τοιοῦτον τινὰ καὶ νῦν τῆς προκειμένης ἡμῖν πραγματείας εὑρήσομεν τὸν σκοπόν. ἐπειδὴ γὰρ ἥλω τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, καὶ εἰς τὴν Περσῶν τε, καὶ Μήδων ἐξεκομίσθησαν δορυάλωτοι γεγονότες οἱ ταῖς ἐκτόποις ἀποστασίαις καταλυπήσαντες τὸν ἀεὶ παρεστηκότα, καὶ ὑπεραθλοῦντα Θεόν, καὶ ἀμείνους ἐμφαίνοντα τῶν αὐτοὺς ἠδικηκότων αὐτούς, οἱ μὲν ἤδη τοῦτο πεπονθότες, τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας ἐνισχημένοι κακοῖς, καὶ δύσοιστον ἔχοντες ἀθλιότητα διετέλουν. οἱ δὲ δὴ μόλις ἰσχύσαντες τὸ ἔξω βρόχων γενέσθαι, καὶ τὴν Βαβυλωνίων διαφυγεῖν ἀγριότητα, ἐν ἀκαταλήκτοις ἦσαν δείμασι, καὶ ἐν ὑποψίᾳ πολλῇ, εἰ μή τι πως καὶ αὐτοὶ τοῖς ἴσοις κακοῖς, ἢ τοῖς ἔτι χείροσι περιπέσωσιν, ἐπιμηνίσαντος αὐτοῖς τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, ἀνέντος τε, οὔπω τὴν ἀγανάκτησιν. εἰς τοῦτο δὲ ἤδη δειμάτων ἥκεσαν, ὡς ἐν ταῖς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν κατασκίδνασθαι χώραις, μονονουχί τε θητεύειν ἑτέροις. καὶ τοῦτο ἀλλογενέσι, καὶ εἰδωλολάτραις. οὐκ ἀζήμιον δὲ ἦν τὸ χρῆμα αὐτοῖς. ἐμάνθανον γὰρ τοῖς ἐκείνων ἔθεσι διαζῆν, καὶ παρ' οἷς ἂν εὑρεθεῖεν ἕκαστοι τὸ αὐτῶν σέβας, ἐν τάξει ποιεῖσθαι Θεοῦ. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐμπεπρησμένων τῶν Ἱεροσολύμων κατὰ καιρούς διὰ χειρὸς τοῦ Ναβουχοδονόσορ, τοῖς διασεσωσμένοις ἐπέταττε μὴ καταβαίνειν εἰς Αἴγυπτον, ἱζήσαντας δὲ μᾶλλον οἴκοι τῆς πατρῴας ἔχεσθαι λατρείας, ἐπικουροῦντος αὐτοῦ. ἵνα τοίνυν τὴν αὐτοῦ καὶ ἐπανήξειν κατὰ καιρούς ἔχοντες ἐλπίδα, μὴ λίαν ῥάθυμοι διατελοῖεν οἱ ἐξ Ἰσραήλ, παραιτοῖντο δὲ μᾶλλον τὴν κατάγνωσιν γεγονότες αἰχμάλωτοι, καὶ ἀεὶ συντείνοιντο πρὸς εὐχάς, ἕλοιντό τε προσκυνεῖν τῷ καὶ ἀπαλλάττειν ἰσχύοντι, καὶ λυτρώσασθαι δυναμένῳ· οἱ δέ γε τὴν Ἰουδαίαν ἐνοικοῦντες ἵνα οὐκέτι ταῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιμίσγοιντο χώραις· δέχεται τὴν ὅρασιν ὁ Προφήτης παρὰ Θεοῦ κατὰ Νινευὶ (πόλις δὲ αὕτη τῶν Ἀσσυρίων ἡ προὔχουσα) καὶ ὅτι πεσεῖται προαπαγγέλλει, συγκαταπορθηθείσης αὐτῇ καὶ ἁπάσης τῆς χώρας, ὃ δὴ καὶ τετέλεσται Κύρου τοῦ Καμβύσου, καὶ Μανδάνης υἱοῦ Πέρσας τε, καὶ Μήδους, καὶ Ἐλαμίτας, καὶ ἕτερα τινὰ τούτοις συγκαθοπλίσαντος ἔθνη κατὰ τῆς Νινευιτῶν. εἷλε γὰρ αὐτὴν κατακράτος, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνῆκε τὸν Ἰσραήλ, οἴκαδέ τε ἰέναι προστέταχεν ὁμοῦ τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱεροῖς. ἔστι μὲν οὖν ἡμῖν ὁ σκοπὸς τῆς κειμένης πραγματείας. τὰ δὲ ἐφεξῆς, ὡς ἔνι, καὶ ἀνὰ μέρος προσοισόμεθα.

A

ΚΕΦΑΛ. α.

Λῆμμα Νινευὴ, βιβλίον ὁράσεως Ναοὺμ τοῦ Ἐλκεσαίου.

Ὁρίζεται πρῶτον τοῦ προφήτου τὸν σκοπὸν, καὶ ἐφ' ὅ,τι τε, καὶ ὅποι βλέποι χρησίμως διασαφεῖ. εἶτα τίς ὁ λέγων, καὶ πόθεν, καθίστησιν ἐναργές. τὸ μὲν γὰρ λῆμμα, φησὶν, τουτέστιν, ἡ ληφθησομένη τε, καὶ προκειμένη ἐν χερσὶν προφητεία νοοῖτ' ἂν οὐκ ἐφ' ἑτέροις τισὶ μᾶλλον, ἢ κατὰ τῆς Νινευὴ, ἢ τὸ τῆς προφητείας λῆμμα νοείσθω Νινευή. ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον, ὅρασις Ναοὺμ, τοῦ ἀπὸ τῆς Ἐλκεσέ. κώμη δὲ αὕτη πάντως που τῆς Ἰουδαίων χώρας. ἐκληψόμεθα γὰρ οὐχ ὡς ἐκ πατρὸς, ἀλλ' ὡς ἐκ τόπου μᾶλλον τοῦ Ἐλκεσαίου. καὶ τοῦτό φαμεν ἐξ ἀναγινωσκόντων ἔχοντες τὴν παράδοσιν.

CAPVT I.

Assumptio Niniue, liber visionis Nahum Elcesai.

II. PRIMVM scopum Prophetiæ statuit, & super quod, & quò respiciat, utiliter declarat. Tum quis sit qui loquatur, & cuias, manifestum reddit. Inquit enim, *Assumptio*, hoc est, assumptum, & quod in manibus habemus vaticinium, non de aliis magis, quàm de Niniue intelligi debet: siue, prophetiæ assumptio intelligatur de Niniue. Inscribitur autem, [liber visionis Nahum] ab Elcese. Elcesa sine dubio Iudææ vicus fuit. Nam illud *Elcesai* potius à loco, siue patria, quam à patre deductum nomen intelligemus. Et hoc dicimus, quod eam ex iis qui legerunt traditionem habeamus.

B

Θεὸς ζηλωτὴς, καὶ ἐκδικῶν κύριος, ἐκδικῶν κύριος μετὰ θυμοῦ, ἐκδικῶν κύριος τοὺς ὑπεναντίους αὐτοῦ, καὶ ἐξαίρων αὐτὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. κύριος μακρόθυμος, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ ἀθῷον οὐκ ἀθῳώσει.

C

Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus cum furore, vlciscens Dominus aduersarios suos, & auferens inimicos suos. Dominus longanimis, & magna fortitudo eius, & innocentem non innocentem faciet.

Βαθὺς ὁ λόγος, καὶ οὐχ ἕτοιμος ἑλεῖν, πλὴν ὅτι μόνον τοῖς ἐθέλουσι διαθρεῖν εὖ μάλα τὰ ἐν αὐτῷ. καὶ εἰ μὲν νοοῖτο γεγονὼς ὡς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ἐπιπλήξει μετρίᾳ κεκερασμένην ἐπιεικῶς εὑρήσομεν τὴν παράκλησιν. εἰ δὲ δή τις οἴοιτο κατὰ τῆς Νινευὴ γενέσθαι, καὶ λέγεσθαι, πρὸς ἕτερόν τι τετράψεται τῶν θεωρημάτων ὁ νοῦς, καὶ τοῖς πεπονθόσι τὴν ἅλωσιν τὸ καὶ αὖθις ἀνασφῆλαι δίδωσί τε, καὶ ἐμπεδοῖ τὰς ἐλπίδας. τὰς οὖν ἐπ' ἀμφοῖν ἐννοίας τὸν σκοπὸν ὡς ἂν ἐμφανῆ καταστήσωμεν. ἀπολακτίσαντες γὰρ Ἰουδαῖοι τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπησιν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας δι' οὐδενὸς ποιούμενοι λόγου, παντελῶς κατέθορον εἰς πολυθεΐαν, καὶ ἀλλόκοτον πλάνησιν, καὶ τὴν ἔξω νόμου ζωὴν, ἀνεδείμαντο βωμοὺς, ἔστησαν τεμένη, τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν τελετὰς καὶ θυσίας προσεκόμιζον, τῇ Ἀστάρτῃ, τῷ Χαμὼς, τῷ Βεελφεγὼρ, ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, καὶ τὸ ἐπὶ τούτων ἀλογώτερον, αὐταῖς ἀνέθεσαν ᾠδὰς τὰς χαριστηρίους. ἔφασκον γὰρ ἐξ ἀποπληξίας οἱ δείλαιοι, οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἀλλὰ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἀνοσιουργήμασι διαλελήθασι σφᾶς αὐτοὺς καταθήγοντες ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν προεστηκότα, καὶ σώζοντα Θεόν· οὗ γεγόνασιν ἐχθροὶ, καὶ

III. Reconditus, ac profundus est sermo, nec facilis intellectu, nisi iis tantũ, qui eũ perscrutari accuratissimè voluerint. Ac si quidẽ tantum ad Iudæos dicta hæc sumamus, cognoscemus moderatæ obiurgationi cõsolationem benignè admistã esse. At si quis contra Niniuen hæc fieri,

D

ac dici existimat, sensus theorematis ad aliud quiddã pertinebit, captiuitatémque passis, rursum sese attollendi spem suggeret, atque cõfirmabit. Vtrumque igitur sensum pro indubitato scopo cõstituamus. Iudæi enim dilectione Dei repulsa, & pietate erga illum cõtempta, omnino ad colendos deos plures, & errores absurdos, vitámque à lege sua alienam prosiluerũt, aras construxerunt, delubra operibus manuũ suarũ posuerunt,

E

cærimoniásque & sacrificia obtulerunt Astartæ, Chamos, Beelphegor, vitulis aureis, & quod à ratione magis abhorret, carmina quibus gratias pro beneficiis agerẽt, iis dedicarunt. Præ amentia enim dicebãt miseri, [Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerũt te de terra Ægypti.] Exod. 32 Cæterùm tã infando, & impio facinore se aduersus semet protectorem, & saluatorẽ suũ Deũ irritare nõ animaduertebant, cuius facti sunt inimici atq; hostes,

iis qui natura dii non sunt, sese committentes, quanquam Mose de Deo clamante, zeloten & ignem consumentem esse, & non passurum fingentes sculptilia. Prænuntiauit enim, [Quia ipsi me prouocauerunt in eo qui non est Deus, irritarunt me in idolis suis, & ego prouocabo eos in non gente, in gente stulta irritabo illos.] Ergo quoniam multimodis offenderunt, meritò etiam perierunt. Hoc & nunc Propheta dicit, propemodum indignans ob ea, quæ Iudæorum populis acciderunt, simul autem reprehendens, & consolans. Etenim doletis, inquit, vastitatem nec opinatò perpessi, domibúsque vestris, regione, & vrbibus expulsi, qui semper aduersarios vincebatis. Sub pedes quoque inimicorum redacti estis. Et quomodo non oportebat ante experientiam cogitare, [Quia Deus æmulator est, & vlciscens Dominus cum furore, & vlciscens aduersarios suos,] & auferens inimicos suos? Vide, inquit, nos quoque ablati, & è medio sublati, & manibus hostium traditi sumus. Sed statuit nos inter hostes. Oppugnauimus enim impiè omnipotentem, & in omnia quæ illi displicerent, discessimus. Sed obiicies, [longanimis est Dominus.] Etiam, assentior & ego tibi, est siquidem natura talis. [Veruntamen innocentem non innocentem faciet,] hoc est, à quibus est offensus, idque sine fine ac modo, illos criminibus, & pœna non penitus eximet. Iram enim ex insita mansuetudine differt, & nonnunquam peccantes tolerat, pœnitentiam eorum exspectans. Cunctantes autem, & detrectantes diu, tandem punit, & induratos multat. Sic igitur se verba habebunt, & hanc sententiam continere intelligentur, si ad Iudæos referantur. Sin autem contra Niniuen fiunt, alius erit sensus. Assyrii enim annuente numine, Iudæorum prouinciam sibi adiunxerunt, propterea quòd Israelitæ plurimis peccatis essent cooperti. Erant porrò Assyrii sæui, arrogantes, & feroces animi, & Dei gloriam verborum asperitate & maledicentia tantum non omni ratione, & perpetuo violare conabantur. Etenim se, ipso etiam nolente vicisse, & simul manum Iudæos defendentem exsuperasse rebantur. Itaque Rabsaces male ominatis verbis vsus est, stantibus pro muro ea petulanti ore dicens, quæ solos

Deut. 32.

A ἐν τῇ τῶν πολεμίων τέθεινται μοίρᾳ, τοῖς δὲ κατὰ φύσιν θεοῖς προσνέμοντες αὑτούς, καίτοι πάλαι Μωσέως βοῶντος περὶ Θεοῦ, ὡς εἴη τε καὶ ζηλωτής, καὶ πῦρ ἀναλίσκον, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο ποιεῖν γλυπτὸν ᾑρημένων. προαναφωνεῖ γάρ, ὅτι αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἀσυνέτῳ ἔθνει παροργιῶ αὐτούς. προσκεκρουκότες δὴ οὕτω πολυτρόπως, εἰκότως καὶ διολώλασι. τοῦτο καὶ νῦν ὁ Προφήτης φησί, μονονουχὶ καὶ ἀσχάλλων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τοῖς δήμοις B τῶν Ἰουδαίων, ἐλέγχων τε ὁμοῦ, καὶ παραμυθούμενος. καὶ γάρ, φησί, καταλγύνεσθε πεπονθότες ἀδοκήτως τὴν ἐρήμωσιν, οἴκων τε, καὶ χώρας, καὶ πόλεων ἐκσεσοβημένοι, καίτοι νικῶντες ἀεὶ τοὺς ἀνθεστηκότας. πεπτώκατε δὲ καὶ ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν. εἶτα πῶς οὐκ ἔδει πρὸ πείρας ἐννοεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς ζηλωτής ἐστι, καὶ ἐκδικῶν κύριος μετὰ θυμοῦ, καὶ ἐκδικῶν τοὺς ὑπεναντίους αὐτοῦ, καὶ ἐξαίρων τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ; C ἰδὲ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐξῃρήμεθα, φησί, καὶ γεγόναμεν ἐκ μέσου, καὶ ὑπὸ χεῖρα δυσμενῶν. ἀλλ' ἔστη μὲν εἰς ἐχθρούς. πεπολεμήκαμεν γὰρ ἀνοσίως τῷ πάντα ἰσχύοντι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ᾠχόμεθα τῶν ἀπαδόντων αὐτῷ. ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι μακρόθυμος ὁ δεσπότης. ναί, σύμφημι καὶ αὐτός, καὶ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν τοιοῦτος. πλὴν ἀθῷον οὐκ ἀθῳώσει, τουτέστιν, οὐκ ἀπαλλάξει παντελῶς αἰτιαμάτων, καὶ δίκης τοὺς προσκεκρουκότας αὐτῷ, καὶ τοῦτο ἀκαταλήκτως, καὶ πέρα δὲ μέτρου. D ἀναβάλλεται μὲν γὰρ τὴν ὀργὴν ἐξ ἡμερότητος τῆς ἐμφύτου, καὶ ἀνέχεται πλημμελούντων ἔσθ' ὅτε, περιμένων τὴν μετάγνωσιν. μέλλοντας δέ, καὶ ἀναδυομένους μακράν, κολάζει λοιπόν, καὶ ὑπάγει ποιναῖς κατεσκληκότας. ὧδε μὲν οὖν ἕξει τε ὁ λόγος ἡμῖν, καὶ νοοῖτο γεγονώς, εἰ βλέποι πρὸς Ἰουδαίους. εἰ δὲ δὴ φέροιτο κατὰ τῆς Νινευῆ, νοήσομεν ἑτέρως. εἷλον μὲν γὰρ Ἀσσύριοι τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν κατανεύοντος Θεοῦ τὸ νικᾶν αὐτοῖς, διὰ τὸ πλείστοις ὅσοις ἐνέχεσθαι πλημμελήμασι τοὺς ἐξ E Ἰσραήλ. οἱ δὲ ἦσαν ἀνήμεροί τε, ἀλαζόνες, καὶ ἀγροίκην ἔχοντες παντελῶς τὴν φρένα, κατέληγον ἢ οὐδαμῶς, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν μονονουχὶ καταπαίζοντες σκληραῖς τε, καὶ ἐπαχθέσι φωναῖς. ᾤοντο γάρ, ὅτι νενικήκασι καὶ οὐχ ἑκόντος αὐτοῦ, καὶ ὁμοῦ τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἐπαμύνουσαν αὐτοῖς πεπλεονεκτήκασι χεῖρα. καὶ γοῦν ὁ Ῥαψάκης παλιμφήμοις ἐχρήσατο φωναῖς, τοῖς ἐν τῷ τείχει τῶν Ἱεροσολύμων ἐκεῖνα λέγων, ἃ μόναις πρέπει

τοῖς τῶν οὐκ εἰδότων τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Θεὸν αἰσχίσταις ἀθυροστομίαις. ἀλλ' ἐκτέτικεν εὐθὺς τῆς ἀλαζονείας τὰς δίκας. πλὴν ἡρηκότες τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ πόλεις οἱ ἀμφὶ τὸν Σαλμανασὰρ, καὶ ἑτέρας δὲ ταύταις προσκαταπρήσαντες, κατηλαζονεύοντο τῶν ἑαλωκότων, καὶ τῆς θείας δόξης κατεθρασύνοντο. παραμυθεῖται δὴ οὖν ὁ Προφήτης ἀλύοντας τοὺς δήμους τῶν Ἰουδαίων οὐ μετρίως, καὶ ὅτι πάντη τε, καὶ πάντως τοῖς αὐτοὺς πεπολεμηκόσιν ἀποτίσει τὰς δίκας ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διδάσκει, λέγων. Θεὸς ζηλωτὴς, καὶ ἐκδικῶν κύριος μετὰ θυμοῦ, ἐκδικῶν τοὺς ὑπεναντίους αὐτοῦ, καὶ ἐξαίρων αὐτὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. κύριος μακρόθυμος, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. περιέσται γάρ πως, φησὶν, ἄμαχον ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ κατακρατήσει τῶν λελυπηκότων. εἰ γὰρ καὶ μακρόθυμός ἐστι, καὶ ὁρᾶται τέως ἀνεξικακῶν, ἀλλ' εἰς τέλος οὐκ ἀθῳώσει· ζηλωτὴς γάρ ἐστι. εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ἐφ' οἷς πεπόνθασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ διὰ τῆς τῶν Βαβυλωνίων ὠμότητος οὐ μετρίως κεκινημένον. ἔφη γὰρ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὴν Βαβυλωνίων πληθὺν, ἢ πόλιν. ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς Ζαχαρίου φησίν. ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ ὀργὴν μεγάλην ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα. ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά.

Τὸ δέ γε, Θεὸς ζηλωτὴς, καὶ τὰ ἐφεξῆς, ἁρμόσειεν ἂν εἰκότως καὶ τοῖς οὐκ ἐθέλουσι τὴν ἐπιεικῆ, καὶ φιλόθεον ἰέναι τρίβον. ἀπονενευκότες δὴ μᾶλλον ἐπὶ τὸν βίον ἑλέσθαι σαρκικῶς. ὅτι γὰρ ἐκδικήσει, κολάσεσιν ὑποφέρων, καὶ ποιναῖς ὑποτιθεὶς τὸν ἐξώλιόν τε, καὶ ἀλιτήριον, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν, εἴπερ ἀληθές ἐστιν, ὅτι τοὺς πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον. οὐδὲν δὲ ἧττον ὁ λόγος πρέποι ἂν εἰκότως καὶ τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς, τοῖς γραμματεῦσι λέγω καὶ Φαρισαίοις. οἳ τὴν εἰς Χριστὸν παρωθούμενοι πίστιν, σφᾶς τε αὐτοὺς, καὶ ἑτέρους διολλύντες ἡλίσκοντο. πεφρονήκασι γὰρ ἐχθρὰ, καὶ πεπολεμήκασι τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τοῦ μονογενοῦς, ἔλαβόν τε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, καθά φησιν αὐτὸς, οὔτε εἰσῆλθον αὐτοὶ, οὔτε μὴν ἑτέρους συγκεχωρήκασιν εἰσελθεῖν. οὐκοῦν εἰ καὶ ἔστι μακρόθυμος, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀθῳώσει τοὺς τῇ ἀληθεῖ πίστει πεπολεμηκότας.

A verum & natura Deum ignorantes loqui deceat. At enim fastus sui pœnas statim suscepit. Cum cepisset porrò vrbes Samariæ exercitus Salmanasar, & cum illis alias quoque incendisset, aduersum captiuos insolenter gloriabatur, & gloriam Dei impudenter dictis lacerabat. Delinit itaque Propheta mœstos Iudæorum populos non vulgarem in modum, & Deum hostibus illorum perfectè pretium redditurum docet, his verbis: [Deus æmulator, & B vlciscens Dominus cum furore, vlciscens aduersarios suos, & auferens ipse inimicos suos. Dominus longanimis, & magna fortitudo eius.] Vincet enim, inquit, inuicta præditus virtute, & domabit, ac subiget, à quibus est læsus. Tametsi enim longanimis est, & in præsens videtur patienter ferre, certè ad extremum [non faciet innocentem,] est enim æmulator. Scimus autē Deum ipsum vniuersorum super iis quæ Israelitæ per Babyloniorum crudelitatem passi sunt, nō leuiter succensuisse. Nam C per Hieremiam Babyloniorum multitudinem, seu ciuitatem sic compellat. [Ego dedi eos in manus tuas, & tu non dedisti eis misericordiam.] Et per Zachariam, [Zelaui Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes quæ superimpositæ sunt, pro eo quod ego quidē iratus sum modicū, ipsi verò superpositi sunt in mala.]

4. Reg. 18

Zach. 1.

Cæterùm illud, [Deus æmulator,] & quæ sequuntur, transtulerit quis non D ineptè ad eos, qui viam æquam, & bonam, & amoris diuini ambulare nolunt: sed magis ad vitam carnalem inclinant. Nam quod vlturus sit suppliciis subiiciens, & pœnis subdens effrænatos, & flagitiosos, neutiquam dubitare licet, quando verum est, [Omnes nos manifestari oportere ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo siue bonum siue malum.] Nihilominus sermo hic etiam non malè in Iudæorum Doctores, Scribas puta, & Pharisæos accommo- E detur, qui repulsa fide in Christum, & seipsos, & alios perdere conuicti sunt. Fuerunt enim maleuoli, & vnigeniti cum carne œconomiam oppugnarunt, acceperúntque clauem scientiæ, sicut ipse ait, & neque intrarunt ipsi, neque alios intrare siuerunt. Quare quanquam est longanimis, tamen innocentes non faciet eos, qui veræ fidei bellum intulerunt.

2. Co

Luc. 11.

Dominus in cõsummatione, & cõcus- sione via eius, & nubes puluis pedũ eius.

IV. Propheta expugnationem Niniues ad solatiũ afflictorum prædicturus, & calamitatem passis destructionẽ eius indicaturus, opportunè prius diuinæ naturæ potentissimũ robur docet, & quidquid illa tandem ritè confectum voluerit vacare mutabilitate, & inconstantia: quin omnia potius secutura maximè, & posse Deũ, quod illi visum fuerit, etiãsi quod terrenorũ negotiorum nobis nostrique similibus bene effici difficulter posse videatur. Putabãt quippe Iudæi, Babylonios nequire subigi, & adeo inuictis esse viribus, vt etiam volẽte Deo, aduersum hostes languere, ac deficere non possẽt. Ad huiusmodi namque mœstitudinem, opinor, eos tota eorũ regione crudeliter, & immaniter ab illis perpetrata maleficia hortabãtur. Vt igitur scirẽt, Deo in illos iram intendẽte nullo labore, facilliméque subactum iri, dicere necesse habuit, [Dominus in consummatione & concussione via eius.] Est autem res insuperabilis, & magnoperè vitatu difficilis concussio, & consummatio, & insuper nubes pulueris, cælũ obtegentes, & vltionẽ insinuantes. Videtur autẽ Propheta diluuium, quod sub Noë toti humano generi cõtigit, in memoriã eis reducere. Tum enim velut in consummatione, & commotione cõtra omnes venit Deus, nubes excitans, vt ait diuina scriptura, aperiens catarractas cæli, & immẽsitate pluuiarũ vniuersum orbem irrigans. Qui igitur nõ difficulter aduersus totum orbem valuit, & vno decreto omnes mortales sustulit, qui nam aduersus vnã gentem Babyloniã infirmus sit? Iam verò congruenter Deo nubium agmen puluerem pedum eius nominat. Quemadmodũ enim facile est homini, terram & puluerem pedibus excitare, eodẽ modo, vt existimo, omnium rerum habenti potestatem Deo, procella & nubibus cælum condensare facile est.

Quod si arcanum quoque verborum istorum sensum indagare placet, illud dicendum arbitrabor, ingressum, siue expletionem œconomiæ seu dispensationis in carne, in consummatione, & commotione vnigenitum Dei Verbum fecisse. Postquam enim nobis factus est similis, consummauit, & cõmouit principes, & potestates, & principes mundi sæculi huius, eósque prærogatiua contra nos exuit, & antiqua illa potentia depulit, simul mortem ipsam,

A Κύριος ἐν συντελείᾳ, καὶ ἐν συσσεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, καὶ νεφέλαι κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ.

Μέλλων ὁ Προφήτης Νινευῆ τὴν ἅλωσιν εἰς παράκλησιν τῶν πεπονθότων προαναφωνεῖν, καὶ ὅτι καταστραφήσεται παρὰ Θεοῦ καταδηλοῦν τοῖς ἠδικηκόσι, προαφηγῆται χρησίμως τὸ τῆς θείας φύσεως παμμεγαλὲς, καὶ ὅτι περ ἂν ποιοῖ κατορθοῦν ἔλοιτο, τὸ ἀστατοῦν οὐδέν, πάντα δὲ μᾶλλον ἕψεται ῥαδίως, καὶ ἰσχύσει τὸ αὐτῷ δοκοῦν, κἂν εἴη τῶν ἐπιγείων

B πραγμάτων ἡμῖν τε, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς δυσκατόρθωτον εἶναι δοκῇ. ᾤοντο μὲν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι δυσαλώτους ἔσεσθαι τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ ἀμάχους οὕτως χρῆναι λαχεῖν, ὡς μηδ' ἂν εἰ βούλοιτο Θεὸς, ἀπονῆσαι πρὸς ἐχθρούς. ἐκάλει γὰρ, οἶμαι, δυσθυμίας εἰς τοῦτο αὐτοὺς τὰ πάσῃ αὐτῶν τῇ χώρᾳ ὠμῶς τε, καὶ ἀνημέρως παρ' ἐκείνων τετολμημένα. ἵνα τοίνυν εἰδεῖεν, ὡς κείσονται μὲν ἀκονιτὶ κατεξαναστάντος αὐτοῖς τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, ἁλώσονται δὲ, καὶ μάλα ῥαδίως, ἀναγκαίως φησὶ, κύριος ἐν συντελείᾳ καὶ

C ἐν συσσεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. ἄμαχον δὲ χρῆμα, καὶ κομιδῇ δυσδιάφυκτον συσσεισμὸς, καὶ συντέλεια, καὶ νεφέλαι πρὸς τούτοις δίκην αἰνιττόμεναι κονιορτοῦ, καὶ τὸν οὐρανὸν καταπυκάζουσαι. ἔοικε δὲ ὁ Προφήτης εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀναφέρειν τοῦ κατὰ παντὸς ἀνθρώπου γένους ἐπὶ Νῶε γεγονότος κατακλυσμοῦ, ἐν συντελείᾳ γὰρ τότε καὶ ἐν συσσεισμῷ τῷ κατὰ πάντων οἱονεὶ πεπόρευται Θεὸς, νεφέλας ἐξαναστὰς, καθά φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ἀνοίγων τοὺς καταρράκτας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑε-

D τοῖς ἀφάτοις ἐπικλύζων τὴν ὑπ' οὐρανόν. ὁ τοίνυν, φησὶ, εὐκόλως πρὸς ὅλην ἰσχύσας τὴν γῆν, καὶ ψήφῳ μιᾷ ἐν αὐτῇ πάντας ἀνελὼν, πῶς ἂν ἀπονήσειε πρὸς ἔθνος ἓν τὸ Βαβυλώνιον; θεοπρεπῶς δὲ σφόδρα φησὶ τὸ νεφέλαιον κονιορτὸν ποδῶν αὐτοῦ. ὡς γὰρ εὔκολον ἀνθρώπῳ γῆν τε, καὶ κόνιν ἀνακινῆσαι ποδὶ, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον εὐχερὲς, καὶ τῷ πάντων κατεξουσιάζοντι Θεῷ, χειμῶνί τε, καὶ νεφέλαις καταπυκάσαι τὸν οὐρανόν.

E Εἰ δὲ δὴ προσήκει καὶ τὸν ἀπόρρητον νοῦν τῶν προκειμένων ἐκβασανίσαι, ἐκεῖνο εἰπεῖν οἰήσομαι δεῖν, ὅτι τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὴν εἴσοδον, ἤγουν τὴν ἐκπλήρωσιν ἐν συντελείᾳ, καὶ ἐν συσσεισμῷ πεποίηται, φαμὲν τὸν μονογενῆ λόγον τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, συντετέλεκε, καὶ συνέσεισεν ἀρχάς τε, καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου, τῆς καθ' ἡμῶν ἐξάρας πλεονεξίας, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἰσχύος καταστορέσας, καθελὼν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον.

καὶ περιέσχε τοῦτο τὴν ἁμαρτίαν. γεγόνασι δὲ καὶ νεφέλαι κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ τοῦ βαδίζοντος προεξανίσταται κόνις, οὕτω τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς προεβάδιζον αἱ νοηταὶ νεφέλαι, τουτέστιν, οἱ μακάριοι Προφῆται, σκοτεινοτέρῳ μὲν, καὶ οὐ λίαν ἐμφανεστέρῳ χρώμενοι λόγῳ. πλὴν ζωοποιοῖς κηρύγμασι τὸν συνιέναι δυναμένων καταρδοῦντα νοῦν.

Ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς ἐξερημῶν.

Ἐξ ὧν ᾔδεσάν τε, καὶ πεπείραντο τῶν ἐπὶ σφᾶς διηγήσεως λόγον διατεκταίνει, ἀποσιωπήσας αὐτὸν τῶν ἄγαν ἀρχαιοτέρων. ὅτε γὰρ τῆς Αἰγυπτίων ἀνοσιότητος, καὶ τῆς ἀφορήτου πλεονεξίας τὸν Ἰσραὴλ ἐξεκόμιζεν ὁ περιασπίζων Θεὸς, διεβίβασε μὲν διὰ μέσης θαλάσσης αὐτοὺς, ἐκέλευε δὲ βαδίζειν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς. ἐπάγη γὰρ ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐν τούτῳ ἠπείλησε τῇ θαλάσσῃ, καὶ βάσιμος ἦν οἷά τις ξηρά. εἰ δὲ δή τις βούλοιτο τὸ περὶ τούτων ἐννοίαις τὰ πρῶτα συνείρειν, φημὶ δὴ τὸ, κύριος ἐν συντελείᾳ, καὶ ἐν συσσεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, τὰ εἰκότα καὶ οὕτω φρονήσει. μονονουχὶ γὰρ συντελέσας τε, καὶ συσσείσας τὴν Αἰγυπτίων, ὁ τῶν ὅλων κύριος διὰ τῶν ἐν αὐτῇ γεγονότων σημείων, καὶ τοῦ θανάτου πρωτοτόκων (διωλώλασι γὰρ ἐν μιᾷ νυκτὶ, θρήνου τε, καὶ οἰμωγῆς τὰ πάντα πεπλήρωτο) διὰ μέσης, ὡς ἔφην, θαλάσσης διεβίβασε τὸν Ἰσραὴλ, κατηρτισμένης αὐτῷ τῆς ἐξ οὐρανοῦ νεφέλης. ἔφη τι τοιοῦτον, καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ. ψάλλει γὰρ ὧδε. ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. γῆν δὲ σεσεισμένην, καθά γε οἶμαι, τὴν Αἰγυπτίαν φησὶ, ὅτι δὲ καὶ νεφέλη κατεκρέματο, προβαδίζουσα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἀσυμφανὲς μὲν οὐδενί. πιστώσεται δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοὺς τοῦ Ἰσραὴλ πατέρας βεβαπτίσθαι λέγων ἅπαντας ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. προσεπήγαγε δὲ ὁ Προφήτης τὸ ξηραίνεσθαι τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ ἐρημοῦσθαι τοὺς ποταμοὺς, εἰς ἀνάμνησιν φέρων ἑτέρου θαύματος. ὅτε γὰρ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσεκομίζοντο, Ἰησοῦ μετὰ Μωσέα προεστηκότος, τότε κατὰ χώραν ἔστη πάλιν ὁ Ἰορδάνης, τὴν τῶν ναμάτων καταφορὰν ἀρρήτοις δεσμοῖς ἀνακόπτοντος τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ. ἀξιοῖ δὲ τοῦτο τοῦ μεγίστου θαύματος καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, οὕτως λέγων· ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηρὰν, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί.

A & peccatum destruxit. Porrò nubes puluis pedum eius factæ sunt. Sicut enim ante ambulantem excitatur puluis: ita ante œconomiam in carne vnigeniti præcesserunt nubes, hoc est, beati Prophetæ, tenebricosiore, & inuolutiore quodam sermonis genere vtentes; veruntamen viuificis prædicationibus mentem intelligentia valentium irrigantes.

Comminans mari, & exsiccans illud, B *& omnia flumina deserta faciens.*

Ex iis quæ nouerant, & experti erant, ex rebus, inquam, ipsis præstitis narrationem ad eos texit, multo antiquioribus prætermissis. Quando enim protector eorum Deus ab impiis Ægyptiis, & intolerandis eorum imperiis Israelem eduxit, per medium mare traduxit, & quasi per aridam ambulare iussit. Nam instar muri, sicut scriptum est, aquæ in solidum astrictæ pependerunt. Comminatus est itaque mari, & meabile, haud secus quam terra, euasit. C Ac si quis voluerit cum horum sententia prima illa connectere, nempe, [Dominus, in consummatione via eius,] nihil inconueniens etiam sic sentiet. Propemodum enim consummata, & commota Ægypto, vniuersorum Dominus per signa ibidem edita, & mortem primogenitorum (interierũt quippe vna nocte, lamentisque, & gemitibus omnia completa sunt) per medium, vt dixi, mare Israeli viam aperuit, nube de cælo illi concinnè coagmentata. Simile quiddam apud beatum Dauidem D extat. Psallit namque sic. [Deus cum egredereris in cõspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est: etenim cæli distillauerunt.] Terram commotam, vt ego opinor, Ægyptiam dicit. Cæterùm nubes nihilominus in sublimi suspensa, quæ filios Israel antecederet, neminem latet. Habebitur etiam fides beato Paulo, affirmanti, patres Israelis [baptizatos esse in nube & in mari.] Addit Propheta, Deum E siccare mare, & deserta reddere flumina, alterius miraculi commonefaciens. Quando enim in terram promissionis introducebantur, Iesu post Mosen gubernacula tenente, tum in ea regione rursum Iordanis constitit, Deo omnipotente cursum fluentorum vinculis irruptis cohibente. Hæc porrò & beatus Dauid in miraculis maximis numerat, cum sic ait: [Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede.]

V. Exod. 12. Psal. 67. 1. Cor. 10. Iosue 3. Psal. 65.

Iterum enim pede Iordanē pertransierunt. Et quoniam dicit omnia flumina ab eo exsiccari, quod in vno contigit, Deo annuente contingere posse in omnibus, cedere iubet. Putant autem nonnulli alio quodā modo vim ac sensum horum verborū tractandū. Si enim vniuersorū Dominus, inquit, incursionem in Niniuen facere voluerit, omnino in consummatione, & cōmotione faciet: cōsummabit enim ipsam, & facile quāuis amplam cōmouebit: & instar maris alias gentes militaribus copiis inundantem, sine mora exsiccabit. Et si in eam gentes aduersariæ instar torrentium irruperint, omnimodis desolabitur. Verum enim vero mare, & flumina proluentia, & inundantia nihilominus dicimus esse malignas & aduersarias potestates, inprimisque Satanam. Sed vniuersam eorum potestatem exsiccauit Christus, & olim insuperabilem, cultorum suorum pedibus substrauit.

A πεζῇ γὰρ πάλιν τὸν Ἰορδάνην διέβησαν. εἰ δὲ δὴ τοὺς ποταμοὺς λέγει πάντας ξηραίνεσθαι, ὅ ἐφ' ἑνὶ γεγονός ἐστι καὶ πᾶσι συμβῆναι Θεοῦ κατανεύοντος, διακεῖσθαι κελεύει. δοκεῖ δέ τισι καὶ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον τὴν τῶν προκειμένων προσφέρεσθαι νῶ. εἰ γὰρ ἔλοιτο, φησὶ, ὁ τῶν ὅλων δεσπότης τὴν κατὰ τῆς Νινευὴ ποιῆσαι καταδρομὴν, ποιήσεται δὴ πάντως ἐν συντελείᾳ, καὶ ἐν συσσεισμῷ· συντελέσει γὰρ αὐτὴν, καὶ ῥαδίως καταδονήσει πλατεῖαν ὅσην, καὶ B οἷα θαλάσσης δίκην τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τοὺς πολεμίους ἐπικυμαίνουσαν, ἀμογητὶ καταξηρανεῖ. κἂν εἰσέρχοιτο, φησὶ, ὡς χείμαρροι τὰ κατ' αὐτῆς ἔθνη, πάντη τε καὶ πάντως ἐρημωθήσεται. θάλασσαν δὲ, καὶ ποταμοὺς ἐπικλύζοντάς τε, καὶ κατακλύζοντας, οὐδὲν ἧττόν φαμεν τὰς πονηρὰς εἶναι, καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν Σατανᾶν. ἀλλ' ὅλην αὐτῶν τὴν δύναμιν κατεξήρανεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἄμαχον οὖσαν πάλαι, τοῖς τῶν σεβομένων αὐτὸν ὑπέστρωσε ποσίν.

Diminuta est Basanitis, & Carmelus, & efflorentia Libani defecerunt. Montes commoti sunt ab eo, & colles concussi sunt, & contracta est terra à facie eius vniuersa, & omnes habitantes in ea.

C Ὠλιγώθη ἡ Βασανῖτις, καὶ ὁ Κάρμηλος, καὶ τὰ ἐξανθοῦντα τοῦ Λιβάνου ἐξέλιπε. τὰ ὄρη ἐσείσθησαν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ βουνοὶ ἐσαλεύθησαν, καὶ ἀνεστάλη ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ἡ σύμπασα, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.

VI. Mox & alias demōstrationes adhibet, diuinæque naturæ cumulatissimi roboris inexpugnabilē potentiā testificatur. Regio enim Basanitis florentissima, & vberi gleba est. Carmelus, & Libanus mōtes, ille Iudææ, hic Phœniciæ, ambo arboribus frequētissimi, & syluis comātibus densi. Sed hæc omnia, Basanitin puta, & ipsam mōtibus adiacentē regionem, feræ, & pugnacissimæ gentes, gigantúmque filii habitabant, vt scriptum est. (Deut. 10.) Veruntamen à filiis Israel, Deo propugnante, arefacti, & deuicti sunt, qui & sortitione regionem illorū possederunt. Similiter ac si dicat iterum. Regiones, quæ quondam acribus, & robustissimis viris scatebant, & in morem syluarum hominibus bellicosis non paucis comabant, perierunt, & deuastatæ sunt, indigenarum passæ solitudinem. Hoc enim est, credo, quod dicit, eas diminutas esse. Iam, quomodo Deo annuente celebrata illa Niniue non occuparetur? Præter Basanitiden, & Carmelum etiā florentia Libani defecerunt. Libanus igitur, vt supra memini, mons Phœnices est, cuius nominē proximā illi, & circūiectam regionem vniuersam significat.

Καὶ δι' ἑτέρων εὐθὺς καταδείξεων ὁ λόγος ἔρχεται, τῇ θείᾳ φύσει τὸ ἀπαμαχές τε, καὶ ἄμαχον εἰς ἐξουσίαν ἐπιμαρτυρῶν. χώρα μὲν γὰρ ἡ Βασανῖτις ἐστὶν εὐθαλὴς, καὶ πίειρα. Κάρμηλος δὲ, καὶ D Λίβανος, ὃ μὲν τῆς Ἰουδαίας, ὃ δὲ τῆς Φοινίκης ὄρος, εὐδενδρότατα δὲ ἄμφω, καὶ ἀμφιλαφέσι κομῶνται δρυμοῖς. ἀλλὰ ταυτὶ δὴ πάντα, τήν τε Βασανῖτιν φημὶ, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοῖς ὄρεσι παρακειμένην χώραν, δεινά τε, καὶ μαχιμώτατα κατενέμοντο ἔθνη, καὶ υἱοὶ γιγάντων, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πλὴν ἐξηράνθησαν, καὶ νενίκηνται παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, Θεοῦ προμαχίζοντος, καὶ κεκληρονομήκασι τὴν γῆν αὐτῶν. ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι πάλιν, αἱ πάλαι δεινοῖς, καὶ ἀλκιμωτάτοις ἀνδράσι βρύουσαι χῶραι, καὶ οἷα E δρυμοῖς τοῖς ἐν αὐταῖς μαχίμων κομῶσαι πολλοῖς, ᾤχοντο, καὶ πεπόρθηνται τῶν ἐνοικούντων παθοῦσαι τὴν ἐρημίαν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ὠλιγῶσθαι λέγειν αὐτάς. Εἶτα, πῶς οὐκ ἂν ἁλοίη Θεοῦ κατανεύοντος ἡ διαβόητος Νινευή; πρὸς δὲ δὴ τῇ Βασανίτιδι, καὶ τῷ Καρμήλῳ καὶ τὰ ἐξανθοῦντα τοῦ Λιβάνου ἐξέλιπε. Λίβανος μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὄρος τῆς Φοινίκης ἐστὶν, ἀπ' αὐτοῦ δὲ σημαίνει τὴν ἐπ' αὐτῷ κειμένην καὶ περὶ αὐτὸ σύμπασαν χώραν.

& florentes dicit aut opibus forsitan eminentiores; aut corporis robore præstantes; aut alio quopiam excellentiæ modo cæteris præcellentes.

Iam qui secum perpendet, quæ Iudæi in Christum ausi sint, & illatam ipsis solitudinem, ac vastitatem, perfectamque contritionẽ ac perniciem, illo in vitam reuerso, & in cælum profecto, conuenienter illis etiam ista aptabit. Basanitis enim, & Carmelus, atque etiam Libanus rectè intelligi queant Iudæa. Et Basanitis quidem, quandoquidem & terra fluens lacte, & melle, terra frumenti, & olei, & vinetorum nominata est. Carmelus autem, & Libanus propter celsitudinẽ, & sublimitatẽ gloriæ, inquam est euecta. Euasisse porro celebrem, & notam passim, & tanquam innumeris syluis habitatoribus suis lætam esse, sed diminutam ait. Romanorum enim exercitu consumpti, & cum in eos veluti in rigidos, & robustissimos lignatores incidissent, ceu stirpes prostrati sunt. Ac tale quiddam Zacharias insinuat, quasi Hierusalem alloquens. [Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus, quia miseri facti sunt optimates. Vlulate quercus Basaniti dis, quia succisus est saltus consitus.] Manifestius autem alibi. [Et erit planctus Hierusalem sicut planctus mali punici in campo succisorum.] Quoniam enim cum Libano Hierusalem rursus confert, cedros cadentes, & pinus, & quercus Basanitidis vocat in ea homines cæteris aliqua celsitudine antestantes: & est oratio, vt dixi, metaphorica.

Ante faciem iræ eius quis sustinebit? & quis resistet in ira furoris eius? Furor eius liquefacit principatus, & petræ contritæ sunt ab eo.

VII. Verba sua ad confirmandam veritatem diuinæ iræ experimentis obsignat, dicens, horribilem esse, & nullis ei machinis resisti posse. Nam instar ignis, opinor, inuadens, facilè & principatus, & potestates cum terrenas, tum quæ intelligentia sola cognoscuntur, liquefecerit. Contriuerit etiam nullo negotio petras, instar petrarum videlicet induratos & obfirmatos. Quin etiam ipsum immundorũ spirituum principem Satanam, de quo sacra Scriptura dicit, [Cor eius induratum est vt lapis, stetit autẽ sicut incus indomita.] Duros autẽ & præfractos fuisse, ac multo stupore

Iud. 5. Deut. 8. Zach. 11. Zach. 12. Iob. 41.

καὶ ἐξανθοῦντας ἔφη τοὺς ἢ πλούτῳ τυχὸν διαφανεστέρους· ἢ τοὺς τῶν σωμάτων ἀλκαῖς ἐμπρέποντας, ἢ καὶ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον ὑπεροχῆς τῶν ἄλλων.

Ἀνασκοπούμενος δέ τις τὰ τῶν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν τολμήματα, καὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτοῖς ἐρήμωσιν, καὶ ὀλοτελῆ συντριβὴν, καὶ ἀπώλειαν μετά γε τὸ ἀναβιῶναι αὐτὸν, καὶ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐφαρμόσειεν ἂν εἰκότως αὐτοῖς καὶ τάδε. Βασανῖτις μὲν, καὶ Κάρμηλος, καὶ μέντοι καὶ Λίβανος νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἡ Ἰουδαία. καὶ Βασανῖτις μὲν, ἐπείτοι καὶ ὠνόμασται γῆ ῥέουσα μέλι, καὶ γάλα, γῆ σίτου, καὶ ἐλαίου, καὶ ἀμπελώνων. Κάρμηλος δὲ, καὶ Λίβανος διά τοι τὸ ὕψος τε ἦρθαι κατὰ τὴν δόξαν, γενέσθαι τε διαφανῆ, καὶ περίοπτον, καὶ οἷα ἀκαταλήκτοις δρυμοῖς τοῖς κατοικοῦσιν αὐτὴν ἐπαγάλλεσθαι, ἀλλ' ὠλιγῶσθαι φησὶ αὐτήν. δεδαπάνηνται γὰρ τῇ Ῥωμαίων χειρὶ καὶ δεινοῖς, καὶ ἀλκιμωτάτοις περιπεσόντες δρυμοτόμοις, φυτοῖς ἐν ἴσῳ περιπεπτώκασι. καὶ τι τοιοῦτον Ζαχαρίας ὑπαινίττεται, λέγων ὡς πρός γε τὴν Ἱερουσαλήμ. διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλοι μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. ὀλολύξατε δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος. Σαφέστερον δὲ ἑτέρωθί που φησί. καὶ ἔσται ὁ κοπετὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. ἐπειδὴ γὰρ πάλιν Λιβάνῳ τὴν Ἱερουσαλὴμ παρεικάζει, κέδρους καταπιπτούσας, καὶ πίτυς ἔφη τοὺς ἐν αὐτῇ ὑψηλοὺς, καὶ δρῦς δὲ ἀποκαλεῖ τῆς Βασανίτιδος· μεταφορικὸν δὲ, ὡς ἔφην, τοῦ λόγου τὸ χρῆμα.

Ἀπὸ προσώπου ὀργῆς αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; καὶ τίς ἀντιστήσεται ἐν ὀργῇ θυμοῦ αὐτοῦ; ὁ θυμὸς αὐτοῦ τήκει ἀρχὰς, καὶ αἱ πέτραι διετρίβησαν ἀπ' αὐτοῦ.

Κατασφραγίζει τοὺς λόγους εἰς ἀλήθειαν τοῖς ἐν πείρᾳ γεγονόσι τῆς θείας ὀργῆς, ὅτι πικρά τις ἐστὶ, καὶ δυσαντίτακτος λέγων. δίκην γὰρ, οἶμαι, πυρὸς ἐμπίπτουσα, καταπήξειεν ἂν εὐκόλως ἀρχάς τε, καὶ ἐξουσίας, ἐπιγείους τε καὶ νοητὰς, συνθραύσειε δὴ ἂν ἀμογητὶ καὶ πέτρας, ἤγουν τοὺς ἐν ἴσῳ πέτραις κατεσκληκότας, καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἡγούμενον Σατανᾶν, περὶ οὗ φησὶ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὥσπερ λίθος. ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος. ὅτι δὲ σκληροὶ, καὶ ἀτεράμονες, καὶ πλείστην ὅσην ἀναισθησίαν ἐρρωσημ-

κότες ἄλοιεν ἂν καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, καὶ οἱ τεταγμένοι παρ᾽ αὐτοῖς εἰς ἀρχάς, ἱερέας δὴ λέγω, καὶ τῶν ἀνοσίων γραμματέων καὶ Φαρισαίων τὰ βέβηλα στίφη, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; οἱ καὶ τῷ πολέμῳ δεδαπάνηνται, τῷ παρὰ Ῥωμαίων, καθάπερ τις κηρὸς ταῖς αἰσχίσταις ἐκτηκόμενοι συμφοραῖς, σκληροὶ δὲ ὄντες ἄγαν, συνετρίβοντο τοῖς κακοῖς, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας δίκας ἐκτετίκασι.

A aperte laborasse Iudæorum & doctores, & principes seu primores, sacerdotes, inquam, & impiorum Scribarum, ac Pharisæorum cœtus profanos, quem fugit? qui & bello à Romanis illato, sicuti cera malis atrocissimis colliquefacti interierunt. Et cum essent admodum inflexiles, contriti cladibus contumeliarum in Christum expromptarum pœnas luerunt.

Συνέτριψε δὲ δι᾽ ἡμᾶς καὶ ἑτέρως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἀρχάς τε, καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἵνα ἡμᾶς ἐξέληται, καὶ διασώσῃ. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλει, σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου; ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν, γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεόν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. δέδωκε δὲ ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. κατέτηξε γὰρ ἀρχάς, συνέτριψεν ὡς πέτρας τὰς τῶν ἀνοσίων πνευμάτων ἀλαζονείας. ὀργιζομένοις δὲ δι᾽ ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἡμῶν τοῖς ἠδικηκόσι, παραχωρεῖν ἦν ἀνάγκη καὶ οὐχ ἑκοῦσιν αὐτοῖς.

B Contriuit autem propter nos alia etiam via Dominus noster Iesus Christus principatus, & potestates, & principes mundi tenebrarum sæculi huius, spirituales nequitias, vt nos eriperet, & saluaret. Hoc sciens B. Dauid, psallit: [Tu terribilis es, & quis resistet tibi ab ira tua? De cælo auditum fecisti iudicium, terra timuit, & quieuit, dum resurgeret in iudicium Deus; vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.] Dedit autem nobis [calcare supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.] C Colliquefecit enim principatus, impiorum spirituum superbiam vt petras contriuit. Irascenti autem noxiis propter nos, & quantum ad nos attinet, illi licet inuiti, cedere debuerunt.

Ephes. 6. *Psal. 75.* *Luc. 10.*

Χρηστὸς κύριος τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ γινώσκων τοὺς εὐλαβουμένους αὐτόν· καὶ ἐν κατακλυσμῷ πορείας συντέλειαν ποιήσεται, τοὺς ἐπεγειρομένους, καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διώξεται σκότος.

Bonus Dominus expectantibus eum in die tribulationis, & cognoscens timentes se, & in diluuio transeunte consummationem faciet. Consurgentes, & inimicos eius persequentur tenebræ.

Νουθετεῖ χρησίμως, καὶ λίαν εὐτέχνως, οὔτε τῆς εὐημερίας ἀποκείρων τὴν ἐλπίδα, δι᾽ ὧν ἔφη χρηστὸν ἔσεσθαι τοῖς ὑπομένουσι τὸν κύριον· οὔτε μὴν ἀνιεὶς εἰς ἄφετόν τινα, καὶ ἐξίτηλον ζωήν, μετακαλῶν δὲ μᾶλλον εἰς εὐκοσμίαν, καὶ εἰς τὸ βιοῦν ἑλέσθαι ἐννόμως, διά τοι τοῦ φάναι πάλιν, ὅτι τὴν ὡς κατακλυσμῷ νοουμένην ὁδὸν εἰ δὴ ποιοῖτο κατά τινων, καθάπερ τινὰ σεισμὸν ποιήσεται, καὶ ὥσπερ ὑδάτων πολλῶν τε, καὶ ἀφορήτων ὁρμὴν κατὰ τῆς πρανοῦς Ἰούδα χώρας. χρῆμά τι δεινόν, καὶ δὴ καὶ ἄφυκτον παντελῶς. οὕτως εἰ διάθοι κατά τινων τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, ἄρδην ἅπαντας ἀπολέσει τοὺς καθ᾽ ὧν ἂν ἴοι, καὶ φέροιτο. σκότει μὲν τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ καταδιωχθήσεσθαι, καὶ καταληφθήσεσθαι λέγει, καὶ οὐχί που πάντως τῷ τῆς νυκτός, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ, οἶμαι, τῷ νοητῷ, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις τῷ πάσχειν νοουμένῳ. κατασκοτίζειν γὰρ εἴωθε τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, καὶ ἀμείλικτος συμφορά, καὶ πικρόν, καὶ ἀδόκητον πάθος,

VIII.

D Fructuose, & scite admodum admonet, neque fœlicitatis spe eos priuans, cum dicit, bonum fore Dominũ exspectantibus se: neque habenas illis laxans ad vitam quandam solutã, & temporariam: quin potius ad morum honestatẽ, & ad vitam ex legibus institutam eos inuitans, cum rursum dicit, quod si viam quam animo cernimus contra quosdam veniet, vt in diluuio, & cõmotione quadam veniet, & vt aquarum multarum intolerandarúmque impetus per prona regionis Iuda. E res formidabilis, & ineuitabilis prorsus. Si ita in quosdã ab ira diuina profectũ supplicium ruat, feratúrque, funditus eos perdet. Tenebras quidẽ inimicos eius persecuturas, & comprehensuras dicit, vtiquè haud noctis huius, sed alius, opinor, noctis intellectualis, & quæ ex modo quodam patiendi perspicitur. Solet enim mentẽ humanã tenebris obscurare dirior calamitas, acerbusque & improuisus casus,

vt antiquioribus contigit, in captiuitatem abductis, & regione ipsorum ab hostibus occupata. Proinde Deus cum vino, & ebrietate huiuscemodi mala conferens, rectissimè ad beatum Hieremiam dicebat. [Sume calicem vini meri huius de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas mittam te ad eos, & bibent, & voment, & insanient à facie gladii, quem ego mitto inter eos.] Et per os Esaiæ ad Sion. [Calicem enim ruinæ, calicem furoris ebibisti, & euacuasti.] Ebrietate igitur, & tenebris, erga Deum hostiliter animatos, comprehensum iri dicit, ita probè admodum ad rectè sapiendum concitans, quod eos scire, & facere melius erat.

Hiere. 25.

Esai. 51.

Iuit etiam contra Iudæos in diluuio transeunte vniuersorum Deus, & consummauit eos, propter Christum pœnas reposcens. Facti sunt etiam in tenebris, & diuini luminis omnino expertes, fatui & cæci permanent infelices. Noluerunt enim sequi acclamantem Christum, [Dum lucem habetis, in luce ambulate, vt non tenebræ vos comprehendant.] Et quoniam sine affectione, & indomiti erant, idcirco postmodum, vt ait Propheta, [Exspectantibus illis lucem, factæ sunt illis tenebræ, præstolantes lucem, in tenebris ambularunt.] Fuerunt enim inimici luminis diuini, & impiè aduersus gloriam illius se erexerunt.

Ioan. 12.

Esai. 59.

Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet, non vindicabit bis in idipsum in tribulatione.

IX. Dixi iam, & à principio, vbi Salmanasar Assyriorum rex Samariam vastauit, & alias quoque vrbes, vicósque Iudæ sceptro subiectas simul depopulatus est, belli reliquiis ingenti terrore plenis ad vicinarum gentium prouincias confugientibus, quod putarent verisimiliter, parem calamitatem, Babyloniis denuò in ipsos redeuntibus subituros, Deum per Prophetam necessariam consolationem adhibere, duo hæc pollicentem, & bello captos, ac miseriis immensis obrutos aliquando miseraturum, vinculisque captiuitatis absoluturum, & Niniuen in desolationem, & exitium traditurum.

ὃ δὴ τοῖς ἀρχαιοτέροις συμβέβηκεν, ἀπενηνεγμένοις εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ ἁλούσης αὐτοῖς τῆς χώρας. τοιγάρτοι Θεὸς οἴνῳ καὶ μεθύσματι τὰ τοιάδε τῶν κακῶν παρεικάζων, εὖ μάλα πρὸς τὸν μακάριον ἔφασκεν Ἱερεμίαν. λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου τούτου ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε πρὸς αὐτούς, καὶ πίονται, καὶ ἐξεμοῦνται, καὶ μανήσονται ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, ἧς ἐγὼ ἀποστέλλω ἀνὰ μέσον αὐτῶν. καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς αὐτήν. τὸ ποτήριον γὰρ τῆς πτώσεως τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐξέπιες καὶ ἐξεκένωσας. μέθῃ δὴ οὖν, καὶ σκότῳ καταληφθήσεσθαί φησι τοὺς ἐχθρὰ φρονοῦντας Θεῷ, μεταστοιβάζων εὖ μάλα πρὸς τὸ ἑλέσθαι φρονεῖν, ὅπερ ἦν ἄμεινον εἰδέναι τε καὶ δρᾶν αὐτούς.

Κεχώρηκε δὲ καὶ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἐν κατακλυσμοῦ πορείας ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ συντετέλεκεν αὐτοὺς τὰς ἐπὶ Χριστῷ εἰσπραττόμενος δίκας. γεγόνασι δὲ καὶ ἐν σκότῳ, καὶ τοῦ θείου φωτὸς ὁλοτρόπως ἠμοιρηκότες, μωροὶ καὶ τυφλοὶ διατελοῦσιν οἱ τάλανες. οὐ γὰρ ἤθελον ἀκολουθῆσαι ἐπιφωνοῦντι Χριστῷ, ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτί, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἀπαθεῖς, καὶ ἐξώλιοι, ταύτητοι λοιπόν, καθά φησιν ὁ Προφήτης, ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς, ἐγένετο αὐτοῖς σκότος, μείναντες δὲ αὐγήν, ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. γεγόνασι γὰρ ἐχθροὶ τοῦ θείου φωτός, καὶ κατεξανέστησαν ἀνοσίως τῆς δόξης αὐτοῦ.

Τί λογίζεσθε ἐπὶ τὸν κύριον; συντέλειαν αὐτὸς ποιήσεται, οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει.

mittebant, qui belli societatem coituros, & facile Babylonios repulsuros fidem dabant. Dabántque occasionem Israelitis existimandi, quanquam non seruaret Deus, se tamen nullius egentes, huic rei pares esse posse. Vbi verò Nabuchodonosor Deo ipsum adiuuante, & aduersarios illi subiiciente Iudæam occupauit, postmodum & Ægyptum, eodem duce & auspice inuasit, totámque suæ ditionis fecit, vnà cum ipsa Og, siue Amon, (hoc enim nomen, vt monui, Alexandria aliquando obtinuit) quæ supra alias Ægypti vrbes plurimum excellebat, tuta à prædonibus, & securum perfugium, quod aquis vndique ambiatur, & versus Aquilonem mari alluatur, versus Austrum verò latam, & longam, & velut alterum mare, paludem, inquam, Mareotidem habeat: munita sit insuper aliis fluminibus, & lacubus cingatur. Auxiliabantur etiam ipsi finitimæ Libyæ indigenæ, quæ vsque ad Æthiopiam pertinet, & versus occasum, & Austrum, vbi Garamantes post Afros incolunt. Simul item ad arma ibant Æthiopum nonnulli ad orientem, & Austrum, quique Meroem intimam vrbem incolunt, & feram ac nigram tellurem tenent. Et de historia quidem hactenus: nunc ad sententiam declarandam accedamus. [Præpara partem,] inquit. Ac si dicat, ô infelix Niniue, elige partem tibi, pro arbitratu regionem aliquam ex finitimis, quas subegisti, quandoquidem te extulisti, omninóque nulla vi expugnabilem te arbitraris, quod muris ingentibus cincta sis, & auxilia habeas innumera, tametsi opportunitatem longè maximam adepta es, inquit, vt subiugari atque capi difficiliter possis; [apta chordam,] hoc est, cantus & carmen tu quoque vrbibus, & regionibus esto, talia à Persis, & Medis perpessa, qualia aliis ipsa intulisti. [Præpara etiam partem Amon.] Sit, inquit, tibi pars, & sors Amon. Quæ illi fecisti, eadem te pati necesse est. Et quid est Amon, aut quid est habitans in fluminibus? Hoc est, quæ mari, & fluminibus commodissimè munita, Ægyptiorum auxiliis, & Æthiopum arcubus gloriabatur, quæ Libycam multitudinem robustissimam sortita fuit. Sed quamuis ita haberet situ, & viribus externisque auxiliis, abiit nihilominus seruitum in alienam regionem, & ad terrã infantes eius allisi sunt.

A οἱ δὲ συνασπίζειν ἐπηγγέλλοντο, καὶ ἀποσοβεῖν εὐκόλως δύνασθαι τοὺς Βαβυλωνίους. καὶ γεγόνασιν ἀφορμὴ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τοῦ νομίζειν, ὅτι κἂν εἰ μὴ σώζῃ Θεὸς, αὐτοὶ πρὸς τοῦτο ἀρκέσουσι, δεῖν οὐδενὸς οὐδενός. ἐπεὶ δὲ τὴν Ἰουδαίαν ὁ Ναβουχοδονόσορ εἷλε Θεοῦ παρασπίζοντος, καὶ ὑποστρωννύντος αὐτῷ τοὺς ἀνθεστηκότας, κεχώρηκε μετὰ τοῦτο καὶ κατὰ τῆς Αἰγύπτου, θείας αὐτὸν πεμπούσης ὀργῆς, εἷλέ τε πᾶσαν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ὢγ, ἤτοι Ἀμὼν
B (ὠνόμαστο γὰρ οὕτω κατὰ καιροὺς, ὡς ἔφην, ἡ Ἀλεξάνδρεια) ἣ δὴ καὶ μάλιστα παρὰ τὰς ἄλλας τῆς Αἰγύπτου πόλεις λαμπροτέρα τε ἦν ἄγαν, ἄσυλόν τε, καὶ ἀσφαλὲς ὁρμητήριον, διά τοι τὸ ὕδασι πανταχοῦ διεζῶσθαι, καὶ ἐκ μὲν μοίρας τῆς βορειοτέρας ἔχειν τὴν θάλασσαν, ἐκ δὲ τῆς εἰς νότον εὐρεῖάν τε, καὶ μακρὰν, καὶ οἷον ἑτέραν θάλασσαν, λίμνην δὲ λέγω τὴν Μαρεῶτιν, πεπυργῶσθαι δὲ καὶ ἑτέροις ποταμοῖς, καὶ τελμάτων περιβολαῖς, ἐπήμυνον δὲ αὐτῇ, καὶ οἱ τῆς ὁμόρου Λιβύης οἰκήτορες, παρατεινού-
C σης μέχρι τῆς Αἰθιόπων γῆς, τῆς πρὸς ἑσπέραν, καὶ νότον, Γαράμαντες δὲ οὗτοι; κατόπιν τῆς Ἀφρων κείμενοι γῆς. συνεξωπλίζοντο δὲ καὶ τῶν εἰς ἠῶ, καὶ νότον Αἰθιόπων τινὲς, οἱ Μερόην τε τὴν ἐσωτάτην πόλιν ποιούμενοι, καὶ ἀγρίαν, καὶ μέλαιναν κατανεμόμενοι γῆν. ἀλλ' ὧδε μὲν ἡμῖν ὁ τῆς ἱστορίας ἐχέτω λόγος. ἴωμεν δὲ ἤδη πρὸς διασάφησιν τῆς ἐννοίας τῆς ἐγκειμένης. ἑτοίμασαι δὲ, φησὶ, μερίδα, ὅμοιον ὡσεὶ λέγει. ὦ ἀθλία Νινευὴ, ἐπίλεξαι μερίδα σεαυτῇ, ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα πεφρόνηκας; οἴει τε ὅτι
D πάντῃ τε, καὶ πάντως ἀπόρθητος ἔσῃ διά τοι τὸ τείχεσι μεγάλοις περιβεβλῆσθαι, καὶ ἀναριθμήτους ἔχειν τοὺς συνασπίζειν ἐθέλοντας, καίτοι ἵνα πλεῖστα τῆς χωρῶν, αἳ πεπόρθηνται παρὰ σοῦ. καίτοι πλεῖστον ὅσην ἐπιτηδειότητα λαχοῦσα, φησὶ, πρός γε τὸ δύνασθαι δυσαλώτως ἔχειν τε, καὶ ἀλήπτως· ἅρμοσαι χορδὴν, τουτέστιν, ᾠδὴ, καὶ μῦθος, καὶ αὐτὴ γενοῦ πόλεσί τε, καὶ χώραις, παθοῦσα τοιαῦτα παρὰ Περσῶν, καὶ Μήδων, ὁποῖα δέδρακας εἰς ἑτέρους αὐτή. ἑτοίμασαι δὲ μερίδα Ἀμὼν, ἔστω σοὶ, φησὶ, μερὶς,
E καὶ κλῆρος ἡ Ἀμὼν, ἃ δέδρακας ἐπ' ἐκείνῃ, ταῦτα καί σε παθεῖν ἀναγκαῖον. καὶ τίς ἡ Ἀμὼν, ἥτις κατοικοῦσα ἐν ποταμοῖς; τουτέστι, ἡ θαλάσσῃ, καὶ ποταμοῖς εὖ μάλα τετειχισμένη, ταῖς Αἰγυπτίων ἐπικουρίαις, καὶ τοῖς Αἰθιόπων τοξεύμασιν ἐπαυχήσασα, ἡ τὴν τῶν Λιβύων ἀλκιμωτάτην λαχοῦσα πληθύν. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσα θέσεώς τε, καὶ ῥώμης, καὶ τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας, εἰς μετοικεσίαν πεπόρευται, γέγονεν αἰχμάλωτος, καὶ ἠδαφίσθη μετ' αὐτῆς τὰ νήπια.

κληρωτοὶ δὲ γεγόνασιν οἱ διαφανεῖς, καὶ μεμέρισται τῶν νενικηκότων οἱ ἐνδοξότεροι, καὶ δέδενται χειροπέδαις. ὥσπερ οὖν εἷλες τὴν Ἀμὼν ἀπόρθητον οὖσαν ὅσον ἧκει εἰς ἐπικουρίαν καὶ θέσιν (Θεὸς γὰρ ἦν ὁ παραδιδοὺς αὐτήν) καὶ αὐτὴ δοθήσῃ πάντως εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, κἂν εἰ μεγάλην ἔχῃς ἐπί τε πλήθει τῶν μαχίμων, καὶ τείχεσι τὴν ὀφρύν. ἐγὼ γὰρ ἐπὶ σὲ, καὶ τὴν ἐμὴν οὐδεὶς ἀποστρέψει χεῖρα.

Καὶ σὺ μεθυσθήσῃ, καὶ ἔσῃ ὑπερεωραμένη, καὶ σὺ ζητήσεις σεαυτῇ στάσιν ἐξ ἐχθρῶν.

Ὃν τρόπον γὰρ ἥττηται, φησὶν, ἡ Ἀμὼν τὰ παρα πέπτωκε τὰ ἐκ τῆς σῆς ἀγριότητος βέλη ὑπενεγκοῦσα, καὶ τὰς ἐκ τῆς ἐφόδου συμφορὰς, οὕτω καὶ αὐτὴ σκοτοδινιάσεις, καὶ οἷα ἐν μέθῃ γενήσῃ, στάσιν οὐκ ἔχουσα, τουτέστι, κατασεσεισμένη, καὶ πίπτουσα ὑπὸ ἐχθρῶν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐποπτείας ἐστερημένη. οὓς γὰρ ἂν ἐπισκέπτοιτο Θεὸς, ἐλεεῖ δὲ πάντως, καὶ ἐν τοῖς κατ' εὐχὴν ἑδραιοῖ.

Μεμέθυσται δὲ ὥσπερ καὶ ἡ θεομάχος Ἱερουσαλὴμ, τὸ νήφειν οὐκ ἔχουσα, διά τοι τὸ μὴ καταλάμπεσθαι θείῳ φωτὶ, μήτε μὴν ἐπαΐειν ἐθέλειν λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν, ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. μέθη δὲ ἂν νοοῖτο, καὶ σκότος εἰς νοῦν, καὶ νὺξ εἰς καρδίαν ἡ τῆς συμφορᾶς ἀγνωσία, καὶ τὸ μηδαμόθεν δύνασθαι καθιδεῖν τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. ὅτι δὲ καὶ σεσάλευται, καὶ πρὸς τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα τὸ ἐρηρεισμένον οὐκ ἔχει, πῶς ἂν, ἢ πόθεν ἐνδοιάσαι τις; ἐκπέπτωκε γὰρ τῆς τῶν ὅλων κρηπῖδος, καὶ τὸν ἄρραγῆ θεμέλιον οὐκ ἔχει, τουτέστι, Χριστόν. παρεώραται δὲ, καὶ τοῖς ἐχθροῖς δέδοται, ἢ Ῥωμαίοις τυχὸν, ἤγουν τοῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν καταχωμένοις τῶν παθῶν, φημὶ δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι. Χριστὸς οὖν ἄρα, καὶ πίστις ἡ εἰς αὐτὸν παντὸς ἡμᾶς ἀπαλλάξει κακοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν δυστροπίας ἀποτελέσει κρείττονας, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἱστήσι τοῦ Θεοῦ. παρεόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

Πάντα τὰ ὀχυρώματά σου συκαῖ, σκοποὺς ἔχουσαι. ἐὰν σαλευθῶσι, πεσοῦνται εἰς στόμα ἐσθίοντος.

Τὰ πέπειρα τῶν συκῶν ἀποπίπτει ῥᾳδίως, εἰ δὲ κραδαίνοιτο τὸ φυτὸν, μονονουχὶ δὲ πρὸς τὴν τοῦ κατασείοντος καταθρώσκει χεῖρα, καὶ τοῖς δεομένοις τοῦ φαγεῖν, αὐτομάτως ἐπιφοιτᾷ. οὐκοῦν ἐπειδὴ περ Κύρου περιβάλλοντος, καὶ πολιορ-

A Sortem subierunt conspicui, & partes victorũ euaserunt illustres, & vincti sunt manicis. Quemadmodum igitur cepisti Amon, inexpugnabilẽ quod ad sitũ, & auxilia attinet (Deus enim erat, qui tradebat ipsam) sic ipsa quoque omnino in manus hostiũ traderis, etsi propter multitudinem bellatorũ, & mœnia, grande habes supercilium. Ego enim aduersor tibi, & manum meam nemo auertet.

Et tu inebriaueris, & eris despecta, &
B *tu quæres tibi stationem ex inimicis.*

Quomodo enim, inquit, Amon armis ferocitatis tuę, & inuasione tua in ærumnam, & calamitates coniecta est; sic & tu teneberis, & vertigine corripieris, & tu quasi in ebrietate versabere, nec habebis vbi consistas, hoc est, conquassabere, & superna inspectione, ac tutela priuata, ab hostibus cades. Quos enim Deus inspexerit ac visitarit, eorum miseretur planè, & in iis quæ ipsis optata & chara sunt, stabilitatẽ largitur.

C Inebriata est porro aliquo modo etiam Deum lacessens Hierusalem, sobrietate destituta, quia scilicet diuino lumine illustrata non fuit, nec audire voluit Christum dicentem, [Ego sum lux mundi.] Et rursum, [Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.] Ebrietas autem, & tenebræ mentis, & nox cordis intelligi potest ignorantia calamitatis, & viam salutis perspicere neutiquam posse. Concussam verò esse, & ad opera iusti-
D tiæ stabilimentum nullum habuisse, quo pacto, aut vnde quispiam dubitauerit? vniuersorum quippe basi excidit, & fundamentum indiruptum, hoc est, Christum non habet. Despecta autem, & hostibus tradita est, seu Romanos accipias, seu eos, qui ad omne genus vitiosarum motionum illam impellerent, immundis, inquam, spiritibus. Christus itaque, & fides in ipsum ab omni malo nos liberabit, & hostium peruersitate
E superiores præstabit, & in conspectu Dei constituet. Neutiquam enim diligentes se despiciet.

Omnes munitiones tuæ ficus, habentes speculatores: si commotæ fuerint, cadent in os comedentis.

Maturæ ficus concussa arbore decidunt facilè, & tantum non in concutientis manum desiliunt, & quærentibus comedere, sponte veniunt. Cùm Cyrus igitur Niniuen aggrederetur, & obsideret, & ad mœnia illius

Ezech. 14.
XXXII.
Ioan. 8.
Ioan. 12.
XXXIII.

machinas expugnatorias, siue arietes A applicaret, propugnacula defensores seruabant: deinde iaculantes qui oppugnabant, paruo negotio ad terram eos diiciebant. Quare similitudinem ab eo ducit, quod in ficubus ad maturitatem perductis, & excoctis fieri assolet, atque, omnes munitiones tuæ, hoc est, muri tui, ficus, speculatores habentes, qui facillimè in manum comedere volentis ibunt, si quis tantummodo stirpem, siue arborem agitauerit.

Sic omnis anima supernis lapsa, & B destituta præsidiis, facile in manus veniet, & capietur, citráque sudorem à Satana deuorante auferetur. Scriptum est enim, cibus eius electus. Abac.1.

Ecce populus tuus quasi mulieres in te, inimicis tuis apertæ aperientur portæ terræ tuæ, & comedet ignis vectes tuos.

xxxiv. Eorum spem irritam declarat. Cre- C debant enim nunquam se sub alienam ditionem concessuros, quandoquidem infinitam auxiliariorum multitudinem sibi aggregassent, & muris, qui dirui nequirent communitam vrbem habitarent. Verùm hæc quoque inutilia eis futura palam prænuntiat, propugnatores eo ignauiæ deuenturos dicens, vt à mulierculis inualidis nihil discrepent. Apertum etiam iri portas, violenter nimirum hostibus irrumpentibus. Certum est enim, [Nisi Dominus custo- Psal.126. dierit ciuitatem, frustra vigilat qui cu- D stodit eam.]

Supernam igitur munitionem habeamus necesse est, & minimè nobis ipsis fidamus, sed Deo potius qui saluat, & non de humanis auxiliis magnoperè ne iactemus, nec statuamus iram Dei effugituros, si ipsum irritauerimus: nemo enim à tumultu, & malis liberabit, cui vniuersorum Deus iratus fuerit. Et sapientissimè psallit, ac dicit diuinus David. [Non in arcu meo sperabo, nec Psal.42. Psal.107. brachium meum saluabit me. Faciam E autem in Deo virtutem,] vt idem alibi dicit.

Aquam obsidionis hauri tibi.

xxxv. Fama est, Cyro cum exercitu vicinas Niniue regiones depopulante, & omnia iis auxilia intercludente, Niniuitas obsidionem metuentes spatia vrbi circumiecta multis, & longis fossis incidisse, & deductis eò

A χειροῦντος ἤδη τὴν Νινευή, τοῖς τείχεσί τε αὐτῆς ἐφιστάντος τὰς ἑλεπόλεις, ἤτοι τοὺς κριούς, τὰς ἐπάλξεις ἐτήρουν οἱ ἐπαμύνοντες. εἶτα τοξεύοντες οἱ μαχόμενοι, κατεκόμιζον εἰς γῆν εὐκόλως αὐτούς. δέχεται οὖν τὴν ὁμοίωσιν ἀπὸ τοῦ πεφυκότος γίνεσθαι περὶ τὰ πέπειρα τῶν συκῶν. ταύτητοι, φησίν, ὅτι πάντα τὰ ὀχυρώματά σου, τουτέστι, τὰ τείχη, συκαῖ, σκοποὺς ἔχουσαι, οἳ πρὸς τὸ τοῦ φαγεῖν ἐθέλοντος ἴενται χεῖρα, καὶ μάλα εὐκόλως, εἰ δή τις μόνον καταδονήσειε τὸ φυτόν.

B Ἔσται δὲ οὕτω καὶ πᾶσα ψυχή, τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας ἐκπίπτουσα, καὶ ἐστερημένη εὐχερής, καὶ εὐάλωτος, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι ληπτὴ τῷ κατεσθίοντι Σατανᾷ. γέγραπται γάρ, ὅτι τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά.

Ἰδοὺ ὁ λαός σου ὡς γυναῖκες ἐν σοί, τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται πύλαι τῆς γῆς σου, καὶ καταφάγεται πῦρ τοὺς μοχλούς σου.

C Ματαίαν αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν ἐλπίδα. ᾤοντο μὲν γάρ, ὡς οὐκ ἂν ἁλοῖεν πώποτε, πληθὺν ἀμέτρητον τῶν αὐτοῖς συνασπιζόντων συναγηγερκότες, καὶ ἀρρήκτοις τείχεσι πεπυργωμένην οἰκοῦντες πόλιν. ἀλλ' ὅτι καὶ ταῦτα παντελῶς ἀνόνητα αὐτοῖς προαναπεφώνηκεν ἐναργῶς, κακανδρίας εἰς τοῦτο κατοιχήσεσθαι λέγων τοὺς ἐπαμύνοντας, ὡς γυναικῶν ἀσθενῶν διενεγκεῖν οὐδέν. διανοιχθήσεσθαι καὶ τὰς πύλας, εἰσβιαζομένων δηλονότι τῶν ἐχθρῶν. ἀληθὲς γάρ, ὅτι ἐὰν μὴ κύριος φυλάσσῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

D Χρὴ δὲ νῦν ἄρα τὴν ἄνωθεν ἔχειν ἀσφάλειαν, πεποιθέναι τε ἡμᾶς ἥκιστα μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐπὶ Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ σώζοντι, καὶ μὴ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίαις μεγαλαυχεῖν, μήτε μὴν οἴεσθαι διεκνεῦσαι δύνασθαι τὴν ὀργήν, εἰ δὴ προτρέποιτο Θεός. ἀπαλλάξει γὰρ οὐδεὶς θορύβων, καὶ κακῶν, τὸν ᾧπερ ἂν ἐπιμηνίσῃ ὁ τῶν ὅλων Θεός. καὶ σοφὸς λίαν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ψάλλων τε, καὶ E λέγων· οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ὁ βραχίων μου οὐ σώσει με. ποιήσομαι γὰρ δύναμιν ἐν τῷ Θεῷ κατά γε τὴν αὐτοῦ πάλαι φωνήν.

Ὕδωρ περιοχῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ.

Φασίν, ὅτι Κύρου τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὰς περιοίκους τῆς Νινευὴ καταδηούντων χώρας, καὶ πάσας αὐτῶν περιαποκειρόντων ἐπικουρίας, τὴν πολιορκίαν ἤδη δεδιότες οἱ Νινευῖται λοιπὸν εἰς πολλάς, καὶ μακρὰς ἀνέτεμον τάφρους τὰ περὶ τὸ ἄστυ χωρία,

καὶ δὴ τὸ δυσπόρευτον τοῖς ἐχθροῖς ἀπετέλουν, περιοχετεύοντες ποταμοὺς, τὸ ὑδάτων ἐμπιπλῶντες, καὶ τελμάτων ἔμπλεων ποιοῦντες τὴν γῆν. ἀλλ' ἥσσων καὶ τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων ἀμείνους οἱ μαχόμενοι, μᾶλλον δὲ ἡ θέλησις τοῦ παραδιδόντος Θεοῦ. ὅτι τοίνυν οὐδὲν ἔσται καὶ τοῦτο αὐτοῖς τὸ σπούδασμα, δείκνυσι λέγων· ὕδωρ περιοχῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ. δοκεῖ δέ τισιν ὕδωρ ἐνθάδε νοεῖν τὸ ἐπισπώμενον τὴν τῶν κεκλημένων ἐθνῶν εἰς ἐπικουρίαν ἀθρόαν τὴν πληθύν. βαδιεῖται δὲ καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ λόγος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, ὕδασι γὰρ πολλαχοῦ καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ὠνόμασται πληθύς.

Καὶ κατακράτησον τῶν ὀχυρωμάτων σου. ἔμβηθι εἰς πηλὸν, καὶ συμπάτει ἐν ἀχύροις· κατακράτησον ὑπὲρ πλίνθον.

Οὐ προτρέπεται δὴ αὐτὰ ταυτὶ ὁ Θεός· ἐπειδὴ δὲ τελείως ἐσόμενα προηπίστατο, διαγελᾷ τὴν σκῆψιν, καὶ ὅτι, καθάπερ ἔφην, ἀργῶς μάταιον αὐτῷ ἔσται τὸ σπούδασμα, δείκνυσι διὰ τούτων. ἐπειδὴ γὰρ συμβέβηκεν τὸ ἐπάλξεων, ἤγουν ἑτέρας τινὸς ἐπιμελείας δεῖσθαι τὰ τείχη, πλίνθους γὰρ εἰργάζοντο τὰς ἐκ πηλοῦ δηλονότι, πλὴν ὀχυρωτάτας· ὀπτωμένη γὰρ ἡ πλίνθος ἀναγκαιοτάτη πρὸς ἔργα, καὶ οὐκ ἂν ἔχοιντο διαθρυπτόμενον. συμπάτει δὴ οὖν, φησὶν, ἐν ἀχύροις, ἐργάζου καὶ πλίνθους. γενοῦ δὴ οὕτως ἰταμὸς, καὶ ἀπτόητος εἰς μάχην, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ πλίνθος αὐτή, ἔσῃ γὰρ οὕτως εὐάλωτος, καὶ ἄθραυστος μὲν οὐδαμῶς· εὔκολος δὲ λίαν τοῖς καταπατεῖν εἰδόσι, καὶ τῆς σῆς σκληρότητος ἀλκιμωτέραν ἔχουσι τὴν ὁρμήν.

Ἐκεῖ καταφάγεταί σε πῦρ, ἐξολοθρεύσει σε ῥομφαία, καταφάγεταί σε ὡς ἀκρίς, καὶ βαρυνθήσῃ ὡς βροῦχος.

Τὸ ἐκεῖ νοήσεις ἀντὶ τοῦ τηνικάδε, κατὰ χρόνον γὰρ καὶ οὐ τοπικῶς τὴν λέξιν ἀποδεχόμεθα. εἰ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα γένοιτο, φησί, καὶ πλίνθους ἐργάσῃ, δαπανηθήσῃ καὶ οὕτως ὡς ἀπὸ πυρὸς, κατανεμηθήσεται δέ τε καὶ τὴν χώραν, καὶ ἐν ἀκρίδος τάξει ὁ πόλεμος. ἔσῃ δὲ καὶ ὄκνῳ πεπεδημένος, καὶ βραδὺς εἰς φυγὴν ὡς βροῦχος ὁ βαρυνθείς. φασὶ γὰρ ὅτι πιπτούσης χαλάζης, καὶ ὑετῶν καταρρηγνυμένων ἀδρανὴς εἰς πτῆσιν ὁ βροῦχος, καταβεβλημένων αὐτοῦ τῶν πτερῶν. οὐκοῦν τὸ ἄπορον εἰς φυγὴν τῶν Νινευιτῶν ὑποσημαίνει πάλιν ὑπὸ τοῦ τοῖς βρούχοις συμβαίνοντος.

A fluminibus, & fossis illis aqua repletis, & paludibus toto territorio inducto, hostibus viam inuiam reddidisse. Verùm hostes & istiusmodi moliciones, vel potius voluntas Dei donantis superarunt. Nec hos igitur conatus quidquam illis profuturos docet his verbis, [aquam obsidionis hauri tibi.] Placet quibusdam hoc loco per aquam indicari contracta ex gentibus accitis auxilia magno numero, & frequentia. Atqui etiam sic à meta B non aberrabit oratio: sæpè enim gentium multitudo aquarum nomine exprimitur.

Et obtine munitiones tuas. Ingredere in lutum, & conculca in paleis, obtine super laterem.

xxxvi. Non hortatur ista Deus: sed quia perfectè, quod futurum est nouit, impedimentum huiuscemodi irridet, & conatum eorum forè vanum, vt modo dixi, per hæc ostendit. Quoniam enim aut propugnaculis, aut alia procura- C tione mœnia indigebant, lateres è luto videlicet conficiebant, veruntamen firmissimos: later enim coctus ad opera valet plurimum, nec facilè dissoluitur. [Conculca igitur, inquit, in paleis, confice etiam lateres.] Esto ita audax, & præfractus ad pugnam, sicut videlicet later ipse, & sic tamen paruo negotio capieris, nec vllo modo infracta eris: imo perfacilè subigeris ab iis qui te concutere nouerint, D & duritie tua impetus robustiores attulerint.

Ibi comedet te ignis, disperdet te gladius, comedet te quasi locusta, & aggrauaberis quasi bruchus.

xxxvi. *Ibi*, intellige positum, pro tunc, vt tempus, non locum vox significet. Quamuis enim hæc facta fuerint, inquit, & lateres feceris, tamen sic etiam, vt ab igne consumeris. Etiam regionem instar locustarum bellum E depascet. Præpedieris autem metu, & tardus eris ad fugam, vt bruchus grauatus. Aiunt enim, cadente grandine, & pluuiis cælo erumpentibus debilitari bruchum ad volatum, alis ei irrigatis videlicet. Ergo quam fugæ viam reperire Niniuitæ nullam potuerint, rursum sub integumento brucho accidentium insinuat.

Multiplicasti negotiationes tuas super astra cæli. Bruchus impetum fecit, & expansus est. Exiluit vt locusta commixtus tuus, vt locusta ascendens in sepem in die frigoris. Sol ortus est, & abstulit, & non cognouit locum eius.

Ἐπλήθυνας τὰς ἐμπορείας σου ὑπὲρ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. Βροῦχος ὥρμησε, καὶ ἐξεπετάσθη. ἐξήλατο ὡς ἀττέλαβος ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμὸν ἐν ἡμέρᾳ πάγους. ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ἀφήλατο, καὶ οὐκ ἔγνω τὸν τόπον αὐτῆς.

XXXIIV. Negotiationes hîc videtur significare non quæ pecuniis propter quæstum, & rem augendam exercentur: sed quæ potius ad gentes congregandas, & conciendas suscipiuntur. Mercede etenim, vt dicebam, populos finitimos conducebant, tantum non mox morituros mercatorum more importantes, & ad pugnam colligentes breui post tempore interituros: quorum erat multitudo longè maxima, & innumerabilis. Quare etiam stellis comparantur. Sed quanquam congregati fuerint, inquit, & in vna mœnia concurrerint, metu tamen hostium percellentur, & nihilominus vt bruchus & locusta peribunt. Est autem ἀττέλαβος paruæ locustæ species, quæ cum in sepes, aut in hortorum macerias inciderit, frigore quidem vt dixi, & pluuia ingruentibus, clausis oculis quiescit, vi humoris à volatu præpedita. At verò sole surgente, & radiorum calore illas profundente, mox abscedunt, & more suo auolant. Ita se gerent, inquit, commisti tui. Auolabunt enim & domum recurrent, spem tuam frustrantes. Bonum est igitur, iuxta veram Prophetæ vocem, [Psal. 117. Confidere in Domino, quàm confidere in homine.]

Ἐμπορείας ἔοικεν ἐνταῦθα δηλοῦν οὐχὶ τὰς διὰ χρημάτων, καὶ τὰς ἐπὶ λήμμασι, καὶ πλεονασμοῖς, τὰς γεγενημένας δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν ἀθροίσει, καὶ συγκομιδῇ. κατεμισθοῦντο γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ πρόσοικα τῶν ἐθνῶν, τοὺς τεθνηξομένους μονονουχὶ ἐμπορευόμενοι, καὶ συλλέγοντες εἰς μάχην τοὺς αὐτίκα δὴ μάλα ἀπολουμένους· ἦσαν δὲ οὗτοι πλεῖστοί τε ὅσοι, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες. τοιγάρτοι καὶ τῆς τῶν ἄστρων παρεικάζονται πληθύι. ἀλλ' εἰ καὶ συνηθροίσθησαν, φησὶ, καὶ συνδεδραμήκασι, καταπλαγήσονται τοὺς πολεμίους, καὶ ἀπολοῦνται πάλιν ὡς βροῦχος καὶ ἀττέλαβος. Εἶδος δὲ τουτὶ μικρᾶς ἀκρίδος, ἣ ἐπειδὰν ἐμπέσῃ φραγμοῖς, ἢ ταῖς τῶν κήπων αἱμασιαῖς, πάγου μὲν ὄντος, ὡς ἔφην, καὶ ὑετοῦ καταισκήπτοντος καταμέμυκέ τε, καὶ ἠρεμεῖ, τῇ τῆς ὑγρότητος βίᾳ τὴν πτῆσιν παρῃρημένη. ἡλίου γε μὴν ἀνίσχοντος, καὶ θέρμην αὐταῖς ἐνιέντος ἀκτῖνα, τάχα ποιοῦνται τὴν ἀποφοίτησιν, καὶ ἀφίπτανται κατὰ τὸ εἰωθός. οὕτως, φησὶν, ἔσονται οἱ σύμμικτοί σου. ἀποπτήσονται γὰρ, καὶ οἴκαδε πάλιν ἀποδραμοῦνται, τὴν σὴν ἐλπίδα κενώσαντες. ἀγαθὸν οὖν ἄρα, καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος τὸ, πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον, κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν.

Væ illis. Dormitauerunt pastores tui, rex Assyrius consopiuit fortes tuos, abiit populus tuus super montes, & non erat qui susciperet.

Οὐαὶ αὐτοῖς. ἐνύσταξαν οἱ ποιμένες σου, βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου· ἀπῆρεν ὁ λαός σου ἐπὶ ὄρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος.

XXXIX. Lamentatur multitudinem, tanquam eo ignauiæ, & metus proiectam, vt ad solum hostium aduentum languescant, & in iuga montium transfugiant: & loca inuia velut contra periculum munimentum sibi faciant. Statim huius tanti pauoris causam afferens, scitam ponit narrationem, ducum videlicet interitum; quasi vrbanè dicat, ob hoc expugnati sunt, & perierunt, & artium Imperatoriarum nescii euaserunt. Hoc ita significat, dum dicit dormitasse, & consopitos fuisse qui magistratibus, & potestatibus præ-

Ταλανίζει τοὺς ὄχλους, ὡς κακανδρίας εἰς τοῦτο, καὶ δειμάτων ὠλισθηκότας, ὡς καὶ πρὸς μόνην αὐτοὺς ἀτονῆσαι τοῦ πολέμου τὴν προσβολὴν, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ὀρῶν ἀναδραμεῖν κορυφὰς, καὶ οἷον προτείχισμα τοῦ κινδύνου ποιεῖσθαι τὰς δυσχωρίας. Εἶτα τῆς ψοφοδεείας τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς, εὐφυᾶ ποιεῖται διήγησιν, τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων τὸν ὄλεθρον· ὡς ἐν ἤθει λέγων, ἀπὸ τούτου πεπόρθηνται, καὶ διολώλασιν, ἄπειροί τε γεγόνασιν εἰς τὰς τέχνας τὰς στρατηγικάς, τὸ ἐνύσταξαν, τιθεὶς, καὶ ὅτι κατεκοιμήθησαν οἱ ἐν δυνάμεσί τε, καὶ ἐξουσίαις,

καὶ δημαγωγοὶ, καὶ τοὺς ἄνω, καὶ διαφανεῖς λαχόντες τιμάς. πεπόνθασι δὲ τὸ νυστάζειν ὑπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων, τουτέστι, τὸ γένος ἔχοντος ἐξ αὐτῶν. αὐθιγενὴς γὰρ ὁ Κῦρος, καὶ ἐξ αἵματος Περσικοῦ. σκήπτεται δὲ ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος μονονουχὶ τὸ θρηνεῖν, ἤγουν καταμειδιᾷ τῶν εὐκόλων εἰς δειλίαν. ἀπῆρε γάρ φησιν ὁ λαός σου ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος, τουτέστιν, ὁ ἀνέχων εἰς εὐτολμίαν, ὁ περικόπτων τὰς τῶν φευγόντων δειλίας, καὶ ἀναστρέφειν δυνάμενος τὴν ἀδρανῆ, καὶ ῥίψασπιν τῶν προδεδωκότων πληγήν. προαπολώλασι οἱ τοῦτο δρᾷν εἰωθότες, καὶ τῆς ἐν πολέμῳ εὐτεχνίας οἱ ἐπιστάται.

Νοοῖτο δ' ἂν, καὶ μάλα εἰκότως; καὶ περὶ γε τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης, τὸ οὐαὶ αὐτοῖς. ἐνύσταξαν οἱ ποιμένες σου, βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου. οὐαὶ γὰρ ὄντως τοῖς καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων ἀποκτονοῦσι σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων αἵμασι προστεθεῖσι καὶ αὐτὸ τὸ δεσποτικόν. συμβέβηκε δὲ τοῦτο παθεῖν αὐτοῖς, διά τοι τὸ λίαν κατημυστάξαι πρὸς δυσβουλίαν τὸ ἡγούμενον, καὶ τοὺς ἐν ποιμένων τάξει παρειλημμένους, γραμματέας δὴ λέγω, καὶ Φαρισαίους, καὶ τοὺς τῆς ἱερουργίας κατεστεμμένους αὐχήμασι, οὓς κατεκοίμισεν ὄντως ὁ Ἀσσύριος βασιλεὺς, τουτέστιν, ὁ σατανᾶς. λαμβάνεται γὰρ εἰς τὸ ἐκείνου πολλάκις πρόσωπον ἡ τῶν Βαβυλωνίων ἀρχή. ὅτι δὲ κατενύσταξαν οἱ ποιμένες, καὶ οἱ δυναστεύοντες παρ' αὐτοῖς, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν, ἄνω τε καὶ κάτω τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀναθείσης αὐτοῖς τῶν λαῶν τὴν ἀπώλειαν; γέγραπται γὰρ, ὅτι ὦ ποιμένες οἱ διασκορπίζοντες, καὶ ἀπολλοῦντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου. καὶ πάλιν, οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπον, ποῦ ἐστὶ κύριος, καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβουν εἰς ἐμὲ, καὶ οἱ προφῆται προεφήτευον τῇ Βάαλ. Ἡσαΐας δὲ πάλιν φησί. πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθεῖς, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χηρῶν οὐ προσέχοντες.

erant, quique tribunatum plebis, & insigniores honores gerebant. Affecti sunt autem hoc somno à rege Assyriorum, hoc est, genus ab illis ducente. Indigena enim fuit Cyrus, & è sanguine Persico oriundus. Fingit autem propemodum propheticus sermo lamentationem, cùm ad pauorem tam faciles potius irrideat. Inquit enim, [abiit populus super montes, & non erat qui susciperet.] Hoc est, qui auderet, qui fugientium timiditatem cohiberet, & imbellem, & clypeum abiicientem retrahere posset de iis qui priores imponebant vulnera. Perierunt ante alios, qui hoc facere consueuerunt, iidem Præsides scientiæ militaris.

Poterit autem, & quidem aptissimè, etiam de Iudæorum grege intelligi illud, [Væ ipsis. Dormitauerunt pastores tui, rex Assyriorum consopiuit fortes tuos.] Verè enim væ illis qui & ipsum vniuersorum Saluatorem, liberatorémque occiderunt, & præter sanctorum sanguinem etiam ipsius Domini effuderunt. Id inde factum, quod propter improbum consilium nimiopere dormitarunt ipsi principes, & in ordinem pastorum asciti, Scribæ, inquam, & Pharisæi, & sacerdotii ornamentis condecorati, quos reuera rex Assyrius, hoc est, Satanas consopiuit. Sæpius enim Babyloniorum principatus pro eius persona sumitur. Dormitasse autem pastores, & auctoritate potentiores apud eos, quo pacto dubitandum est, cum vbique diuina scriptura populorum perniciem ipsis adscribat? Scriptum est enim. [O pastores, dispergentes, & disperdentes oues pascuæ meæ.] Et iterum. [Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus, & profitentes legem non cognouerunt me: & pastores impiè agebant in me, & Prophetæ prophetabant Baal.] Esaias quoque. [Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? in qua iustitia dormiuit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum vestrum reprobum, caupones tui miscent vinum aqua, principes tui non obediunt, participes furum, diligentes munera, sequentes retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium viduarum non attendentes.]

Hierem.

Οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ συντριβῇ σου. ἐφλέγμανεν ἡ πληγή σου.

Non est sanatio contritioni tuæ. Intumuit plaga tua.

XL. Omnia dira & auersanda tolerarentur, si ea intra, & non penitus extra modum venirent. Conciperent enim spem bonam subiecti afflictionibus, se rursum erigi, recrearique posse (quemadmodum si è morbo ad vitam deinceps cum validis viribus viuendam conualescerent) & ad statum prosperum, rebus in melius relatis transituros. Vbi autem res conditione miserrima fuerint, tunc planè calamitas vix est euitabilis, imò prorsus exitum nullum habet. Hoc quia passa est, Niniue, contritam esse dicit, & periisse, simul ablata spe curationis adipiscendæ, & malo miserè quodammodo intumescente, & extremum ei excidium machinante.

Fuisse autem in his etiam Domini interfectricem Hierusalem, haud falsò dici potest. Sæpius percussa est, hostibus eam incursantibus: sed Deo miserante, & acceptam plagam velut fouente curationes consequebantur. Postquam autem ita in vniuersorum Dominum iniuriosè debacchata est, contrita est, & cecidit; nec erat sanatio, iuxta Prophetæ vocem, & tumor casuum eius non mollitus, ac mitigatus mansit. Proinde beati Prophetæ, Babyloniæ ipsam comparantes dicebant. [Hiere. 51.] [Curauimus Babylonem, & non est sanata. Derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in viam suam, quia appropinquauit ad cælum iudicium eius: eleuauit vsque ad astra.] In cælum autem iudicium & in sublime peccatum est. Non enim in vnum Sanctorum simpliciter, sed in Sanctorum Dominum, vt dixi, sceleratos se se præbuerunt.

Omnes qui audiuerunt nuntium tuum, lætabuntur, & complodent manus super te. Quia super quem non intrauit malitia tua semper?

XLI. Iustam sententiam tulisse Deum de imperio Babylonio euertendo, claro erit argumento, quod nemo eius causa ingemiscet: quin plaudet, & gaudebit potius, iacentique insultabit, propterea quod alios intolerandis calamitatibus inferendis, & tributis exigendis vexauit, & quæ maximè dolore consueuerunt, ea in ipsos exprompserit. Etenim omnibus odiosa & intoleranda erat, etiam cum longè remotos peruersitatem suam sentire cogeret.

Πάντα συμβαίη τῶν ἀπευκτῶν παθῶν, εἰ μὲν ἴοι τοῦτο μεμετρημένως, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως πέρα τοῦ καθήκοντος. ἐλπὶς ὕπεστιν ἀγαθὴ τοῖς τοῖς πάθεσιν ὑπεζευγμένοις, ὅτι καὶ ἀνασφῆλαι δυνήσονται (καθάπερ ἐξ ἀρρωστίας ἐπὶ τὸ δύνασθαι διαβιοῦν εὐσθενῶς) καὶ ὅτι μετοιχήσονται πρὸς εὐημερίας, ἀνενεγκόντων αὖθις τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον. ἐπειδὰν δὲ εἰς λῆξιν αὖθις ἀθλιωτάτην προήκοι τὰ πράγματα, τότε δὴ πάντως δυσδιάφυκτος ἡ συμφορά, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀνεξίτητος. τοῦτο παθούσης τῆς Νινευή, φησὶν ὅτι καὶ συνετρίβη, καὶ ὅτι ἀπόλωλε, καὶ τῆς τοῦ δύνασθαι θεραπείας τυχεῖν συναπρημένης ἐλπίδος, καὶ οἱονείπως ἀθλίως καταφλεγμαίνοντος τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν ἐσχάτην ἐφ' ἑαυτῇ ζητοῦντος τομήν.

Ὅτι δὲ καὶ ἐν τούτοις γέγονεν ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλήμ, ἀπεχθὲς εἰπεῖν. πολλάκις μὲν ἐπλήττετο, καταθεόντων αὐτὴν τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ' ἠκολούθουν αἱ θεραπεῖαι κατοικτείροντος Θεοῦ, καὶ οἷον καταμαλάσσοντος τὴν συμβᾶσαν αὐτῇ πληγήν. ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, συνετρίβη καὶ πέπτωκε, καὶ οὐκ ἦν ἴασις κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν, ἀμάλθακτος δὲ καὶ ἡ τῶν συμβεβηκότων αὖθις ἀπομεμένηκε φλεγμονή. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκον οἱ μακάριοι Προφῆται, τῇ Βαβυλωνίων αὐτὴν παρεικάζοντες, ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη. ἐγκαταλίπωμεν ἕκαστος αὐτήν, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ὅτι ἤγγικεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρῖμα αὐτῆς, ἐξῆρεν ἕως τῶν ἄστρων. εἰς οὐρανὸν δὲ τὸ κρῖμα, καὶ ὕψος τὸ πλημμέλημα. πεπαρῳνήκασι γάρ, ὡς ἔφην, οὐκ εἰς ἕνα τῶν ἁγίων ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸν τῶν ἁγίων δεσπότην.

Πάντες οἱ ἀκούοντες τὴν ἀγγελίαν σου, χαρήσονται, καὶ κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σέ. διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἐπῆλθεν ἡ κακία σου διαπαντός;

Ψῆφος ὅτι δικαία γέγονε παρὰ Θεοῦ, τὴν Βαβυλωνίων ἀρχὴν καταστρέφουσα, καταμαρτυρήσει λαμπρῶς τὸ ἐπιστενάζειν αὐτῇ παντελῶς οὐδένα· κροτεῖν δὲ μᾶλλον, καὶ ἐπιγάννυσθαι, καὶ καταμειδιᾶν κειμένῃ· διά τοι τὸ ἀφορήτους συμφορὰς ὑπενεγκεῖν, καὶ πλεονεξίας, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα καταλυπεῖν εἰωθότων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἦν ἅπασι φορτικός, καὶ δύσοιστος, πέμπουσα καὶ τοῖς εἰς μακρὰν τῆς ἐνούσης αὐτῇ δυστροπίας τὴν αἴσθησιν.

Φαίην δ' ἂν, ὅτι καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετής, τουτέστιν, ὁ σατανᾶς, ὁ τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας τὸ λίνον κατευρύνας πανταχοῦ, καὶ σαγηνεύσας εἰς πλάνησιν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τοῖς ἀπωλείας ἐγκαταδήσας βρόχοις, ἀκούσεται ἂν εἰκότως, καθῃρημένος ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀπηλλαγμένος· πάντες οἱ ἀκούσαντες τὴν ἀγγελίαν σου χαρήσονται, καὶ κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σὲ, διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἦλθεν ἡ κακία σου διαπαντός;

A

Dixerim porrò, peccati quoque inuentorem, nempe Satanam, suæ malignitatis rete vbique expandisse, & orbem terrarum erroris, ac deceptionis sagena inclusisse, perditionisque laqueis illigasse; ac proinde à Christo euersum, & tyrannide in nos depulsum meritò audire posse. [Omnes qui audiuerunt nuntium tuum, lætabuntur; & plaudent manibus super te. Quia super quem non intrauit malitia tua semper?]

IN NAHVM COMMENTARII FINIS.

SANCTI

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙϹ ΠΑΤΡΟϹ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙϹΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑϹ,

ΕΞΗΓΗϹΙϹ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙϹ τὸν Προφήτην Ἀμβακούμ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN ABACVC PROPHETAM COMMENTARIVS.

PRÆFATIO.

I. ETIAM huius, quā in manibus habemus, prophetię ratio persapiēter, nec minus peritè instituta est, & œconomiæ quę decet sanctos, plena. Conuenit enim sanctis acclamare ac dicere, [Non estis vos qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.] (Matt. 10.) Ad eam autē percipiendā solertia opus est nō mediocri: quādoquidē perspicere licet, scopū ac finem eius cōsiderationem parere duplicē, spiritualem, & historicā simul. Sed conducet ante narrare, & breuiter colligere partes huius prophetiæ, & quorsum illa spectet exponere: Sic enim lectores, sententiam facilius assequentur, nihilque arduum ac difficile inuenient. Indignante igitur Israele mirum in modum, propter ea quæ à Prophetis prædicta fuissent (nôrat enim, nôrat se aliquando captiuum fore, venturúmque in manus hostium, & insuetæ seruitutis iugum subiturum)

A ΔΙΕΣΚΕΥΑΣΤΑΙ μὲν ἡμῖν εὖ μάλα σοφῶς, καὶ εὐτέχνως, καὶ τῆς προκειμένης προφητείας ὁ τρόπος, ἔμπλεω γέμων αὐτὸν οἰκονομιῶν ἁγιοπρεπῶς εἰρησομένων. πρέπει γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἐπιφωνεῖν τε καὶ λέγειν, οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. δεῖ δὲ τοῖς ἐθέλουσι νοεῖν B ἀγχινοίας οὐ μικρᾶς· ἐπεί τοι τῆς προφητείας, τὸν σκοπὸν διπλῆν ἐν ἑαυτῷ τὴν θεωρίαν ὠδίνοντα κατίδοι τις ἂν, πνευματικήν τε ἅμα καὶ ἱστορικήν· προαφηγήσομαι δὲ χρησίμως, καὶ ὡς ἐν βραχεῖ συνενέγκων, τῆς προφητείας τὰ μέρη, καὶ ἐφ' ὅτῳ γέγονεν ἐρῶ. εἴη γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐντευξομένοις δι' εὐμαθείας ὁ νοῦς, καὶ οὐδὲν εὑρήσει τὸ ἀνάντες. ἀσχάλλοντος τοίνυν τοῦ Ἰσραὴλ οὐ μετρίως ἐπὶ τοῖς διὰ τῶν Προφητῶν προαπηγγελμένοις, (ᾔδει γὰρ, ᾔδει, ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς αἰχμάλωτος, καὶ πεσεῖται εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ ὑπὸ ζυγὰ κείσεται) τὰ ἀσυνήθους

δουλείας) πειρᾶται διδάσκειν ὁ μακάριος Ἀμβακούμ, ὅτι ψήφῳ δικαίᾳ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ κατὰ καιροὺς αὐτοῖς τὰ τοιάδε συμβήσεται, καὶ ἐπ' αἰτίαις εὐλόγοις. ἐκτετιμηκότες γὰρ αὐτοὶ τὴν ἔξω νόμου, καὶ ἐκτοπωτάτην ζωήν, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν κατεψηγμένων ἀπονενευκότες οὐ διαλελοίπασιν ἐφ' ἑαυτοῖς παραθήγοντες τὸν ἀκέραιον νοῦν, μέχρις ἂν αὐτοῖς εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀθλιότητος κατέβη τὰ πράγματα. καὶ τοῦτο καθίστησιν ἐναργὲς, τῶν ἀνοσίως βιοῦν ᾑρημένων ποιούμενος τὴν καταῤῥησιν, καὶ τῆς ὅλης προφητείας προβεβλημένος ὥσπερ τινὰ, καὶ ὑπόθεσιν τὸ χρῆμα τιθεὶς, εἶτα Θεὸν εἰσκεκομικὼς ἀπειλοῦντα τοῖς καταφρονηταῖς τῶν Βαβυλωνίων τὴν ἔφοδον. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν αὐτὸν οὐχὶ μόνον τῶν σκυθρωπῶν, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα καταλυπεῖν εἰωθότων προαγορεύειν τὴν ἀναφαίνεσθαι, καὶ εἰς μέσον ἥκειν, καὶ τὰ πάντων αἴσχιστα τῶν κακῶν ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς αὐτοῖς προαναφωνεῖν, ἀλλά τι καὶ τῶν τελούντων εἰς ἄκεσιν προαφηγεῖσθαι χρησίμως, καὶ τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἦν ἀναπνεύσειν τοὺς πεπονθότας προαναφθέγγεσθαι, κατακέκραγε καὶ αὐτῆς τῆς τῶν Βαβυλωνίων ὠμότητος, καὶ καταφρονητὰς ὀνομάζει τοὺς καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον ναὸν κατεμπρήσαντας, καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πεπορθηκότας, καὶ σκεύη τῶν ἱερῶν ἀφελόντας. Εἰς τί γὰρ, φησὶν, ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας, παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον; εἶτα προστέθεικε καὶ αὐτῆς Βαβυλῶνος τὴν ἅλωσιν, καὶ τῶν πεπονθότων τὴν ἀσυνήθη δουλείαν τὴν διὰ Κύρου κατὰ καιροὺς ἐκλύτρωσιν. ἀπὸ δέ γε τῆς μερικῆς λυτρώσεως μέτεισιν ὁ λόγος ἐπὶ τὴν καθόλου, καὶ γενικωτάτην, τουτέστι, τὴν διὰ Χριστοῦ γεγενημένην ἅπασι τοῖς διὰ πίστεως ἐκλελυτρωμένοις, καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν ἀποτεθειμένοις, καὶ πικρὸν, καὶ ἀνήμερον ἀποφυγοῦσι δεσπότην, τὸν Σατανᾶν. ἔχεις ἐν τούτοις τῆς ὅλης ἡμῖν προφητείας ὡς ἐν βραχέσι συνειλεγμένον τὸν σκοπόν. ἐροῦμεν δὲ, ἀνὰ μέρος ἕκαστα διαλαμβάνοντες ὡς ἔνι.

conatur docere beatus Abacuc, iusto iudicio Dei omnipotentis, & ex caussis consentaneis, aliquando hæc passuros. Cùm enim vitam à lege alienam, & rationi etiam atque etiam aduersantem amplexati, in omnia reprehensioni obnoxia declinauissent, in omnia reprehensioni obnoxia declinauissent, in seipsos exacuere mentem illam intemeratam non desinebant, donec huc miseriæ res eorum deciderunt. Et hoc liquidò declarat, dum scelerosum vitæ genus sectantes insimulat, & istuc velut totius prophetiæ metam quò collineet, argumentúmque sibi præfigit, & postea Deum Babyloniorum irruptionem contemptoribus comminantem introducit. Quoniam verò illum non mœsta tantummodò, & maximoperè contristare solita prædicere videri oportebat, prodíreque in medium, & quo pacto malorum omnium fœdissima illis subeunda forent, prænuntiare: sed aliquid item, quod ad medicinam pertineret ante commemorare conueniebat, & nonnulla, per quæ ærumnosis respirare liceret vaticinari, aduersus ipsam Babyloniorum crudelitatem exclamat, & contemptores appellat, qui & ipsum templum diuinum incenderint, sanctam ciuitatem peruastauerint. [Quare enim respicis super contemptores, inquit, tacebis cùm deuorauerit impius iustum?] Ipsius item Babylonis captiuitatem, & eorum, qui insuetam seruitutem pertulerunt, per Cyrum futuram liberationem subiicit. A singulari autem liberatione ad vniuersam, maximéque communem, qua Christus omnes per fidem redemptos, iugo peccati leuatos, acerbóque, & immiti Domino, Satanæ, inquam, elapsos asseruit, sermonem transfert. Habes in his totius vaticinii paucis verbis à nobis comprehensum scopum. Nunc seorsum de singulis pro facultate disseremus.

ΚΕΦΑΛ. α.

CAPVT I.

Τὸ λῆμμα, ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ Προφήτης.

Assumptio, quam vidit Abacuc Propheta.

Λῆμμά φησιν ἐν τούτοις τὴν τῆς ὁράσεως, ἤτοι τὴν τῆς προγνώσεως λῆψιν, ἣν ἄν τις ἕλοι διδόντος Θεοῦ· αὐτὸς γὰρ ὁράσεις κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐπλήθυνε, καὶ αὐτὸς λελάληκε πρὸς Προφήτας, προαναφαίνων αὐτοῖς

II. ASSVMPTIONEM hic vocat visionis, siue præscientiæ sumptionem, quam quis Deo dante acquisierit. Ipse enim [visiones multiplicauit,] vt scriptum est, & ipse locutus est ad Prophetas, per

Spiritum sanctum futura illi præmonstrans, & quasi iam præsentia tantum non in conspectu ponens. Nolle verò de corde suo loqui: sed apportare ad nos Dei verba, prius dilucidè nobis persuadet, Prophetam se ipsum appellans, & gratia ad istuc plenum se ostendens.

Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?

III. Considerat Propheta personã oppressi, & intolerabilem iniuriam, contumeliámque, sustinentis ab his, quibus incommodare mos sollemnis est. Et scitè admodum inexplicabilem Dei benignitatem testificatur. Demonstrat enim malorum per quam tolerantem, quamuis improbos odisse soleat. Peccantibus autem non protinus solere pœnam infligere, clarè ostendit, dum eo silentii, & longanimitatis venisse ait, vt iam etiam expostulatione opus sit: quãdoquidem non ferenda amplius in alios maleficia quidam committant, & in infirmiores effrænatè quodammodo iniuriosi reperiantur. Qua enim oratione Deum vt immodicè patientem incusat, eadem illi in immensæ benignitatis testimonium præbet. [Quousque enim, inquit, clamabo, & non exaudies? clamabo ad te vim patiens, & non saluabis?] quamuis longè plurimas, & atroces pœnas peccare volentibus miniteris.

Quare ostendisti mihi labores, & dolores? videre miseriam, & impietatem?

IV. Odium quo sancti tenentur aduersus improbitatem, etiam hinc discas: aliorũ enim dolores suos vocant. Quare & sapietissimus Paulus ait, [Quis infirmatur, & non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?] Præcepit etiam nos ipsos flere cum flentibus, commiseratione, & dilectionem mutuam, quæ sanctos decet, liquidissimè ostendens. Deum autem sibi ostendisse affirmat labores & dolores (vtique legis violatorum) & impietatem iniurias irrogare solitorum. Non quasi Deus ipsi mala patiendi auctor fuerit: sed quod malefacientes leniter tolerarit: seu cum ipsum è medio tollere potuerit, ne indignissimarum rerum etiam spectator fieret. Fuit quippe mos sanctis, in tantis animi fracti doloribus dissolui cupere: sicut nimirum & beatus Ionas, [Et nunc, Domine, inquit, tolle animam meam à me, quoniã melius est mihi mori quam viuere.]

2. Cor. 11. Rom. 12.

Ionæ 4.

A διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ ἐσόμενα, καὶ ὡς ἤδη παρόντα μονονουχὶ καὶ ἐν ὄψει τιθείς. ὅτι δὲ οὐ τὰ ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτοῦ λαλεῖν ἔγνωκε, διαπορθμεύσει δὲ μᾶλλον εἰς ἡμᾶς τοὺς παρὰ Θεοῦ λόγους, προαναπείθει σαφῶς, Προφήτην ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ τῆς εἰς τοῦτο χάριτος ἀποφαίνων ἔμπλεων.

Εως τίνος, κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις;

B Σχέτλεται μὲν ὁ Προφήτης τὸ τοῦ πλεονεκτουμένου πρόσωπον, καὶ ὑπομένοντος δύσοιστον τὴν ἐκ τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων ὕβριν, καὶ παροινίαν. εὐτέχνως δὲ λίαν ἐπιμαρτυρεῖ τῷ Θεῷ τὴν ἐπέκεινα λόγου φιλανθρωπίαν. ἀποφαίνει γὰρ ἀνεξικακοῦντα λίαν, καίτοι μισεῖν εἰωθότα τοὺς πονηρούς. ὅτι δὲ οὐκ εὐθὺς τοῖς πταίουσιν ἐπάγει τὰς δίκας, δέδειχεν ἐναργῶς, εἰς τοῦτο σιωπῆς καὶ μακροθυμίας ἀφικέσθαι λέγων, ὡς δεῖσθαι λοιπὸν καὶ καταβοῆς, οἷς τὴν μὲν
C οὐκέτι ποιουμένων ὑφεῖν τὴν καθ' ἑτέρων πλεονεξίαν, ἀχάλινον δὲ ὥσπερ ἐπαφιέντων τοῖς ἀσθενεστέροις τὴν ὕβριν. δι' ὧν γὰρ καταβοᾷ ἀνεξικακοῦντος Θεοῦ, διὰ τούτων αὐτὴν ἐπιμαρτυρεῖ τῷ Θεῷ τὸ πέρα μέτρου φιλάνθρωπον. μέχρι γὰρ τίνος, φησί, κεκράξομαι, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; καίτοι πλείστας τε ὅσας, καὶ πικρὰς τοῖς ἐθέλουσι παρανομεῖν ἀπειλῶν τὰς δίκας.

Ινα τί μοι ἔδειξας κόπους, καὶ πόνους; ἐπι-
D βλέπειν ταλαιπωρίαν, καὶ ἀσέβειαν;

Τὸν ἁγίων τὸ μισοπόνηρον κἀντεῦθεν ἂν μάθοις. ἰδίους γὰρ τοὺς ἑτέρων πόνους ὀνομάζουσι. ταύτῃ τοί φησι καὶ Παῦλος ὁ σοφώτατος; τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; προστέταχε δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς κλαίειν μετὰ κλαιόντων, τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάλληλον ἁγιοπρεπὲς ὅτι μάλιστα δεικνύς. Θεὸν δέ φησιν αὐτῷ δεῖξαι κόπους τε, καὶ πόνους (δῆλον δὲ ὅτι τῶν παρανομουμένων) ἀ-
E σέβειαν δὲ τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων, οὐχ ὡς αὐτὸν κατεσκευακότα αὐτῷ τὸ παθεῖν, ἀλλ' ὡς τοῖς δεδρακόσι μακροθυμήσαντα· ἤγουν ὡς ἀπαλλάξαι μὲν τοῦ βίου δυνάμενον, ἵνα μὴ γένηται τῶν ὄντως ἐκτοπωτάτων καὶ θεατής. ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς οὕτω πικραῖς ὀλιγοψυχίαις τὸ ἀναλῦσαι ζητεῖν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Ιωνᾶς, καὶ νῦν κύριε, φησί, λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι καλὸν τὸ ἀποθανεῖν με, ἢ ζῆν;

γράφει δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὅτι κρεῖττον τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. πόνων γὰρ ἀπόθεσις τοῖς ἁγίως ἐθέλουσι ζῆν, τὸ ἀπαλλάττεσθαι λοιπὸν τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων, καὶ οἷον δεινῆς αἴρεσθαι τῆς ἐνθάδε φροντίδος.

Scribit & sapientissimus Paulus, [Melius sibi fore dissolui, & cum Christo esse.] Labores enim deponere vitæ sanctimoniam consectantibus, est rebus mundi huius, & negotiis absolui, & tanquam istis curarum molestiis eximi.

Philip. 1.

Ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον, ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον.

Ex aduerso mei factum est iudicium, & iudex accipit. Propterea dissipata est lex, & non deducitur in finem iudicium. Quia impius præualet aduersus iustum, propter hoc egredietur iudicium peruersum.

Οἷς μηδὲν ἴδιον εἶναι τὸ μικροψυχεῖν ἀναπεῖθον, ἀλύει δὲ μᾶλλον ὡς ἅγιός τε, καὶ φιλοδίκαιός τε τῆς θείας ἐντολῆς ἀλογοῦντας βλέπων, οὐχὶ τοὺς τυχόντας ἁπλῶς, ἀλλὰ τοὺς ταῖς ἀνωτάταις τιμαῖς ἐκλελαμπρυσμένους, καὶ λαῶν προεστηκότας, καὶ εἰς τὸ τῶν δοκιμαζόντων ἀξίωμα τεταγμένους δείκνυσι σαφῶς, τὰς εἰς ὀρθότητα ψήφους παραλελύσθαι λέγων, καίτοι τοῦ νόμου σαφῶς διηγορευκότος, οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστι. μέγα δὴ οὖν τὸ κρίνειν ἐστὶ, καὶ τῆς θείας ὑπεροχῆς τε, καὶ δόξης μιμητὴς ἂν γένοιτο σοφὸς ὁ ἀδέκαστος δικαστὴς, καὶ τὴν ψῆφον τοῦ δικαίου παραθύνειν οὐκ ἀνεχόμενος. ὑβριστὴς δὲ λίαν, καὶ κατ᾽ αὐτῶν ἔρχεται τῶν θείων ἀξιωμάτων ὁ δωροδόκος, ἅτε δὴ τὸ κάλλος τῆς ἀληθείας παρασημαίνων, καὶ διαστρέφειν μὲν τὰ ὀρθὰ μεμελετηκὼς, λέγων δὲ τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, καὶ τὸ μὲν σκότος εἰς φῶς, τὸ δὲ φῶς εἰς σκότος ἀνοσίως καταλογιζόμενος. ἀποφαίνει δὴ οὖν ὁ Προφήτης, ὡς ἐν μιᾷ δὴ ταύτῃ τῇ πανυαρίστῃ, καὶ λίαν εὐκλεεστάτῃ ἐντολῇ ὅλον πεπατημένον τὸν νόμον εὐθύς. ὁ γάρ τοι περὶ τὸ κράτιστον τοῦ πρέποντος διημαρτηκὼς, πῶς ἂν γένοιτο περὶ τὸ μεῖον ἀσφαλής; ἑαυτὸν δὲ τῆς πλεονεξίας ὁ Προφήτης εἰσκεκόμικε μάρτυρά τε, καὶ θεατήν. ἐπειδὴ δὲ τὸ κρίνειν, φησὶν, ὀρθῶς παρεώραται, ταύτητοι καὶ νόμος ἀσθενεῖ, καὶ ἡ τῶν κριμάτων ὀρθότης οὐ διεξάγεται κατὰ τὸ σοὶ δοκοῦν τῷ δεσπότῃ, καταδυναστεύει δὲ καὶ ὁ ἀσεβὴς τὸν δίκαιον. ἔγκλημα δὲ τοῦτο τῇ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ, καὶ διὰ φωνῆς ἑτέρων Προφητῶν ἐπενήνεκται παρὰ τοῦ Θεοῦ. ἔφη γὰρ, ὅτι οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. καὶ πρὸς αὐτὴν δὲ πάλιν διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα,

V.

Nihil esse quod priuatim animum eius deiiciat, sed mœrere se magis vt sanctum & iustitiæ amantem, cum videat diuina mandata contempi non à plebeiis duntaxat: sed à supremis honoribus illustratis, populique rectoribus, & in iudicum ordinem cooptatis, perspicuè docet, calculos, siue suffragia vera corrupta esse affirmans, tametsi lex apertè prohibuerit. [Non accipies personam in iudicio, quia iudicium Dei est.] Eximium igitur quiddam est iudicare, diuinæque præstantiæ & gloriæ sapiens imitator est iudex sincerus, & incorruptus, & se à suffragatione iustitiæ detorqueri non sustinens. Iniuriosus autem vehementer, & diuinæ auctoritati refractarius censendus est, qui munera accipit, vtpote veritatis elegantiam adulterans, & recta peruertere laborans, & [dicens malum bonum, & bonum malum, & tenebras lucem, & lucem tenebras] scelerate reputans. Demonstrat igitur Propheta, vt in vno hoc longè optimo, & gloriosissimo mandato statim totam legem conculcatam esse. Qui enim in officium maximum offendit, quo pacto is à culpa sese tutum in minore præstabit? Iam verò seipsum Propheta oppressionis testem, spectatorémque introduxit. Quoniam, inquit, rectè iudicare nihili fit, ideo & lex labefactatur, & iudiciorum rectitudo ad beneplacitum tuum, Domine, non deducitur, & impius iusto dominatur. Hoc crimen synagogæ Iudæorum etiam per alios Prophetas Deo obiicitur. Ait enim, [Principes eius in muneribus iudicabant.] Et ad eandem denuò voce Esaię. [Argentum vestrum reprobum, caupones tui miscent vinum aqua, principes tui inobedientes, socii furum, diligentes munera

Deut. 1. Esai. 5. Mich. 3. Esai. 1.

sequentes retributionem. Pupillis non iudicantes, & iudicium viduæ non attendentes.] Apparet autem & nunc Prophetam Abacuc illud præstare velle, quod in libro Prouerbiorum extat, [quæ viderunt oculi tui, dic.] Ostendit insuper accusabundus lenitatem, & tranquillitatem illam Dei rationi aduersari permultum, vt qui patienter quidem mala toleret, quemadmodum illum deceat (Deus enim bonus est) veruntamē pro humano sensu supra omnem modū.

Prou. 25.

Egressum est porrò etiam super Christo peruersum iudicium, & dissipata lex. Quem enim conueniebat venerari vt Deum, & idcirco mirabilium patratorem, primores Iudæorum calumniari non destiterunt, linguarúmque suarum incontinentia omnem mouentes rudentem, omni cum infamia aspergere non erubuerunt; vt nunc in Beelzebub ipsum eiicere dæmonia opinarentur: nunc potatorem vini, & à dæmone obsessum dicerent. Deinde cum Saluatorem ac liberatorem omnium appellare oporteret, miseri peruersè condemnatum occiderunt, quanquam id lege euidenter vetante, [Innocentem, & iustum non interficies.] Accusat autem eos etiam alia ratione Christus, vt qui recta, & iusta cogitare nollent: sed tacerent, mentisque oculum veluti clauderent super iis, quæ à Mose dicta essent. Quanquam cum legem Sabbati non seruasset, & illi eum acrius inuasissent, pro eo quod diuinum quiddam in Sabbato egisset, sic eis respondit: [Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Mose est, sed quia ex Patribus. Et in Sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, vt non soluatur lex Mosis, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato? Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate.]

Luc. 11. Matt. 12. Ioan. 4.

Exod. 23.

Ioan. 7.

Videte contemptores, & videte, & admiramini mirabilia, & disperdamini. Quia opus ego operor in diebus vestris, quod non credetis, si quis narrauerit.

VI. Cùm Propheta de improborum prosperitate conquestus, diuturnam super ipsis Dei tolerantiam pænè reprehendisset (infensa enim improbitati est anima iusta, & probitatis amans) princeps rerum Deus contemptores

A διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσιν χήρας οὐ προσέχοντες. ἔοικε δὲ καὶ νῦν ὁ Προφήτης Ἀμβακοὺμ ἐκεῖνο βούλεσθαι πληροῦν, ὃ ἐν βιβλίῳ Παροιμιῶν, ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λέγε. προσαποδείκνυσι λοιπὸν, καὶ ἀλογωτάτης οὔσης Θεοῦ γαληνότητος ἐποιήσατο τὴν καταβολὴν, ἀνεξικακοῦντος μὲν οὕτως ὡς ἂν αὐτῷ πρέποι, Θεὸς γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, πλὴν ὅσον ἥκει εἰς νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ πέρα μέτρου παντὸς ποιουμένου τὸ ἀνεξίκακον.

B Ἐκβέβηκε δὲ καὶ ἐπὶ Χριστοῦ τὸ κρῖμα διεστραμμένον, καὶ διεσκέδασται νόμος. ὃν γὰρ ἦν ἄμεινον καταγεραίρειν ὡς Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο θαυματουργὸν, συκοφαντοῦντες οὐ διαλελοίπασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀθυρογλωσσίαις πάντα σείοντες κάλων, οὐδὲν τῶν ἀτόπων ἐστὶν, ὃ μὴ κατειπεῖν τετολμήκασιν. ὡς ποτὲ μὲν ἐν Βεελζεβοὺλ αὐτὸν ἐκβάλλειν οἴεσθαι τὰ δαιμόνια. ποτὲ δὲ καὶ φιλοπότην, καὶ δαιμονῶντα καλεῖν. εἶτα δέον σωτῆρά τε, καὶ λυτρωτὴν τῶν ὅλων

C αὐτὸν ὀνομάζειν, ἀπεκτόνασιν ἀνοσίως, διάστροφον τὴν ψῆφον ἐπ' αὐτῷ ἐξενεγκόντες οἱ δείλαιοι· καίτοι τοῦ νόμου διηγορευκότος σαφῶς, ἀθῷον, καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. ἐπῃτιᾶτο δὲ καὶ ἑτέρως αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, ὡς ὀρθὰ, καὶ δίκαια φρονεῖν οὐκ ἀνεχομένους, ἀλλὰ σιωπῶντας μὲν, καὶ τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν οἱονεὶ καταμύοντας ἐφ' οἷς ἂν λέγοι Μωσῆς. καίτοι τὸν ἐπὶ σαββάτῳ παραλύων νόμον, ἐπιθρασκόντων δὲ, καὶ μάλα πικρῶς, ἐφ'

D οἷς ἂν αὐτὸς ἐργάσαιτό τι τῶν θεοπρεπῶν ἐν σαββάτῳ, ἔφη γὰρ οὕτως, ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε. διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῶν πατέρων. καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν

E κρίσιν κρίνετε.

Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε θαυμάσια, καὶ ἀφανίσθητε. διότι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται.

Καταιτιασαμένου τοῦ Προφήτου τῆς τῶν παρανόμων πλεονεξίας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακίας μονονουχὶ καὶ αἰτιωμένου τὴν μήκυνσιν (μισοπόνηρος γὰρ ἡ ψυχὴ δικαία, καὶ φιλάρετος.) τοῖς καταφρονεῖν εἰωθόσιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς

ἐπιφθέγγεται λοιπὸν ἰδεῖν τε, καὶ ἐπιβλέψαι, καὶ θαύματος ἀξιοῦν, ὅσαπερ ἂν θαυμάζεσθαι πρέποι. ταῦτα δὲ ἦν τὰ οἱονεί πως ἐπηρτημένα, καὶ ὅσον οὐδέπω μέλλοντα συμβήσεσθαι, καὶ ἀποσειστὴν ἔχοντα τὴν προσβολὴν, καὶ κατεστυγημένην τὴν ἔφοδον, ἃ δὴ καὶ προαναθρεῖν αὐτοῖς χρησίμως προστέταχεν, οὐκ ἀνικήτως ἔχοντα πρός γε τὸ ἀφανίσαι δύνασθαι τοὺς ἐφ' οὓς ἂν ἰόντα φαίνοιτο· θαυμαστὰ δὲ, ὅτι καὶ ἀδόκητα, καὶ παρ' ἐλπίδα, καὶ δύσοιστα, καὶ δι' ὑπερβολὴν δεινότητος καταπλήττειν οἷά τε, τάχα δέ που καὶ ἀπιστούμενα. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ ἐν τῷ πολλῷ μεγέθει τῶν κακῶν ἐγγὺς εἶναι λίαν τὸ καὶ ἀπιστεῖσθαι δεῖν, εἰ δὲ μάλιστα τοῖς οὐδαμόθεν παθεῖν ἠλπικόσιν ὁρῷτο συμβαίνοντα. τίς γὰρ ἂν ᾠήθη πώποτε τὸν ἠγαπημένον Ἰσραὴλ, τὸν πρωτότοκον ἐν τέκνοις, δι' ὃν ἀπόλωλεν Αἴγυπτος, ἔθνη τε μυρία πεπτώκασι, Χαναναίων, καὶ Εὐαίων, καὶ Ἀμορραίων, καὶ Φερεζαίων, καὶ Ἰουβεσαίων, καθικέσθαι πρὸς τοῦτο ταλαιπωρίας, ὡς ἅπασαν μὲν αὐτῶν ἐξαναστῆναι τὴν χώραν, ἀκλεεῖς δὲ αὐτοὺς, καὶ δύσοικον ἀνατλῆναι δουλείαν, ἐπ' ἀλλοδαπῆς ἀλητεύοντας μετὰ τὰς ἐκ πολέμου συμφορὰς, ἃς οὐκ ἀπόχρη πᾶς λόγος, εἰ δὲ βούλοιτό τις ἕκαστα διατρανοῦν; ἐμπυρισμοί τε γὰρ γεγόνασι, καὶ ἀνδροκτασίαι· καὶ γὰρ γυναικῶν ἕλξεις, καὶ νηπίων εἰς γῆν προσρείγματα, καὶ ἤ φησιν ὁ Προφήτης Ἱερεμίας, χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ παιδία αὐτῶν. πεπόρθηνται δὲ καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια, καὶ τῶν εἰς λῆξιν ἡκόντων κακῶν τοῖς ἑλοῦσιν ἀνεπιτήδευτον ἦν οὐδέν. ἄπιστα δὲ οὕτω, καὶ ὡσεὶ ἀπίθανα πρὸς ἐξήγησιν δι' ὑπερβολὴν ὠμότητος τῶν δεδρακότων. ταύτητοι, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἔργον ἐργάσασθαι, ὃ οὐ μὴ πιστεύσωσιν, εἰ δέ τις αὐτοῖς ἐκδιηγῆται τυχόν. εἰπὼν δὲ τὸ, ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἐφῆκε νοεῖν, ὡς οὐ μακρὸς μεταξὺ διϊπτεύσει χρόνος· ἀλλ' ὡσεὶ ἀγχίθυρος, καὶ εὐθὺς ἐστὶ γείτων ὁ πόλεμος, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἡ δίκη.

A alloquitur, videréque, & respicere iubet, & in admirandis numerare, quæ admirationem merebuntur. Hęc erant, velut ceruicibus impendentia, & iam iam euentura, & accessu auersanda, & aduentu odiósa, quæ vt prius perpendant opportunè præcipit, quæ ad disperdendos, quibus superuenerint, satis valitura sint: admiranda quoque, & improuisa, & insperata, & intolerabilia, & quæ ob atrocitatis magni- B tudinem obstupefacere queant, ac fortassis etiam incredibilia. Coniunctissima enim semper solet esse magnis malis incredulitas: præsertim si cernantur iis contingere, qui se talia passuros neutiquam sperarunt. Quis enim putasset vnquam dilectum Israelem, primogenitum in filiis, cuius causa Ægypto inuecta pernicies, sexcentæ gentes, & Chananæorum, Esæorum, Amorræorum, Pherezæorum, Iebusæorum deletæ, in tantas ærumnas delapsurum, vt tota eorum regio euer- C teretur; & ipsi inglorias, ac durissimam seruitutem in peregrino solo oberrantes paterentur post calamitates bellicas, quibus sigillatim omnibus declarandis nulla sufficit oratio? Illata sunt enim incendia, factitatæ virorum cædes, raptatæ mulieres, infantes ad terram allisi, & vt dicit Hieremias, [Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.] Destructa sunt etiam sancta ipsa, & quidquid demum est malorum, nihil à victoribus in victos est præteritum. Sunt au- D tem improbabilia, & fidem ægrè inuenit narratio, propter summam crudelitatem eorum qui perpetrarunt. Quocirca dicit, in diebus illorum se opus facturum, quod non sint credituri, si quis id fortasse ipsis narrauerit. Illis porrò verbis, [in diebus vestris,] vult intelligi, non multum temporis intercessurum: sed quasi in foribus esse, & instare bellum, & vltionem non procul abesse.

Thren. 4.

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω τοὺς Χαλδαίους, τὸ ἔθνος τὸ πικρὸν, καὶ τὸ ταχινὸν, τὸ πορευόμενον ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς γῆς, τοῦ κατακληρονομῆσαι σκηνώματα οὐκ αὐτοῦ.

E *Quia ecce ego suscito Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudines terræ, vt possideat tabernacula non sua.*

Τί τὸ ἀπιστούμενον, εἰ δὴ, λαλῶν τὸ διήγημα, δέδειχεν εὐθύς; ἠπείλησε γὰρ ἐπαφήσειν αὐτοῖς τοὺς Βαβυλωνίους, τὸ μάχιμόν τε, καὶ ἀγριώτατον γένος, καὶ τοῖς τῶν θηρίων ἀνημέροις κατ' οὐδένα τρόπον εἰς ὠμότητα παραχωροῦν, καὶ ἐπ' ἀκράτοις ἀεὶ μα-

Quid habet incredibile, si, quod futurū est narrās, id statim cōprobat? Minatur enim Babylonios in eos missurū, genus hominū pugnax, & ferox inprimis, & immitibus belluis sæuitia nihil omnino inferius, ac propter immoderatum

VII.

furorem semper malè audiens. Vocat autem *velox*, equo enim vtuntur pœnè omnes. Acre, vehemẽs, valde iracundũ, callidum, belli studiis exercitatissimũ. Vires porrò cum prudẽtia ad vsus bellicos coniunctæ facillimè, opinor, ritè cõficiant belligerantibus omnia, quæ cupiant, paruóque negotio cõtra pugnare audentes debellent. Quoniã verò Babyloniis more receptum erat, neque domi sedere semper, neq; sibimetipsis opem ferẽdo hostiles ab se irruptiones arcere: sed quodãmodo toto orbe diffundi, ac dilatari, & aliorũ sedes depopulari, & quæ ipsis nullo modo debebantur, eniti propria semper facere, rectè ait, [Gentẽ ambulantem super latitudines terræ, vt possideat tabernacula nõ sua.] Amabãt enim, vt dixi, ad aliorum regiones aucupandas perpetuo incumbere, suúmque imperium magis ac magis propagare.

Simile Iudæis Domini interfectoribus accidit. Nam cum prouinciã suam citra curam, ac libere habitare possent, nemine illos premẽte, dediti sunt victoribus, & sub tributa, ac vectigalia cõcesserunt, eorúmque sceptris subiecti, qui imperiũ suum totum orbem cum victoriis peragrando dilatauerãt. Nam regnũ Christi auersantes, propalam aiebant, [Non habemus regẽ nisi Cæsarem.] Ad hæc sciendum, animã quoque hominis diuinas leges pro nihilo putantem, subiectam fore rigidis tyrannis, immundis videlicet dæmonibus, & seruituram potestatibus malignis, semper tabernacula non sua sitientibus. Dei enim est homo. Habitat igitur in sanctis, & in animabus iustorum sedem figit.

Ioan. 19.

Formidabilis, & illustris est, ex ipso iudicium eius erit, & assumptio eius ex ipso egredietur.

VIII. Transit oratio ad principem gentis, hoc est, ad Babyloniorum tyrannum, vt puto, Nabuchodonosorem, qui Iudæam subegit, diuinóque templo cremato, in suum regnum Iudam captiuum abduxit. Ipsum igitur *terribilem* propter crudelitatem esse dicit, & propter iræ impotentiam, animúmque intractabilem, & in pœnis immanitatem. Præterea *illustrem*, vt ambitiosum, & iactabundum, gloriæque consectatorem inexplebilem. Semper enim Babyloniæ reges arrogantes, & gloriæ longè cupidissimi fuerunt. Quia verò in omni negotio, consilio, & aggressione iudicio suo plurimum tribuebant,

νίαις κατεγνωσμένον. ταχινὸν δὲ ὠνόμασεν, ἱππόται γὰρ αἱ σὲ πίπαν. πικρὸν δὲ, καὶ δριμὺ, καὶ παλχάλεπον, καὶ οὐκ ἀπάνουργον εἰς τὸ τακτικὸν, στρατηγεῖν δὲ ἄριστα μεμαθηκότας. ῥώμη δὲ φρονήσει συνθέουσα πρὸς τὰς τοῦ πολέμου χρείας, ῥᾷστα ἂν, οἶμαι, κατορθώσειε τὸ τοῖς πολεμοῦσι δοκοῦν, καὶ τελέσειε ῥαδίως τὴν ἀντιλυίσασθαι προστεθυμημένων. ἐπειδὴ δὲ ἐν ἔθει ἦν τοῖς Βαβυλωνίοις οὔτε οἴκοι μένειν ἀεὶ, οὔτε μὴν σφίσιν αὐτοῖς ἐπαμύνοντας τὰς τῶν ἐπιόντων αὐτοῖς ἀνακόπτειν ἐφόδους, κατευρύνεσθαι δὲ ὥσπερ τῆς γῆς ἁπάσης, καὶ καθαιρεῖν τὰς ἑτέρων, καὶ κληροῦν ἀεὶ ποιεῖσθαι φιλεῖν τὰ κατ' οὐδένα τρόπον αὐτοῖς ἁρμόττοντα, φησὶν ἀναγκαίως, τὸ ἔθνος τὸ πορευόμενον ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς γῆς τοῦ κατακληρονομῆσαι σκηνώματα οὐκ αὐτοῦ. φιλεῖ γὰρ, ὡς ἔφην, τῇ ἄλλων χώραις ἐπιχειρεῖσθαι, ἀεί τε τὴν ἑαυτοῦ κατευρύνειν ἀρχήν.

Πεπόνθασι δὲ τὸ τοιοῦτον κυριοκτονήσαντες Ἰουδαῖοι. καίτοι γὰρ ἐξὸν νέμεσθαι τὴν ἑαυτῶν ἀμελήτως, καταθλίβοντος οὐδενὸς, δέδονται τοῖς κεκρατηκόσι, καὶ ὑπὸ δασμοὺς, καὶ τέλη γεγόνασι, καὶ ὑπὸ σκῆπτρα τεθεῖνται τῶν ἀεὶ κατευρυνομένων, καὶ νενικηκότων ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἀποστρεφόμενοι γὰρ αὐτοὶ τὸ ὑπὸ Χριστοῦ βασιλεύεσθαι, διαρρήδην ἔφασαν, οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ παρ' οὐδὲν τοὺς θείους εἰληφυῖα νόμους, ὑπὸ τυράννοις πικροῖς ἔσται, τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι, καὶ δουλεύσει δυνάμεσι πονηραῖς, ἀεὶ διψώσαις κληρονομεῖν τὰ οὐκ αὐτῶν σκηνώματα. Θεοῦ γὰρ ὁ ἄνθρωπος. κατοικεῖ γοῦν ἐν ἁγίοις, καὶ ταῖς τῶν ὁσίων ψυχαῖς ἐναυλίζεται.

Φοβερὸς, καὶ ἐπιφανής ἐστιν, ἐξ αὐτοῦ τὸ κρίμα αὐτοῦ, καὶ τὸ λῆμμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται.

Μέτεισιν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν τοῦ ἔθνους ἡγούμενον, τουτέστι, τὸν Βαβυλωνίων τύραννον, τάχα που Ναβουχοδονόσορ, ὃς εἷλε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θεῖον νεὼν κατεμπρήσας, αἰχμάλωτον ἀπεκόμισεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τὸν Ἰούδαν. αὐτὸν δὴ οὖν ἄρα φοβερὸν μέν εἶναι δι' ὠμότητα, καὶ τὸ ἀκρατὲς εἰς ὀργὰς, καὶ τὸ ἀπίθασον εἰς φρένα, καὶ τὸ ἀπηνὲς εἰς δίκας. ἐπιφανῆ δὲ δὴ πάλιν, ὡς φιλότιμον, καὶ φιλόκομπον, καὶ δόξης ἄπληστον ἐραστήν. ἀλαζόνες γὰρ ἀεὶ, καὶ φιλοδοξότατοι λίαν οἱ τῆς Βαβυλῶνος βεβασιλευκότες. ἐπειδὴ δὲ τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν βουλῆς, καὶ μὴν καὶ ἔργων ῥημάτων ἦρχεν αὐτοῖς τὸ δοκοῦν δεῖν ἔχειν, ἁπλῶς

τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἀποπεραίνεσθαι, δεῖν παραιτήσαντες, διὰ τοῦτο, φησί, ἐξ αὐτοῦ τὸ κρῖμα αὐτοῦ ἔσται. τουτέστιν, αὐτοκελεύστοις ὁρμαῖς ἵεται πρὸς τὸ κινοῦν, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ὀφρύος οὐκ ἂν τῆς ἑτέρων γνώμης ἀνάσχοιτο, κἂν εἰ μή τι τῶν ἐνδεχομένων γενέσθαι προστάξειεν. ὑπερόπτα γὰρ τὰ Περσῶν βουλεύματα. ἐπειδὴ δὲ ἔθος ἦν αὐτοῖς προκαταμαντεύεσθαι τὰς μάχας, καὶ μαγικῇ τέχνῃ προαναμανθάνειν πειρᾶσθαι, τὸ ὅποι ποτ' ἂν ἐκτελευτήσῃ τὸ ἐν χεροῖν, ἔφη πάλιν, ὅτι τὸ λῆμμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται. λῆμμα δὲ ὀνομάζει τὸ μάντευμα. οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρων, φησίν, ἐθνῶν ἢ χωρῶν μεταπέμψεται τοὺς εἰδότας τὴν μαντείαν· ἔχει δὲ μᾶλλον συμβιοτεύοντας ψευδομένους μὲν ἀεί, καὶ τῶν ἀληθῶν εἰδότας οὐδέν, πλὴν ἀεί πως κατερεθίζοντας, καὶ ὅτι νικήσει προαναφωνεῖν εἰωθότας. ἠσεμνύνετο δὲ καὶ λίαν ἐπὶ τούτῳ ἡ Βαβυλωνίων ἀρχή. καὶ γοῦν ὁ Βαλὰκ ὁ Μωαβιτῶν βασιλεύς, ὅτε τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ καταρᾶσθαι ἐβούλετο, καὶ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν ἐζήτει, ἐκ τῆς Μεσοποταμίας μετάπεμπτον ἐποιεῖτο τὸν Βαλαάμ. ᾤετο γὰρ ὅτι δεινοί τε, καὶ ἀκριβεῖς τῶν Βαβυλωνίων οἱ μάγοι, καὶ πρὸς τὸ πᾶν ὁτιοῦν δύνασθαι κατορθοῦν ἀλκιμώτατοι διά γε τῆς μάγου τέχνης. ἐκδεξόμεθα δὲ καὶ ἑτέρως, εἰ δοκεῖ, τοῦ προκειμένου τὴν θεωρίαν. ὀνομασάμενος γὰρ τὸν Βαβυλώνιον τύραννον, εἰρηκώς τε ὅτι φοβερός, καὶ ἐπιφανής ἐστιν, ἐπήνεγκεν εὐθύς, ἐξ αὐτοῦ τὸ κρῖμα αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ λῆμμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται. καὶ δή τοι τοιοῦτον ἔσται νοεῖν. ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης Θεός, αἰσχρῶς τε καὶ φαύλως βιοῦν ἠργμένον κολάσαι τὸν Ἰσραήλ. τοῦτο δὴ οὖν τὸ ἐπ' αὐτοῦ κρῖμα παρ' αὐτοῦ φησὶ γενήσεσθαι τοῦ Βαβυλωνίου. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι σκεῦος τῆς ὀργῆς ἔσται τῆς ἐμῆς, καὶ δι' αὐτοῦ σε τιμωρήσομαι, καὶ τὸ λῆμμα δὲ τὸ ἐπὶ σοί, τουτέστιν, ἣν ἀναλάβοιμι σκέψιν, καὶ βούλησιν, ἐξ αὐτοῦ πάλιν ἐξελεύσεται, τουτέστι, πραχθήσεται· πρὸς πέρας γὰρ οἴσει τὰ ἐξ ἐμῆς βουλῆς, καὶ σκέψεως.

Καὶ ἐξαλοῦνται ὑπὲρ παρδάλεις οἱ ἵπποι αὐτοῦ, καὶ ὀξύτεροι ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας. Καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ, καὶ ὁρμήσουσι μακρόθεν, καὶ πετασθήσονται ὡς ἀετός, πρόθυμος εἰς τὸ φαγεῖν.

Καταπλήττει πάλιν αὖθις ταῖς τῶν δεινῶν ὑπερβολαῖς, καὶ ὅτι δεινή τε, καὶ ἄθραυστος ἡ τῶν πολεμίων πληθύς, πειρᾶται διδάσκειν. συνελαύνει δὲ πρὸς μετάγνωσιν, καὶ εἰς τὸ χρῆναι μαθεῖν,

iubentes subiectos decreta citra recusationem approbare, & exequi, idcirco subiungit, [ex ipso iudicium eius erit.] Hoc est, suapte sponte incitatur ac mouetur, & propter ingens supercilium, aliorum sententiam non audit, tametsi quippiam mandauerit, quod fieri non possit. Superba enim sunt Persarum consilia. Et quoniam de pugna diuinare solebant, & arte magica explorare, quò euasura essent, quæ præ manibus haberent, ait deinceps, [assumptio eius ex ipso egredietur.] Assumptionem nominat vaticinium. Non enim ex aliis gentibus, aut regionibus vaticinandi peritos accerset, inquit: cùm habeat apud se degentes semper mentientes, & nihil veri scientes; sed incitantes semper, victoriámque prænuntiare solitos. In hoc porrò Babyloniorum principatus sibi magnopere applaudebat. Itaque Balac Moabitarum rex, Isaelitas maledicere volens, & futurorum notitiam quærens, è Mesopotamia Balaam accersebat; statuebat enim, peritos, & accuratos esse Babyloniorum Magos, & ad quiduis magico artificio probè efficiendum potentissimos. Admittemus, si placet, huius loci & aliam considerationem. Nam cum Babylonium tyrannum esse asseruisset, terribilémque, & illustrem nominasset, illico addidit, [Iudicium eius ex se ipso erit, & assumptio eius ex ipso egredietur.] Quin etiam sic interpretari licebit. Decreuit Deus vniuersitatis Dominus, turpiter ac nequiter viuere ingressum Israelem suppliciis afficere. Hoc igitur super ipso iudicium ab ipso Babylonio futurum ait: vt si dicat, vas, seu instrumentum erit iræ meæ, & per ipsum te puniam: & assumptio super te, hoc est, quam assumpsero visitasionem, & voluntatem, ex ipso rursum egredietur, id est, operi, seu effectui mandabitur: decreta enim & meditata mea ad finem perducet.

Et exilient super pardales equi eius, & velociores super lupos Arabiæ. Et equitabunt equites eius, & impetu venient de longinquo, & volabunt quasi aquila prompta ad comedendum.

Num. 22.

IX.

Iterum eos terriculamentorum magnitudine percellit, hostiúmque sæuam, & inuictam fore multitudinem docere nititur. Compellit autem ad pœnitentiam, & ad discendum,

quæ præstabat iam legitimè rebus ipsis executos videri. Babylonios igitur ad cursum leuissimos, mirè audaces, & confidentes, & ab agrestibus feris nihil distantes, & qui capiendis quasi inuolent, rursum ipsis denunciat, equos pardalibus comparans. Subsultans admodum animal est pardalis, & leuitate mira præditum ad insiliendum in eos quos persequitur. Item lupis Arabicis, quos ferunt aliis sæuitia multis partibus antecellere, celeritérque facto impetu in quos voluerint incurrere. Nec solis lupis, sed etiam aquilis affirmat esse similes, in cadauera confestim incurrentibus & inuolantibus, vt dixi.

Iam verò Iudæorum animus expugnatu facilis fuit, & cor velut equo incitato perstrepens, seu instar rotæ volubile & ipsis affectionibus carnis, & immundis spiritibus, & insuper validissimis Romanorum impressionibus. Offenderunt dicentem, [Et ego ero ipsis, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius.] Paruo item negotio capietur, opinor, quælibet mens, citráque vllum laborem euertetur, superno robori succumbens. Omne enim robur, & securitas nostra à Deo est: [In eo siquidem faciemus virtutem, & ipse ad nihilum rediget tribulantes nos,] vt scriptum est. (Zach. 2.)

Consummatio in impios veniet, resistentes faciebus eorum ex aduerso.

X. Hoc prænunciatorum extremum, & coronis malorum est. Inquit, enim, venient Chaldæi, & tales erunt, & hoc facient, & illud apponent, & quod ex his omnibus conflabitur, erit funditus, & tota cum familia, & cum ipsis vrbibus, atque vicis perdi impios, Deo nulla ratione miserante: sed in solitudinem, ac vastitatem quasi redigi permittente, qui eius nutibus impie refragati sunt, & veluti vultibus ipsis repugnarunt, manifestéque restiterunt, & Dei placitis apertè voluntatem suam opposuerunt.

Consummata autem est quodammodo Iudæorum synagoga, Christo contraria sentiens, & dominica dogmata oppugnans (idque haud clandestine) & impudenter contrà oculos tollens, malorúmque omnium absurdissima, vt verbo comprehendam, & dicens & faciens. Quin etiam ligno ipsum affigens, resurrectionémq. calumnians. Non solum enim vniuersorum

A ἅπερ ἦν ἄμεινον ὁρᾶσθαι κατωρθωκότας. ὅτι τοίνυν κουφότατοι μὲν εἰς δρόμους οἱ Βαβυλώνιοι, πολύτολμοι δὲ, καὶ θρασεῖς, καὶ θηρῶν ἀγρίων διενηνοχότες οὐδὲν, καὶ τῶν ἁλίσκεσθαι δυναμένων οἱονεὶ καθιπτάμενοι, παρεγγυᾷ πάλιν, παρδάλεσι μὲν παρεικάζων τοὺς ἵππους. πηδητικὴ δὲ λίαν ἡ πάρδαλις, καὶ πολὺ λίαν εὐπετὴς εἰς τὸ καταθρώσκειν δύνασθαι τῶν διωκομένων. λύκοις γε μὴν τοῖς ἐξ Ἀραβίας αὐτοὺς, οὓς δὴ μάλιστά φασι τῶν ἄλλων B ἀγριωτέρους, καὶ ὀξεῖ δρόμῳ διαττᾷν τὴν καθ' ὧν ἂν ἕλοιντο ποιουμένους ὁρμήν. καὶ οὐχὶ μόνοις τοῖς λύκοις, φησὶ, προσεοίκασιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀετοῖς τοῖς νεκρῶν τῶν σωμάτων ἀμελητὶ καταθέουσι, καὶ καθιπταμένοις, ὡς ἔφην.

Εὐάλωτος δὲ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων γέγονε νοῦς, καὶ οἷα ἱππόκροτος, ἤγουν εὐκατάστροφος ἡ καρδία καὶ τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ πρός γε δὴ τούτοις ταῖς ἀλκιμωτάταις τῶν Ῥωμαίων προσβολαῖς. προσκεκρούκασι C τῷ λέγοντι, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. εὐάλωτος δὲ, οἶμαι, πᾶς νοῦς, καὶ εὐκατάτρεπτος κομιδῇ τῆς ἄνωθεν εὐσθενείας ἡττώμενος. πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἰσχὺς, καὶ ἀσφάλεια παρὰ Θεοῦ. ποιήσομεν γὰρ ἐν αὐτῷ δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Συντέλεια εἰς ἀσεβεῖς ἥξει, ἀνθεστηκότας προσώποις αὐτῶν ἐξεναντίας.

D Τοῦτο δὴ τῶν προηγγελμένων πέρας, καὶ κορωνὶς τῶν κακῶν. ἥξουσι γὰρ, φησὶν, οἱ Χαλδαῖοι, ἔσονται δὲ καὶ τοιοίδε, καὶ τόδε τι δράσουσι, προσθήσουσι δὲ κἀκεῖνο, καὶ τὸ συναγόμενον ἐκ τούτων, πανδημεί τε καὶ πανοικὶ, καὶ αὐταῖς ὁμοῦ πόλεσί τε, καὶ κώμαις ἀπολέσθαι τοὺς ἠσεβηκότας, κατ' οὐδένα τρόπον Θεοῦ κατοικτείροντος, ἀνέντος δὲ ὥσπερ εἰς ἐρημίωσιν τοὺς τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ἀνοσίως ἀνθεστηκότας, καὶ οἷα προσώποις ἀνταυλιάζοντας, καὶ ἀναφανδὸν ἀντωμισαμένους, καὶ ἀντεξάγοντας ἐναργῶς οἷς E ἂν βούλοιτο Θεὸς τὸ ἴδιον θέλημα.

Συντετέλεσται δὲ ὥσπερ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, Χριστῷ φρονοῦσα τὰ ἐναντία, καὶ μαχομένοις δόγμασι δεσποτικοῖς (καὶ τοῦτο ἀκρύπτως) καὶ ἀναιδῶς αὐτοῦ πρόσωπον ἀνατείνουσα, καὶ τὰ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κακῶν ἐκτοπώτατα δρῶσά τε καὶ λέγουσα, καὶ μὴν καὶ αὐτὸν προσηλοῦσα τῷ ξύλῳ, καὶ συκοφαντοῦσα τὴν ἀνάστασιν. οὐ γὰρ μόνον ἀπεκτόνασι τὸν τῶν ὅλων

σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Πιλάτου στρατιώταις χρήματα δεδώκασιν ἐγηγερμένου Χριστοῦ, ἵνα δὴ λέγοιεν, ὡς ἀνεβίω μὲν οὐδαμῶς, κεκλόφασι δὲ μᾶλλον αὐτὸν λαθόντες οἱ μαθηταί.

Καὶ συνάξει ὡς ἄμμον αἰχμαλωσίαν, καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει, καὶ τύραννοι παίγνιον αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς εἰς πᾶν ὀχύρωμα ἐμπαίξεται, καὶ βαλεῖ χῶμα, καὶ κρατήσει αὐτοῦ.

Τῶν ἁγίων Προφητῶν ἄνω τε, καὶ κάτω τοῖς (B) Ἰουδαίων δήμοις τὰ κατ' αὐτῶν ἐσόμενα προαπηγγελκότων, μονονουχὶ δὲ καὶ κατεπᾳδόντων αὐτοῖς τὰ τοιάδε τῶν κακῶν, εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας αὐτοὶ, καὶ ἀνοσίων σκεμμάτων, ὡς ἀναχεῖσθαι μὲν εἰς θράσος, καὶ ὀφρὺν ἐπαίροντας ὑψηλὴν, ποτὲ μὲν οἴεσθαι, καὶ μάλα ῥᾳδίως, τῷ σφῶν αὐτῶν πλήθει περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν· ποτὲ δὲ καὶ τὰς κύκλῳ βασιλείας συλλέγοντας εἰς ἐπικουρίας, τάχα που καὶ ἀμαχεὶ παραχωρήσειν αὐτοῖς τὸ νικᾶν τοὺς ἐπιόντας ἐπεθάρρησαν· καταρρᾳθυμή- (C) σαντες δὲ τῶν πατρῴων ἐθῶν, καὶ ποτὲ μὲν τοῖς Αἰγυπτίων, ποτὲ δὲ τοῖς Σύρων, καὶ μὴν καὶ τοῖς Τυρίων ὡς ἐπ' ἀκλονήτῳ τῆς εὐημερίας ἐρείσαντες τὴν ἐλπίδα, ἁβροὶ, καὶ εὔθυμοι διετέλουν. εἶτα τοίνυν εἰκαιοτάτη μὲν ἡ τοιάδε σκέψις αὐτοῖς, βαδιεῖται δὲ οὐχ οὕτω τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις, ἐξηγεῖται πάλιν. ἀφικόμενος γάρ φησιν ὁ Βαβυλώνιος, κἂν ταῖς ψάμμοις ἰσάριθμον τὸν ἐξ Ἰσραὴλ λαὸν εὕροι, ἀλλ' οὖν οἴκαδε πάλιν ἀνακομισθήσεται, δορυκτήτους ἔχων τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἰουδαίαν, (D) κἂν εἰ μυρίοι τε ὦσι, καὶ ἀλκιμωτάτους ἔχοιεν τοὺς ἐπαμύνοντας, ἀλλ' οὖν καὶ τούτων περιέσται ῥᾳδίως. ἐντρυφήσει δὲ καὶ βασιλεῦσι, καὶ τύραννοι παίγνιον αὐτοῦ. δεδεμένον γὰρ ἀπῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα τὸν Ἰεχονίαν, καὶ ἑτέρους δὲ τῶν τοπαρχῶν οὐκ ὀλίγους, οἳ καὶ εἰς γέλωτα τέθηνται τοῖς ἑλοῦσιν αὐτούς. κατισχύσει δὲ οὕτω τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἄγαν εὐτυχεστάτων, ὡς ἐν ἀθύρματος τάξει τὴν ἅλωσιν ἑκάστης λελογίσθαι παρ' αὐτῷ. ποιήσεται δὲ καὶ χώματα ἐχθρός. εἷλε δὲ οὕτω ὁ Ἀλέξανδρος Τύ- (E) ρον, καίτοι πολὺ τῆς ἠπείρου πρὸς θάλασσαν νήσου δίκην ἐκτεθειμένην.

Εἷλε δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς τὸν Ἰσραὴλ αἰχμάλωτον, ἀπειθήσαντα τῷ Χριστῷ, καὶ τρυφὴ γεγόνασιν αὐτοῦ πάντες οἱ ἡγούμενοι, καὶ τῇ τῆς ἱερωσύνης ἐπαυχοῦντες δόξῃ, οὓς καὶ τυράννους εἰπεῖν οὐκ ἀκαλλὲς οἶμαί που, διά τοι τὸ προεστάναι λαοῦ, καὶ ἐν πολλῇ κεῖσθαι δόξῃ, καὶ δυναστείᾳ τῇ

A saluatorem redemptorémque interfecerunt: sed insuper Christo à mortuis excitato, militibus pecuniam numerarunt, vt nequaquam reuixisse, sed discipulos eum clam furatos dicerent.

Et congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse in regibus deliciabitur, & tyranni ludibria eius, & ipse in omnem munitionem illudet: & mittet aggerem, & obtinebit eum.

B Cùm sancti Prophetæ sursum ac deorsum Iudæorum populis aduersa ipsis euentura præcinuissent, & huiuscemodi quodammodo eos incantassent, nihilominus eò inscitiæ, & commentationum impiarum lapsi sunt, vt audacia accenderentur, & supercilium altius erigerent, interdúmque arbitrarentur, sua ipsorum multitudine facillimè hostes debellaturos: interdum è regnis finitimis auxilia colligerent, aduersariósque citra conflictum victoriam sibi fortè cessuros confiderent. — XI.

C Neglectis autem per socordiam auitis moribus, & modò in Ægyptiorum, modò in Syrorum, imo & Tyriorum opibus, vt in solido, & inconcusso, fœlicitatis suæ spem defixam habentes, vitam mollem atque hilarem degere pergebant. Quoniam igitur huiusmodi consilium eorum vanissimum erat, nec ita res processura, narrat iterum, & inquit. Vbi venerit Babylonius, etiamsi Israelitas arenis numero pares inuenerit, tamen cum captiuis Iudææ in-

D colis domum redibit. Et quamuis multa millia fortissimorum defensorum habuerint, nihilominus & hos facile domabit. [Deliciabitur autem in regibus, & tyranni ludibrium eius.] Vinctum quippe Babyloniam deduxit Iechoniam, aliósque toparcharum non paucos, qui etiam victoribus ludibrium fuerunt. Tantopereè verò vrbibus etiam longè fortunatissimis prævalebit, vt vnamquamque in potestatem redigere pro ludicro habiturus sit. Excita- — Hier. 14.

E bit etiam aggeres. Sic item Tyrum Alexander, quanquam multum à continente in mare, instar insulæ recedentem, occupauit.

Cepit item Satanas Israelem captiuum, Christo non credentem, deliciæ illius facti sunt omnes principes eius, & qui dignitate sacerdotii gloriabantur, quos & tyrannos nominare non indecorum opinor, quod præerant populo, multáque gloria, & potentia

sua florebant. Verum nunquam diabolicæ peruersitati ludus fuissent, si mandatis Saluatoris paruissent, fidémque & sanctificationem per spiritum custodissent. Sanè enim & ipsis omnium saluator, qui omnem inimicum sub pedes subiicit, dixisset, [Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.]

Luc.10.

Tunc mutabit spiritum, & pertransibit, & prophetabitur.

XII. Non periturum vniuersè genus Israel, nec in æternum neglectum iri, sed fœlicia tempora oritura, calamitatémque adeo grauem desituram vbi distracto seruitutis iugo domum redierint, significat, dum dicit, vniuersorum Dominum quasi spiritum, consiliúmque mutaturum. Non quod suum quoad præterita in illos decretum damnaturus sit, quasi quæ facta sint, rectè facta non sint: sed potius, quod pœna sufficienti exacta, & supplicio proportione delictorum illato, ad misericordiam transiturus, & ab ira recessurus, & afflictis propitius futurus sit: Tale quid enim opinor, sibi vult illud, *propitiabitur.*

Hæc fortitudo Deo meo. Nonne tu à principio Domine Deus sanctus meus? & non moriemur.

XIII. Cum nunciasset Deus, se ipsorum misereri, tristiúmque in meliora mutationem prædixisset, præ incredibili gaudio Propheta propemodum exilit, dicens, nullum alium decere Israelem reducere, vinculisque & seruitute expedire, & contritum miserari, nisi solum Deum, qui omnia nullo labore rectè administrare potest, quique aspera lenit, & excelsa atque ardua sternit quodammodo, & quæ quilibet sanctus dixerit, omnia potest, & cui nihil est impossibile. [Subiungit, nonne tu ab initio Dominus, & Deus, & sanctus meus? & non morimur.] Quamuis enim Israel seductus, & in errorem, & in peregrinos deorum falsorum cultus inductus est, inquit, tamen tu rursum Deus es vniuersorum, qui pridem lapsorum misereris vt sanctus, & ab interitu tutos conseruas, nec finis penitus perire Israel. Quare in promptu est spes, saluatum iri, & miserante te, & plusquam dici potest abnuente, tristitia præteritura. Læta-

Hab.1.

A κατ' αὐτούς. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγένοντο παίγνια δυστροπίας διαβολικῆς, εἴπερ τοῦ Σωτῆρος ἐντολαῖς ἠκολούθουν, καὶ τὴν πίστιν τετηρήκασι, καὶ τὸν διὰ πνεύματος ἁγιασμόν. ἦ γὰρ ἂν ἔφη καὶ αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ ὁ πάντα τιθεὶς ὑπὸ πόδας ἐχθρόν, ἰδοὺ δίδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

B Τότε μεταβαλεῖ τὸ πνεῦμα, καὶ διελεύσεται, καὶ ἐξιλάσεται.

Ὅτι μὲν εἰς ἅπαν ἀπόλλυται τὸ γένος τὸ ἐξ Ἰσραήλ, μήτε μὴν εἰς αἰῶνα παροφθήσεται, ἀλλ' ἔνστασις αὐτοῖς καιρὸς εὐημερίας, καὶ λύσις τῆς ἀνηκέστου συμφορᾶς οἴκαδέ τε ἀνακεκομισμένοις, καὶ τοῦ τῆς δουλείας ἀπορραγέντος ζυγοῦ, δίδωσι νοεῖν, ὡς ἐν πνεύματος μεταβολῇ, τουτέστιν, ἐν μεταστάσει τε, καὶ ἑτεροβουλίᾳ γενήσεσθαι λέγων τὸν τῶν ὅλων δεσπότην. καὶ οὔτι πού φαμεν ὅτι τῆς ἤδη γεγενημένης ἐπ' αὐτοῖς καταψηφιεῖται βουλῆς, ὡς οὐκ ἐχούσης ἐφ' ἑαυτῇ τὸ εὖ γεγενῆσθαι, τὸ ἐναντίον δὲ μᾶλλον, ὅτι τὴν ἀποχρῶσαν δίκην αἰτήσας, καὶ ἀναλόγως τοῖς πταίσμασι τὴν κόλασιν ἐπενεγκών,
C μεταχωρήσει πρὸς ἔλεον, καὶ διελεύσεται τὴν ὀργήν, ἔσται δὲ καὶ ἵλεως τοῖς πεπονθόσι. δηλοῖ γάρ, οἶμαι, τοῦτο τό, ἐξιλάσεται.

Αὕτη ἡ ἰσχὺς τοῦ Θεοῦ μου. οὐχὶ σὺ ἀπ' ἀρχῆς κύριε ὁ Θεός, ὁ ἅγιός μου; καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωμεν.

Ἀπαγγελλομένου Θεοῦ τὸ κατοικτείρειν αὐτούς,
D καὶ τῶν σκυθρωπῶν τὴν ἐπί γε τὰ ἀμείνω μετάστασιν προηγγελκότος, ἐκ περιχαρείας ὁ Προφήτης μονονουχὶ καὶ ἀνασκιρτᾷ λέγων, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρῳ τῳ πρέπει τὸ ἀνακομίσαι τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἀπαλλάξαι δεσμῶν, καὶ δουλείας, καὶ κατελεῆσαι συντετριμμένον, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ Θεῷ, τῷ πάντα εὐκόλως ἰσχύοντι κατορθοῦν, καὶ καταλεαίνοντι μὲν τὸ τραχύ, καταστρωννύντι δὲ ὥσπερ τὸ ὑψοῦν τε, καὶ ἀνάντες, ὅπερ ἂν λέγοιτο παρά γε παντὸς ἁγίου πάντα
E δύναται, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἀδυνατεῖ. εἶτά φησιν ὁ Προφήτης; οὐχὶ σὺ ἀπ' ἀρχῆς κύριος ὁ ἅγιός μου; καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωμεν. εἰ γὰρ καὶ ὁ Ἰσραήλ, φησί, ἠπάτηται, καὶ πρὸς πλάνησιν περιεκομίσθη, καὶ ψευδολατρείας ἀλλοκότους, ἀλλ' ἦσθα σὺ πάλιν ὁ τῶν ὅλων Θεός, ὁ καὶ πάλαι πταίοντας κατοικτείρων ὡς ἅγιος, καὶ ἀνωλέθρους διατηρῶν, καὶ οὐκ ἐφιεὶς εἰσάπαν ἀπολέσθαι τὸν Ἰσραήλ. οὐκοῦν οὐ μακρὰν ἐλπίδος, ὅτι καὶ σωθήσεται, καὶ τὰ σκυθρωπὰ παραδραμεῖται, κατοικτείροντος γέ σου, καὶ τὰ πέρα λόγου κατορθοῦντος.

lum auertit. Quo facto omnimodis sors dura sequetur, & huiusmodi auersione percussus, in extrema miseria versabitur. Quod cum non ignoraret diuinus David, impensè rogabat, [Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo.] Sine dubio enim diuinam auersionem ex ira profecta animaduersio comitabitur.

Psal. 26.

Quare aspicis super contemptores? taces cum impius deuorauerit iustum? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem?

XV.

Postquam Propheta prædixit, diuinitatis oculum esse mundum, nec eos aspicere qui iniquitatem operantur, nec beneuole intueri quosdam, qui alios circumuenire, & opprimere nituntur, & infirmioribus dolores struunt, mox in huiusmodi cogitationes abripitur. Innumerabilibus detrimentis, & malis acerbissimis Iudæos Babyloniorum crudelissimus exercitus multauit. Qui etiam immanitatis suæ exsuperantiam ita intenderunt, vltráque modum prouexerunt, vt neque ipsis locis sacrosanctis temperauerint, & vnà cum Hierosolymis celebratum quoque illud templum incenderint, & cum plebeis ipsos item sacrorum altarium sacerdotes abripuerint, & sancta, vt scriptum est, profanarint. Domum reuersi, vitam solutam continenter egerunt, cum diuitiis rapto acquisitis, nullam propter scelerate commissa sustinentes pœnam, non timentes hostes, non bellum expauescentes: quin imo in omnes soli insurgentes, & quos liberet, nullo sudore ac puluere subigentes, & rebus secundissimis vtentes, perditorúmque calamitatibus insultantes, & iræ impotentiam, effrænatam dominandi licentiam, ac primas partes in omnibus sibi gloriæ ducentes. Obstupescit igitur Propheta, extra vllum tristiorem animi motum eos gaudio diffusos cernens, & diuina deinceps iudicia tangit, & inscrutabilia omnibus, nec menti cuipiam contingenda, curiosius indagare aggreditur, discere optans, quam tandem rationem habeat tam longa Dei omnipotentis lenitas, vt etiã adeo contemnere suetos, & impiè vitam instituentes placido, & mansueto oculo dignetur, & taceat, & sustineat, cum homo impius bonum, & iustum tantum non deuorauerit. Hinc, inquit, quia non confestim per vestigia peccantes pœna insequitur;

Ibid.

μόν. οὐ δὴ γεγονότος, πάντη τε καὶ πάντως τὰ δεινὰ συμβήσεται, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἔσται κακοῖς ὁ πεπονθὼς τὴν ἀποστροφήν. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐλιπάρει, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. ἕψεται γὰρ πάντως ταῖς θείαις ἀποστροφαῖς τὰ ἐξ ὀργῆς συμβαίνοντα.

Ἵνα τί ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον; καὶ ποιήσεις ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς τὰ ἑρπετὰ τὰ οὐκ ἔχοντα ἡγούμενον;

Προεπαγγείλας ὅτι καθαρός ἐστιν ὁ τῆς θεότητος ὀφθαλμός, καὶ οὐκ ἂν ἐπίδοι ποτὲ τοὺς πονηρῶν ἐργάτας, οὐδ' ἂν εὐμενῶς ἐπιβλέψειέ τισιν ᾑρημένοις πλεονεκτεῖν, καὶ ὀδύνας πλέκουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, εἰς ἐννοίας ὁ Προφήτης εὐθὺς τοιαύτας πως ἁρπάζεται. μυρία μὲν γὰρ ὅσα δεινά, καὶ παγχάλεπα τοῖς τῶν Ἰουδαίων δήμοις εἴργασται κακὰ τῶν Βαβυλωνίων ἡ ὠμοτάτη πληθύς, οἳ καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀγριότητος τὴν ὑπερβολὴν εἰς τοῦτο δεινότητος, καὶ μέτρων πέρα ἐκόμισαν, ὡς μηδὲ αὐτῶν ἀποσχέσθαι τῶν θείων χώρων, προσεμπρῆσαι δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ τὸν διαβόητον νεών, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἀγελαίοις τοὺς τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερέας ἁρπάσαι, καὶ βεβηλῶσαι τὰ ἅγια, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐπεὶ δὲ οἴκοι γεγόνασιν, εὔθυμοί τε διετέλουν, καὶ πλοῦτον τὸν ἐξ ἁρπαγῆς ἔχοντες, οὐ τῶν ἀνοσίως αὐτοῖς πεπλημμελημένων αἰτούμενοι δίκας, οὐ δεδιότες ἐχθρούς, οὐ πολέμου πτοίας· κατεξανιστάμενοι δὲ μᾶλλον ἁπάντων αὐτοί, καὶ ὧν ἂν ἕλοιντο, καταχειροῦντες εὐκόλως, καὶ εὐημεροῦντες ἄγαν, καὶ ταῖς τῶν ἀπολωλότων ἐναβρυνόμενοι συμφοραῖς, καὶ ἐν αὐχήματι ποιούμενοι τὸ εἶναι τὸ εἰς ὀργὰς ἀκρατές, τὸ εἰς πλεονεξίας ἀχάλινον, τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχήν. κατατεθήπει δὲ οὖν ὁ Προφήτης, κατευρυνομένους αὐτοὺς ὁρῶν ἐν ἀπαθείᾳ, καὶ θείων ἤδη κριμάτων ἅπτεται, καὶ τὰ πᾶσιν ἀζήτητα, καὶ ἀνέπαφα νῷ παντί, πολυπραγμονεῖν ἐπιχειρεῖ, καὶ ἀναμανθάνειν εὔχεται, τίς λοιπὸν ἂν εἴη ὁ λόγος τῆς οὕτω μακρᾶς ἀνεξικακίας τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, ὡς καὶ τοὺς οὕτω καταφρονεῖν εἰωθότας, καὶ ἀνοσίως ζῆν ᾑρημένους, προσορᾶν ἔσθ' ὅτε, καὶ ἥμερον τὸν ὀφθαλμὸν ἐνιέναι, καὶ παρασιωπᾶν, καὶ ἀνέχεσθαι κατεδηδοκότος ἀνδρὸς ἀσεβοῦς μονονουχὶ τὸν ἐπιεικῆ, καὶ δίκαιον. ἀπὸ δὲ τούτου φησί, ὅτι μὴ κατὰ πόδας εὐθὺς τοῖς πλημμελοῦσι τὸ κολάζεσθαι δεῖν ἀκολουθεῖ,

κεχωρήκασι δὲ μᾶλλον εἰς ἀνάκλησιν οἱ θυμοὶ, ταύτητοι κατώλισθον οἱ ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸ προσβαλέσθαι λοιπὸν, καὶ δὴ καὶ ἐπιχειρεῖν κατὰ τὸ ἴσον ἰχθύσι τρόποις τοὺς ἀσθενεστέρους κατανέμεσθαι, καὶ δὴ ἀλλήλοις καταῤῥοφεῖν ἀθύρῳ τε, καὶ ἀπλήστῳ στόματι· σκληρὰν δὲ οὕτω, καὶ ἄμικτον ζωὴν ἐπιτηδεύειν, ὡς ἑρπετῶν τῶν ἐν ὄρεσι, καὶ κατὰ * ὀλίγα διενεγκεῖν, ἃ διὰ πολλὴν ἀγριότητα, καὶ ὑπερβάλλουσαν πικρίας ἀτίθασσά τέ ἐστι, καὶ ταῖς τῶν ἑτέρων ζώων οὐκ ἀπομιμεῖται φύσεις, ἃ καὶ ἀγεληδὸν ἔσθ᾽ ὅτε, καὶ ὑφ᾽ ἑνὶ τῷ προεύχοντι, καὶ τῆς ἀγέλης προβεβλημένῳ ποιεῖται τὰς νομὰς, ὁρᾶται δὲ ὥσπερ καὶ στρατηγούμενα. ἄμικτοι δὲ καὶ οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπρόσιτοι, πικροί τε, καὶ ἰοβόλοι, καὶ ὀλέθρου μεστοὶ, καὶ χανδὸν καταπίνοντες τοὺς ἀσθενεστέρους.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ τὴν φωνὴν τοῦ Προφήτου κατά τε τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δυνάμεων πονηρῶν γενέσθαι δοκεῖν. καταφρονηταὶ γὰρ ὄντως ἐκεῖνοι, τὸν μὲν θεῖον φόβον ὁλοτρόπως ἀποσειόμενοι, φαυλότατοι δὲ, ἁπάσης καὶ μέν τοι καὶ σκαιότητος ἥκοντες μέχρι, καίτοι πολὺ λίαν ἀνεξικακοῦντος Θεοῦ. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ γεγόναμεν ὑπ᾽ ἐκείνοις, ἀλλήλοις οἱ δείλαιοι κατεδηδόκαμεν. οὐ γὰρ ἦν τῆς εἰρήνης ὁ βραβευτὴς, ἡγούμενος ἐφ᾽ ἡμᾶς, τουτέστι, Χριστὸς, ὁ γῆς τε, καὶ οὐρανοῦ, καὶ ἁπάντων δεσπότης. ταύτητοι γεγόναμεν ὡς ἰχθύες, ἀλογώτατοι μὲν, καὶ ἄφωνοι παντελῶς. οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν εὐσεβείας λόγος, οὐ φωνὴ δοξολογίας τῆς εἰς Θεὸν, ἀλληλοκτονοῦντες δὲ μᾶλλον, καὶ ζωὴν ἔχοντες ἀλογωτάτην, ἰχθύσιν ἐν ἴσῳ διετελοῦμεν ἐν κόσμῳ· πικρός τε ἦν οὕτως ἐν ἑκάστῳ νοῦς, ὡς ἤδη δοκεῖν ἐκτεθηριῶσθαι παντελῶς, καὶ τοῖς ἰοβόλοις ὅσον ἧκεν εἰς θυμοὺς, καὶ πικρίας ἢ λοιπὸν παρισοῦσθαι, ἢ ἔτι τὰ ἐκείνων ἐπείγεσθαι νικᾶν.

Συντέλειαν ἐν ἀγκίστρῳ ἀνέσπασε, καὶ εἵλκυσεν αὐτὸν ἐν ἀμφιβλήστρῳ, καὶ συνήγαγεν αὐτὸν ἐν ταῖς σαγήναις αὐτοῦ· ἕνεκεν τούτου εὐφρανθήσεται, καὶ χαρήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ. ἕνεκεν τούτου θύσει τῇ σαγήνῃ αὐτοῦ, καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐλίπανε μερίδα αὐτοῦ, καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. διὰ τοῦτο ἀμφιβαλεῖ τὸ ἀμφίβληστρον αὐτοῦ, καὶ διαπαντὸς ἀποκτείνειν ἔθνη οὐ φείσεται.

Ἰχθῦς ὀνομάσας ἐμφιλοχωρεῖ τῇ τροπῇ, καὶ ὡς περὶ τινὸς τῶν θαλασσουργῶν, ἢ τῶν ἁλιέων ποιεῖται τοὺς λόγους. ἰχθυοθῆραι μὲν γὰρ τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων κατὰ πολλοὺς ἅπτονται τρόπους. ἢ γὰρ ἀγκίστροις ἁρπάζουσι τοὺς ἰχθῦς, καὶ σκαίροντας

A sed ira potius reuocatur, ideo mortales eò deuenerunt, vt iam inuadant, & infirmioribus tanquam piscibus frui, & ore patulo, ac insatiabili inter se velut deglutire conentur: tam inhumanã porrò, & à commercio alienam vitam persequatur, vt à reptilibus montanis, & * parum differant, quæ ob multã feritatem, præcipuãmque sæuitiam indomita sunt, & reliquorum animalium naturas minimè imitantur, quæ gregatim, sub vno B magistro, nonnunquam gregis præfecto pabula carpunt, & quodammodo exercitus vni ductori parentis speciem præbent. Abhorrebant autem à consuetudine, congressúque aliorum Babylonii, acerbi, pleni veneno & pestilentia, & apertis faucibus tenuiores deglutientes.

*

Nec est improbabile, Prophetam aduersus diabolum, & virtutes eius malignas locutũ videri. Verè enim illi contemptores sunt, diuinum timorem penitus repellentes, improbissimi, atque C etiam omnẽ modum absurditatis, Deo licet patientissimo, tentantes. Semel autem sub illos redacti, inuicem miseri deuorauimus. Non enim erat pacis arbiter, à quo regeremur, hoc est, Christus, cæli, terræ, omniúmque rerum Dominus. Quocirca instar piscium, rationis egentissimi, & muti omnino fuimus. Haud enim pietatis cura nos sollicitabat: non laudabamus vocibus Deum: quin potius mutuum occidentes, & vitam rationi prorsus contrariam ducen- D tes, piscium more in mundo degebamus, & tam immitis cuique inerat animus, vt in belluarũ naturam immigrasse prorsus, quódque ad iram, & feritatem attinet, venenatas bestias aut superasse iam, aut superare velle videremur.

Consummationem in hamo subleuauit, & attraxit eum in reti, & congregauit eum in sagenis suis. Propter hoc lætabitur, & gaudebit cor eius. Propter E *hoc sacrificabit sagenæ suæ, & incensum dabit reti suo, quia in ipsis incrassauit partem suam, & escæ eius electæ. Propterea iaciet rete suum, & semper interficere gentes non parcet.*

XVI.

Cum pisces nominasset, persistit in metaphora, & tanquam de nauta, aut piscatore loquitur. Piscatores namque pluribus modis artem suam exercent. Aut enim hamis pisces captant, & salientes funiculo tenui

ex vndis extrahunt: aut sagenis circumclusos frequentes vnà trahunt: aut alio quodam retis genere dolos meditantur. Re transacta feliciter, collecta multitudine gaudent arte sua, & per quæ ipsis portio opulentissima parta est retibus tantum non sacrificant, vt quæ prædam ipsis eximiã conciliauerint. Tale quiddam à Nabuchodonosore designatum Propheta dicit, qui ceu hamo, & sagenis, atque etiam reti Israelem ipsum, & cum eo alias gentes adortus, in suum regnum transportauit, & quasi cœna suis satellibus apposita, delicias habere, semélque captos victorum proprios, & partem seu prædam maximè opimam esse iussit. Ideo inquit fortasse, [& sacrificabit sagenæ suæ, & thura incendet reti suo,] copiis suis videlicet, per quas gentes, & insuper Israelem sagena comprehendit, gratias referens. Et quoniam ipsi res processit optatissima, non desinet, inquit, gentes interficere, & tribus abducere, & regiones sibi subiicere, & misericordia dignari omnino neminem.

Hoc idem aduersus totum genus humanum, præsertimque aduersus Israelem Satanas egit. Vno enim tanquam reti, & sagena vna, peccati, inquam, omnes circumdedit: quanquam ob impietatem in Christum propriè Israelem: [Escæ enim eius electæ,] inquit. Fuerunt etiam secundum vitæ instituta probati, & commendati Iudæi supra omnes. [Quando diuidebat altissimus gentes, quando disseminauit filios Edom, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei, & fuit pars Domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel.] Electus est itaque præteritis aliis Israel, vt in filiis primogenitus, vt germen radicis sanctæ, patrum videlicet, & legem habens pro pædagogo, & ad natura, & vnius, & veri Dei agnitionem vocatus. Nihilominus quanquam tali gloria, & gratia pollens, instar aliorum subiugatus est. Et alii quidem quia errauerunt, & seducti sunt, pars diabolica euaserunt: alii quia cum eum, qui est natura Deus cognouissent, ex eo genitum secundùm naturam filium, & forma humana, figuráque nostra indutum, sceleste occiderunt, in eius sagenam traditi sunt, cui omnium mortalium extrema pestis, & exitium est propositum.

ἐκ κυμάτων ἀνιμῶνται τοῖς ὁρμιαῖς ἢ σαγήναις περιειλήφοντες ἕλκουσι κατὰ πληθὺν, ἤγουν ἑτέροις ὡσὶ κατασκευάζουσι λίνοις. ἐπειδὰν δὲ περάτωσι δεξιῶς, πολλῶν συναγηγερμένων, χαίρουσι τῇ τέχνῃ, καὶ τοῖς λίνοις μονονουχὶ καταθύουσιν, ὡς λιπαρωτάτην αὐτοῖς μερίδα προεξενηκόσι. τοιοῦτον τί φησιν ὁ Προφήτης πεπρᾶχθαι παρὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ὃς δὴ ἀγκίστρῳ τε, καὶ σαγήναις, καὶ μέντοι καὶ ἀμφιβλήστρῳ τόν τε Ἰσραὴλ αὐτὸν, καὶ ἕτερα δὲ σὺν αὐτῷ παραβαλὼν ἔθνη συνεκόμισεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ εἰ θοίνην τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς τιθεὶς, ἐντρυφᾶν ἐκέλευσε, καὶ τῶν ἅπαξ ᾑρηκότων τοὺς ἁλόντας γενέσθαι κλῆρον, καὶ μερίδα λιπαρωτάτην. ταύτῃ τοί φησι τάχα που καὶ θύσει τῇ σαγήνῃ αὐτοῦ, καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ, ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, δι' ὧν τὰ ἔθνη ἐσαγήνευσε, καὶ προσέτι τὸν Ἰσραὴλ, ἀνάψας τὰ χαριστήρια. ἐπειδὴ δὲ λίαν αὐτῷ τὸ χρῆμα ἐκβέβηκεν ἐπιτυχῶς, οὐκ ἂν ἀπόσχοιτό φησι ἀποκτείνων ἔθνη, καὶ φυλὰς ἁρπάζων, καὶ χώρας ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος, καὶ φειδοῦς οὐδένα παντελῶς ἀξιῶν.

Πέπραχε δὲ τοῦτο καὶ κατὰ πάντων μὲν ἀνθρώπων γενῶν ὁ Σατανᾶς, ἰδικῶς δὲ καὶ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ. ἑνὶ μὲν γὰρ ὥσπερ λίνῳ, καὶ σαγήνῃ μιᾷ, τῇ τῆς ἁμαρτίας φημὶ, περιβέβληκεν ἅπαντας· τῆς γε μὴν εἰς Χριστὸν ἕνεκα δυσσεβείας, καὶ ἰδικῶς τὸν Ἰσραήλ. τὰ γὰρ βρώματα αὐτοῦ φησὶν ἐκλεκτά. ἀποδεκτοὶ δὲ καὶ κατὰ τὸν βίον παρὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας Ἰουδαῖοι. ὅτε γὰρ, φησὶ, διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἐδὼμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. ἐξειλεγμένος οὖν ἄρα παρὰ τοὺς ἄλλους ὁ Ἰσραὴλ, ὡς καὶ ἐν τέκνοις πρωτότοκος, ὡς ἐκ ῥίζης ἁγίας τῆς τῶν πατέρων φημὶ, καὶ ὡς νόμον ἔχων τὸν παιδαγωγὸν, καὶ κεκλημένος εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ φύσει καὶ ἑνὸς, καὶ ἀληθῶς ὄντος Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων εὐκλείας τε καὶ χάριτος, ἥλω καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ. καὶ οἱ μὲν ὅτι πεπλάνηνται, μερὶς γεγόνασι διαβολική· οἱ δὲ ὅτι τὸν φύσει Θεὸν ἐγνωκότες, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα κατὰ φύσιν υἱὸν, καὶ ἐν ἀνθρωπείᾳ γεγονότα μορφῇ, καὶ ἐν σχήματι τῷ καθ' ἡμᾶς ἀπεκτόνασιν ἀνοσίως, ἐνδέδονται ταῖς σαγήναις αὐτοῦ, καὶ σκοπὸς ἐκείνῳ πάντας ἄρδην ἀπολέσαι ἐπὶ τῆς γῆς.

A

ΚΕΦΑΛ. β.

Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοί, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου.

Προφητικὸν μὲν ἡμῖν ἐν τούτοις τὸ μυστήριον ἐξηγεῖται. ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις, εἰ ἀναμανθάνειν βούλοιντο τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τὰς τῶν ἐσομένων εἰσδέχεσθαι γνώσεις, εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐνηχοῦντος αὐτοῦ, περισπασμοὺς, καὶ φροντίδων, καὶ μερίμνης ἁπάσης βιωτικῆς ἀπωτάτω ποιεῖσθαι τὸν νοῦν· σχολαῖον δὲ οὕτω, καὶ ἠρεμαῖον ἔχοντα, καὶ τετηρηκότα καθάπερ εἰς τινα κολωνὸν, καὶ περιωπὴν, καὶ πέτραν ἀναθεῖναι, τότε πρὸς θεωρίαν ὧν ἂν ἕλοιτο διαπεραίνειν αὐτοῖς ὁ τῶν γνώσεων κύριος. τὸ γάρ τοι τῆς διανοίας χθαμαλόν τε, καὶ καταβεβλημένον ἀπηχθημένον αὐτῷ. ζητεῖ δὲ καρδίας ὕψος πέτεσθαι δυναμένας, καὶ τῶν ἐπιγαίων πραγμάτων, καὶ προσκαίρων ἐπιθυμιῶν ὑπερηρμένας. γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. καὶ πάλιν, νεοσσοὶ δὲ γυπὸς τὰ ὑψηλὰ πέτονται. ἄνω γὰρ τῶν ἐπιγαίων, καὶ πραγμάτων τῶν γεωδεστέρων ἀπῴκισται πολὺ τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. στήσομαι δὴ οὖν, φησὶν, ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου, τουτέστιν, ἐν τριβῇ, καὶ συνηθείᾳ νῆψιν ἐμαυτοῦ ποιήσομαι, πάλιν καθαρεύσω τὸν νοῦν, ἀπαλλάξω φροντίδος κοσμικῆς, ἀναπτήσομαι δὲ ὥσπερ εἰς πέτραν, τουτέστιν, εἰς ἑδραιότητά τινα, καὶ ἐν ὕψει κειμένην ἐννοιῶν ἀσφάλειαν. ἐκεῖ γεγονὼς, καθάπερ ἐξ ἀκρωρείας κατασκέψομαι νοητῶς, εἴπερ αὖ πρός με γένοιντο λόγοι παρὰ Θεοῦ, καὶ τί ἂν μέλλοιμι λέγειν αὐτὸς, εἰ ἐλέγχειν βούλοιτο Θεὸς, ὡς οὐκ ἀσφαλῶς εἰρηκότα τὸ, εἰς τί ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον;

CAPVT II.

Super custodia mea stabo, & ascendam super petram, & contemplabor, vt videam quid loquatur in me, & quid respondeam ad correctionem meam.

XVII.

PROPHETICVM nobis mysterium in his enarratur. Sanctis quippe solenne fuit, si oracula à Deo percipere, futurorúmque notitias, eo menti & cordi insonante suscipere vellent, distractiones, curas, & sollicitudines vitæ huius ab animo remouere quàm longissimè, atque eo ita vacuo, & quieto, & custodito velut in collem, & speculam, & petram ad eorum considerationem emicare; quæ illis scientiarum Dominus aperire, ac declarare vellet. Depressam enim, & deiectam mentem odit: corda verò terrenis negotiis, & temporaneis cupiditatibus altiora, & in sublime volantia quærit. Scriptum est enim, [Dii fortes terræ vehementer eleuati sunt.] Et rursum, [Pulli vulturis in altum volabunt.] Longè namque vltra caduca, & terrena sanctorum mens habitat. Inquit ergo. [Stabo super custodiam meam,] hoc est, in exercitatione, & consuetudine mea excubabo, animum rursus purgabo, curis mundanis exsoluam, sursum quodammodo volabo vt in petram, hoc est, in stabilitatem quandam, & velut in sublimi sitam securitatem cogitationum. Illic, ceu ex iugo montis speculabor secundùm intellectum, quæ Deus mihi locutus fuerit, & quid dicturus sim, si me arguere voluerit, vt qui inconsideratius dixerim. [Quare aspicis super contemptores? tacebis cum impius deuorauerit iustum?]

Καὶ ἀπεκρίθη πρός με κύριος, καὶ εἶπε· γράψον ὅρασιν, καὶ σαφῶς εἰς πυξίον, ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων αὐτά. διότι ἔτι ὅρασις εἰς καιρὸν, καὶ ἀνατελεῖ εἰς πέρας, καὶ οὐκ εἰς κενόν.

Et respondit ad me Dominus, & dixit: Scribe visionem, & manifestè in tabella buxea, vt sequatur, qui legit ea. Quia ad huc visio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum.

Γραφῇ κελεύει παραδοῦναι τὴν ὅρασιν, ἤτοι τῶν ἐσομένων τὴν ἀποκάλυψιν· ἀξιάκουστον γὰρ τὸ χρῆμά ἐστι, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα τεθαυμασμένων. φιλεῖ δέ πως ἀεὶ τοῖς γράμμασιν ἠρμένον πρὸς τὸ ἐξαίρετον μακραῖς καὶ ἀτελευτήτοις μνήμαις

XVIII

Scriptura visionem, siue futurorum reuelationem comprehendi iubet; res enim auditione digna est, & vna de maximè mirabilibus. Solet autem fere semper, quod literis præcipuè extollitur, longa & perenni memoria

honorari. Scribe igitur visionem, ô Propheta: inquit, vt olim quoque nascituri prænuntiata norint, & qui in sermones tuos inciderint, ea sequantur, hoc est, quam vim habeant, intelligere concupiscant, & ita omnino veram fore prædictionem credant. [Visio enim in tempus, hoc est, in dilationem,] & inducias, & breue intercedet tempus. Desinet autem in veritatem, & non in vacuum. Nullo enim modo veritas mentitur: nec potest esse quidquam vanum, & inane eorum quæ ipsa locuta fuerit.

Si morabitur, sustine eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Si retraxerit se, non complacebit anima mea in eo. Iustus autem in fide viuet.

XIX. Nemine expresse nominato, sustine ipsum, inquit, hoc est, cunctantem licet exspecta, nec spes tua in illum vacillet: sed constanter, & firmiter confide potius, quantumuis tempus aliquod intercesserit. Videtur itaque rerum omnium potens Deus insonare animo Prophetæ, & arcano reuelare, planè venturum, qui prænuntiatus sit: propter moram autem intercedentem iubere ipsum præstolari, vt modo dixi. Nam si, qui credidit, animi contractione torpuerit, non is mihi placere poterit, inquit, vt quem animæ vitiis implicitum videam: nec possim tali ignoscere, quem incredulum, & exosum potius reputabo. Qui autem verborum meorum veritatem testificabitur, is planè etiam consequetur, vt vitæ sit particeps, quod præmium Deum honorantibus constitutum, & egregium beneuolentiæ diuinæ stipendium est. Quà de historia, Cyrus Cambysæ filius erat, de quo ait, [si morabitur, sustine ipsum.] Cepit enim, cepit Babylonem, & alias insuper vrbes expugnauit.

Quod ad interpretationem mysticam, & narrationem spiritualem attinet, ad omnium nostrum Saluatorem Christum meritò verborum propositorum intelligentiam referendam dixerim. Ipse siquidem est *qui est, & qui erat, & qui venturus est.* (Apoc.) Et affuturum quidem suo tempore, sanctorum Prophetarum vocibus prædictum est. Vbi autem venerit, diaboli imperium euersurum, impiámque, & impuram dæmonum multitudinē potestate in nos expulsurum,

A τιμᾶσθαι. γράφε δὴ οὖν, ὦ Προφῆτα, φησὶ, τὴν ὅρασιν, ὡς ἂν οἱ κατὰ καιροὺς εἰδεῖεν τὰ προειρημένα, καὶ τοῖς σοῖς περιτυγχάνοντες λόγοις διώκωσιν αὐτά, τουτέστιν, ἐπιθυμῶσι νοεῖν τὴν ἐν αὐτοῖς τὴν δύναμιν, οὕτω τε πιστεύσαιεν, ὅτι καὶ ἔσται που πάντως ἀληθὴς ἡ προαγόρευσις. ἡ μὲν γὰρ ὅρασις εἰς καιρούς, τουτέστιν, εἰς ἀναβολήν, καὶ ἀνοχήν, καὶ βραχὺς μεταξὺ διελεύσεται χρόνος. ἐκτελεσθήσεται γε μὴν εἰς ἀλήθειαν, καὶ οὐκ εἰς κενόν. ψευδεπιπλοῖ γὰρ οὐδαμῶς ἡ ἀλήθεια. κενὸν δὲ, καὶ μάταιον B οὐκ ἂν γένοιτό τι τῶν παρ᾽ αὐτοῖς λαλουμένων.

Ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτόν, ὅτι ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ. ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Οὐδένα σαφῶς ὀνομάσας, ὑπόμεινόν φησιν αὐτόν, τουτέστι, προσδόκα καὶ μέλλοντα, καὶ μὴ σκάζουσαν ἐπ᾽ αὐτῷ ἔχου τὴν ἐλπίδα. βεβαίαν δὲ μᾶλλον, καὶ ἐρηρεισμένην, κἂν εἰ γένοιτό τις μεταξὺ C χρόνου παρέκτασις. ἔοικε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐνηχῆσαι μὲν τῷ Προφήτῃ κατὰ τὸν νοῦν, καὶ ἀποκαλύψαι μυστικῶς, ὡς ἥξει δὴ πάντως ὁ προειρημένος· προστάξαι γε μὴν ὑπομένειν αὐτόν, διά γε τοι τὸν μεταξὺ τῆς μελλήσεως χρόνον, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. εἰ γὰρ δὴ γένοιτό τις ὑποστολή τε, καὶ ὄκνος τοῦ πεπιστευκότος, οὐκ ἂν εὐδοκήσαιμι, φησὶ, ἐν αὐτῷ τοῖς τῆς ψυχῆς ἐγκλήμασιν ἐνεχόμενον ὁρῶν· οὐδ᾽ ἂν γενοίμην τῷ τοιῷδε συγγνώμων· καταλογιοῦμαι δὲ μᾶλλον ἄπιστον, καὶ D ἀπηχθημένον. ἕψεται δὲ πάντως τῷ τὴν ἀλήθειαν τοῖς ἐμοῖς ἐπιμαρτυροῦντι λόγοις, τὸ καὶ ἐν μεθέξει ζωῆς γενέσθαι, καὶ τοῦτο γέρας τοῖς τιμῶσι Θεόν, καὶ καλὸν εὐνοίας ὀψώνιον. ὅσον μὲν οὖν ἥκει εἴς γε τὸν τῆς ἱστορίας λόγον, Κῦρος ἦν ὁ Καμβύσου, περὶ οὗ φησιν, ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτόν. εἷλε γὰρ εἷλε τὴν Βαβυλῶνα, συγκαταδηώσας αὐτῇ καὶ τὰς ἑτέρας πόλεις.

Ὅσον δὲ αὖ πρὸς λόγους τοὺς μυστικούς, καὶ εἰς E ἀφήγησιν τὴν πνευματικήν, φαίην ἂν ὅτι περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ νοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως τῶν προκειμένων ἡ δύναμις. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ὅτι μὲν παρέσται κατὰ καιροὺς ὁ τῶν ἁγίων Προφητῶν προαναπεφώνηκε λόγος. ὅτι δὲ ἀφιγμένος ἀναστρέψειν ἔμελλε τοῦ διαβόλου τὸ κράτος, καὶ τὴν ἀνοσίαν, καὶ βέβηλον τῶν δαιμόνων πληθὺν τῆς καθ᾽ ἡμῶν ἐξελάσαι πλεονεξίας,

προκεκήρυκται μὲν ἐναργῶς διὰ τοῦ γράμματος τοῦ A ἱεροῦ, αὐτὴ δὲ λοιπὸν τῶν πεπραγμένων ἡ ἔκβασις μάρτυς εἰσβήσεται, πλὴν εἰς καιρὸν ἡ προάγγελσις. ἐν γὰρ ἡμέραις ἐσχάταις τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐξέλαμψεν ὁ μονογενής, καὶ ὁ μὲν ὑποστειλάμενος, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἀβουλοτάτως παρωθούμενος, προσκέκρουκε τῷ Θεῷ, καὶ τῶν οὐρανίων ἄγευστος ἀπέμεινεν ἀγαθῶν, ἔξω τε τῆς ἱερᾶς τῶν ἁγίων πληθύος ἀπεληλαμένος γέγονε, κατὰ τὸν τῆς προφητείας λόγον ὡς ἀγρία μυρίκη B ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἣ οὐκ ὄψεται ὅταν ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. ὁ δὲ κρείττων ὄκνου, καὶ ὑποστολῆς, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ πίστιν εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν εἰσοικισάμενος, ἀντίτισιν ἔχει τῆς τοιᾶσδε γνώμης, καὶ γέρας ἐξαίρετον τὴν ἀμήρυτον ζωήν, καὶ τὴν τῶν πλημμεληθέντων ἀπόθεσιν, καὶ τὸν διὰ πνεύματος ἁγιασμόν. δεδικαιώμεθα γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διὰ πίστεως δὲ μᾶλλον τῆς εἰς Χριστόν. καὶ ὁ μὲν νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, καλεῖ γὰρ εἰς δίκας τοὺς παραβαίνοντας, ἐξίστησι δὲ τὴν ὀργὴν C ἡ χάρις, λύουσα τὰ ἐγκλήματα.

Ὁ δὲ κατοιόμενος, καὶ καταφρονητὴς, ἀνὴρ ἀλαζὼν οὐδὲν μὴ περάνῃ.

Προκαταμηνύσας, ὅτι ὁ προηγγελμένος κατὰ καιροὺς παρέσται, καταλύσων τὰ σκυθρωπὰ, καὶ ταλαιπωρίας ἁπάσης ἀπαλλάξων τοὺς συντετριμμένους, λοιπὸν διαμέμνηται τοῦ πεπορθηκότος, καὶ πᾶν εἶδος ἀπανθρωπίας, καὶ ὠμότητος θηριοπρεποῦς εἰσάπαν ἐκπεπληρωκότος. σημαίνεσθαι δὲ διὰ τούτων ἱστορικῶς μὲν ὁ βέβηλος, καὶ D θεομάχος Ναβουχοδονόσορ, νοητῶς δὲ πάλιν ὁ Σατανᾶς. κατοιόμενον δὲ, καὶ καταφρονητὴν, καὶ ἀλαζόνα καλεῖ, καὶ σφόδρα εἰκότως. ἔχει γὰρ ὧδε τῇ φύσει, κἂν εἰ ἐπ' αὐτοῦ νοοῖτο τοῦ Σατανᾶ τῶν λόγων ἡ δύναμις, κἂν εἴτε τέως λέγοι τὸν ἄνδρα τὸν Βαβυλώνιον. κατοιόμενον δέ φησι τὸν περὶ αὐτὸν ἢ ληματίαν, ἢ βλάκα. καταφρονητὴν δὲ πάλιν καὶ ἀλαζόνα ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν ὀφρύος, καὶ διακένου E φυσήματος οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰ νοῦν ἔχειν ἐθέλοντα τὴν ἀσύγκριτον ὑπεροχὴν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ. ὁ δὲ τοιοῦτος οὐδὲν περάνῃ φησίν· οὐ γὰρ πάντως αὐτῷ κατὰ νοῦν ἐκβήσεται τῶν πραγμάτων τὸ πέρας. οὐ μέχρι παντὸς ἐντρυφήσει, καὶ κατευρυνθήσεται, καὶ ἐν εὐκλείαις ἔσται λαμπρός. καὶ ἔστιν ἀληθές, ὅπερ ἔφη ψάλλων καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ. εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ.

non obscurè sacræ Scripturæ oracula cecinerunt, ipséque gestorum euentus sibi testis erit. Veruntamen [in tempus prædictio.] Nouissimis enim diebus sæculi huius vnigenitus effulsit, & qui se retraxit, ac fidem in ipsum inconsultissimè reiecit, Deum offendit, cælestiúmque bonorum expers mansit, & à sanctorum sacro cœtu exclusus est, iuxta prophetiam, [Vt myrica syluestris, quæ in deserto, quæ non videbit cùm venerint bona.] Qui autem ignauia, & animi contractione superior charitatem, & fidem in ipsum in cor introduxit, huiusmodi voluntatis suæ compensationem, & præmium præclarum, vitam senio carentem, & peccatorum depositionem, & per Spiritum sanctificationem habet. Iustificati enim sumus [non ex operibus legis, vt scriptum est, sed per fidem in Christum] potius. Et [lex quidem iram operatur,] ad pœnam quippe transgressores vocat. Gratia autem peccatis soluens iram auertit.

Hier. 17. *Galat. 2.* *Rom. 4.*

At arrogans, & contemptor, vir superbus nihil perducet ad finem.

XX.

Vaticinatus prænuntiatum suo tempore affuturum, ac tristia discussurum, & contritos omni miseria absoluturum, nunc meminit vastatoris, & eius qui plane omni genere inhumanitatis, & immanitatis in morem belluarum grassatus est. His autem verbis historicè quidem profanus, & inimicus Dei Nabuchodonosor, spiritualiter Satanas indicatur. Arrogantem autem, & contemptorem, & superbum iure optimo nominat. Sic enim rei natura se habet, siue Satanam, siue virum Babylonium in his accipiamus. Arrogantem porrò, seu arroganter de seipso sentientem intelligit, aut confidentem, aut inaniter se iactantem. Contemptorem prætereа, & superbum, vt ex fastu, & inani tumore nec ad momentum quidem incomparabilem Dei omnia potentis maiestatem in animum admittere sustinentem. Quocirca talis, inquit, nihil perficiet; quod neutiquam illi rerum finis & exitus ad voluntatem procedet. Non semper in delicijs versabitur, & fines suos dilatabit, & illustri gloria circumfluet. Et verum est, quod canens beatus Dauid, ait, [Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.]

Psal. 36.

Tendit enim prorsus ad humiliationem superbia: contrà animus modestus supremis honoribus decoratur. Facit adhæc fidem Saluatoris discipulus, dum scribit ac dicit, [Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit.] (Iacob. 1.)

Qui dilatauit sicut infernus animam suam, & iste quasi mors non adimpletur, & aggregabit ad se omnes gentes, & accipiet ad se omnes populos.

XXII. Ordo verborum hic erit. Quid enim prodest, inquit, sculptile, quia sculpserunt illud? Quid verò iuuat fictorem figmentum suum, quia confidit in eo? Quid sibi in his velit Propheta, exponemus, quantum in nobis est. Vbi Cyrus, & Medi Babylonium inuaserunt, & bellum circumquaque fama diuulgauit, magi deos commentitios auxilium vrbi in periculum adductæ poscebant, sacrificiáque, & libamina sensus expertibus, tota salutis spe in ipsis collocata offerebant. Sed erant nugæ illa, & ludibrium, deceptio, consilium futile, & præterea nihil. Capta enim, & excisa est, quod nunquam fore putauerat. Itaque vniuersorum Deus perperam factorum commentationem, & spem in rebus inanimis repositam irridet. Quid enim prodest, inquit, sculptile, cum aliud nihil sit, nisi imago falsa, veritatis nihil habens? Diuina enim virtus quomodo tandem, aut vnde humana manu fictis inesse credi possit? Vanum est igitur in ipsis confidere, & sine dubio res ridicula apud eos, qui virili, & vigilanti sunt iudicio. Existimat autem quispiam, aliter hæc verba posse declarari. Captis vrbibus, & vt breuiter dicam, regionibus vastitudine deformatis, Babylonius impotenter, perfractis omnibus repagulis, spiritus sublimes concipit, induens superbiam, & Dei gloria miser caput suum cingens, decernit statuam auream, id quod diuinus Daniel Propheta scriptum reliquit, quam à tribubus, & linguis adorari iussit, recusantibus supplicio mortis proposito. Quæ ergo hinc vtilitas? dic inquit. Qui enim se etiam Deum rebatur, nunc miseriis omnibus circumseptus, & in calamitates inexplicabiles deuolutus est.

Daniel. 3

Væ qui dicit ligno, euigila, surge, & lapidi, eleuare: & ipsum est imaginatio. Et hoc est productio auri & argenti, & omnis spiritus non est in eo. Dominus autem in templo sancto suo. Reuereatur à facie eius omnis terra.

XXXII. Consequentem superiori explicationi sensum hæc verba continent. Errore enim circumuentos meritò deplorat, qui vno, & verè, & natura Deo relicto, atque à via cultus, ac timoris eius digressi, in perditionem præcipitent, ligno quidem acclamantes, *expergiscere, exsurge*, lapidi autem stultè, *eleuare*. Solent enim seducti, si quis eos timor consternauerit, tangere aras, aperire delubra, & idola anima carentia compellare, Miseremini, saluate: eleuare & tu lapis, tanquam Deus tuam potentiam venerantes, & adorare non detrectantes protege. Væ igitur iure talibus, qui ex auro & argento factis, spiritum non habentibus aduoluti, eiusmodi voces promunt, quas vtique præstaret Deo habitanti cælum, & templum suum supernam ciuitatem habenti promere: sanctus enim in sanctis habitat, & à quibus colitur, eos incolit. Vtile porrò, & necessarium quiddam Propheta nobis occinit, videlicet, [Reuereatur à facie eius omnis terra.] Quibus enim sana mens, illi vnum, natura & verè Deum adorandũ censent, cui quiuis sapiens cultum adhibebit, ei supplex erit: apud eum salutem quæret: ipsum opificem, omnium Dominum, saluatorem & redemptorem, fortissimum, purissimum, naturas rerum vt voluerit, interdum immutantem, & nutibus suis vniuersitatem hanc gubernantem confitebitur.

Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ, ἔκνηψον, ἐξεγέρθητι, καὶ τῷ λίθῳ, ὑψώθητι· καὶ αὐτό ἐστι φαντασία. τοῦτο δέ ἐστιν ἔλασμα χρυσίου, καὶ ἀργυρίου, καὶ πᾶν πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.

Ἕπεται πάλιν, ὡς ἔφην ἀρτίως, τῶν προκειμένων ἡ δύναμις. ταλανίζει γὰρ εἰκότως τοὺς πεπλανημένους. οἱ τὸν ἕνα τε, καὶ φύσει ἀληθῶς καταλελοιπότες Θεὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐλαβείας παρεκθέοντες τὴν ὁδὸν, ἵενται πρὸς ἀπώλειαν, ξύλῳ μὲν ἐπιφωνοῦντες, ἔκνηψον, ἐξεγέρθητι, λίθῳ δὲ ἀβούλως, ὑψώθητι. ἔθος γὰρ τοῖς πεπλανημένοις, εἰ δή τις αὐτοὺς καταπτοήσειε φόβος, ἀνάπτειν βωμοὺς, ἀνοιγνύναι τεμένη, καὶ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις ἐπιφωνεῖν, ἐλεήσατε, σώσατε, ὑψώθητι καὶ σὺ λίθε. προσασπίζων ὡς Θεὸς, τῶν τὰ σὰ σεβόντων κράτη, καὶ σὲ προσκυνεῖν ἠρνημένων. οὐαὶ δὴ οὖν τοῖς τοιούτοις εἰκότως, τοῖς ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου πεποιημένοις, τοῖς οὐκ ἔχουσι πνεῦμα, προσκειμένοις, καὶ τὰς τοιαύτας λέγουσι φωνὰς, ἃς ἦν δή που Θεῷ λέγειν ἄμεινον, τῷ κατοικοῦντι τὸν οὐρανὸν, καὶ ναὸν ἴδιον ἔχοντι τὴν ἄνω πόλιν. ἅγιος γὰρ ἐν ἁγίοις κατοικεῖ, καὶ τοῖς σεβομένοις αὐτὸν ἐναυλίζεται. χρήσιμον δέ τι καὶ ἀναγκαῖον ὁ Προφήτης ἡμῖν ἐπιφθέγγεται, τὸ, εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. προσκυνητέον γὰρ τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτιφρονοῦσιν ἕνα τὸν φύσει, καὶ ἀληθῆ Θεὸν καὶ αὐτῷ τὸ σέβας ἀνάψει πᾶς σοφὸς, αὐτῷ προσοίσει τὰς ἱκετείας, παρ' αὐτῷ ζητήσει τὸ σώζεσθαι, αὐτὸν ὁμολογήσει δημιουργὸν, δεσπότην τῶν ὅλων, σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν, πανσθενῆ, πανάγνον, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων μετασκευάζοντα φύσεις, ἐφ' ὅτῳ ἂν ἕλοιτο κατὰ καιροὺς καὶ ἰδίοις νεύμασι τὸ πᾶν διιθύνοντα.

CAPVT III.

Eiusdem, in canticum Abacuc.

XXXIII. ABSOLVTA commodissimè oratione de Babylone, & pœnas daturos sanctæ ciuitatis euersores, qui & Israelem captiuum abduxerunt, sufficientissima prædictione demonstrato, opportunè ad Christi mysterium transit, & ex liberatione in vna gente, ac separatim facta, sermonem ad communissimam omnium liberationem accommodat, per quam saluatæ sunt reliquiæ Israel; saluatus nihilominus vniuersus orbis.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Εἰς τὴν ᾠδὴν, ἐξήγησις τοῦ αὐτοῦ.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐν τῇ Βαβυλῶνι λόγον, καὶ ὅτι πικρὰς ἀποτίσουσι δίκας οἱ καταδηώσαντες μὲν τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀποκομίσαντες δὲ τὸν Ἰσραὴλ αἰχμάλωτον διαρκέστατα προαναπεφωνηκὼς, εὐαφόρμως ἔρχεται πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὡς ἐκ λυτρώσεως τῆς γεγενημένης ἐφ' ἑνὸς ἔθνους, καὶ μερικῶς, παρακομίζει τὸν λόγον εἰς τὴν κατὰ πάντων, καὶ γενικωτάτην, ὑφ' ἧς σέσωσται μὲν τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, σέσωσται δὲ οὐδὲν ἧττον ἡ σύμπασα γῆ.

Κῦρος μὲν γὰρ, ὁ Καμβύσου τῆς αἰχμαλωσίας ἀπήλλαξε τὸν Ἰσραὴλ, τὴν ἀλαζόνα καὶ θεομισῆ βασιλείαν καθελὼν, φημὶ δὲ δὴ τὴν Χαλδαίων. ἐξεικονισμὸς δὲ ἄρα, καὶ ὑποτύπωσις ἦν τὸ δρώμενον τῶν διὰ Χριστοῦ κατωρθωμένων. ὅς πᾶσαν αὐθρωπότητα δεῖ ἀλλαπερ αἰχμάλωτον ὥσπερ ἀρὼν, καὶ ὑπὸ χεῖρα κειμένουσαν τὴν τυραννικὴν (βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ σατανᾶς) ἀπέφηνε μὲν ἐλευθέρους δεσμῶν τε καὶ πόνων, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ἀτόπου δουλείας αἰτίας, ἀνεκόμισεν ὥσπερ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ. γεγόναμεν γὰρ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, συμπολῖται τῶν ἀγγέλων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρίδα τὴν λοιπὸν ἀπεγραψάμεθα τὸν οὐρανόν. καταπλαγεὶς δὴ οὖν ὁ Προφήτης τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἄφραστόν τε, καὶ θεοπρεπῆ τῆς μετὰ σαρκὸς ἐπιδημίας τοῦ μονογενοῦς οἰκονομίαν ὑπερεγάμενος, ποιεῖται τὴν προσευχὴν, καὶ ἐν ᾠδῆς τρόπῳ, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου.

Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, κατενόησα ἔργα σου, καὶ ἐξέστην.

Νοοῖτ' ἂν ὁ λόγος καὶ πρὸς αὐτὸν, εἴπερ ἕλοιτό τις, τὸν τῶν ὅλων πατέρα, καὶ Θεὸν, ὡς ἀποκαλύπτοντα τὸν υἱὸν, ἀκοήν τε τὴν περὶ αὐτοῦ διαπραττοῦντα διὰ τοῦ πνεύματος. ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν εἰκότως τὸν ἐνανθρωπήσαντα λόγον. καὶ εἰ μὲν τις λέγοι πρὸς τὸν πατέρα γενέσθαι, τυχὸν τοιόνδε τι συνήσομεν. ὦ τῶν ὅλων δέσποτα, φησὶ, τὴν ἀδίδακτον ἀποκάλυψιν, ἤγουν ἀκοὴν τὴν περὶ τοῦ σοῦ γεννήματος κατεπλάγην τοι· φρικτὰ γάρ ἐστι, καὶ πέρα λόγου τὰ διηγήματα, καὶ τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος πάντως ἂν εἴη λοιπὸν ἐπέκεινα νόμου. εἰ δὲ δὴ λεπτὸν ἐνιεὶς τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν τὴν τῶν σῶν ἔργων καταθρήσαιμι δύναμιν, ἔκστασις ἔσται τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. βλέποντος δὲ τοῦ λόγου πρὸς τὸν υἱὸν, οὐδὲν ἧττον προσβαλοῦμεν κατὰ τοιόνδε τινα τρόπον. ὦ κύριε, καὶ κατέχων τὰ ὅλα, κἂν εἰ γέγονας σάρξ, ὡς τὴν περὶ σοῦ δεξάμενος ἀκοὴν, ἤγουν ἄκουσμα, καὶ ἀποκάλυψιν, εἰς δέος ἐμπέπτωκα. καταπέπληγμαι δὲ, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὴν τοῦ πράγματος ὑπερβολήν. μανθάνω γὰρ, ὅτι ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τῇ κατὰ πάντα ὁμοιοῦν ὑπάρχων τῷ γεγεννηκότι, σαυτὸν μὲν καθήσεις εἰς ἑκούσιον κένωσιν, γενήσῃ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, καὶ τὴν τῆς δουλείας ἀναπλάσεις μορφὴν, καὶ Θεὸν μεθ' ἡμῶν, ἐπιγράψῃ τὸν σαυτοῦ πατέρα. ὑπήκοος δὲ γενήσῃ, καὶ

A Cyrus quippe Cambysæ filius, arroganti, Deóque exoso Chaldæorum regno euerso, Israelem manu misit. Adumbratio igitur, & descriptio quædam erat, quod cum agebatur, eorum, quæ per Christum eximiè confecta sunt. Qui totum genus humanum quasi armis captum, & sub imperio tyrannico vexatum (à Satana enim per peccatum oppressi tenebamur) cum inuenisset, vinculis, & ærumnis absoluit, & ipsa seruitute indigna exemptos, velut in sanctam ciuitatem Hierusalem cælestem reduxit. B Euasimus enim, vt scriptum est, ciues angelorum, [& domestici Dei,] & cælum nobis iam patriam esse professi sumus. Obstupefactus itaque Propheta mysterii virtute, & ineffabilem, ac diuinam vnigeniti œconomiam aduentus cum carne vehementer admirans, preces concipit, in forma cantus, omninò secundùm illud à Dauide dictum, [Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.]

Ephes. 2. Psal. 34.

C *Domine audiui auditionem tuam & timui. Cōsideraui opera tua, & obstupui.*

XXXIV.

Intelligi potest sermo, si placuerit, vel ad ipsum vniuersorum patrem & Deum conuerti, vt qui reuelet filium, & auditionem de ipso per spiritum manifestet: vel etiam, & iure, ad ipsum Verbum incarnatum. Quod si quis dicat ad Patrem verba fieri, fortasse talem quendā sensum complectentur. O vniD uersorum Domine, inquit, imperitam reuelationem, siue auditionem de progenie tua, obstupui: est enim tremenda, & supra quam explicari queat præclara narratio: & modus œconomiæ extra omnem legem. Quod si cordis oculo tuorum operum virtutem subtiliter intuear, res nisi merus stupor, & admiratio est. Sin autem verba ad Filium spectent, nihilominus eodem ad hunc fere modum accedemus. O Domine, qui contines omnia, tametsi caro factus es, vt suscepi auditionem, siue auditum & E reuelationem de te, in timorem incidi, & rei magnitudine mirificè, ac meritò obstupefactus sum. Intelligo enim, quod cum forma, & omnibus patri per omnia æqualis sis, te ipsum sponte ac volens ad exinanitionem demittes, nostrique similis homo fies ex muliere, & formam serui accipere non dedignabere, & qui est Deus nobiscum, tuum tibi patrem vendicabis. Eris item [obediens

Philip. 2. Galat. 4. Phil. 2.

vsque ad mortem, mortẽ autem crucis. Audiui igitur, auditionẽ tuam & timui: consideraui opera tua, & expaui.] Euangelizasti cæcis apertionem visus, prædicasti captiuis remissionẽ, sanasti contritos corde. Cõuertisti, quod aberrauerat, alligasti quod contritum erat, lux factus es his, qui sedebant in tenebris, ianua, & via ad vitam, & sanctificationem. Factus es pax, coniungens per fidem in vnum populũ eos qui ex circuncisione, & eos, qui ex gentibus. Factus es lapis angularis electus, pretiosus. Recuperasti mundum Deo patri, expiasti à peccatis, quique ex infirmitate capti fuerant, de manu diabolica eruisti. Gratia adoptionis filiorum illustrati sunt serui, homo de terra natus, cælesti ciuitate donatus est. Inprimis autẽ & hoc auditu dignũ reor. Qui omnes viuificas, nobiscum carnis mortem sustinuisti. Veruntamen factus es primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium, & primitiæ humanæ naturæ, in incorruptionem restitutæ. Reuixisti enim, vt Deus, & sæua atque inexpugnabili bellua, hoc est, morte, conculcata, veteris illius maledicti efficientiam dissoluisti. Et in te, ac per te illud contra nos prolatum, cessauit, [terra es, & in terram reuerteris.]

Psal 146. Esa. 61. Ephes. 2. Esa. 28. Colos. 1. 1. Cor. 15. Genes. 3.

In medio duorum animalium cognosceris.

XXXV. Diuersa ratione quidam hæc interpretantur. Et alius quidẽ dixit, duo animalia vocari Spiritum, & Filium, & in medio eorum cognosci Deum & Patrem. Quam ego interpretationem imperitã, & deliram statuo. Quis enim dicere audeat ζῶον animal esse ζωὴ vitam, hoc est, Filium aut Spiritum sanctum? Potius enim vita est, quod viuificat: animal autẽ quod ab alio vitã accipit. Aliter quoque absurdum est, Patrem velut mediũ amborũ intelligere, qui iuxta ordinem confessionis sanctæ, & consubstantialis Trinitatis primus nominatur. Nec vllo modo dicimus, Filio, & Spiritui secundum appellationẽ præponi propterea, quod ante eos extiterit. Hoc enim esset nugari, & mẽtiri. Quin potius sentimus, & credimus, eum habere Verbum coæternum, & esse, quod est, non sine Spiritu proprio. Sed simul Deus intelligitur Pater, simul statim subit animũ subsistẽtia illius, per quẽ est Pater, & ipse diuinus ac sanctus eius Spiritus. Quoniã autem quasi fons quidã est eius, quod genuit, prudenti ratione prius nominatur.

A μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. εἰσακήκοα τοίνυν τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. εὐηγγελίσω γὰρ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἐκήρυξας αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, ἰάσω τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, ἐπέστρεψας τὸ πλανώμενον, κατέδησας τὸ συντετριμμένον, φῶς γέγονας τοῖς ἐν σκότει, θύρα καὶ ὁδὸς εἰς ζωὴν, καὶ ἁγιασμόν, γέγονας εἰρήνη, συνείρων διὰ τῆς πίστεως εἰς ἕνα λαὸν τούς τε ἐκ περιτομῆς, καὶ μέν τοι τοὺς B ἐξ ἐθνῶν, γέγονας λίθος ἀκρογωνιαῖος, ἐκλεκτὸς, ἔντιμος. κατεκτήσω τὴν οἰκουμένην τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἠλευθέρωσας ἁμαρτιῶν τοὺς ἐξ ἀσθενείας ἑαλωκότας, ἐξείλου χειρὸς διαβολικῆς, τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι κατελαμπρύνθη τὸ δοῦλον, οὐρανοῦ πολίτης ὁ ἐκ γῆς γέγονεν ἄνθρωπος. ἀξιάκουστον δὲ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο, οἶμαί που. ὁ γὰρ πάντας ζωογονῶν, ὑπομεμένηκας μεθ' ἡμῶν τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. πλὴν γέγονας πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτόλειον ἀνθρωπότητος, C ἀνακομισθείσης εἰς ἀφθαρσίαν. ἀνεβίως γὰρ ὡς Θεὸς, τὸ σκληρὸν καὶ δυσάλωτον πατήσας θηρίον, τουτέστι, τὸν θάνατον, παρέλυσας τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἐκείνης τὴν δύναμιν. πέπαυται δὲ ἐν σοί τε, καὶ διὰ σοῦ τὸ, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, καθ' ἡμῶν εἰρημένον.

Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ.

Κατὰ διαφόρους τρόπους ἑρμηνεύεται τοῦτό τισι. καὶ ὁ μὲν ἔφη, δύο κεκλῆσθαι ζῶα τὸ πνεῦμα, D καὶ τὸν υἱὸν, ὧν καὶ ἐν μέσῳ γινώσκεσθαι τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ἀμαθὲς δὲ, οἶμαι, τὸ τῇδε νοεῖν, καὶ πολὺ τὸ εὔηθες ἔχει. τίς γὰρ ὁ φάναι τολμῶν, ὅτι ζῶόν ἐστιν ἡ ζωὴ, τουτέστι, τὸν υἱὸν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ζωὴ γὰρ μᾶλλον τὸ ζωοποιοῦν, ζῶον δὲ δὴ τὸ παρὰ ἑτέρου μετέχον ζωῆς. ἄτοπον δὲ καὶ ἑτέρως μέσον ὥσπερ ἀμφοῖν νοεῖσθαι τὸν πατέρα, ὃς καὶ πρῶτος ὀνομάζεται κατά γε τὴν σύνταξιν τῆς ὁμολογίας τῆς ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου τριάδος. καὶ οὐ δή ποτέ φαμεν, ὡς προτεταγμένος κατὰ τὴν κλῆσιν τοῦ τε υἱοῦ, καὶ τοῦ E πνεύματος, προϋφέστηκεν αὐτῶν. λῆρος γὰρ τοῦτο, καὶ ψευδοέπεια. διακείμεθα δὲ μᾶλλον, καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι συναΐδιον ἔχει τὸν λόγον. καὶ ἔστιν, ὅ ἐστιν, οὐ δίχα τοῦ ἰδίου πνεύματος. ἀλλ' ἅμα τε Θεὸς νοεῖται ὁ πατὴρ, καὶ συνεισβέβηκεν εὐθὺς ἡ ὕπαρξις τοῦ δι' ὃν ἐστὶ πατὴρ, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ ἅγιον πνεῦμα. ἐπεὶ δὲ πηγή τις ἐστὶν, ὥσπερ ἰδίου γεννήματος, οἰκονομικῶς προωνόμασται.

πῶς οὖν ἔσται μέσος υἱοῦ καὶ πνεύματος, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. ἀλλ' ἴσως ἐροῦσι κατὰ τὸ εἰκός, ὡς ἐν τόπῳ χρῆναι νοεῖσθαι τὸ μέσον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄτοπον. οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ θεῖον, ὅτι μήτε ἐν ποσῷ, μήτε μὴν κατὰ σῶμά ἐστιν. ἕτεροι δὲ αὖ δύο ζωὰς εἰρήκασι, τήν τε νέαν, καὶ τὴν παλαιὰν διαθήκην, ὧν ἐν μέσῳ γινώσκεται Χριστός. ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις θεωρήμασιν ὁδὸν ἴτω τις, ἣν ἂν βούλοιτο καθ' ἑαυτόν. ἡμεῖς δὲ ἅπαξ τὸν λόγον εἰς τὸ Χριστοῦ πρόσωπον περιτρέποντες, νομικὴν ποιησόμεθα τὴν τῶν νοημάτων ἀφήγησιν. γέγονε τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως· ἐδόκει γὰρ ὧδε φρονεῖν τε καὶ λέγειν καὶ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ. ἀπηλλάγμεθα γὰρ δι' αὐτοῦ παντὸς ἐγκλήματος, ἵλεώ τε, καὶ εὐάντητον ἐσχήκαμεν τὸν πατέρα. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης. τεκνία, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε. καὶ ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ δὲ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. ἐπειδὴ δὲ ἦσαν τύποι τῶν ἐσομένων κατὰ ἀλήθειαν τὰ πάλαι δι' αἰνιγμάτων τυπούμενα, φέρε τι λέγωμεν τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ γεγονότων παρὰ τοῦ πατρὸς ἱλαστήριον δεικνύοντες τὸν υἱόν. προστέταχε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κιβωτὸν γενέσθαι, καὶ λυχνίαν, καὶ μέντοι καὶ τράπεζαν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. εἶτα πρὸς τούτοις ἱλαστήριον ἐκ χρυσοῦ, καὶ πορφύρας, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ κοκκίνου διανενησμένου, καὶ τοῦτο ἐπὶ τεσσάρων αἰρόμενον στύλων ἐπεκρέματο τῇ ἁγίᾳ κιβωτῷ. εἶτα δύο Χερουβὶμ εἰς δεξιόν τε, καὶ εὐώνυμον ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα περιέστηκε τὸ ἱλαστήριον, τὰ πρόσωπα πρὸς αὐτὸ συντείνοντα. αἴνιγμα δὲ τὸ χρῆμα πάλιν, μυστήριον τοῦ κατὰ Χριστόν. γέγονε μὲν γὰρ ὁ λόγος σάρξ, καίτοι Θεός, καὶ κύριος τῶν ὅλων ὑπάρχων, ὡς ἐκ Θεοῦ, ἐκ πατρὸς τῶν ὅλων ὑπάρχων, ὡς ἐκ Θεοῦ, καὶ πατρὸς πεφηνὼς κατὰ φύσιν. ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε σάρξ, καὶ τέθειται παρὰ τοῦ πατρὸς ἱλαστήριον, οὐκ ἀποβέβληκεν ὅπερ ἦν, τουτέστι, τὸ εἶναι Θεός· ἀλλ' ἔστι καὶ οὕτως ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ πάλιν αὐτὸν περιεστᾶσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, τὰς αὐταῖς συντεταγμένας ἀποπεραίνουσαι λειτουργίας. ταύτῃ τὰ Χερουβὶμ περιεστᾶσι τὸ ἱλαστήριον, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπουσι διαπαντός. ἔθος γὰρ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἁγίαις οὔσαις, καὶ πανάγνοις, ἀεὶ κατασκέπτεσθαι τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν βλέπειν, καὶ εἰς τὰ αὐτῷ δοκοῦντα, καὶ φίλα τετράφθαι διαπαντός.

A Quomodo igitur inter Filium, & Spiritum medius ſit, diſpicere nequeo. Sed fortaſſe, vt veriſimile eſt, reſpondebunt, *medium* vt in loco intelligendū. Sed hoc quoque ineptū eſt. Diuinitas enim loco non continetur, nec enim quanta, aut corporata eſt. Rursū alii duas vitas eſſe dixerunt nouū, & vetus Teſtamentum, in quarum medio Chriſtus cognoſcitur. In huiuſmodi ſententiis, quam quiſque viam ſibi elegerit, iam ambulet. Nos ſemel ſermonem ad Chriſti perſonā con- B uertentes, ſenſum iuxta Legem enarrabimus. Factus eſt igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus propitiatio per fidē: ita enim ſentire & dicere diuino Paulo viſum eſt. Per ipſum enim liberati ab omni peccato, propitium & acceſſu facilem nacti ſumus Patrē. Teſtatur iſtuc ſapiens Ioannes, dicēs: [Filioli, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Non C pro noſtris autem tantum, ſed & totius mundi.] Quoniam autem vetera illa typi reuera, & figura futurorum, in ænigmatis expreſſa extiterūt: age dicamus quædam quę fiebant in ſancto tabernaculo à Patre, & ex propitiatorio filium Dei ſignificatum demonſtremus. Iuſſit igitur vniuerſorū Dominus arcam fieri, & candelabrum, & menſam in ſancto tabernaculo. Ad hæc propitiatorium ex auro, & purpura, & byſſo retorta, & cocco perneto, quod ſublatū ſuper colum- D nas quatuor, ante ſacram arcam pendebat. Poſtea duos Cherubin ad dexterā & ſiniſtram aureos, facies ſibi obuertentes ſuper propitiatorio conſtituit. Res inuoluta eſt, & myſteriū rei in Chriſto perpetratum continet. Verbum enim caro factum eſt, quamuis ſit Deus, & Dominus omnium, vt ex Deo, & patre omnium exiſtens, vt ex Deo & patre naturaliter apparens. Sed quamuis factum ſit caro, & conſtitutū à patre propitiatorium; non abiecit tamen quod E erat, hoc eſt, deitatem: ſed etiam ſic poteſtatem, & gloriā Deo conuenientem habet, & nihilominus eum ſupernæ virtutes circumſtant, præſcripta ſibi officia peragentes. Idcirco Cherubin propitiatorium regunt, & ipſum aſſiduiſſimè intuentur. Solent enim ſupernę virtutes vt ſanctæ, & puriſſimæ diuina ſine intermiſſione contemplari, & Deum intueri, & quæ ipſi placita acceptáque ſunt, ad ea ſe commodare ſemper.

Hebr. 4.

1. Ioan. 2.

Exod. 25. 26. 27.

Ioan. 1.

Cognoſceris igitur, inquit, ô Domine, quis eris, noſtrum ſimilis factus: Nempe propitiatorium, vt ex paradigmate ſeu exemplari in ſancto tabernaculo perſpicuè cognoſcêris. Stas enim in medio duorum animalium, hoc eſt, Cherubin, & nomen tibi, Propitiatorium, & verus eſt ſermo. Nam vt ipſe Chriſtus ait, [Non miſit pater filium in mundum, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.]

Ioan.3.

γνωσθήσῃ δὴ οὖν, φησὶν, ὦ δέσποτα, τίς ἔσῃ, καθ' ἡμᾶς γεγονώς. ὅτι γὰρ ἱλαστήριον, ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ γνωσθήσῃ σαφῶς. ἕστηκας γὰρ ἐν μέσῳ δύο ζώων, τουτέστι, τῶν Χερουβὶμ, καὶ ὄνομά σοι, τὸ ἱλαστήριον, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ὡς γὰρ αὐτός φησιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἀπέστειλεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον· ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

Cum appropinquauerint anni, cognoſceris. Cum aderit tempus, demonſtraberis.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ. ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ.

xxxvi.

Myſterium Chriſti lex vaticinata eſt: quin etiam ſanctorum Prophetarum chorus ante promulgauit. Sacri autem doctores, quæ tempore aduentus, ſeu præſentiæ eius acciderunt, & ritè geſta ſunt, cum olim de ipſo prædictis fructuosè conferentes, multis modis nos in fide in ipſum corroborant: & videmus ſæpenumero eoſdem inde ſenſus & cogitationes ſuas confirmare. Quale eſt illud apud Euangeliſtas: Eiecit Dominus noſter Ieſus Chriſtus [è templo vendentes oues & boues, & menſas nummulariorum euertit. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis,] omnes exturbauit, dicens, [nolite facere domum patris mei domum negotiationis.] Quid poſtea? [Recordati ſunt, inquit, diſcipuli eius, quia ſcriptum eſſet de eo, Zelus domus tuæ comedet me.] Cum Ioſeph aliquando ſuſpicaretur, deſponſam ſibi virginem imminutam eſſe, vellétque clam dimittere, [Apparuit ei angelus Domini in ſomnis dicés, Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum.] Mox oraculum ſanctũ huic rei certiſſimã fidem conciliat. Sequitur enim in hæc verba. [Hoc autẽ totum factum eſt, vt impleretur quod dictũ eſt per Eſaiã Prophetã dicentẽ: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.] Inueniemus quoque ipſum Emmanuelem ex Prophetarum prædictionibus fidem in ſe conſtabilire, & poſtulantẽ, iam rebus ipſis cognoſci, & cum prænuntiatis rerum geſtarũ euentum conferendo, dubitationẽ omnem tolli de cætero, quin ipſe ſit, quẽ Lex & Prophetæ prænuntiauerint. Veniebãt enim

Ioan.2. Psal.68. Matt.1. Mat.1.

Κεχρημάτικε μὲν ὁ νόμος τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ μὴν καὶ ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν προανακέκραγε χορός. συμβάλλοντες δὲ χρησίμως τοῖς πάλαι περὶ αὐτοῦ γεγραμμένοις τὰ ἐν καιρῷ τῆς ἐπιδημίας συμβεβηκότα τε, καὶ κατωρθωμένα, ποικίλως βεβαιοτέρους ἡμᾶς εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν καθιστᾶσιν οἱ μυσταγωγοί, καὶ αὐτοὺς δὲ πλειστάκις εὑρήσομεν τὸν οἰκεῖον ἐντεῦθεν ἐμπεδοῦντας νοῦν. ὁποῖον ἐστὶν ἐκεῖνο, τὸ διὰ φωνῆς εὐαγγελιστῶν. ἐκβέβληκε μὲν γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς πωλοῦντας πρόβατα, καὶ τοὺς βόας, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέτρεψε τῶν κολλυβιστῶν. καὶ ποιήσας ὡσεὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλε, λέγων· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; ἐμνήσθησαν, φησὶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι ἦν γεγραμμένον, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με. οἰηθέντι δέ ποτε τῷ Ἰωσὴφ τὴν μνηστευθεῖσαν αὐτῷ διεφθάρθαι παρθένον, ἐθέλοντί τε λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, ὤφθη, φησὶν, ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. εἶτα λόγιον ἱερὸν παρεκόμιζε πρὸς πληροφορίαν· ἔφη γὰρ πάλιν ὧδε, τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν Ἐμμανουὴλ ἐκ τῶν τοῖς προφήταις προηγγελμένων τὴν ἐφ' ἑαυτῷ κρατύνοντα πίστιν, ἀξιοῦντά τε δι' αὐτῶν ἤδη τῶν πραγμάτων ἐπιγινώσκεσθαι, καὶ τοῖς ἤδη προειρημένοις τὴν τῶν ἀποτελεσμάτων συμφέροντας ἔκβασιν, ἐνδοιάζειν οὐδαμῶς ὡς αὐτὸς εἴη λοιπὸν, ὁ διὰ νόμου, καὶ προφητῶν προκεκηρυγμένος. ἧκον μὲν γὰρ

πρὸς αὐτὸν τινες τῶν Ἰωάννου μαθητῶν, φιλοπευστοῦντες, καὶ λέγοντες, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἀπέσταλεν ἡμᾶς, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; ὁ δὲ, καίτοι λέγειν ἐξὸν, ἐγώ, οὐχ ἕτερος, ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοὺς ἀναπέμπει προαγόρευσιν ἀναφοιτῆσαι, λέγων, πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε, καὶ βλέπετε. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, καὶ νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. ἀληθὲς οὖν ὅτι, καθά φησιν ὁ Προφήτης, ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, καὶ ὅτι κατὰ καιροὺς τοὺς πάλαι προωρισμένους ὡς θελήσει τε, καὶ βουλῇ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀπεδείχθη Χριστός. ἐν ἐσχάτοις γὰρ τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐπιφανεὶς ἡμῖν, ἐπεγνώσθη τε, καὶ ὡμολογήθη, καθάπερ ἀμέλει καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ὁ Ναθαναὴλ ἀνέκραγε λέγων. ῥαββὶ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ βασιλεὺς εἶ τοῦ Ἰσραήλ. ἐπεγνώσθη οὖν ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, τουτέστιν, ὡς ἐν καιρῷ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. ἐπεγνώσθη παρά τε ἁγίων, καὶ ἁπάσης ἤδη λοιπὸν τῆς ὑπ' οὐρανόν. ἐγνώκαμεν γὰρ τὸ ἐν μέσῳ δύο ζώων ἱλαστήριον, ὡς ἐν αἰνίγμασι νομικοῖς προανατυπούμενον, τουτέστι, Χριστόν.

Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου, ἐν ὀργῇ ἐλέους μνησθήσῃ.

Προσκέκρουκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις τῷ δημιουργῷ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, ὃς ὀλίγου παντελῶς ἠξίωσε λόγου τὴν δοθεῖσαν ἐντολήν. τοιγάρτοι καὶ τεταράγμεθα, καὶ ἐξηλώκαμεν, ἀρᾷ καὶ δίκῃ περιπεσόντες οἱ δείλαιοι. καὶ θανάτῳ κεκρατήμεθα προοργισθέντος Θεοῦ. ἤκουσε γὰρ ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ, ὡς ῥίζα τοῦ γένους, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. πλὴν οὐ μέχρι παντὸς περιεῖδεν ἡμᾶς ὁ δημιουργὸς, ἀλλὰ κατηλέησεν ὡς Θεός. εἰ γὰρ καὶ κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνὴν, ἀλλὰ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. κατήργηται μὲν γὰρ ἐν Χριστῷ τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἀνῃρημένης τῆς ἁμαρτίας, ἐφ' ᾗ καὶ ὠνειδίσμεθα. κύριος γὰρ ἐμνήσθη ἡμῶν, καὶ ἠλέησεν ἡμᾶς, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἀναμέλπει Δαβίδ. ἀνακομίζει γὰρ ἡμᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ ζωὴν, καίτοι τεταραγμένους, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἀπό γε τῆς θείας ὀργῆς, ὡς ἐν ἐκλείψει γενέσθαι τοῦ πνεύματος, τουτέστιν, ἐν ἀποθέσει τε, καὶ ἀποβολῇ τῆς ψυχῆς. περαίνεται γὰρ οὕτως ἐν ἡμῖν ὁ θάνατος. ὅτι δὲ καταδεδικάσμεθα μὲν τῷ θανάτῳ

A ad eum quidam Ioannis discipuli, sciscitātes curiosius in hunc modū: [Ioannes Baptista misit nos, dicēs, Tu es qui venturus es, an aliū exspectamus?] Ille verò tametsi liceret respondere, ego sum, & non alius, veterem eos prędictionē hortatur audire, dicens: [Euntes renuntiate Ioanni quæ auditis & videtis. Cæci vident: claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, & mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur, & beatus qui non fuerit scandalizatus in me.] (Luc. 7.)

B Verum est igitur quod ait Propheta, [cum appropinquauerint anni, cognosceris,] & secundùm tempora olim voluntate, & consilio Dei & patris definita manifestatum esse Christum. Vltimis enim seculi temporibus apparuit nobis, & cognitus, & multorum confessione indicatus est: quemadmodum scilicet & ante alios Nathanaël exclamauit his verbis: [Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel.] (Ioan. 1.) Cognitus est igitur cum appropinquarent anni, hoc est, tempore œconomiæ in carne. Cognitus est à sanC ctis, & iam nunc à toto orbe. Cognouimus in medio duorum animalium propitiatorium, vt in legalibus ænigmatis præfiguratum, hoc est, Christum.

Cum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ recordaberis.

XXXVII.

Natura humana propter transgressionem Adami, qui datum sibi mandatum minimi duxit, opificē læsit. Proinde irascente Deo & cōturbati sumus, & periD mus, & in maledictum ac pœnas incidimus miseri, & subiugati à morte fuimus. Audiuit enim primus parens Adam, tanquam radix generis nostri, [Terra es, & in terram redibis.] (Genes. 3.) Veruntamen non in perpetuum despexit nos cōditor: sed, vt Deus, nostri misericordia captus est. Quanquam enim mors potentia sua, iuxta vocem Prophetæ, nos absorbuit, tamen [abstulit rursum Deus omnem lacrymam ab omni facie.] (Esai. 25.) Probrum populi sui abstulit de tota terra. EuaE cuatum est enim in Christo mortis imperium, sublato peccato, cuius causa in opprobrio eramus. [Dominus enim memor fuit nostri, & misertus est nostri:] sicut & diuinus Dauid canit. In incorruptionē siquidem, & in vitam nos restituit, quamuis conturbatos, vt dixi modò, ab ira diuina, vt deficeremus spiritu, hoc est, vt animam deponeremus, & abiiceremus: sic enim mors in nobis efficitur. Damnatos autem ad mortem,

postquam

postquam Deum offendimus, & iterum misericordiam, & salutem consecutos, fidem facit beatus Dauid, cùm vniuersorum Deum sic affatur: [Auertente te faciem tuam turbabuntur, & in puluerem suum reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.] Auersionem enim propter Adami transgressionem perpessi, in puluerem, vnde & facti eramus, reuersi sumus. Ast vbi rursus in Christo, & per Christum spiritum diuinum abunde possedimus, naturæ eius consortes facti, secundum scripturas, denuo ad id quod erat in principio reformati, & innouati, & saluati sumus: quod & Paulus scribit, [Omnia in Christo noua creatura. Et, vetera præterierunt, facta sunt autem omnia noua.] Ergo conturbati sumus, ab initio diuinę iræ animaduersionem sustinentes. Postquam autem appropinquantibus annis cognitus, & iuxta tempora olim statuta manifestatus est Christus, de cætero misericordiæ recordatus est. Iustificati sumus [non ex operibus legis, (secundum scripturas:) neque ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secundum magnam misericordiam ipsius.]

Psal. 103. Gen. 3. 2. Cor. 5. Rom. 3. Tit. 3.

Deus à Thaman veniet, & sanctus de monte Pharan vmbroso condenso.

XXXVIII

Dupliciter hæc verba intelliguntur, de quibus pro modulo nostro dicemus. Thæman redditur Auster. Vergit autem ad Austrum penitus solitudo, in qua & mons Choreb fertur esse, vbi Moses Deo Israelitis certas agendorum leges præscribenti astitit. Quare alteram verbis propositis sententiam aptantes, illud dicimus. [Veniet, inquit, Deus ex Thæman, ex monte Pharan siue Choreb.] Hoc est, qui quondam in solitudine maxime Australi, in monte Choreb patribus in specie ignis visus est, ipse qui olim locutus est Legem, veniet & in carne apparebit nostrûm similis, & vt Propheta, ac mediator: sicut nimirũ diuinus quoque Moses, qui audiuit à Deo, [Prophetã suscitabo de fratribus ipsorũ sicut te, & ponam verba mea in ore eius, & loquar ipsis secũdùm omnia, quæcunque mandauero ei.] Sin quis hæc verba aliter enodare voluerit, is erit hic modus. Thæman, vt dixi, intimam solitudinẽ Australem appellabãt. Aiunt igitur in oris Iudææ Australibus planè interioribus sitã esse Bethleem. Itaque [Deus ex Thæman veniet,] hoc

Exod. 14. & 31. Deut. 18.

A προσκεκρουκότες Θεῷ, σεσώσμεθα δὲ πάλιν ἠλεημένοι, πιστώσεται λέγων ὁ μακάριος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἀποστρέψαντός σου τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. πεπονθότες μὲν γὰρ τὴν ἀποστροφὴν, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, ἀνεστρέψαμεν εἰς τὸν χοῦν, ἐξ οὗ καὶ γεγόναμεν. ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἐν Χριστῷ, καὶ διὰ Χριστοῦ τὸ θεῖον πεπλουτήκαμεν πνεῦμα, τῆς B αὐτοῦ φύσεως γεγονότες μέτοχοι, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀνεστοιχειώμεθα πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ, κεκαινουργήμεθα, καὶ σεσώσμεθα. ἔστι γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὃ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεῖος γέγραφε Παῦλος, ὅτι πάντα τὰ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, καὶ, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά. Οὐκοῦν τεταράγμεθα μὲν, ἐξ ἀρχῆς τὰ ἐκ τῆς θείας ἀνατλάντες ὀργῆς. ἐπειδὴ δὲ ἐγγιζόντων τῶν ἐτῶν ἐπεγνώσθη Χριστὸς, ἀνεδείχθη δὲ κατὰ τοὺς πάλαι προωρισμένους καιροὺς, ἐμνή- C σθη λοιπὸν ἐλέους. δεδικαιώμεθα γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἔργων, τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος.

Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους Φαρὰν κατασκίου δασέως.

Διττὴν ἔχει θεωρίαν τὸ προλελεγμένον ὁ νοῦς, καὶ δὴ ἐροῦμεν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὡς ἔνι. ἑρμηνεύεται δὲ Θαιμὰν ὁ νότος. ἔστι δὲ νοτιωτάτη λίαν ἡ ἔρημος, ἧς καὶ ὁ Χωρὴβ ὄρος εἶναι λέγεται, ἔνθα παρέστη ὁ D Μωσῆς τῷ Θεῷ, τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῶν πρακτέων τοὺς ὅρους τὰς ὁρίζοντι νόμους. Οὐκοῦν μίαν μὲν τοῖς προκειμένοις ἐφαρμόζοντες ἔννοιαν, ἐκεῖνό φαμεν, ἥξει, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν, ἐξ ὄρους Φαρὰν, ἤτοι Χωρὴβ, τουτέστιν, ὁ πάλαι κατὰ τὴν νοτιωτάτην ἔρημον ἐν τῷ ὄρει Χωρὴβ ὀφθεὶς τοῖς πατράσιν ἐν εἴδει πυρὸς, αὐτὸς ὁ πάλαι λαλήσας τὸν νόμον, ἥξει, καὶ μετὰ σαρκὸς ὀφθήσεται καθ' ἡμᾶς, ἐν τάξει Προφήτου, καὶ μεσίτου ὄντος· καθάπερ ἀμέ- E λει καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, πρὸς ὃν εἴρηται παρὰ Θεοῦ. Προφήτην ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σὲ, καὶ δώσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις τοῖς γεγραμμένοις προσβαλεῖν καθ' ἕτερον τρόπον, ἔστι δὴ τόδε. Θαιμὰν, ὡς ἔφην, τὴν νοτιωτάτην ἔρημον ἀποκαλοῦσι. Φασὶ τοίνυν ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα νοτιωτάτοις τῆς Ἰουδαίας μέρεσι κεῖσθαι τὴν Βηθλεέμ. ἥκει οὖν ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν ἥξει, τουτέ-

στιν, ἐκ Βηθλεὲμ τῆς πρὸς νότον. ὁ γὰρ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεὸς ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς λόγος καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, γεγέννηται διὰ γυναικὸς ἐν Βηθλεέμ. ἐπειδὴ δὲ ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ, τοῖς τῶν ὀρέων περιφανεστέροις ἔσθ' ὅτε τὴν τῶν Ἰουδαίων παρεικάζειν συναγωγὴν, διά τοι τὸ πλείστοις τε, καὶ ὅσοις εὐκλεεστάτοις ἀνδράσιν ὁρᾶσθαι κατάκομον, ταύτῃ τοι καὶ νῦν τῷ ὄρει Φαρὰν ἐξομοιοῖ, λέγων, ὡς ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος. κατάσκιον δὲ καὶ δασὺ τὸ ὄρος φησὶ διὰ τοὺς πατέρας, ἐξ ὧν γεγενῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα Χριστός. ἔσται γοῦν ἀκοῦσαι σαφῶς τοῦ μὲν μακαρίου Λουκᾶ τὸν τῆς γενεαλογίας ἐκλογισμὸν ἀναφέροντος ἐξ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν Ἀδάμ· Ματθαίου γε μὴν ἐκ Δαβίδ τε, καὶ Ἀβραὰμ, κατακομίζοντος πάλιν στοιχηδὸν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ. ὄρος οὖν δασὺ, καὶ κατάσκιον ἡ συναγωγὴ, πολλοὺς ἐνεγκοῦσα κατὰ καιροὺς τοὺς ἐξ ὧν ἀνέφυ Χριστός. ὅτι γάρ ἐστιν ἐξ Ἰουδαίων, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν; γεγέννηται γὰρ ἐξ αἵματος Ἀβραὰμ, καὶ Δαβίδ, κατά γε τὴν σάρκα, φημὶ, καὶ αὐτὸς δέ που φησὶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.

Γέγονε μὲν ἱλαστήριον διὰ πίστεως τοῖς ἐπὶ γῆς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅτε πέφυκε καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν δούλου μορφῇ, τουτέστιν, ἄνθρωπος. ἔδοξέ πως ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ αὐτῶν μειονεκτεῖσθαι τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῆς ἐκείνων εὐκλείας ἰέναι κατόπιν. ἀλλ' ἦν ὑψωτάτω πάλιν ὡς Θεός. καὶ πιστώσεται λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος. τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ταύτῃ (καθὼς γέγραφε πάλιν ὁ αὐτὸς) ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. ἀληθεύσει δὲ οὖν ὁ Προφήτης λέγων. ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἁγίαν οἰκοῦντες πόλιν, καὶ ταῖς ἄνω μοναῖς διαιτώμενοι, πάντες εἰσὶ πνεύματα λειτουργικὰ, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ὁ δὲ τοῖς τῆς θεότητος ἐνιδρύεται θώκοις.

A est, ex Bethleē, quæ Austrū respicit. Naturalis enim, & verus Deus, vnigenitum Dei patris Verbū, nostra natura assumpta, ex muliere in Bethleē primogenitus est. Quia verò diuina scriptura interdū insignioribus mōtibus Iudæorū synagogam, siue populum cōparare consueuit, quod plurimis, longéque celeberrimis viris quasi arboribus densa videatur, idcirco & nunc cū mōte Pharan illā componit, dicēs, è mōte vmbroso, & cōdenso venturū. B Vmbrosum autem, & condensum montem nominat propter patres, è quibus Christus secundùm carnē prognatus dicitur. Licebit igitur audire B. Lucam, genealogiā eius percensendo à Ioseph ad Adam perspicuè referentē: Matthæum vero à Dauide, & Abraham ordine, vt dixi, ad Ioseph vsque deducentem. Mons ergo condensus & vmbrosus synagoga est, quæ diuersis tēporibus multos tulit, ex quibus propagatus est Christus. Ex Iudæis enim natum quis dubitet? Genitus est enim ex san- C guine Abraham, & Dauid, secundū carnem inquā. Quin ipse quodā loco de semet affirmat, [quia salus ex Iudæis est.]

Luc. 3. — Ioan. 4.

Operuit cælos virtus eius, & laudis eius plena est terra.

XXXIX.

Vnigenitum Dei Verbum factum est quidem Propitiatoriū per fidem in terra degentibus, quando nostrum simile, & in forma serui, hoc est, homo natum est. Quam ob causam etiam sanctis angelis quodammodo inferius, & iis gloria po- D sterius visum est. Sed rursum quatenus Deus, erat sublimissimū. Fidem astruet Paulus sapientissimus: [Eum autem, inquit, qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum.] Quoniam verò [factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis (sicut idem alicubi scripsit) Deus ipsum exaltauit, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in no- E mine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei patris.] Verus igitur erit Propheta dum dicit, [operuit cælos virtus eius, & laudis eius plena est terra.] Qui enim sanctam ciuitatē habitant, & in supernis mansionibus degunt, [Omnes sunt administratorii spiritus, missi in ministeriū propter eos qui hæreditatem capient salutis.] Ille vero in solio deitatis collocatus est,

Psal. 8. — Hebr. 2. — Philip. 2. — Heb. 1.

Et nulli eorũ à Deo & Patre dictũ est, [filius meus es tu,] cum hunc & filium confiteatur, & dilectũ vocet, & assessorẽ habeat, qui cum eo collaudatur, & adoratur. Et rursum de eodẽ diuinus Paulus. [Cum autẽ introducit primogenitũ in orbem terrarũ, dicit, & adorent eum omnes angeli eius.] Quocirca etsi factus est Propitiatoriũ, cum ad humanã naturam propter nos, & pro nobis induendã descẽdit, nihilominus est Deus, & omni creaturę quæque videtur, inquam, quæque non videtur, imperat. [Operit enim cælos virtus eius, & plena est terra laudis eius.] Hoc quoque & ipsa sancta Seraphim diuinũ eius thronum circũstantia, & honorificis acclamationibus, vt Dominum Sabaoth, & vniuersorũ Deum, meritò ac iure venerãtia manifestè proclamarunt. Ipsius enim laudibus plenos esse cælos & terrã dicebant. Quod si cui placuerit illud dicere, magnã & supereminẽtem esse virtutẽ Christi, vt etiam ipsos cælos operiat, si in magnitudine definita concipiatur, probabiliter sentiet. Ait siquidem alicubi beatus Dauid, [Domine, misericordia tua in cælo, & veritas tua vsque ad nubes.] Quibus verbis bonitatis celsitudinem, & veritatis excellentiam, vt in magnitudine corporis, & loci demonstrauit.

Hebr. 1. Matt. 17. Esai. 6.

Et splendor eius vt lux erit.

XL. Propitiatorium per fidem, hoc est Christum, affuturum vt illuminet sedentes in tenebris, etiam à sanctis Prophetis clarere queat. Quorum vnus dicebat: [Regio Zabulõ, terra Nephthalim, & reliqui, maritimam habitantes, Galilææ gentium, populus sedens in tenebris vidit lucem magnam.] Alius. [Illuminare, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuũ, & gloria Domini super te orta est.] Testatus est ipse Deus pater his verbis. [Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur sicut lumen iustitia mea, & salutare meum vt lampas accendetur.] Iustitia enim Dei, & salutare Christus, [Qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiáque, & sanctificatio, & redemptio,] secundùm scripturas. Quamobrem veluç in tenebris ambulantibus, lampas nobis manifestus est Christus, per institutionem Euangelicam ab illa veteri caligine nos liberans, quam in mentibus nostris diffundens omnium inimicus, neque natura, & verum Deum intueri, neque pietatis, & vitæ semitã considerare patiebatur.

Esai. 9. Idem. Esai. 62. 1. Cor. 1.

A καὶ οὐδενὶ μὲν ἐκείνων εἴρηται παρὰ Θεοῦ καὶ πατρός, υἱός μου εἶ σύ, τὸν δὲ καὶ υἱὸν ὁμολογεῖν καὶ ἀγαπητὸν ὀνομάζει, καὶ σύνεδρον ἔχει συνυμνούμενόν τε, καὶ συμπροσκυνούμενον. ἔφη γὰρ πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ· ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. οὐκοῦν κἂν εἰ γέγονεν ἱλαστήριον κατηγμένος εἰς ἀνθρωπότητα δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεός, B καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὁρατὴν δὲ λέγω, καὶ ἀόρατον. καλύπτει γὰρ οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ· ἔσται δὲ πλήρης καὶ ἡ γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. τοῦτο καὶ αὐτὰ διακεκράγασιν ἐναργῶς τὰ Σεραφὶμ τὰ ἅγια, τὸν θεῖον αὐτοῦ περιεστῶτα θρόνον, καὶ ταῖς εὐφημίαις ὡς Κύριον Σαβαώθ, καὶ τὸν ὅλων Θεὸν εὖ μάλα καταγεραίροντα. πλήρη γὰρ ἔφασκον τόν τε οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις ἐκεῖνο λέγειν, ὅτι μεγάλη, καὶ ὑπερτελής ἐστιν ἡ ἀρετὴ τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτοὺς καλύψαι τοὺς οὐρανούς, εἰ ἐν C μεγέθει νοοῖτο τῷ μετρητῷ, πιθανὸν εἰσδέξεται νοῦν. ἔφη γάρ που ὁ μακάριος Δαβίδ· Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, τὸ τῆς χρηστότητος ἐπηρμένον, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν ὑπεροχὴν ὡς ἐν ποσότητι τῇ κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ τόπους σημαίνων.

Καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται.

Ὅτι φωτιῶν ἀφίξεται τοὺς ἐν σκότει τὸ διὰ πίστεως ἱλαστήριον, τουτέστι, Χριστός, σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων προφητῶν. ὁ μὲν D γὰρ ἔφασκε. χώρα Ζαβουλών, καὶ γῆ Νεφθαλείμ, καὶ οἱ λοιποί, οἱ τὴν παραλίαν κατοικοῦντες Γαλιλαίας τῶν ἐθνῶν, ὁ λαός, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα. ὁ δέ, φωτίζου Ἱερουσαλήμ, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε, μεμαρτύρηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, οὕτω λέγων, διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου, τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς E καυθήσεται. δικαιοσύνη γάρ, καὶ σωτήριον αὐτοῦ ὁ Χριστός, ὃς ἐγενήθη μὲν ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμός, καὶ ἀπολύτρωσις κατὰ τὰς γραφάς. οὐκοῦν οἷάπερ ἐν σκότει βαδίζουσι, λαμπὰς ἡμῖν ἀνεδείχθη ὁ Χριστός, διὰ παιδεύσεως εὐαγγελικῆς τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἀπαλλάττων ἀχλύος, ἣν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐνιεὶς ὁ πάντων ἐχθρός, καταθρεῖν οὐκ ἠφίει τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν, οὔτε μὴν τὴν τῆς εὐσεβείας, καὶ ζωῆς κατασκέπτεσθαι τρίβον.

τὸ τοίνυν φέγγος, ὅπερ ἡμῖν ἔδειξεν ὁ Χριστὸς, ὡς φῶς ἔσται, τουτέστιν, οὐκ ἀμυδρὸν, οὐδὲ μὴν ἀσθενὲς, καθάπερ ἀμέλει τὸ διὰ Μωσέως. ἐν αἰνίγμασι γὰρ, καὶ σκιαῖς ὁ νόμος· ἀλλ' ὡς φῶς καθαρὸν, καὶ ἀμιγὲς ἀχλύϊ, καὶ εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν εἰσδυόμενον, καὶ τὴν νοητὴν ἡμῖν ἐναστράπτον αἴγλην, καὶ τὴν τῆς ἀκιβδήλου γνώσεως ἐνοικίζον ἀκτῖνα.

Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ.

Τὸ κέρας ἀεὶ λαμβάνεται παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς ἢ εἰς βασιλείαν, καὶ δύναμιν, ἤγουν ὑπερηφανίαν, καὶ διδάσκει αὐτὸς ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων. εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖτε, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας. μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοί τινες, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ λαλοῦσι, τὴν περὶ αὐτοῦ δογμάτων παρασημαίνοντες τὴν ὀρθότητα, ἢ καθ' ἕτερον ὁντινοῦν παρυβρίζοντες τρόπον. δυνάμεως δὲ σημαντικὸν τὸ κέρας, ὅταν λέγηται περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, προσαναδείξαντος ἡμῖν τὸν υἱόν· ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν· καὶ πάλιν. τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ. ἐν εὐκλείᾳ γὰρ πάντα τὰ ἐν δυνάμει Χριστοῦ παραδόξως κατωρθωμένα. ἀφῖκται δὴ οὖν ὁ μονογενὴς ἐν εἴδει μὲν τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὅσον εἰς σάρκα καὶ ἀνθρωπότητα, τὴν ἐν ἡμῖν ἀσθενείας ὑπομένων τὴν δόκησιν. πλὴν ἐν χερσὶν ὡς Θεὸς ἔχων πάντα τὰ κέρατα, τουτέστι, πάσας τὰς βασιλείας, κατὰ πᾶσαν δύναμιν τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν. τὸ δὲ ἐν χερσὶν ὅταν λέγωμεν, τὸ ἐν ἐξουσίᾳ λέγομεν. καὶ γοῦν πρὸς Θεὸν δεδιδάγμεθα λέγειν ἐν προσευχαῖς, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. ὅτι δὲ ὑπενήνεκται τῷ Χριστῷ πᾶσα δύναμις διαβολικὴ, καὶ τὰ καλούμενα κέρατα, τουτέστιν, αἱ κατὰ πόλεις τε, καὶ χώρας τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων τυραννίδες. διεμοιρήσαντο γὰρ τὴν σύμπασαν γῆν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; τὰ μὲν γὰρ ἐπ' ἐξουσίας τῶν ἀνθρώπων ἐξήλαυνε, τὰ δὲ προσιόντα, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. γέγραπται γὰρ οὕτως παρὰ τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελισταῖς. ὅτι δὲ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος καὶ αὐτὸν ἀπεσόβησε τὸν τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἐπιστάτην, τουτέστι, τὸν σατανᾶν, ἀκονιτὶ κατοψόμεθα, αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· καὶ ὁ ἄρχων ἐκβληθήσεται ἔξω. κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. οὐκοῦν κἂν εἰ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὖν ἐν χερσὶ,

Splendor igitur, à Christo nobis ostensus, vt lux erit, hoc est, non obscurus, neque exilis; sicuti nimirum per Mosen. In ænigmatis quippe, & vmbris Lex tota versabatur: sed vt lux pura, nullique caligini permista, atque in mentem & cor ingrediens, & intellectuali fulgore in nos coruscans, & præcognitionis radium in nos introducens.

Cornua in manibus eius.

XII. Cornua in scripturis à Deo inspiratis semper aut regni, & potentiæ, aut superbiæ notionem habent, quod ipsum B. Dauid docet. [Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquētibus, Nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: & nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.] (Psal. 74) Quidam enim superbas vanitates loquentes, iuxta scripturam, iniquitatem contra Deum loquuntur, (Psal. 143) dogmatū de ipso sinceritatem adulterātes, aut alio quocunque modo graui contumelia afficientes. Significat autem virtutē, seu potentiā vocabulum cornu, cum dicitur de Deo, & Patre, qui nobis Filium exhibuit. [Erexit cornu salutis nobis.] (Luc. 1) Et rursum. [Cornu eius exaltabitur in gloria.] (Psal. 109) Gloriosa sunt enim omnia, quæ in virtute, & potestate Christi admirabiliter, & insigniter patrata sunt. Venit itaque vnigenitus, nostri gerens similitudinem: & quod ad carnē, naturámque humanam attinet, infirmitatis nostræ opinionem habens: verùm vt Deus, habens in manu omnia cornua, hoc est, vniuersa regna, secundū omnem virtutem operationum aduersariarum. Cum autem dicimus, in manibus, in potestate dicemus. Quare in precibus docti sumus Deo dicere, [In manibus tuis sortes meæ.] (Psal. 30) Subiectā autem Christo omnē virtutem diabolicā, & quæ vocantur cornua, puta, per vrbes & regiones immundorū spirituum tyrannides (totam enim terrā diuiserant) dubitandū est nemini. Alios enim cum potestate ex hominibus expulit: alii accedētes eum orabant, ne iuberet eos in abyssum abire. Sic enim apud sacros Euangelistas legimus. (Luc. 8) Quod autē tyrannide quæ nos opprimebat ipsū quoque immundorū spirituū Præsidem, nempe Satanā, depulerit, clarè perspicere licet ex verbis Christi. [Nunc iudicium est mundi huius: princeps mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipsū.] (Ioan. 12) Quapropter, etsi homo factus est, tamen in manibus,

hoc est, in potestate habet contrariarum virtutum tyrannides siue regna, siue vires etiam. Qui porrò simplicius ita locum vult intelligere, Christum habere in manibus cornua, hoc est, inexpugnabili, & inuicto robore præditum esse, & quos libuerit inimicos eo facilè tanquam cornu petere, ac ferire, leuique momento labefactare, & instar tauri intolerabili impetu irruere, etiam rectè intelliget.

Et posuit dilectionem robustum fortitudinis suæ.

XLII. Duo hæc præclara præstiturus Christus aduenit. Euertere aduersarios, qui totum mundum seduxerant, & soli ac maximè Deo creatori debitam gloriam furto abstulerant, sibique eam arrogauerant: & deceptis, ac dominatum profectò ineluctabilem perferentibus salutem restituere. Ac illorum quidem tyrannidem desiisse, euanuisséque penitus docet, cum ait, [cornua in manibus eius:] quibus videlicet eorum vis & potentia subuerteretur, & superbia quasi ventilaretur. Salutem autem nobis redditurum præostendit, [posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.] Saluati sumus [non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos.] Non ex factis gloriosis. [Nihil enim ad perfectum adduxit lex:] sed ex benignitate Dei & Patris, qui validam, hoc est, fortem & magnam dilectionem Filii pro nobis posuit. [Sic enim dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.] Saluati sumus igitur ex dilexione Dei & Patris, atque etiam ipsius Filii, qui nostri causa mortem subiit: etsi reuixit destructo mortis imperio, & peccato à nobis profligato. Vnde etiam dicebat, [Maiorem hac charitatem nemo habet, vt ponat quis animam suam pro amicis suis.] Valida igitur dilectio Patris, per quam, & à morte, & à peccato, & à diaboli dominatione eruti sumus.

Tit. 3. Heb. 7. Ioan. 3. Hebr. 1.

Ante faciem eius ibit verbum.

XLIII. Antecedet illum, inquit, prænuntius, & anteuolabit rumor, & multus de eo sermo erit. Simul enim virgo Christum peperit, venerunt confestim ex oriente Magi, stella in cælo inopinato conspecta partum hunc illis velut annuntiante. Postquam autem γέννησιν οἰκονομικῶς, τῆς παραδόξως

Matt. 2.

A τουτέστιν, ἐν ἐξουσίᾳ τὰς τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἔχει τυραννίδας, ἤτοι βασιλείας, ἤγουν καὶ δυνάμεις. εἰ δὲ βούλοιτό τις ἐκεῖνο νοεῖν ἀφελέστερον, ὡς ἐν χερσὶν ἔχει κέρατα Χριστὸς· τουτέστιν, ἄμαχόν τε, καὶ ἀκαταγώνιστον τὴν ἰσχὺν, καὶ οὓς ἂν ἕλοιτο τῶν ἐχθρῶν κερατίζουσαν εὐκόλως, καὶ καταδονοῦσαν εὐχερῶς, καὶ οἷα μόσχου δίκην ἀφορήτως ἐπιθρώσκουσαν, συνήσει πάλιν ὀρθῶς.

Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ.

B

Δύο ταῦτα κατορθώσων ἀφίκετο Χριστὸς, καθελεῖν μὲν τοὺς ἐναντίας, οἳ πᾶσαν ἐπλάνησαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀπεχόμενοί τε τοῦ κτίσαντος Θεοῦ τὴν αὐτοῦ, καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην κλέπτοντες δόξαν, καὶ ταῖς σφῶν ἀνάπτοντες κεφαλαῖς· ἀνασώζειν δὲ τοὺς ἠπατημένους, καὶ δυσδιάφυκτον ἀληθῶς ὑπομείναντας πλεονεξίαν. ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τὰ ἐκείνων οἴχεται, καὶ κατηφάνισται

C παντελῶς, ἐδίδαξεν, εἰπὼν, κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ· τὰ καταστρέφοντα δηλονότι τὰ ἐκείνων κέρατα, καὶ οἷα ἐκλικμίζοντα τὴν ὑπεροψίαν. ὅτι δὲ ἔμελλεν ἀνασώσειν ἡμᾶς, προαποδείκνυσι, λέγων· ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. σεσώσμεθα οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς. οὐκ ἐξ εὐσχημοσύνης. τετελείωκε γὰρ ὁ νόμος οὐδὲν, ἀλλ' ἐξ ἡμερότητος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς κραταιὰν, τουτέστιν ἰσχυρὰν, καὶ μεγάλην θέντος τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀγάπησιν τοῦ υἱοῦ. οὕτω γὰρ ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς

D ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. σεσώσμεθα δὲ οὕτως ἐξ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνατλάντος θάνατον· εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν, καταργήσας μὲν τὸ τῆς φθορᾶς κράτος, ἀποστήσας δὲ ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε, μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. κραταιὰ τοιγαροῦν ἡ ἀγάπησις τοῦ πατρὸς, δι' ἧς καὶ θανάτου, καὶ ἁ-

E μαρτίας, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἐξῃρήμεθα.

Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται λόγος.

Προβαδιεῖται, φησὶν, αὐτοῦ προαγγελσις, καὶ προαναπτήσεται θρύλλος, καὶ πολὺς ἔσται λόγος περὶ αὐτοῦ. ἅμα τε γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγέννηται Χριστὸς, καὶ ἧκον εὐθὺς ἐξ ἀνατολῶν οἱ Μάγοι, μονονουχὶ καταγγελόντος αὐτοῖς τὴν ὀφθέντος κατὰ τὸν οὐρανὸν ἀστέρος. ἐπειδὴ δὲ

προβαίνοντος τοῦ καιροῦ κατὰ μόνας μὲν μένων ἤρξατο καὶ τὴν παραδόξων ἔργων ἐργάτης εἶναι, ἐξῆλθεν δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ, καθώς φησιν ὁ εὐαγγελιστής, εἰς ὅλην τὴν Συρίαν. ἄλλως τε καὶ διαβόητος γέγονεν ἐν πάσῃ ἀληθῶς τῇ ὑπ' οὐρανόν. τίς γὰρ ἠγνόηκε τὴν δόξαν Χριστοῦ; ποῖον ἔθνος, ἢ χώρα τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ μεμένηκεν ἀπείρατος ἢ ἀνήκοος; ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη πάλιν, κεκήρυκται τὸ εὐαγγέλιον εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πεφώτικεν ἡλίου δίκην τὴν σύμπασαν γῆν ἡ τῶν παρ' αὐτοῦ γεγονότων λαμπρότης.

Ἐξελεύσονται εἰς πεδία οἱ πόδες αὐτοῦ.

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι πάλιν, οὐδὲν ἀνάντες αὐτῷ, καὶ ἀνήνυτον. βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν ἑκάστῳ πράγματι διὰ ψιλῆς τε, καὶ λείας ὁδοῦ. βάσιμα μὲν γὰρ, καὶ εὐπόρευτα τῶν πεδίων τὰ ἐψιλωμένα· δυσχερῆ δὲ, καὶ οὐχ ἱππήλατα τὰ εἰς γηλόφους ἀνεστηκότα. εὔκολα δὴ οὖν τὰ πάντα τῷ Χριστῷ, καὶ ἣν ἂν βούλοιτο διαστείχειν ὁδὸν, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ φημὶ τῶν δρωμένων, αὕτη που πάντως ἐστὶ καὶ δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. τί γὰρ οὐκ ἂν κατορθώσειε, καὶ λίαν ἀμογητὶ, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ τῶν δυνάμεων κύριος; οὐκοῦν ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἐν τοῖς πεδίοις ἰόντων τῆς ἐν πράγμασι θεωρίας ποιεῖται τὴν δήλωσιν. εἰ δὲ βούλοιτό τις πεδία νοεῖν τοὺς ταπεινοὺς τὴν καρδίαν (οἳ καὶ γῆ θελητὴ χρηματίζουσι, καὶ Θεοῦ γεώργιον, ἅτε δὴ τὸν ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ δεχόμενοι σπόρον, καὶ ποιοῦντες καρπὸν, οἱ μὲν ἑκατὸν, οἱ δὲ ἑξήκοντα, οἱ δὲ τριάκοντα) νοήσει πάλιν ὀρθῶς. ἔξεισι γὰρ ὥσπερ εἰς τὰ τοιαῦτα πεδία γεωργήσων ὁ υἱός, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον ὡς ἐν εἴδει παραβολῆς. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ, καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος. προστίθησι δὲ, ὅτι καὶ αἱ κοιλάδες. ἐφῆκε δὲ νοεῖν προσεπενεγκὼν εὐθὺς, κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσιν. οὐ γὰρ τῶν ἀναισθήτων κοιλάδων τὸ ὑμνεῖν ἐστιν, ἤτοι δὴ κεκραγέναι. τούτοις δ' ἂν κέδρου δίκην ὁ θεῖός τε, καὶ ἄνωθεν * ζήσεται λόγος.

Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ.

Τὸ, ἔστη, πλειστάκις νοηθείη ἂν παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ καὶ ὡς ἐπί τινος πράγματος εἰς πέρας ἐκβεβηκότος. οἷον ὡς εἴ τις λέγοι τυχὸν, ἔστη τόδε τὸ πρᾶγμα, οἷον ὁ τοῦδε λόγος, τουτέστιν, ὡρίσθη, καὶ πέπρακται. οὕτω καὶ ἡ Σεπφώρα ἡ Μωσέως τῇ ψήφῳ περιτεμοῦσα παιδίον,

procedente tempore solus in deserto mansit, & miranda efficere opera instituit, [exiuit fama eius, (vt ait Euangelista,) per totam Syriam :] insuper reuera toto mundo nomen eius celebratum est. Quis enim fuit, qui ignoraret gloriam Christi ? quæ gens, quæ regio fortitudinem eius, aut experientia non sensit, aut auditione non accepit ? Nam, vt ipse rursum confirmat, prædicatum est Euangelium, per omnes gentes, & factorum eius claritas instar solis totum orbem illustrauit.

Matt. 4.

Matt. 24.

Egredientur in campos pedes eius.

XLIV.

Ac si dicat, nihil ipsi arduum, factúque impossibile. Ambulabit autem in vnaquaque re velut nuda, & plana via. Nam campi nudi facilè pertranseuntur : qui verò in tumulos assurgunt, difficiles ambulatu sunt, & equitationi haud idonei. Omnia igitur Christo facilia sunt, & quam viam in vnoquoque factorum suorum percurrere voluerit, eadem quoque omnino omni difficultate caret. Quid enim nō pro arbitratu, citráque omne negotium efficiat, qui est natura Deus, & virtutum Dominus? Ex similitudine igitur per campos ingredientium, quid nobis de ipsius factis cogitandum sit, monet. Qui autē camporum vocabulo voluerit intelligere humiles corde (qui & terra voluntaria, & agricultura Dei vocantur, quasi cæleste semen desuper accipientes, & fructum afferentes, alii centesimum, alii sexagesimum, alii tricesimum) non malè intelliget. Exit enim quodammodo in campos istos ad opus rusticum Filius, planè iuxta illud, quod ab ipso, vt in parabola dictum est: [Exiit qui seminat seminare semen suum.] Psallit item alicubi Dauid, [& campi tui replebuntur vbertate.] Addit etiā ibidem, *& valles.* Hanc intelligentiam nobis subiicit, cum protinus adiungit, [clamabunt, etenim hymnum dicent.] Neque enim vallium sensus expertium est hymnum dicere, siue clamare. In his autem instar cedri diuinum, ac supernum verbum se extulerit.

Ioan. 15.

Matt. 13.

Psal. 64.

Hanc vocem depravatam notat librarius Græcus

Stetit, & commota est terra.

XLV.

Verbum *stetit* sæpenumero in scriptura diuinitus inspirata etiam de re aliqua finem adepta accipi potest. Vt si quis, exempli causa, dicat, stetit hæc res, huius sermo: hoc est, finitus & transactus est. Sic etiam Sephora, Mosis vxor, vbi filiolum petra circumcidit,

Exod. 4. angelo exterminatori dixit, [Stetit sanguis circuncisionis filioli mei.] Non enim sanguinis fluxum desiisse: sed negotium circuncisionis peractum, & quod desiderabatur, ad finem perductum significare voluit. Flectit enim mortem, qui spirituali petra circunciditur, qui est spiritus Christi; quemadmodum videlicet etiam Iesus post Mosen filios Israel Iordanem transgressos cultris petrinis, seu lapideis circuncidi iussit, circuncisionis spiritualis typum, & figuram præferens. *Iosue 5.* Sicut enim Christus appellatus est petra, ita & calculus, siue culter lapideus spiritus eius. Quare illud *Stetit* frequenter rei quoque seu negotii absolutionem declarat. Stetit igitur Christus, hoc est, res eius ad finem & terminum deuenerunt, & conspectæ sunt hominibus, [& cōmota est terra.] Terram nuncupat habitantes terram, qui etiam commoti sunt. Quonam autem modo, age pro facultate explicemus. Qui olim animo erant velut inconcussi ad scelera designanda: qui erant constantes ad impietatem: qui fixi ad res carnales: qui firmati ad errorem, concussi & commoti, & ad cognitionem Dei, ad amorem virtutis translati sunt. Moti sunt etiam à cultu secundum legem Israelitæ, fidem in ipsum complexi. Ad voluntatem enim vitæ euangelicæ, & ad mores ex legibus Saluatoris transierunt. Moueri porrò translationem alicundè ad aliud interdum significare, perspicuè ostenderit illud Dauidis, cum ita psallit, *Psal. 98.* [qui sedes super Cherubin, moueatur terra.] Non enim dicimus illum hortari ipsam terram vt moueatur, hanc inquam oculorum sensui expositam, & hominum pedibus subiectam. Potius à deterioribus ad meliora conuersionem quærebat. Et vnus quidem hic verborum recitatorum sensus est. Poterit & alius afferri, hunc in modum: [Stetit, & commota est terra.] Duo hæc passa est terra; stetit namque, & commota est. Quænam intelligentia vtrobique, declarandum est. Stetit igitur. Nam quasi ebria, & ad quiduis inconcessum paruo momento commota, & quasi ab omni vento circumlata, stabilem de cætero, & firmam stationem nacta est, *Ephes. 4.* Christo ipsam firmante, iuxta illud vtique, quod per Esaiam ad Iudæorum synagogam dicitur, [statue te ipsam.] Mota est deinde, vt iam dixi, cum à deceptione veteri digredi, & ad omnia

A πρὸς τὸν ἄγγελον ἔφασκε τὸν ὀλοθρευτήν, ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. οὐ γὰρ ὅτι πέπαυται τοῦ αἵματος ἡ ῥύσις κατασημαίνειν ἤθελεν, ἀλλ' ὅτι πέπρακται τὸ τῆς περιτομῆς χρῆμα, καὶ τετέλεσται τὸ ζητούμενον. δυσωπεῖ γὰρ θάνατον, ὁ τῇ νοητῇ ψήφῳ περιτεμνόμενος. αὕτη δέ ἐστι τὸ πνεῦμα Χριστοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰησοῦς ὁ μετὰ Μωσέα διαβεβηκότας τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ μαχαίραις πετρίναις προσέταχε περιτέ-
B μνεσθαι, τὸν ἐν πνεύματι περιτομῆς ἀποπληρῶν τὸν τύπον. ὥσπερ γὰρ ὠνόμασται πέτρα Χριστός, οὕτω καὶ ψῆφος, ἤγουν μάχαιρα πετρίνη τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. οὐκοῦν τὸ, ἔστη, κατασημαίνει πολλάκις καὶ πράγματος πλήρωσιν. ἔστη τοίνυν ὁ Χριστὸς, τουτέστιν, εἰς πέρας ἐκβέβηκε τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὤφθη τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. γῆν δέ φησι τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, οἳ καὶ ἐσαλεύθησαν. καὶ τίνα δὴ τρόπον, φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι. οἱ γάρ πάλαι τὸν νοῦν οἷα ἀκράδαντοι εἰς τὸ θέλειν ἐργάζεσθαι τὰ πο-
C νηρά· οἱ ἑδραῖοι πρὸς ἀσέβειαν· οἱ πεπηγότες εἰς φιλοσαρκίαν· οἱ ἐρηρεισμένοι πρὸς πλάνησιν, σεσάλευνται, καὶ κεκίνηνται, μετατεθειμένοι πρὸς θεογνωσίαν, πρὸς ἔφεσιν ἀρετῆς. κεκίνηνται δὲ ὁμοίως καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι. μετακεχωρήκασι γὰρ εἴς γε τὸ ἑλέσθαι βιοῦν εὐαγγελικῶς, καὶ τοῖς τοῦ σωτῆρος πολιτεύεσθαι νόμοις. ὅτι δὲ τὸ σαλεύεσθαι τὴν ἀπό τινος εἰς ἕτερόν τι μετάθεσιν ἔσθ' ὅτε δηλοῖ, σαφὲς ἂν γένοιτο τοῦ μακαρίου
D Δαβὶδ ψάλλοντός τε, καὶ λέγοντος ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. οὐ γάρ που φαμὲν καταδονεῖσθαι τὴν γῆν, ταύτην δή φημι τὴν ὑπὸ πόδας ἀνθρώπων, καὶ αἰσθητὴν παρακαλεῖν αὐτόν. ἐζήτει δὲ μᾶλλον τὴν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ ἀμείνω γενέσθαι μετάστασιν. καὶ εἷς μὲν ἐστὶ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς, εἰσδέξεται δέ τις καὶ ἕτερον ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον. ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. δύο δὲ ταῦτα πέπονθεν ἡ γῆ, ἔστη τε γὰρ, καὶ σεσάλευται. καὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ὁ ἐπ' ἀμφοῖν
E λόγος, διασαφεῖν ἀναγκαῖον. ἔστη τοίνυν. μεθύουσα γάρ ὥσπερ, καὶ καταστρεφομένη ῥᾳδίως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων, καὶ οἷα παντὶ πνεύματι περιφερομένη, βεβαίαν ἔχει λοιπὸν, καὶ ἐρηρεισμένην τὴν στάσιν, ἐμπεδοῦντος αὐτὴν τοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· στῆσον σεαυτήν. σεσάλευται δὲ πάλιν, καθάπερ ἤδη προέφην, τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποχωρήσασα, καὶ τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν

ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ τιμῶσα μετάθεσιν. παράδοξον οὖν ἀληθῶς, τὸ καθ' ἕνα καιρὸν στῆναί τε, καὶ σαλευθῆναι τὴν γῆν. Χριστὸς γὰρ ὁ καὶ ἱδρυμένην αὐτὴν ἀποτελῶν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ μεθιστᾶν ἀναπείθων τὸν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ ἀμείνονα κλόνον.

Ἐπέβλεψε, καὶ διετάκη ἔθνη. διετρίβη τὰ ὄρη βίᾳ.

Τὸ ἐπιβλέψαι Θεὸν, δηλοῖ μὲν ἔσθ' ὅτε τὴν ἐν πραότητι, καὶ ἀγάπῃ κατάσκεψιν, ποτὲ δὲ ἐν θυμῷ τε καὶ ἀπειλῇ. καὶ γοῦν ἐπὶ τίνα, φησὶ, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἥσυχον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; ἐλιπάρει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, οὕτω λέγων, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. διὰ δέ γε φωνῆς Ἰεζεκιὴλ ἔφασκε περί τινος, ὅτι καὶ στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, καὶ θήσομαι αὐτὸν εἰς ἔρημον, καὶ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ ἐξαρῶ αὐτὸν ἐκ μέσου τοῦ λαοῦ μου, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ κύριος. τοῦτο δὲ ἦν ἀπειλοῦντος ὀργὴν, καὶ ὄλεθρον, καὶ τὴν τοῖς προσκρούουσι πρέπουσαν δίκην. ἅμα τε τοίνυν ἐπέβλεψεν ὁ Χριστὸς, τουτέστιν, ἐν ὀργῇ τὸ ὄμμα τισὶν ἐπήνεγκε, καὶ παραχρῆμα κηροῦ δίκην ἐτάκησαν, καὶ οἷα πυρὸς καταφλέγοντος διετρίβη τὰ ὄρη βίᾳ. ἔθνη δὲ, καὶ ὄρη φησὶ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα. καὶ τοὺς ἐν ἑαυτοῖς ὑψηλούς τε, καὶ ἐπηρμένους, καὶ ὀρῶν δίκην τῶν ἄλλων ἀνεστηκότας. ἐν φαυλότητι δὲ πάντως ἡ ὑπεροχὴ, καὶ ἐν ὑπεροψίαις τὸ πλεονέκτημα. ἢ τάχα που καὶ κατ' ἰσχὺν τὸ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀγριότητος μέτρον. ὑπέρογκα γὰρ τὰ δαιμόνια, καὶ γοῦν ἀντεξάγει Θεῷ, καὶ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν δόξαν ἑαυτοῖς ἀνάπτειν ἐπείγονται. πλὴν διετρίβησαν βίᾳ. συνθραύονται γὰρ ἐν δυνάμει Χριστοῦ, καὶ κεχωρήκασιν εἰς τὸ μηδὲν, καὶ ὑποπόδιον τεθέινται τῶν πεπιστευκότων. ὄρος δέ που καὶ ἑτέρωθι κατωνόμασται πάλιν ὁ Σατανᾶς, πρὸς ὃν ἔφη που Θεὸς διὰ Προφήτου φωνῆς, ὡς ἐν προσώπῳ τοῦ Ναβουχοδονόσορ. ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ τὸ ὄρος τὸ διεφθαρμένον, τὸ διαφθεῖρον πᾶσαν τὴν γῆν.

Ἐτάκησαν βουνοὶ αἰώνιοι.

Μνημονεύσας αἰνιγματωδῶς τῶν πονηρῶν, καὶ ἀντικειμένων δυνάμεων, αἳ καὶ ἀντιπαρατάττονται τῇ δόξῃ Χριστοῦ, καταστρέφουσαι πρὸς ἁμαρτίαν τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰσκεκόμικεν ἀναγκαίως καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τοὺς προεστηκότας, οὓς καὶ βουνοὺς ὀνομάζει. διά τοι τὸ ἤρθαι δοκεῖν ὑψοῦ, καὶ ὑπερκεῖσθαι τῶν ἄλλων, κατά γε τὴν τάξιν τῆς

A Deo grata transire maluit. Verè igitur mirabile est, tempore eodem stetisse, & commotam esse terram. Christus enim est, qui ipsam & ad omne opus bonum corroborat, peioribúsque posthabitis, ad salubriora cogitanda, & capessenda impellit.

Respexit, & liquefactæ sunt gentes. Contriti sunt montes violentia.

XLVI. Respicere Deum, aliquando in mansuetudine, & charitate; aliquando in B furore, & minis inspectionem significat. Ait igitur, [super quem respiciam, nisi super mitem, & quietum, & trementem sermones meos?] Flagitabat etiam diuinus Dauid, [Respice, inquit, in me, & miserere mei.] Voce autem Ezechielis de quodam dixit: [Et obfirmabo faciem meam super hominem illum, & ponam illum in desertum, & in exterminium, & auferam illum de medio populi mei, & cognoscetis quia ego Dominus.] Hoc verò erat mi- C nantis iram, & perniciem, & pœnam irritantibus conuenientem. Simul igitur respexit Christus, hoc est, in ira oculos in quibusdam defixit, subitò ceræ instar colliquefacti, & quasi igne exurente contriti sunt montes violentia. Gentes, & montes immundos spiritus vocat, & in seipsis sublimes atque elatos, & instar montium super alios insurgentes. Omnino autem eminentia maligna est: & vbi fortunæ maiores, ibi superbia. Aut etiam D fortè, quàm robusta sit ipsorum immanitas ostendit. Viribus enim plurimum possunt dæmones, idcirco Deo se opponere, illiúsque propriam gloriam ad se trahere enituntur. Veruntamen [contriti sunt violentia.] Confringuntur enim virtute Christi, & in nihilum redacti, & credentium scabellum pedum facti sunt. Alia item notione mons appellatus est Satanas, cui dixit alicubi Deus voce Prophetæ, vt in persona Nabuchodonosor. [Ecce ego ad te mons corrupte, corrumpens E omnem terram.]

Esai. 66. — Psal. 85. — Ezech. 14. — Ezech. 28.

Tabuerunt colles æterni.

XLVII. Facta mentione, quamuis inuolutius, peruersarum, & contrariarum nobis potestatum, quæ & gloriæ Dei aduersantur, mortales ad peccatum reuocantes, etiam synagogæ Iudæorum Præsides introducere debuit, quos colles nominat, quod sublimes, & aliis eminere videantur, pro ordine videlicet

sacerdotii, & honore quo indè potiuntur. Æternos autem propter rei perpetuitatem. Nulla enim occasione, aut tempore definit. Quamuis enim cultus ratio vt in vmbris & typis fortè defecit, nihilominus natura rei ad meliorem statum migrauit. Sanctarum quippe Ecclesiarum Præpositi æque Deo ministrant, & incruentum ei sacrificium peragunt. Æterni igitur colles propter sacrificii vsum perpetuum, & nunquam desinentem. Veruntamen cum montibus qui intelligentia sola cernuntur simul contriti, & cum gentibus colliquefacti sunt. Postquam enim dæmonibus placentia sapuerunt, & diabolo collibita egerunt, auctore vitæ in crucem acto, & multimodis contumeliosè illuso, idcirco eadem cum illis pœna plexi, ceciderunt, & pessundati sunt, & vt ait Propheta, [Domus Israel cecidit, & non est qui ipsam erigat.]

Act. 3. — Amos 5.

Itinera sempiterna pro laboribus vidi.

XLVIII

Etiam diuina mandata nonnunquam itinera, vias, semitas nominare, sacræ scripturæ vsitatum est. Cuiusmodi illud Hieremiæ. [State super vias, & videte, & interrogate semitas Domini æternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animabus vestris.] Similiter per os beati Dauid: [Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.] Liquefacti sunt igitur colles, inquit, hoc est, qui apud Iudæos primos honores, & legalis sacerdotii honorificum munus obtinebant. Itinera siquidem, siue mandata Emmanuelis, euangelica vtique oracula, & olim diuinitus responsis infinitis partibus meliorem, & splendidiorem doctrinam pro laboribus viderunt, hoc est, onerosam, & sudoris plenam censuerunt, cum omnium nostrum Saluator Christus apertè dicat, [Venite ad me qui laboratis & onerasti estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.] Aliter onerosa fecerunt quidam itinera sua, quibus facilè in vitam æternam velut transilire potuissent. Dominus enim noster Iesus Christus mysticæ benedictionis vim declarans aiebat, [Amen dico vobis, nisi

Hier. 6. — Psal. 118. — Ioan. 6.

A ἱερουργίας, καὶ τῆς ἐντεῦθεν τιμῆς. αἰωνίους δέ φησιν αὐτούς, διὰ τὸ τοῦ πράγματος διηνεκές· ἀκατάληκτος γὰρ ἐν παντὶ καιρῷ τε, καὶ χρόνῳ. εἰ γὰρ καὶ πέπαυται τυχὸν ἡ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρεία ἡ διὰ νόμου, ἀλλ' οὖν ἡ τοῦ πράγματος φύσις μεταπεφοίτηκεν ἐπὶ τὸ ἄμεινον. λειτουργοῦσι γὰρ οὐδὲν ἧττον Θεῷ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν οἱ προεστηκότες, καὶ τὴν ἀναίμακτον αὐτῷ τελοῦσι θυσίαν. αἰώνιοι τοιγαροῦν οἱ βουνοὶ διὰ τὸ τῆς λειτουργίας B διηνεκές τε, καὶ ἀκατάληκτον. πλὴν τοῖς ὄρεσι τοῖς νοητοῖς ὁμοῦ συνεθραύσθησαν, καὶ τοῖς ἔθνεσι συνετάκησαν. ἐπειδὴ γὰρ πεφρονήκασι τὰ δαιμονίοις ἁνδάνοντα, καὶ τὸ τῷ διαβόλῳ δοκοῦν πεπληρώκασι, σταυρῷ παραδόντες τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ κατὰ πολλοὺς αὐτοῦ τρόπους ἐμπεφοινήσαντες, ταύτητοι δικαίως τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἀνατλάντες δίκην καθῄρηνται, καὶ πεπτώκασι, καὶ ἦ φησι Προφήτης, οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων αὐτόν.

C Πορείας αἰωνίους ἀντὶ κόπων εἶδον.

Πορείας ἔσθ' ὅτε, καὶ ὁδούς, καὶ τρίβους, καὶ θείας ἡμῖν ἐντολὰς ὀνομάζειν ἔθος τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν, ὁποῖον ἐστὶ τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου. στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή, καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαβίδ, ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. ἐτάκησαν δὲ οὖν βουνοί, φησί, τουτέστιν, D οἱ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τὴν τοῦ καθηγεῖσθαι λαχόντες δόξαν, καὶ τὰ τῆς κατὰ νόμον ἱερουργίας αἰνημμένοι καυχήματα. τὰς γάρ τοι πορείας, ἤτοι τὰς ἐντολὰς τοῦ Ἐμμανουήλ· δῆλον δὲ ὅτι τὰ εὐαγγελικὰ θεσπίσματα· καὶ τῶν ἀρχαίων χρησμῳδημάτων τὴν ἀσυγκρίτως ἀμείνω τε, καὶ φανοτέραν παίδευσιν ἀντὶ κόπων εἶδον, τουτέστιν, ἡγήσαντο φορτικήν, καὶ ἱδρῶτος ἔμπλεων, καίτοιγε λέγοντος ἐναργῶς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, δεῦτε πρός με E οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι. δύσοιστον δὲ ἑτέρως ἐποιοῦντό τινες τὰς πορείας αὐτῶν, δι' ὧν ἦν δύνασθαι εὐκόλως διαθεῖν εἰς ζωὴν αἰώνιον. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῆς μυστικῆς εὐλογίας τὴν δύναμιν ἥτις ποτὲ ἐστι διεσάφει λέγων, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν

μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. οἱ δὲ τῶν οὕτω σεπτῶν ἀκροώμενοι λόγων παραληροῦντες ἔφασκον. σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; πῶς δύναται ἡμῖν οὗτος δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν; ἐπεμαρτύρατο δὲ λέγων ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐκ τούτου πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν, ὅτε καὶ αὐτοῖς τοῖς μαθηταῖς προσεπετίθει Χριστὸς τὸ, εἴπερ ἕλοιντο καὶ αὐτοὶ ἀποφοιτᾶν αὐτοῦ, λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; προσαπήντα γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος διακεκραγὼς, κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. οὐ γὰρ τεθέαται τὰς πορείας ἀντὶ κόπων αὐτοὶ, ἀλλ' ἦν ἡδύς τε αὐτοῖς, καὶ ἀξιάκουστος ἀληθῶς ὁ λόγος. αἰωνίους δὲ τὰς πορείας φησὶν εἶναι. πεπαύσεται γὰρ οὐδαμῶς, παρατενεῖ δὲ μᾶλλον εἰς αἰῶνα τὸν ἐνεστηκότα, καὶ μέχρι παντὸς στήσεται τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ σωτήριον κήρυγμα, καίτοι τῆς ἀρχαιοτέρας, καὶ νομικῆς παλαιωθείσης ἐντολῆς, καὶ τὸ ἄμεμπτον οὐκ ἐχούσης, καθώς φησι Παῦλος, καὶ διὰ τοῦτο τῆς δευτέρας εἰσκεκομισμένης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθετῆσθαι λέγεται. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐν πνεύματι προανακέκραγε λέγων πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. οὐ μεμένηκε γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ ἐν σκιαῖς, ἀλλὰ καταλήξασι μὲν οἱ τύποι, διαπέπηγε δὲ τὰ Χριστοῦ, καὶ μέχρι παντὸς τὸ ἀκράδαντον ἔχει.

Σκηνώματα Αἰθιόπων πτοηθήσονται, καὶ σκηναὶ γῆς Μαδιάμ.

Τὰ χρηστότερα τῶν διηγημάτων ἀείπως ἔχει τὸ ἀξιάκουστον, καὶ ἀπρόσκορη τὴν ἐπαγγελίαν, κἂν εἰ διὰ τῶν αὐτῶν ἴοι ῥημάτων. παραφηνάμενος τοίνυν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὴν εἰς τὸ ἄναλκι φορὰν, καὶ παραδείξας αὐτὰς ὡς ἐν ὁμοιώματι τῶν ἐθνῶν τηκομένας, καὶ μὴν καὶ ὡς ὄρη συντριβομένας, παρεικάζει πάλιν αὐτὰς τοῖς ἀλλοφύλοις, οἳ τῆς Ἰουδαίων κατεστρατεύοντο γῆς. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ποτὲ πρὸς ἠῶ, καὶ νότον Αἰθίοπες τὴν Ἰνδικὴν προσοικοῦντες θάλασσαν, καὶ μέντοι Μαδιηναῖοι, καὶ αὐτοὶ τὴν ὅμορον οἰκοῦντες ἔρημον. πτοηθήσονται τοίνυν φησὶ, οἱ τῇ ἁγίᾳ μαχόμενοι πόλει, ἵνα νοῶμεν τὴν νοητὴν Σιὼν, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Χριστοῦ, ἣν οἰκοῦσιν οἱ ἅγιοι, καὶ τὸ ἀπόλεκτον γένος, ὡς ἐν τύπῳ πάλαι ὁ Ἰσραὴλ, καθὼς καὶ ἑρμηνεύεται, νοῦς ὁρῶν Θεὸν Ἰσραήλ. τεθαυ-

A manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis.] Illi verò adeò venerandis sermonibus auditis, insipienter dicebant, [Durus est hic sermo, & quis potest audire illum? Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum?] Testatus est insuper Euāgelista, ex hoc multos de discipulis eius retro abiisse, & non amplius cū eo ambulasse, cùm Christus etiam reliquos vltro his verbis compellauit, quæsiuitque num B & ipsi vellent discedere. [Num & vos, inquit, vultis abire?] respondens diuinus Petrus, & clamans dixit, [Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.] Non enim videbāt ipsi itinera pro laboribus: sed erat ipsis oratio illa dulcis, & auditu gratissima. Æterna autem itinera vocat, neutiquā enim quiescet, quin potius in sempiternum semel cœptum sermonem producet, & prædicationem euangelii salutarem in perpetuum confirmabit, antiquiore & legali mandato veterascente, & culpa non vacante, iuxta verbum Pauli, & ideo secundo introducto, quod in [melioribus promissionibus sancitum] dicitur. Itaque diuinus Dauid in spiritu ante exclamauit ad Dominum nostrum Iesum Christum, [Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas.] Non enim manserunt, vt dixi, vmbratica illa, sed cessarunt typi, & fixa ac stabilita sunt quæ erant Christi, & in omne æuum immobilitatem habent.

Hebr. 8.

Psal. 118.

D *Tabernacula Æthiopum turbabuntur, & tabernacula terræ Madiam.*

XLIX.

Narrationes bonæ semper aliquid auditione dignū, & denuntiationem citra satietatē habent, quamuis iisdem verbis iterentur. Cùm itaque prius narrasset potestatū aduersariarū in imbecillitatē delapsum, ipsásque in similitudinē gentium colliquefactas, atque etiam instar montium contritas docuisset, denuo alienigenis eas comparat, qui Iudæam armis infestabant. Erant autem Æthio- E pes, qui aliquando Indicum mare ad Orientem, & Austrum, seu Meridiem accoluerunt. Item Madianitæ, & ipsi vicinam solitudinē habitantes. Turbabuntur igitur, inquit, qui sanctam ciuitatem oppugnant. Vt spiritualē intelligamus Sion, quæ est Ecclesia Dei, quā habitant sancti, & genus electū, vt olim in typo Israel: sicut etiā vox Israel sonat si interpreteris, [mens vidēs Deum.] Ad-

1. Petr. 2.

Ioan. 1. " mirationi etiam fuit Nathanael, [vt ve- " rus Israelita in quo dolus non esset.] Tanquam igitur in imagine, & typis in Æthiopibus, & Madianitis, quia electũ genus affligere semper studuerunt, dæmonum globos, sanctis semper aduersarios, & inimicos intelligemus. Dixerit porrò quispiam & aliter, Æthiopas nominari idololatras, quibus vita est carnalis, terrena, immunditiarum plena. Tales sunt Æthiopes. Animum enim diuino lumine collustratum non habent: sed propemodum nigris sunt cordibus, & animos tenebris oppletos gerunt, quibus & draco in escam datus dicitur. Psallit enim alicubi Dauid, & Psal. 73. " vniuersorum Deo dicit: [Tu contriuisti " capita draconis, dedisti eum escam po- " pulis Æthiopum.] Quemadmodum enim nos viuificum Dei verbum spiritualem, & sanctam alimoniam nobis facimus: ita libenter peccantes, & qui est naturâ Deus non cognoscentes, tantum non Satana pascuntur, ipsum animis tenentes, ac secundum illum & sentientes, & loquentes. Madianitæ porrò omnino fuerint, vt aiebam, in sanctos maleuoli. Cuius nominis vim, & significatum, si quis curiosius indagare voluerit, reddet *occultatus*. Qualis appellatio in Satanam, & potestates eius malignas quadrat, quibus caligo tenebrarum in omnia sæcula reseruata est.

Nunquid in fluminibus iratus es, Domine? aut in fluminibus furor tuus? aut in mari impetus tuus? Quia ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus. Intendens intendes arcum tuum super sceptra, dicit Dominus.

L. Consilium Prophetæ est œconomia veteri secundam, siue nouam meliorem, illustriorem, & in bonis absque comparatione maioribus factam ostendere. Olim quippe transformatis in sanguinem Ægyptiorum fluminibus, Exod. 7. &c. signisque, & portentis editis, mari rubro diuiso, & Ægyptiorum bellicosissimis aqua præfocatis Israelem Deus è seruitute carnali liberauit, ac per medium eduxit. Postquam autem vnigenitum Dei Verbum humanam naturam induit, totum qui sub cælo est orbem diabolico iuri subiugatum eripuit: non quidem fluuiis in sanguinem conuersis, non in aquas ira sua effusa, non maris fluctibus diuisis, non hominibus pernicie illata,

μασται δὲ καὶ ὁ Ναθαναὴλ, ὡς ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν. Οὐκοῦν ὡς ἐν εἰκόνι, καὶ τύποις τοῖς Αἰθίοψι, καὶ Μαδιηναίοις, ὅτι τὸ ἀπόλεκτον ἀεὶ κακοῦν ἤθελον γένος, τουτέστι, τὸν Ἰσραὴλ, τὰ τῶν δαιμόνων συνήσομεν στίφη, τὰ τοῖς ἁγίοις ἀνθεστηκότα. Φαίη δ' ἄν τις, καὶ ἑτέρως Αἰθίοπας ὀνομάζεσθαι, τοὺς εἰδωλολάτρας, οἷς ὁ βίος ἐστὶ σαρκικὸς, γεώδης τε, καὶ ἐν ἀκαθαρσίαις. Αἰθίοπες δὲ τοιοῦτοι. Τὸ γάρ τοι θεῖον εἰς νοῦν οὐκ ἔχουσι φῶς, ἀλλ' εἰσὶ μονονουχὶ μέλανες τὴν καρδίαν, καὶ κατεσκοτισμένοι τὰς φρένας, οἷς καὶ ὁ δράκων εἰς κατάβρωμα δίδοσθαι λέγεται. Ψάλλει γάρ που καί φησιν ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν, σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ λόγον πνευματικὴν καὶ ἁγίαν πεποιήμεθα τροφήν· οὕτω καὶ οἱ φιλαμαρτήμονες, καὶ τὸν φύσει Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες μονονουχὶ σιτοῦνται τὸν σατανᾶν, αὐτὸν ἔχοντες εἰς νοῦν, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, καὶ λέγοντες. Μαδιηναῖοι δὲ πάντως εἶεν ἂν, ὡς ἔφην, οἱ τοῖς ἁγίοις δυσμενεῖς. εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο τὴν τοῦ ὀνόματος πολυπραγμονῆσαι δύναμιν, ἑρμηνεύεται Μαδιηναῖος κατακεκρυμμένος. πρέποι δ' ἂν ἡ τοιάδε κλῆσις αὐτῷ τε τῷ σατανᾷ καὶ ταῖς σὺν αὐτῷ δυνάμεσι πονηραῖς, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τοὺς αἰῶνας τετήρηται.

Μὴ ἐν ποταμοῖς ὠργίσθης, κύριε; ἢ ἐν ποταμοῖς θυμός σου; ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὅρμημά σου; ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ σκῆπτρα, λέγει κύριος.

Σκοπὸς τῷ προφήτῃ τῆς ἀρχαίας οἰκονομίας ἀμείνονά τε, καὶ φανοτέραν, καὶ ἐπὶ μείζοσιν ἀσυγκρίτως γεγενημένην ἀγαθοῖς, ἀποφῆναι τὴν δευτέραν. πάλαι μὲν γὰρ διὰ Μωσέως σαρκικῆς δουλείας ἐξεκόμιζε τὸν Ἰσραὴλ, μεταστοιχειώσας μὲν εἰς αἷμα τοὺς τῶν Αἰγυπτίων ποταμοὺς, σημεῖά τε, καὶ τέρατα πεποιηκώς. εἶτα διαστήσας τὴν θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν, καὶ διαβιβάσας μὲν τοὺς λελυτρωμένους, ἐναποπνίξας γε μὴν τοῖς ὕδασι τοὺς τῶν Αἰγυπτίων μαχιμωτάτους. ἐπεὶ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας τὴν ὑπεζευγμένην ὅλην ἐξείλετο τὴν ὑπ' οὐρανόν, οὐ ποταμοὺς εἰς αἷμα μεταβαλὼν, οὐχ ὕδασι τὴν ἰδίαν ἐπιχέων ὀργὴν, οὐ θαλάσσης κύματα διελὼν, οὐκ ἀνθρώποις ὄλεθρον ἐπιφέ-

ρων. ἀποκτείνας δὲ μᾶλλον αὐτὸν τὸν μιαιφόνον A δράκοντα, καὶ τὴν περὶ αὐτόν τε, καὶ δι' αὐτὸν ἱδρυμένην καθελὼν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ δυσάλωτον τοῦ θανάτου καταλύσας κράτος, καὶ καλέσας ἅπαντας εἰς θεογνωσίαν, διὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, οἳ πᾶσαν ἐκπεριθέοντες τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τὸ Χριστοῦ περιφέροντες ὄνομα, καὶ μάλα δικαίως, κατεθαυμάζοντο. ὦ τοίνυν δέσποτα φησὶ, ἀξιάκουστα λίαν τὰ ὅσα αὐτὸς γέγονας αὐτουργὸς, καὶ πολὺ τὸ ἄμεινον ἔχοντα τῶν διὰ Μωσέως παρὰ σοῦ πάλιν B κατορθωμένων. οὐ γὰρ ποταμοῖς ἐποίσεις ὀργήν. οὐχ ὁρμήσεις κατὰ θαλάσσης. οὐκ ἐν ἐκείνοις ποθὲν τῆς σῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας διαλάμψει τὸ θαῦμα· ἀλλ' ἐπιβήσῃ μᾶλλον ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ ἵπποι πάλιν; οἱ μακάριοι μαθηταὶ Ἀπόστολοί τε, καὶ Εὐαγγελισταὶ, οἱ τοῖς θείοις αὐτοῦ θελήμασιν ὁλοτρόπως ὑποτεταγμένοι, οἱ εὐφυεῖς, καὶ εὐήνιοι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἑτοίμως ἔχοντες τῶν δοκούντων αὐτῷ, οἱ Χριστὸν ἐποχόν τε ἔχοντες, ὧν εἷς ἐστὶ καὶ ὁ μακάριος C Παῦλος, περὶ οὗ φησὶν αὐτὸς, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν. ὀξεῖς δὲ λίαν οἱ ἵπποι, περινοστοῦντες ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. οὕτω καὶ τὸ ἅρμα μυριοπλάσιον εἶναι λέγεται, χιλιάδας ἔχον εὐθυνούντων. πλεῖστοι γὰρ ὅσοι κατὰ καιροὺς, καὶ μετ' ἐκείνους γεγόνασι λαῶν ἡγούμενοι, καὶ τῆς διανοίας τὸν αὐχένα τοῖς τοῦ Σωτῆρος ὑπέχοντες ζεύγλαις, καὶ γῆς ἁπανταχοῦ τὴν δόξαν αὐτοῦ περιφέροντες, καὶ τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες λόγον, καὶ οἷον ἅπασαν D ἱπποκρατοῦντες τὴν γῆν. σωτηρία δὲ τῶν ἵππων ἡ ἱππασίας. ἐπέτρεχον γὰρ οὐ μάτην, ἀλλ' ἵνα σώσαι πόλεις, χώρας τε, καὶ ἔθνη, ὁμοῦ καταστρέφοντος Χριστοῦ τὰς τῶν δαιμόνων ἀρχὰς, οἳ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν γῆν διενείμαντο, τοῖς ἰδίοις θελήμασιν ὑποφέροντες τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν, ἐπεὶ δὲ ἔμελλον διαπίπτειν αἱ πάλαι τῶν δαιμόνων ἀρχαὶ, ταύτῃ φησὶν εἰκότως, ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ σκῆπτρα. ὁρμήσεις γὰρ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οὐκ ἐν ποταμοῖς, ἢ θαλάσσαις, ἀνατρέψεις E δὲ μᾶλλον τῶν δαιμονίων τὰ σκῆπτρα.

Ποταμῶν ῥαγήσεται γῆ. ὄψονταί σε, καὶ ὠδινήσουσι λαοί. σκορπίζων ὕδατα πορείας αὐτοῦ.

Μέμνηται πάλιν τῶν τοῦ Σωτῆρος κατορθωμάτων, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι, καθ' ὧν τὸ τόξον ἐντείνεται, ἤγουν ἐνταθήσεται, φησὶ προσεστήσεσθαι καὶ τὴν τῶν ποταμῶν γῆν, τάχα που τῶν Βαβυλωνίων ὑποδη-

sed occiso potius dracone cruento, & peccato quod ab ipso ac propter ipsum conualuerat, exciso, & inuicto mortis imperio destructo, & per sanctos Apostolos ad Dei cognitionem vocatis omnibus. qui totum orbem percursantes, Christique nomen circunferentes, iure optimo admirationem habuerunt. Ait ergo, ô Domine, auditione dignissima sunt, quæ tu ipse operatus es, & præstantiora multo, quàm quæ nihilominus abs te per Mosen benè gesta sunt. Non enim fluminibus ita inferes: Non facies impetum in mare. Non in illis alicunde diuinæ potestatis tuæ miracula fulgebunt: [Sed ascendes potius super equos tuos, & equitatio tua salus.] Rursum, quinam verò sint isti equi? Beati discipuli, Apostolique, & Euangelistæ; illi diuinæ eius voluntati penitus subiecti: illi faciles, & obsequentes, & ad omnia ei placita parati, Christum sessorem portantes, quorum vnus est beatus Paulus, de quo ipse dicit: [Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus.] Celerrimi sanè equi isti, totum orbem peragrantes. Sic etiam currus Dei [decem millibus multiplex] dicitur, chiliadas habens aurigantium. Innumeri enim suis quique temporibus, & post illos populorum duces fuerunt, & qui ceruices mentium Saluatoris iugo subiicerent, & vbique terrarum gloriam eius circumferrent, & verbum veritatis rectè tractarent, ac velut totam terram equestri virtute subigerét. [Salus autem equorum, siue equitationis.] Non enim frustra cucurrerunt, sed vt saluarent vrbes, regiones, & gentes, simul Christo dæmonum imperia euertente, qui pro libidine sua totum terrarum orbem, vt verbo comprehendam distribuerunt, & incolas eius sibi subdiderunt. Quoniam autem veteres dæmonum principatus casuri erant, ideo iure ait, [Intendens intendes arcum tuum supra sceptra.] Impetum enim facies, vt modò dixi, non in fluminibus, aut mari: sed dæmonum potius sceptra subuertes.

Act. 9.

Psal. 67.

2. Tim. 2.

Fluuiorum findetur terra. Videbunt te, & parturient populi. Dispergens aquas itineris eius.

LI.

Iterum Saluatoris præclarorum operum meminit, & aliis gentibus, contra quas arcus intenditur, siue intendetur, etiam terram fluuiorum appositum iri dicit, Babyloniorum fortassis terram insinuans:

insinuans: Ipsa enim tunc erat fluuiorũ media. Vt per hoc rursum, tanquam ex imagine hostium sub sensum, & sub intelligẽtiam venientiũ, atque inaspectabilium multitudo significetur, contra quam sanctis lucta. Tectus est autem quodammodo semper Prophetarũ sermo. Itaque vt ex media fluuiorũ, Babyloniorum terra significatur, & per ipsam ænigmate quodam dæmoniorum grex. Aut forsitan aliud quippiã Propheticus sermo sibi vult. Fluuiorũ enim terram Iudæorum regionẽ videtur appellare, quod in ea plurimi Prophetę extiterint, qui fluuiorum instar gentẽ irrigarent, & quasi diuinis fluentis inundarent. De quibus & beatum Dauidẽ dixisse arbitror. [Flumina plaudent manu simul.] Et ore Esaiæ Deus. [Benedicent mihi bestiæ agri, Sirenes & filiæ Struthionũ, quia dedi in deserto aquam, & flumina in terra inaquosa, vt bibere faciam genus meum electũ, populum meũ quem acquisiui, virtutes meas vt narret.] Dominus enim noster Iesus Christus torrens deliciarum vocatus est, & est reuera. Quinimò fluuius. Alicubi enim per voces Sanctorum de eo dicit. [Ecce ego declino super eos vt fluuius pacis, & vt torrens inundans gloriã gentiũ.] Item voce Dauidis, [Fluminis impetus lætificant ciuitatem Dei.] Nihil autem absonum, ex quadam similitudine illius etiam ipsos sanctos fluuios appellari, velut conformes ipsi factos, quod intelligi potest. Sicut enim ipse lux vera est, dixit tamen sanctis Apostolis, [vos estis lux mundi:] ita cum sit ipse fluuius, & aqua viua, donat tamen iisdẽ sanctos quoque gloriari. Terra ergo fluuiorum spiritualium, Iudæa nempe, non sustinens bibere aquã viuam, & neque sanctorum Prophetarũ verba, neque Mosis etiam admittens, [si enim credidissent Mosi, credidissent etiam Christo, de ipso enim ille scripsit] finditur, hoc est, sitiet; finditur enim terra sitiens. Miratur itaque Propheta, & quasi moratè dicit. Quæ terra olim multos habebat fluuios, diuinorúmque fluentorũ copiã vberrimã sitiens, & minimè irrigua erit. Vbi autem te, Domine, mente & animo viderunt aduenisse populi, inquit, hoc est, qui de gentibus, intellexerũt mysterium tuum, mox in partitudine arripuerunt bonum, & fructiferi facti sunt, quibus dicere etiam licuit, [Propter timorem tuum, Domine, in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus.

Ephes. 6. Psal. 97. Esai. 66. Psal. 45. Esai. 66. Matt. 5. Ioan. 8. Ioan. 5. Esai. 26.

A λαῶν, αὕτη γὰρ τὸ τηνικάδε ἦν ἡ μέση τῶν ποταμῶν, ἵνα διὰ τούτου πάλιν ὡς ἐξ εἰκόνος ἐχθρῶν αἰσθητῶν, νοητῶν, καὶ ἀοράτων πλῆθος σημαίνηται. πρὸς ὃ τοῖς ἁγίοις ἡ πάλη. κέκρυπται δέ πως ἀεὶ τῶν Προφητῶν ὁ λόγος. ἔοικεν ὡς ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, ἡ Βαβυλωνίων σημαίνεται γῆ, καὶ δι' αὐτῆς αἰνιγματωδῶς ἡ τῶν δαιμονίων ἀγέλη. ἢ τάχα τι καὶ ἕτερον ἡμῖν ὁ προφητικὸς ὑπεμφαίνει λόγος. ποταμῶν γὰρ ἔοικε γῆν τὴν Ἰουδαίαν καλεῖν,

B διά τοι τὸ πλείστους ἐν αὐτῇ γενέσθαι Προφήτας, ποταμῶν δίκην τὸ ἔθνος καταρδόντας, καὶ θείοις νάμασιν ἐπικλύζοντας. περὶ ὧν, οἶμαί πως φησὶ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ. ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ μὴν διὰ φωνῆς Ἠσαΐου Θεός. εὐλογήσει με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν, ὅτι ἔδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν γῇ ἀνύδρῳ ποτίσαι τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτὸν λαόν μου, ὃν περιεποιησάμην τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς

C Χριστὸς χειμάρρους τρυφῆς ὠνόμασται, καὶ ἔστιν ἀληθῶς. καὶ μέντοι καὶ ποταμός, ἔφη γάρ που περὶ ἑαυτοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων. ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάρρους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν. εἴρηται δὲ καὶ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ, τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. λυπεῖ δὲ οὐδὲν καθ' ὁμοιότητα τὴν πρὸς αὐτόν, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ὀνομάζεσθαι ποταμούς, ἅτε δὴ συμμόρφους γεγονότας αὐτῷ νοητῶς. ὥσπερ γάρ ἐστι τὸ φῶς μὲν αὐτὸς τὸ ἀ-

D ληθινόν, ἔφη δὲ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· οὕτω καὶ ποταμὸς ὑπάρχων αὐτός, καὶ μέντοι καὶ ὕδωρ ζῶν, χαρίζεται τὸ τοῖς ἴσοις ἐπισεμνύνεσθαι καὶ τοῖς ἁγίοις. ἡ τοίνυν γῆ τῶν νοητῶν ποταμῶν, τουτέστιν ἡ Ἰουδαία πιεῖν οὐκ ἀνεχομένη τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, καὶ τὸν τῶν ἁγίων Προφητῶν οὐκ εἰσδεξαμένη λόγον, οὔτε μὴν τὸν Μωσέως (εἰ γὰρ ἐπίστευσαν Μωσῇ, ἐπίστευσαν ἂν καὶ Χριστῷ, περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκεῖνος γέγραφε) ῥαγήσεται τουτέστι διψήσεται. ῥήγνυται γὰρ ἡ διψῶσα γῆ. κατα-

E θαυμάζει δὴ οὖν ὁ Προφήτης, καὶ οἷον ἐν ἤθει φησί. ἡ πάλαι πολλοὺς ἔχουσα ποταμούς, καὶ τῶν θείων ναμάτων δαψιλεστάτην τὴν χορηγίαν, διψάσει καὶ ἀνάρδευτος ἔσται γῆ. ἐπεὶ δέ σε φησὶ διανοίᾳ τεθέανται νοητῶς ἐπιφανέντα, λαοί, τουτέστιν, οἱ ἐξ ἐθνῶν συνέντες τὸ ἐπὶ σοὶ μυστήριον, ἔλαβον εὐθὺς ἐν ὠδῖσι τὸ ἀγαθόν, ἔγκαρποί τε γεγόνασιν. ἁρμόσει δ' ἂν αὐτοῖς καὶ λέγειν. διὰ τὸν φόβον σου, κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν,

πνεῦμα σωτηρίας σου ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ γὰρ σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν ἐπιγραψάμενοι τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν θεῖον ὠδίνουσι φόβον, καὶ πᾶν αὐτοῖς ἔσται κύημα νοῦ καρπὸς ἀρετῆς, καὶ εἰς πνεῦμα σωτηρίας ἐκτελευτήσει τὸ σπούδασμα. ὄψονταί σε, καὶ ὠδινήσουσι λαοὶ τὸ σὸν ἐκπιόντες νᾶμα, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς νάμασιν ἐκμεμεθυσμένοι. προσεστήκεσαν γὰρ φιλοτίμως λέγοντι, Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με. ἦν γὰρ οὕτω πλουσιόδωρός τε, καὶ ἀγαθὸς, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς πορείαις σκορπίζειν ὕδατα, τουτέστι, τὸν ζωοποιὸν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως λόγον. ὡς γάρ φησιν ὁ Ματθαῖος, περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς πάσας τὰς πόλεις, καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ σκορπίζων ὕδατα πορείας αὐτοῦ. ὅτι δὲ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας ὁ λόγος ὕδωρ ὠνόμασται πανταχοῦ παρά γε τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν;

Ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος φωνὴν αὐτῆς, ὕψος φαντασίας αὐτοῦ. ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς εἰς φῶς.

Τοὺς ὠδινήσαντας λαοὺς, καὶ ἀναριθμήτους ὄντας ἀποφαίνει· τοιαύτη γὰρ ἡ ἄβυσσος, ὀνόματι δὲ τῷ τοιῷδε καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων κέκληται πληθὺς διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ. καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἄρχοντος Τύρου περὶ τοῦ Σατανᾶ, ὅτε ἐξέπεμπεν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην, ἐθρηνήθη ἡ ἄβυσσος ἐπ' αὐτῷ. κατηνεχθέντος γὰρ, καὶ πεπτωκότος τοῦ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ἐν δόξῃ προὔχοντος, ὃς καὶ μετ' αὐτῶν ἐτίθετο τῶν Χερουβὶμ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Προφήτου φωνὴν, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, σφόδρα λελυπῆσθαι τὴν νοητὴν ἄβυσσον, τουτέστι, τὰς τῶν ἄνω πνευμάτων ἀγέλας, μονονουχὶ δὲ καὶ ἐπιστενάξαι πεπονθότι, καὶ τῷ τῶν ὅλων προσκεκρουκότι Θεῷ. ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος, φησὶ, τουτέστιν ἡ ἀμέτρητός τε, καὶ ἀκατάληπτος τῶν πεπιστευκότων πληθὺς, καὶ μήν τοι τὸ ὕψος τῆς ἐν αὐτῇ φαντασίας, τουτέστι, πᾶν ὅσον ἐστὶν ἐν αὐτῷ λαμπρόν τε καὶ ἐπηρμένον, καὶ ταῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ φαντασίαις, ἤτοι δόξαις κεναῖς κατηγλαϊσμένον ἔδωκε φωνὴν αὐτῆς. δοξολογεῖται γὰρ ὁ Χριστὸς παρὰ παντὸς ἀνθρώπων ἔθνους, καὶ τοῦτο δρῶντας προθύμως κατίδοι τις ἂν μικροὺς καὶ μεγάλους, λαμπροὺς καὶ ἀσήμους, καὶ τοὺς τῶν ἄλλων διαφανεστέρους, καὶ ὑπεροχὴν ἔχοντας ἢ τὴν ἐν δόξῃ τυχὸν, ἢ τὴν ἐν πλούτῳ, καὶ λαμπρότητι τῷ κατὰ τὸν βίον.

A Spiritum salutis tuæ fecimus super terram.] Qui enim Emmanuelem pro Saluatore, & liberatore suo vendicare cœperunt, diuinum timorem parturiunt, & omnis partus mentis erit ipsis fructus virtutis, studiúmque in spiritum salutis desinit. Itaque videbunt te, & parturient populi, vbi fluentum tuum biberint, & Euangelicis laticibus inebriati fuerint. Accesserunt enim certatim ad dicentem, [si quis sitit, veniat ad me, & bibat.] (Ioan. 7.) B Tam enim erat in donis eximiis liberalis, & bonus, vt etiam in ipsis itineribus aquas, hoc est, euangelicæ doctrinæ sermonem viuificum disperge-ret. Nam vt est apud Matthæum, [Circumibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo.] (Matt. 10.) Hoc, opinor, est, [spargens aquas itineris sui.] Diuinitus autem inspiratæ doctrinæ sermonem vbique per sacram Scripturam appellari aquam, qui potest? C

Dedit abyssus vocem suam, altitudo phantasiæ ipsius. Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo ad lucem.

LII.

Populos qui parturiuerunt etiam innumerabiles esse ostendit: talis est enim abyssus, fundo scilicet carens. Qua voce & sanctorum angelorum multitudo per Ezechielem nominata est. Ait igitur apud eum Deus de Satana sub persona principis Tyri, quando D eum eiecit in infernum, [Lamentata est abyssus super eo.] (Ezech. 28.) Deturbato enim, & delapso, qui eminebat omnibus, & gloria præcellebat, qui inter Cherubim ipsos numerabatur, vt idem Propheta testatur, nihil est incredibile abyssum quæ intelligentia cernitur, hoc est, supernorum spirituum agmina, non mediocriter doluisse, & tantū non super misero, qui Deum vniuersorum offenderat, etiam ingemuisse. Quare E abyssus, inquit, id est, immensa, atque incomprehensa credentiū multitudo, atque etiam omne quod in ea splendidum, & excelsum est, & phantasiis siue gloria inani huius mundi illustratum, dedit vocem suam. Glorificatur enim Christus ab omni gente humana, & id alacriter facere videas licet paruos & magnos, claros, & obscuros, & aliis insigniores, & superiores seu honore puta, seu diuitiis, & splendore huius vitæ.

Quæ aptissimè phantasias nominauit, A quando præter opinionem nihil sunt: [Esai. 40.] [Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis tanquam flos.] Dedisse autem abyssum vocem suam, & laudibus venerati Dominũ nostrum Iesum Christum paruos, & magnos, demonstrat item B. Dauid, [Psal. 148.] [Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi.] Vbi autem his addidit, [Montes, & colles, ligna fructifera, & omnes cedros, bestias & pecora, serpentia & volatilia pennata,] rursum adiungit, B [Principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus laudent nomẽ Domini.] Etiam magnus Esaias de eo: [Esai. 49.] [Reges videbunt eum, & consurgent principes, & adorabunt eum.] Affert autem quodammodo rationem, cur abyssus, atque etiam altitudo phantasiæ ipsius vocẽ det, mox subiungens, [Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo ad lucem.] Sicut abyssum intelleximus non secundùm rationem sensus, C est enim nimis crassus: sed spiritualiter potius, & secundùm intellectum, ita nunc non in elementis, sole, inquam, & luna mentis oculum defigemus; verùm ex similitudine ab illis ducta ad potiora transilientes, quid valeat sententia intuebimur. Itaque solem quidem velut lucidam, & fulgentem euangelicorum oraculorum arcanam disciplinam, lunam verò minorem, & tenuiorem Legis lucem, vt in nocte, & tenebris, ante aduentum Christi lucentis accipimus. Vocata est D enim dies quã Christus illuxit, sol iustitiæ, intellectualis lucifer in cordibus credentium exoriens. [Malac. 4. 2. Petri. 1.] Quamobrem diuinus Dauid, [Psal. 117.] [Hæc est, inquit, dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.] Quemadmodum verò depressus, & vix adhuc supra terram se sustollens hic sol sub aspectum veniens, nondum latè fusum, & clarum, sed quasi contractum in se lumen suum habet: vbi autem altius ascenderit, radios circumquaque lucidissimos proiicit: E ita & doctrina per Christum, euangelica nempe, principio quidem angusta, & contracta erat, & à multis ignorabatur. Verùm propemodum solis instar & exoriens, & in altum paulatim procedens, & quaqua versum diuinæ cognitionis lucem diffundens, obstupefecit abyssum, hoc est, omne genus hominum; proinde & vocem dedit. Celebrat enim laudibus, vt dixi,

A αὐ λίαν ὀρθῶς ὠνόμασε φαντασίας, οὐδὲν γάρ ἕτερον αὐτοῖς ἡ δόκησις· ὅτι πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος. ὅτι δὲ ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος τὴν φωνὴν αὐτῆς, καὶ ταῖς εὐφημίαις κατεγέραιρουσι τὸν κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν μικροὶ καὶ μεγάλοι, ἐμφανίζει λέγων καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ. αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. προσθεὶς δὲ δὴ τούτοις ὄρη, καὶ βουνούς, ξύλα τε καρποφόρα, καὶ πάσας κέδρους, θηρία τε, καὶ κτήνη, ἑρπετά, καὶ πετεινὰ πτερωτά, B προσεπάγει πάλιν. ἄρχοντες, καὶ πάντες κριταὶ γῆς, νεανίσκοι, καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου. ἔφη δὲ καὶ ὁ μέγας ἡμῖν Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ. βασιλεῖς ὄψονται αὐτὸν καὶ φοβηθήσονται ἄρχοντες, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. ἀποδίδωσι δὲ ὥσπερ τὴν αἰτίαν, τοῦ τὴν ἄβυσσον, καὶ μέντοι τὸ ὕψος τῆς φαντασίας αὐτῆς δοῦναι τὴν φωνήν, ἐπάγων εὐθύς. ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς εἰς φῶς. C ὥσπερ τὴν ἄβυσσον νενοήκαμεν οὐ κατά γε τὸν ἐν αἰσθήσει λόγον, παχὺς γὰρ λίαν, πνευματικῶς δὲ μᾶλλον, καὶ νοητῶς· οὕτω καὶ νῦν οὐχὶ τοῖς στοιχείοις ἡλίῳ τε φημί, καὶ σελήνῃ τὸν τῆς διανοίας ἐνήσομεν ὀφθαλμόν· ἀλλ' ἐξ ὁμοιότητος τῆς ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἀμείνω διαθέοντες, τὴν τῶν νοημάτων δύναμιν κατοψόμεθα. οὐκοῦν ἥλιον μὲν τὴν φωτοειδῆ τε, καὶ ἐκλαμπροτέραν τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων μυσταγωγίαν, σελήνην τε αὖ τὸ μεῖον τε, καὶ ἀμυδρότερον τοῦ νόμου φῶς, φαίνοντος ὡς ἐν νυκτί, D καὶ σκότει τοῦ πρὸ τῆς ἐπιδημίας καιροῦ. κέκληται γὰρ ἡμέρα, καθ' ἣν ἀνέλαμψεν ὁ Χριστός, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ὁ νοητὸς ἑωσφόρος, ἐν καρδίαις ἀνατέλλων τῶν πεπιστευκότων. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ, αὕτη ἡ ἡμέρα, φησίν, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος· ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. ὥσπερ δὲ χθαμαλὸς ὢν ἔτι, καὶ μόλις ἀνίσχων τῆς γῆς ὁ αἰσθητὸς ἥλιος, οὔπω μὲν εὐρύ, καὶ λαμπρόν, συνεσταλμένον δὲ ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἴδιον ἔχει φῶς, ἀνατέλλων γε μὴν E εἰς ὕψος, φαιδρότατα τοῖς ἁπανταχοῦ τὰς ἀκτῖνας ποιεῖται τὴν ἐκβολήν· οὕτω καὶ ἡ διὰ Χριστοῦ παίδευσις, τουτέστιν, ἡ εὐαγγελική, συνεστέλλετο μὲν ἐν ἀρχῇ, καὶ ἠγνοεῖτο πολλοῖς· ἡλίου δὲ δίκην μονονουχὶ καὶ ἀνίσχουσα, καὶ εἰς ὕψος ἰοῦσα κατὰ βραχύ, καὶ τὴν τῆς θεογνωσίας αὐγὴν ἱεῖσα πανταχῇ καταπλήττει τὴν ἄβυσσον, τουτέστι, πᾶν ἀνθρώπων ἔθνος· τοιγάρτοι καὶ δέδωκε τὴν φωνήν. δοξολογεῖ γάρ, ὡς ἔφην,

καὶ Θεὸν ὀνομάζει, καὶ τῶν ὅλων κύριον, καὶ λυτρωτὴν τὸν Ἐμμανουήλ. ἐπήρθη οὖν ὁ ἥλιος, οὐδὲν ἧττον καὶ ἡ σελήνη, τουτέστιν, ὁ νόμος, ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς εἰς φῶς. κατόπιν μὲν γὰρ τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως ἐστὶν ἡ διὰ Μωσέως, καὶ αὕτη τάξις αὐτῇ, ὅτι καὶ σκιά, καὶ τύπος. ἐπειδὴ δὲ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς ἐξέλαμψε, ἐξέλαμψε καὶ ὁ νόμος. τοῖς γὰρ πάλαι δι' αὐτοῦ προαπηγγελμένοις τὰ ἐκβεβηκότα συμβάλλοντες τεθαυμάκαμεν. ἤδη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου τὸ φῶς προαναστυποῦντος ἀστείως κατὰ πολλοὺς ἡμῖν τρόπους τὸ Χριστοῦ μυστήριον. ἔστη δὴ οὖν εἰς φῶς. μακαρίζει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοὺς συνενεγκόντας ἐν ἑαυτοῖς νομικήν τε ἅμα παίδευσιν, καὶ εὐαγγελικήν. ἔφη γὰρ οὕτω. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς γραμματεύς, τουτέστιν, ὁ τὸν νόμον εἰδώς, μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ πλουσίῳ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ νέα, καὶ παλαιά. παραδεξώμεθα δὲ ἕτερον ἐπὶ τῷδε νοῦν, οὐκ ἀπίθανον, ὥς γε μοι φαίνεται· βαίνοντες δὲ μᾶλλον τοῦ εἰκότος ἐγγύς. ἥλιον μὲν γὰρ φαμέν, καὶ μάλα ὀρθῶς τὸν Ἐμμανουήλ· ὠνόμασται γὰρ οὕτω, καὶ ἔστιν ἀληθές. σελήνην δὲ λέγεσθαι νομιστέον, ὡς ἐξ ὁμοιότητος τοῦ στοιχείου, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, φαινομένην τοῖς ἐν σκότει, καὶ ἐν νυκτὶ διαλάμπουσαν. ὅτε τοίνυν ἐπήρθη ὁ ἥλιος κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν (ἀναβέβηκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν τίμιον σταυρὸν) τότε καὶ ἀνέλαμψεν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, καὶ ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς εἰς φῶς, τουτέστι, πλησιφαὴς οἷά τις σελήνη, καὶ τὴν τάξιν τοῦ ἰδίου σώζουσα κύκλου, φῶς γέγονε τοῖς ἐν σκότει, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. ὅτι δὲ ὑψουμένου καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν πάντων ζωῆς ἀνατλάντος σταυρὸν συνέστη λοιπὸν ἡ ἐκκλησία, διδάξει λέγων αὐτός, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φέρει. καὶ πάλιν, κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. οὐκοῦν τὸ ὑψῶσαι τὸν ἥλιον, σημαίνει που πάντως τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος, ἤγουν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν· ὑψῶσαι γὰρ δὴ καὶ ὧδέ φαμεν.

Βολίδες σου πορεύσονται εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου.

Βολίδας ἐνταῦθα φησὶ τὰς ἀνὰ πᾶσαν ἰούσας τὴν γῆν, καὶ ὡς ἀπὸ τόξου πεμπομένας, ἤγουν χειρὸς εὐμενοῦς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ εὐαγγελιστάς, περὶ ὧν ἔφη που καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ,

A Emmanuelem, & Deum, & omniũ Dominum ac redemptorem nominat. Eleuatus est igitur sol, nihilominus & luna, hoc est Lex stetit in ordine suo ad siue in lucem. Euangelicæ enim institutioni Mosaica cedit, & hic illi ordo est, quoniã & vmbra, & typus est. Postquã autẽ plenitudo legis, & Prophetarũ Christus resplenduit, etiam Lex fulsit. Nam olim per ipsam prænunciatis quæ contigerũt comparantes, ipsam quoque Legis lucẽ B Christi mysterium multis modis, & pulchrè nobis tanto ante informantis iam admiramur. Stetit ergo in lucẽ. Beatos porrò & ipse Christus prædicat, qui legalem simul, & euangelicam doctrinã animis cõplexi sunt. Sic enim ait. [Ideo dico vobis, quia omnis scriba doctus, (hoc est legislator) in regno cælorum, similis est homini diuiti, qui profert de thesauro suo noua & vetera.] Sed aliam horum verborũ explanationẽ ne aspernemur, haud improbabilẽ, vt mihi videtur: quin potius ad verisimilitudinẽ ac- C cedentem propius. Solem, & scitissimè quidem, Emmanuelem dictitamus: sic enim nominatus est (à Malachia) & verè sol est. Ast lunam vt ex similitudine elementi dici existimandum est Ecclesiam Dei, apparentẽ his qui in tenebris sunt, & in nocte collucẽtem. Quando igitur iuxta vocem Prophetæ eleuatus est sol, (crucem enim pretiosam Christus propter nos ascendit) tunc etiã Ecclesia ex gentibus lumẽ dedit: & stetit in ordine suo ad lucem, hoc est, plena lumine, vt D luna quædam: & ordinem orbis sui seruans, lux facta est iis qui versabantur in tenebris, vt modo dicebam. Christo autem exaltato, & crucem pro omnium vita perpesso, deinceps, Ecclesiam stetisse, ipsemet docet, cùm ait, [Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert.] Et rursum. [Et ego si exaltatus fuero è terra, omnes tra- E ham ad me ipsum.] Quocirca solis exaltatio passionem in cruce certò, siue reditum in cælum significat: nam & ita exaltatum dicimus.

Matt. 13.

Ioan. 12.

Iacula tua ibunt in splendore coruscationis armorum tuorum.

LIII. Iacula hic totum mundum peruadentia, & tanquam ex arcu, seu manu beneuola emissa, sanctos Apostolos, & Euangelistas nuncupat, de quibus est etiam apud beatum Dauidem,

Psal. 109. "[Sicut sagittæ in manu potentis, ita A " filii excussorum.] Excussa enim & eiecta est Iudæorum natio, quoniam in Christum ad vitam inuitantem perbacchata est. Eorum autem filii, & de sanguine Israelis oriundi, electi discipuli iacula, & sagittæ fuerunt volantes veluti è manu robustissima, & quemuis ad mortem percussum facile penetrantes. Iacula huiusmodi, vt à manu Christi, fulgent illa quidem, diaboli autem visceribus infiguntur B draconémque interficiunt. Quare & beatus Dauid rursum quodam loco canit, Dominum nostrum Iesum Christum alloquens, Psal. 44. " [Sagittæ tuæ acutæ, " & potentes (populi sub te cadent) in " cordibus inimicorum regis.] Consumuntur itaque istiusmodi iaculis dæmonum cateruæ, & inimicis exitialia fiunt. Eos autem qui aduentum eius cognouerunt, eúmque per fidem honorarunt, alia implet gratia. Charitate quippe vulneratos efficiunt, iuxta verbum sponsæ in Canticis Canti- C Cant. 2. " corum, [Quoniam vulnerata chari- " tate ego sum.] Inueniuntur item aliter splendor coruscationis armorum eius: si arma ipsius intelligantur, quibus & nos armari beatus Paulus se- Ephes. 6. " riò iubet, his verbis: [Induite vos ar- " maturam Dei, quæ sunt lorica iusti- " tiæ, galea salutis, scutum fidei, cal- " ceati pedes in præparationem Euan- " gelii pacis, gladius spiritus.] Christi igitur arma talia sunt, non quidem ipsum circundantia, sed ab ip- D so potius dignis donata. Sunt autem arma splendida: & quasi fulgurantia. Virtus siquidem lucidissima est. Iacula ergo in lumen erunt coruscationis armorum tuorum. Quia enim arma fulgebunt, ipsi illuminabunt, docentes ignorantes. Apud peccatores enim virtus deformis est, & obscura adhuc: illustris autem iis, qui cognouerunt, non minus quam fulgur clarum atque illustrem, & omnibus mortalibus notissimum reddens hominem. Primum igitur diuini discipuli tuorum E armorum coruscationem habentes, erunt aliis quoque in splendorem eius. Sicut namque medici ex oculis laborantes, & lumen radiorum solarium fugientes cum sanant, persuadent illis, vt de cætero luminis accessum perferant, & quasi quoddam lumen illis facti non iniuria sanè videntur:

ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων. ἐξετινάχθη γὰρ, καὶ ἐκβέβληται τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, ἅτε δὴ τὸ ἐμπαροινήσαν Χριστῷ, καλοῦντι πρὸς ζωήν. οἱ γε μὴν ἐκείνων υἱοὶ, καὶ ἐξ αἵματος ὄντες τοῦ Ἰσραὴλ, οἱ ἀπόλεκτοι μαθηταὶ βολίδες τε, καὶ βέλη γεγόνασιν, οἷα ἐκ χειρὸς πεμπόμενοι τῆς ἀλκιμωτάτης, καὶ παντὸς εὐκόλως διικνούμεναι τοῦ πληττομένου πρὸς θάνατον. αἱ βολίδες τοιαῦται ἀποστίλβονται μὲν, ὡς ἀπὸ χειρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἐμπήγνυνται δὲ τοῖς τοῦ διαβόλου σπλάγχνοις, καὶ ἀναιροῦσι τὸν δράκοντα. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἀναμελῳδεῖ που, λέγων πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατὰ (λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται) ἐν καρδίαις τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. οὐκοῦν δαπανῶνται μὲν τοῖς τοιοῖσδε βέλεσι τὰ τῶν δαιμόνων στίφη, καὶ πρὸς ὄλεθρον γίνονται τοῖς ἐχθροῖς. τοῖς γε μὴν ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τετιμηκόσι διὰ τῆς πίστεως, ἑτέραν ἀποπληροῦσι χάριν. τετρωμένοις γὰρ ἀγάπῃ ἐργάζονται, κατά γε τὴν λέγουσαν νύμφην ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων. ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι. εὑρίσκονται δὲ καὶ ἑτέρως φέγγος ἀστραπῆς τῶν ὅπλων αὐτοῦ· ὅπλα γὰρ αὐτοῦ νοηθεῖεν ἂν, οἷς καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐναρμόσασθαι δεῖν ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιτάττει λέγων. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ. αὕτη δέ ἐστιν ὁ θώραξ τῆς δικαιοσύνης, ἡ περικεφαλαία τοῦ σωτηρίου, ὁ θυρεὸς τῆς πίστεως, τὸ ὑποδεδέσθαι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος. οὐκοῦν ὅπλα μὲν τὰ τοιάδε Χριστοῦ, οὐκ αὐτὸν περιβάλλοντα, παρ' αὐτοῦ δὲ μᾶλλον τοῖς ἀξίοις δωρούμενα. λαμπρὰ δὲ τὰ ὅπλα, καὶ οἷα ἀστραπῆς ἔμπλεα. φανότατον γὰρ ἡ ἀρετή. αἱ τοίνυν βολίδες εἰς φῶς ἔσονται τῆς ἀστραπῆς τῶν ὅπλων σου. ὅτι γὰρ ἀστράψουσι τὰ ὅπλα, φωτιοῦσιν αὐτοὶ διδάσκοντες τοὺς ἠγνοηκότας. παρὰ μὲν γὰρ τοῖς φιλαμαρτήμοσιν ἀκαλλής ἐστιν ἡ ἀρετή, καὶ οὔπω λαμπρά. παρὰ δέ γε τοῖς εἰδόσιν αὐτὴν οὐδὲν ἀστραπῆς ἔλαττον, λαμπρὸν, καὶ διαφανῆ, καὶ τοῖς πανταχοῦ γνωριμώτατον ἀποτελοῦσα τὸν ἄνθρωπον. πρῶτοι δὲ οὖν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὴν τῶν σῶν ὅπλων ἔχοντες ἀστραπὴν, ἔσονται καὶ ἑτέροις εἰς φέγγος αὐτῆς. ὥσπερ γὰρ τρόπον οἱ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας ἐπιστήμονες, τοὺς τοῖς ὀμμάτων ἀρρωστίαις ἐμπεπτωκότας, καὶ τὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος φεύγοντας φῶς, ἀπαλλάττοντες τοῦ πάθους τῆς τοῦ φωτὸς προσβολῆς ἀνέχεσθαι λοιπὸν ἀναπείθουσι, καὶ φέγγος ὥσπερ τι γεγονότες αὐτοῖς ἀλοῖεν ἂν, καὶ μάλα εἰκότως·

οὕτω καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ θαυμάζοντές τε, καὶ ἐπινοοῦντες τὰς ἀρετὰς, αἳ καὶ εἰς ὅπλα τετάχαται τοῦ Χριστοῦ, φέγγος ὥσπερ τι τῆς ἐνούσης αὐταῖς ἀστραπῆς, ἤγουν ἐκλάμψαντες τοῖς ἄλλοις εὑρίσκονται.

Ἐν ἀπειλῇ ὀλιγώσεις γῆν, καὶ ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη.

Ἀπεσταλμένην ἡμῖν ὁ Προφήτης τῆς Ἰουδαίας χώρας τὴν δῄωσιν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων ἐθνῶν τὴν ἀπώλειαν, διὰ τούτων ὑποδηλοῖ. ἐπεὶ γὰρ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν οὐ προσιέμενοι, κατεξανέστησάν τε αὐτοῦ, καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ταύτητοι δίδονται πρὸς ἐρήμωσιν, καὶ τοῦτο αὐτοῖς προαναπεφώνηκεν Ἡσαΐας, λέγων· οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ, πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ.

Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς Χριστούς σου. ἔβαλες εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον, ἐξήγειρας δεσμοὺς ἕως τραχήλου.

Τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς ὅλην ὥσπερ ἡμῖν τὴν οἰκονομίαν ἐξηγεῖται πάλιν. σέσωκε μὲν γὰρ τοὺς διὰ πίστεως δεδικαιωμένους, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατακεχρισμένους, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς ἀναδεδειγμένους. συγκεχώρηκε δὲ ταῖς αὐτῶν ἁμαρτίαις ἐκτήκεσθαι τοὺς ἀπειθεῖν ᾑρημένους, οἷς καὶ ἔφασκεν ἐναργῶς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. ἐξῆλθε τοίνυν, φησὶν, οἷα εἴ τις βασιλεὺς ἐπὶ τὰ τῶν δυσμενῶν ἐρχόμενος στῖφη, καὶ τὸν πολέμου νόμον ἐξωπλισμένος. καὶ ὁ τῆς ἐξόδου σκοπὸς ἀνασῶσαι τοὺς Χριστοὺς τοὺς σούς. δῆλον δὲ ὅτι τοὺς τῷ ἁγίῳ κεχρισμένους πνεύματι, περὶ ὧν καὶ πάλαι διὰ Προφητῶν ἐνετείλατο λέγων, μὴ ἅπτεσθε τῶν Χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς Προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. τῶν γε μὴν ἀνόμων καταρτίσαι θάνατον, ὃν αὐτοὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπαρτήσαντες κεφαλαῖς. ἀλοῖεν ἂν, τὴν δικαιοῦσαν πίστιν οὐ προσιέμενοι. τοιγάρτοι καὶ ἀρρήκτοις ἐνδέδονται δεσμοῖς, καὶ ταῖς τῶν ἰδίων πλημμελημάτων σειραῖς, κατασφίγγονται, καὶ οὐ μερικῶς· ἀλλ' οἷον δι' ὅλου σώματος, καὶ μέχρι τραχήλου. εἰ δὲ δὴ λέγοιντο Χριστοῦ τὰ δεσμὰ, θορυβείσθω μηδείς. ἀεὶ γὰρ κατὰ Θεοῦ συγχώρησιν συμβαίνοντά τισιν αὐτῷ λέγονται. ὁποῖόν ἐστι τὸ, εἰ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε. οὐ γὰρ αὐτὸς ποιεῖ τὴν κακίαν, συμβῆναι δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν πόλεων πλημμελούσαις ἐπιτρέπει πολλάκις. εἰ δὲ δὴ νοοῖντο τυχὸν

ita quoque diuini discipuli virtutes admirantes, & meditantes, quæ & in arma Christi constitutæ sunt, veluti splendor quidam coruscationis earum, siue illuminatores aliorum inueniuntur.

In comminatione imminues terram, & in furore detrahes gentes.

LIV. Vastitatem Iudææ, & incolentium eam populorum exitium à Deo immissum Propheta nobis subindicat. Quia enim fidem in Christum repudiarunt, & in eum insurrexerunt, auctorémque vitæ occiderunt, idcirco in desolationem dati sunt. Id quod ipsis Esaias prædixit, væ iniquo, mala secundum opera manuum eius accident ei.

Act. 3.

Esai. 3.

Egressus es in salutem populi tui, vt saluares Christos tuos. Misisti in caput impiorum mortem, suscitasti vincula vsque ad collum.

LV. Incarnationis vnigeniti totam quodammodo œconomiam denuò nobis enarrat. Saluauit enim per fidem iustificatos, & Spiritu sancto vnctos, & diuinæ naturæ suæ consortes redditos. Permisit autem suis ipsorum peccatis incredulos contabescere, quibus etiam palam dixit: [Amen dico vobis, nisi credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini.] Exiuit igitur, inquit, vt si quis rex aduersus hostium globos, militari more armatus egrediatur. Scopus autem huius exitus salutem reddere Christis tuis, sine dubio Spiritu sancto vnctis, de quibus olim quoque per Prophetas mandauit. [Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.] impiis contra mortem afferre, quam ipsi suis capitibus accersisse conuinci possint, cùm iustificantem fidem repudiauerunt. Proinde etiam insolubilibus vinculis traditi, delictorúmque suorum catenis constricti sunt: nec id in parte aliqua; sed quasi per totum corpus, & vsque ad collum. Quod si hæc vincula Christi dicantur, nemo turbetur. Semper enim quæ permissu Dei nonnullis eueniũt, eidem tribuuntur. Exempli causa, [si est malum in ciuitate, quod non fecit Dominus.] Non enim ipse malum facit: sed ciuitatibus peccantibus sæpenumero malũ contingere permittit. Quod si fortè laudabilia

2. Pet. 1.

1. Par. 16.

Amos 3.

vincula ista intelligantur, rursum illud dicimus, missam esse in capita impiorum mortem. Tanquam vinculis autem charitatis Deum vniuersorum ad se accedentes, & iustificatos, & in spiritu sanctificatos sibi astringere, iuxta illud vtique, quod per Prophetam de Israelitis dicitur: [Et ego colligaui Ephraim, suscepi eum super brachium meum, extendi eos in vinculis charitatis meæ.] Vincula porrò vsque ad collum hic est facilitas obodiendi eorum, qui ceruicem mentis ei supposuerunt, & suaue vtique jugum Saluatoris nostri subierunt.

Osee 11.

τῶν ἐπαινουμένων, οἱ ἐνθάδε λεγόμενοι δεσμοὶ, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι βέβληται μὲν εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατος. συντείνει δὲ ὥσπερ δεσμοῖς ἀγάπης ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοὺς προσιόντας αὐτῷ, καὶ τῇ πίστει δεδικαιωμένους, καὶ ἡγιασμένους ἐν πνεύματι, κατ᾽ ἐκεῖνό που πάντως τὸ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραὶμ, ἔλαβον ἐπὶ τὸν βραχίονά μου αὐτὸν, ἐξέτεινα αὐτοὺς ἐν δεσμοῖς ἀγαπήσεώς μου. ὁ δέ γε δεσμὸς εἰς τραχήλους ἐνθάδε νοεῖται καὶ τὸ εὐήνιον τῶν ὑποτεθηκότων αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, καὶ τὸν χρηστὸν ἀληθῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑποδεδυκότα ζυγόν.

Diuisisti in stupore capita potentium, commouebuntur in ea.

Διέκοψας ἐν ἐκστάσει κεφαλὰς τῶν δυναστῶν, σεισθήσονται ἐν αὐτῇ.

LVI. Vocabulo ἔκστασις diuersæ in scriptura diuina subiectæ sunt notiones. Nonnunquam enim stuporem significat. Vt si fortè dicatur de peccatis Israelitarum, [Obstupuit cælum super hoc.] Et rursum, [Stupor, & horribilia facta sunt in terra.] Aliquando verò ex terreno siue sæculari sensu constitutionem vitæ, morúmque spiritualem. Ita diuinus Paulus scribit, ac dicit: [Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis.] Sicut autem à turpioribus ad meliora declinationem ἔκστασιν discessionem, seu mutationem dicimus, Deo gratam: ita & bonorum ad deteriora mutationem ἔκστασιν esse affirmamus, malam & ignominiosam. In tali igitur ἐκστάσει potentium capita versantia diuisisti, Principum videlicet Israel, Scribarum nimirum & Pharisæorum, & sacerdotum secundum Legem. Verè enim à recto sensu, & bona mente, & charitate in Deum dimoti sunt, Filium non admittentes: imò verò occidentes, quanquam scissent, ac dixissent, [hic est hæres.] Quis autem modus diuisionis appositè intelligendus sit, sanctus Dauid declarat, [diuide eos in vita eorum.] Erat enim Israel, [& pars Dei & funiculus hæreditatis eius.] Ast vbi scelerarè in Filium debacchati sunt, reiectus est dilectus, & diuisus est, & credentium spe excidit, exhæres, & abiectus, & à facie exclusus, & in sortem alteram, post gentes redactus est, quæ illud secum loquuntur, [Benedicti nos à Domino, qui fecit cœlum &

Hier. 2. & 5. — 1. Cor. 5. — Matt. 21. — Psal. 16. Deut. 32. — Psal. 113.

Τὸ τῆς ἐκστάσεως ὄνομα κατὰ διαφόρους νοεῖται τρόπους παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. σημαίνει γὰρ ἔσθ᾽ ὅτε τὴν κατάπληξιν, ὡς ἂν εἰ λέγοιτο τυχὸν περὶ τῶν ἡμαρτημένων τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ. καὶ πάλιν, ἔκστασις, καὶ φρικτὰ ἐγενήθη ἐπὶ τῆς γῆς. ποτὲ δὲ δὴ αὖ τὴν ἀπὸ τοῦ γηΐνου φρονήματος εἰς θείαν τινὰ, καὶ πνευματικὴν ἠθῶν τε καὶ βίου κατάστασιν. καὶ γράφει ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλων, καί φησιν. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. ὥσπερ δὲ τὴν ἀπό γε τῶν αἰσχιόνων ἐπὶ τὰ ἀμείνω μετάκλισιν ἔκστασιν εἶναί φαμεν Θεῷ φιλουμένην· οὕτω καὶ τὴν ἐκ τῶν χρησίμων ἐπὶ τὰ αἰσχίω μεταβολὴν ἔκστασιν εἶναι διϊσχυριζόμεθα, φαύλην τε, καὶ διαβεβλημένην. ἐν ἐκστάσει τοίνυν τῇ τοιᾷδε γενομένας τὰς τῶν δυναστῶν κεφαλὰς διέκοψας. δηλοῖ δὲ τὰς τῶν ἡγουμένων τοῦ Ἰσραὴλ γραμματέων που πάντως, καὶ Φαρισαίων, καὶ τῶν κατὰ νόμον ἱερουργῶν. ἐξέστησαν γὰρ ἀληθῶς καὶ ὀρθοῦ φρονήματος, καὶ φρενὸς ἀγαθῆς, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, οὐ προσηκάμενοι τὸν υἱὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτονότες, καίπερ εἰδότες τε, καὶ λέγοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος. τίς δὲ δὴ ἄρα τῆς διακοπῆς ὁ τρόπος νοοῖτ᾽ ἂν, εἰκότως σαφηνίζει λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. ἦν μὲν γὰρ καὶ μερὶς Θεοῦ, καὶ σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ πεπαρῳνήκασιν ἀνοσίως εἰς τὸν υἱὸν, ἀπόπεμπτος γέγονεν ὁ ἠγαπημένος, καὶ μεμέρισται, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἀπώλισθε τῆς ἐλπίδος, ἀπόκληρος, καὶ ἀπερριμμένος, καὶ ἐκ προσώπου τέθειται, καὶ ἐν μοίρᾳ δευτέρᾳ, καὶ κατόπιν ἐθνῶν, οἳ δὴ καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἐκεῖνό φασιν, εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ κυρίῳ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν.

Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. διεκόπη τοίνυν ὁ Ἰσραήλ, καὶ τῆς εὐλογίας ἐκπεπτωκώς, μερὶς γέγονε Θεοῦ μὲν οὐκέτι, διαβολικὴ δὲ μᾶλλον, καὶ ἀτιμοτάτη, καὶ βέβηλος. εἶτα περὶ τῆς ἐκστάσεώς φησι, ὅτι σαλευθήσονται ἐν αὐτῇ, τουτέστι, πεσοῦνται. τὸ γὰρ ἐν δονήσει, καὶ κλόνῳ, τοῦ πίπτειν ἐγγύς. ἐποιμώζει δὲ ὥσπερ αὐτοῖς πολυτρόπως διολωλόσι καὶ ὁ Προφήτης, λέγων, οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων αὐτόν.

Διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν, ὡς ὁ ἐσθίων πτωχὸς λάθρα.

Πλείστη μὲν ὅση τῆς τε συνθήκης αὐτῆς, καὶ τῆς λέξεως ἡ δυσχέρεια. πλὴν ἐροῦμεν ὡς ἔνι. διαστέλλοντες εὖ μάλα τὴν ἔννοιαν κατὰ δύναμιν. ἀφηγησάμενος τοίνυν τὴν κατάστασιν, ἐν ᾗ πάντως ἔδει τὰς τῶν δυναστῶν γενέσθαι κεφαλάς, τουτέστι, τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς, μέτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, οἳ πολὺ μὲν εἶχον ἐν ἀρχῇ τῶν διωκόντων τὸ δέος. ἐμαστίζοντο γὰρ ἐν συνεδρίοις, καὶ παρηγγέλλοντο μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. συνιόντες δὲ λεληθότως τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετείας ἐποιοῦντο λέγοντες. ἐπ' ἀληθείας γὰρ συνήχθησαν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας Ἡρώδης τε, καὶ Πόντιος Πιλάτος σὺν ἔθνεσι, καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. καὶ τὰ νῦν, κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν (δῆλον δὲ ὅτι τὰς τῶν Ἰουδαίων) καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παρρησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου. οὐκοῦν οἱ μονονουχὶ χαλινῷ τῷ δέει κατεσφραγισμένοι, καὶ σιωπᾶν ἀναγκαζόμενοί τε, καὶ τεθλιμμένοι, λάθρα τε, καὶ μόλις προσλαλοῦντές τισι, καὶ οἷα ἐσθίοντι πτωχῷ προσεοικότες, διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, κατευρυνθήσονται πάντως εἰς τὴν αὐτοῖς ὅτι μάλιστα φιλαιτάτην, καὶ πρέπουσαν παρρησίαν. φροντιοῦσι μὲν γὰρ οὐδαμῶς τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς. διαπτύσαντες δὲ τὰς ἀπειλάς, καὶ μονονουχὶ διαρρήξαντες τὸν ἐπιρριφέντα αὐτοῖς χαλινόν, οἷα ἵπποι τινὲς γαῦροι, ἀγαθοί, καὶ ἀγέρωχοι καταχρεμετιοῦσι λοιπόν, ἐπιπλήττοντος οὐδενός, καὶ τῆς ἑαυτῶν φωνῆς κατεμπλήσουσι τὴν ὑπ' οὐρανόν. τοιοῦτόν τί φησι καὶ θεσπέσιος Ἡσαΐας τοῖς τὸ εὐαγγελικὸν ἱερουργοῦσι κήρυγμα. ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών, ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ, ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. οὐκοῦν οἱ πάλαι φησὶν ὄντες ὡς ἐσθίων πτωχὸς λάθρα, τουτέστιν, οἱ παρρησίαν οὐκ ἔχοντες, οἱ λεληθότως, καὶ μόλις

terrã, Deus Dominus,& illuxit nobis.] Diuisus est igitur Israel, amissáque benedictione pars factus est, non amplius Dei, sed diaboli potius, & contemptissima, ac profana. Deinde de exstasi ait, [commouebuntur in ea,] hoc est, cadent. Quod enim agitatur & concutitur, procliue est ad casum. Multiplex autem eorum exitium Propheta quasi deplorat, cum dicit, [Domus Israel cecidit, & non est qui suscitet eam.] Amos 5.

Aperient frænos suos sicut comedens pauper in abscondito.

LVII. Longè maxima est in contextu, & verbis difficultas. Dicimus tamen pro virili, cogitandi vim quam maximè contendentes. Vbi igitur commemorauit statũ, in quo oporteret esse omnino capita potentium, hoc est, principatum Iudaicæ synagogę sortitos, rectà ad sanctos Apostolos conuertitur, qui principio persecutores multùm timebant. Flagellabantur enim in conciliis, iubebantúrque nemini loqui in nomine Christi. Clam autem conuentus agentes, Deo preces factitabant, & dicebant. [Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel. Et nunc, Domine, respice in minas eorum (Iudæorũ nempe) & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.] Act. 4. Timore igitur propemodum vt fræno cohibiti, & tacere compulsi, & compressi, occultè, & vix quibusdam loquentes, & quasi pauperi comedenti assimilati aperient frœnos suos. Perinde ac si dicat, dilatabuntur planè in gratissimam ipsis, conuenientissimámque fiduciam. Neutiquam enim curabunt Iudæorum synagogam. Contemnentes autem minas, & iniecta sibi frœna tantum non dirumpentes, velut equi quidã feroces, strenui, ac superbi, frement de cætero, increpante nemine, & voce sua totũ orbem terrarum implebunt. Psal. 18. Tale quiddam & Esaias sacro munere Euangelicæ prędicationis fungẽtibus. [Super montẽ excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocẽ tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere. Ecce Deus vester. Ecce Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione.] Esai. 40. Quare qui aliquando, inquit, erant vt pauper in abscondito comedens, hoc est, qui libertatem nõ habebant, seu qui non audebãt,

qui clandestinè, & vix credentium fide alebantur, cum lætitia aperient frœnos suos, iuxta modũ quem supra diximus. Esse autem Deo, & sanctis velut alimentum quoddam eorum qui saluãtur fidem, confirmat Christus ipse, de Samaritanorum conuersione loquens, » [Ego cibum habeo manducare, quem » vos nescitis.] Et iterum, [Meus cibus » est, vt faciam voluntatem eius qui misit » me, & perficiam opus eius.]

Ioan. 4.

Et superduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas.

LVIII

Seruatur iterum schema immutationis, seu metaphoræ. Frænos cum dixisset, sanctos Apostolos equos vocat, quibus Christus ipse vehitur, mentibus & cordibus eorum quasi insidens. Instituturos igitur non Israelitas tantum, sed ipsam quoque aliarum gentium longè amplissimam, infinitámque multitudinem, docere nititur. Mari enim comparat mundum, pro eo quod in Psalmis » canitur, [hoc est mare magnum, & spa» tiosum,] & quæ sequuntur: aquis autem multis agmina gentium totius orbis: equis vero, vt dixi, sanctos Apostolos, qui vniuersum obeuntes mundum, tantum non stertentes, desidentes in errore suo idololatras turbauerunt, terruerúntque, ad timorem vocantes, vt in supplicium ituros, & arsuros, si pœnitentiam agere, & natura, ac verum Deum agnoscere nolint. Itaque diuinus Paulus apud Athenienses disserens, & eos præ reliquis omnibus superstitiosos appellans, non mediocriter eos tur» bauit adiectis illis. [Et tempora quidem » huius ignorantię despiciens Deus, nunc » annuntiat hominibus, vt omnes vbique » pœnitentiam agant, eò quod statuit » diem, in quo iudicaturus est orbem in » æquitate, in viro, in quo statuit, fidem » præbens omnibus, suscitans eum à mor» tuis.] Igitur aqua turbata est mundana multitudo; cum aquis enim interdum, & rectissimè quidem confertur: siquidem vita humana mari non est absimilis, quoniam ingens in ea rerum perturbatio ac tumultus, sursúmque ac deorsum, & in omnem partem confunduntur, ac miscentur omnia. Multa porrò aqua turbata, quod ad Israel attinet: illi enim vnam gentem conficiunt: aliæ verò aquæ sunt innumeræ.

Psal. 103.

Act. 7.

Custodiui, & terrefactũ est cor meũ à voce orationis labiorum meorum, &

A τῇ τῶν πιστευόντων τρεφόμενοι πίστει, πρὸς εὐθυμίαν διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν, κατὰ τὸν ἤδη προειρημένον τρόπον. ὅτι δὲ τροφή τις ὥσπερ ἐστὶ τῶν σωζομένων ἡ πίστις καὶ Θεῷ, καὶ ἁγίοις, ἐμπεδοῖ λέγων αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ τῆς τῶν Σαμαρειτῶν ἐπιστροφῆς, ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. καὶ πάλιν, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον.

B Καὶ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ταράσσοντας ὕδατα πολλά.

Τετήρηκε πάλιν ὁ λόγος τῆς τροπῆς τὸ σχῆμα. χαλινοὺς ὀνομάσας, ἵππους ἐκάλεσε τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, οἷς αὐτὸς ἐποχεῖται Χριστὸς, ἐνιζήσας ὥσπερ εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν. ὅτι τοίνυν ἔμελλον παιδαγωγῆσαι οὐχ ὅτι μόνους τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τῶν ἑτέρων ἐθνῶν πλείστην τε οὖσαν, καὶ ἀμέτρητον πληθὺν, πειρᾶται διδάσκειν. θαλάσσῃ μὲν γὰρ παρεικάζει τὸν κόσμον, κατά γε τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ C εὐρύχωρος, καὶ τὰ ἑξῆς· ὕδασι δὲ πολλοῖς τὰς τῶν ἐθνῶν ἀγέλας, τὰς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. ἵπποις γε μὴν, ὡς ἔφην, τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, οἳ πᾶσαν περινοστοῦντες τὴν ὑπ' οὐρανὸν, μονονουχὶ ῥέγχοντες, καὶ ἐνηρεμοῦντας τῇ πλάνῃ τοὺς εἰδωλολάτρας ἐτάραττον, τεθορυβήκασι δὲ, καλοῦντες εἰς δέος ὡς εἰς κόλασιν βαδιουμένους, καὶ τὴν διὰ πυρὸς δίκην ὑποστησομένους, εἰ μὴ ἕλοιντο μετανοεῖν, καὶ τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῆ ἐπιγνῶναι Θεόν. καὶ γοῦν D ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς Ἀθηναίοις προσλαλῶν, εἶτα τῶν ἄλλων ἁπάντων δεισιδαιμονεστέρους εἰπὼν, τεθορύβηκεν οὐ μετρίως, ἐκεῖνο προσθείς. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πάντας πανταχοῦ μετανοεῖν καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. οὐκοῦν τὸ ταραττόμενον ὕδωρ, ἡ πληθύς ἐστιν, ἡ E κατὰ τὸν κόσμον· ὕδασι γὰρ ἔσθ' ὅτε παρεικάζεται, καὶ μάλα εἰκότως· εἴπερ ἐστὶ θαλάσσῃ προσεοικὼς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος· ὅτι πολλὴ τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων ἡ τύρβη, καὶ ἡ πρὸς τὸ ἄνω τε, καὶ κάτω, καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν ἀνάχυσίς τε καὶ κίνησις, πολὺ δὲ ὕδωρ τὸ ταραττόμενον, ὡς πρός γε τὸν Ἰσραήλ· οἱ μὲν γὰρ ἔθνος ἦσαν ἕν· τὰ δὲ ἐστι παντὸς ἀριθμοῦ κρείττονα.

Ἐφυλαξάμην, καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φωνῆς προσευχῆς χειλέων μου, καὶ

εἰσῆλθε τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ὑποκάτωθέν μου ἐταράχθη ἡ ἕξις μου. ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τοῦ ἀναβῆναι πρὸς τὸν λαὸν τῆς παροικίας μου.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις Προφήταις τὴν εἰς καρδίαν, καὶ νοῦν ἐπιτήρησιν, ἣν ἂν ποιοῖντο τυχὸν, παρεγγυῶντος αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, φυλακὴν ἀποκαλεῖν, ἤγουν ἀκοήν. τοιγάρτοι, φησὶν αὐτὸς μὲν ὁ Ἀμβακοὺμ, ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἕτερος δὲ, ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ κυρίου, καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλε, καὶ μήν τοι πρὸς τούτοις καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. ἀκούσομαι, φησὶ, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ Θεός. τοιοῦτόν τι καὶ νῦν ὁ Προφήτης ὑποφαίνει λέγων τὸ, ἐφυλαξάμην, καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία μου. τετήρηκα φησὶ τὴν εἰρημένων τὴν δύναμιν· εἶτα κατεπτοήθην δεινῶς ἀπὸ φωνῆς προσευχῆς χειλέων μου. ἐποιεῖτο μὲν γὰρ μετ᾽ ᾠδῆς τὴν πρὸς Θεὸν ἱκετείαν, καὶ μέρος ἦν αὐτοῦ τῆς προφητείας ὁ τρόπος· ἀλλ᾽ ἦν ὁ σκοπὸς αὐτοῦ καὶ ὁ νοῦς οὐκ εἰς τὴν εὔρυθμον ἀναφώνησιν, κατετρύχετο δὲ μᾶλλον εἰς λύπας, καὶ περιδεὴς ἦν ἄγαν, τὰ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς συμβησόμενα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ διαθρῶντος ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος. ὃ δὲ δὴ μάλιστα θορυβοῦν αὐτὸν, καὶ ὀρρωδεῖν ἀναπεῖθον, κατά γε τὸ εἰκὸς, ἐκεῖνό που τάχα, καὶ μόνον ἦν, μὴ ἄρα πως ἐναπολειφθείη τοῖς κακοῖς, καὶ τὴν τοῦ λαοῦ συντέλειαν ἐπαθρήσειε. καὶ ἴδοι βαλλόμενον μὲν εἰς κεφαλὰς ἀσεβῶν θάνατον, διακοπτομένας δὲ αὐτὰς ἐν ἐκστάσει, καὶ σειομένας ἐν αὐτῇ, κατά γε τὸν προαποδοθέντα νοῦν. εἶτα μανθάνων ὡς ἔσται μὲν εἰς καιροὺς ἡ ὅρασις, εἰς ἀναβολὴν δὲ μακρὰν τὰ προηγγελμένα, μονονουχὶ καὶ ἀνενεγκὼν ἐξ ἀκράτου λοιπὸν δυσθυμίας, ἀναπαύσομαί φησιν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, τοῦ ἀναβῆναι εἰς λαὸν παροικίας μου. οὐ γὰρ ἐναχθήσομαί φησι τοῖς τοιοῖσδε κακοῖς, οὐδ᾽ ἂν εὑρεθείην ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἐνεστηκότος καιροῦ, καθ᾽ ὃν ἔσται πάντως τὰ τοιάδε τὴν κάκωσιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. βαδιοῦμαι γὰρ ἐντεῦθεν, καὶ ἀποιχήσομαι πρὸς ἄλλον τὸν οὕτω πάροικον ἐν τῷδε τῷ βίῳ γεγενημένον, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐγώ. πάροικοι γὰρ, καὶ παρεπίδημοι πάντες οἱ ἅγιοι κατὰ τόνδε τὸν κόσμον. τοιγάρτοι φασὶν, οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν ὅλων Θεὸν, ἄνες μοι, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, καὶ παρεπίδημος καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. ἀξιάγαστος τοιγαροῦν τῶν ἁγίων ὁ σκοπὸς, οὐδ᾽ ὅσον εἰπεῖν

ingressus est tremor in ossa mea, & subter me conturbata est affectio mea. Requiescam in die tribulationis meæ, vt ascendã ad populũ peregrinationis meæ.

LIX.

Consueuerunt sancti Prophetæ obseruationem in corde, & animo, quam fortè adhibuerint, Spiritu sancto futurorum illis notitiam reuelante, custodiam nominare. Proinde ipse Abacuc ait, [Super custodiam meam stabo: & cætera. Et alius, Auditionem audiui à Domino, & munitiones emisit in gentes.] Præterea diuinus Dauid: [Audiam quid loquetur in me Dominus Deus.] Tale quid etiam nunc Propheta subindicat his verbis, [Custodiui, & terrefactum est cor meum.] Obseruaui, inquit, dictorum vim: deinde exterritus sum vehementer [à voce orationis labiorum meorum.] Cum cantu enim Deo supplicabat, & cantando prophetabat: verum scopus eius & sententia, non ad concinnum clamorem respiciebant, cum potius dolore acerbo cruciaretur, metueretque magnopere, extremis temporibus Israeli euentura spiritu in ipso contemplante. Quod autem præcipuè ipsum turbabat, timorémque non immeritò incutiebat, illud fortasse, & solum erat, ne fortè relinqueretur in calamitatibus illis, & summam populi afflictionem intueri cogeretur, videretque missam in capita impiorum mortem, ipsáque diuisa, in dimotione, & commota in ea, iuxta sensum supra expositum. Deinde cognoscens, visionem fore in tempora, & quæ prænunciarentur diu dilatum iri, propemodum iam ex ingenti tristitia recreatus, requiescam, inquit, [In die tribulationis, vt ascendam ad populum peregrinationis meæ.] Non enim talium malorum pondere premar: nec vbi tempus illud aderit, cum hæc mala ineluctabilia Israelitis euenient, ego in hac vita reperiar. Ascendam enim hinc, & emigrabo ad alium, qui in hac vita sic peregrinus fuit, quemadmodum ego. Peregrini enim, & aduenæ in hoc mundo omnes sancti. Proinde Paulus inquit, [non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram requirimus.] Psallit & quodã loco Dauid vniuersorum Deo. [Remitte mihi, quia peregrinus ego in terra, & aduena, sicut omnes patres mei.] Dignum igitur admiratione sanctorum consilium, qui

Cap. 2. Abacuc.

Psal. 84.

1. Petr. 2. Heb. 13.

nec minima videre sustinent, quibus Deus ad iram prouocari possit: qui proinde ex hoc mundo discedere, ipsa vita iucundius sibi duxerunt, nisi Dei gloria sarta tecta à nobis seruaretur. Quare diuinus Paulus dixit, sibi [melius esse dissolui, & esse cum Christo.] Quæ verba illum hoc sentire declarant, vitam in corpore peregrinationem esse.

Philip. 1.

Quoniam ficus non afferet fructum, & in vineis non erunt germina. Mentietur opus oliuæ, & campi non facient escas. Defecerunt oues eò quod non comederunt, & non erunt boues in præsepibus ex sanatione eorum.

LX. Quasi quopiam interrogante, & cognoscere volente, cur tantopere expetat ex hac vita discedere, vel potius ad populum peregrinationis suæ ascendere, cum cautione multa inuectionem in Iudæorum synagogam tegit, & futuram fructuum illius penuriam propemodum lamentari, eadémque multis modis significare nobis videtur, instar ficus fore dicens, quæ nihil fructus attulerit. Sic enim eam & ipse Saluator appellabat, dum paradigmatis loco diceret: [Arborem fici plantatam habebat quidam in vinea sua.] Quæ cum sterilis esset, exscindendam deinceps dixit, ne terram frustra occuparet. Alibi ficui ante Hierosolymam maledixit, quod in ea fructum non inuenisset: [Non amplius ex te fructus nascatur, inquit, in æternum.] Assimilat item illam vineæ, bottris destitutæ. Est enim etiam, vt dicit Esaias Propheta, [Vinea Domini Sabaoth homini Iuda recens plantata, dilecta, quam vallauit, & maceriam circumposuit, & ædificauit turrim in ea, torcular fodit in ea, & exspectauit, vt faceret vuas, fecit autem spinas.] Idcirco, [exterminauit eá aper de sylua,] vt est apud Dauidem, [& asinus agrestis depastus est eam. Destruxit maceriam eius, & vindemiarunt eam omnes qui prætergrediuntur viá.] Mentitum est etiam opus oliuæ, synagogæ videlicet iterum: hoc enim verbo Hieremias Propheta eam significat. [Oliuam pulchram specie, & vmbrosam vocauit Dominus nomen tuum in vocem circuncisionis eius. Incensus est ignis in eam (magna tribulatio super te) inutiles facti sũt rami eius. Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te mala.] Quoniam igitur, vt ait

Luc. 13.
Marc. 11.
Esai. 5.
Psal. 79.
Hiere. 11.

ἀνεχόμενοι ἰδεῖν τὰ ἐφ᾽ οἷς ἂν συμβαίη παροξύνεσθαι Θεόν· ἥδιονα δὲ οὕτως αὐτοὶ τοῦ ζῆν ποιεῖσθαι μεμελετηκότων τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου μετάστασιν, εἰ μὴ σώζοιτο παρ᾽ ἡμῶν τὰ πρὸς δόξαν Θεοῦ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος, ὅτι τὸ ἀναλῦσαι κρεῖττον, καὶ αὐτοῦ συνεῖναι Χριστῷ· τοῖς εἰς τοῦτο ἥκουσι γνώμης, ὡς ἡγεῖσθαι παροικίαν τὴν ἐν τῷ σώματι ζωήν.

Διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει, καὶ οὐκ ἔσται γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις. ψεύσεται ἔργον ἐλαίας, καὶ τὰ πεδία οὐ ποιήσει βρῶσιν. ἐξέλιπον ἀπὸ βρώσεως πρόβατα, καὶ οὐχ ὑπάρξουσι βόες ἐπὶ φάτναις ἐξ ἰάσεως αὐτῶν.

Ὥσπερ τινὸς ἐρομένου, καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος, ἀνθ᾽ ὅτου ποιοῖτο περὶ πολλοῦ τὸ ἀποβιῶναι, μᾶλλον δὲ εἰς λαὸν ἀναβῆναι παροικίας αὐτοῦ, κατασκιάζει μὲν ἀσφαλείᾳ πολλῇ τὴν Ἰουδαίων συναγωγῆς τὴν κατάρρησιν, μονονουχὶ δὲ καὶ κατολοφύρεσθαι δοκεῖ τὴν συμβησομένην ἀκαρπίαν αὐτῇ, καὶ τρόποις ἡμῖν αὐτὴν κατασημαίνει πολλοῖς, ὡς συκῆν ἔσεσθαι λέγων, ἧς ἂν οὐδεὶς γένοιτο καρπός. οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ αὐτὸς ὠνόμαζεν ὁ σωτήρ, ὡς ἐν παραδείγματος τρόπῳ λέγων. συκῆν εἶχέ τις πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ. ἣν καὶ ἄκαρπον εὑρὼν, δεῖν ἔφη λοιπὸν ἀποτέμνεσθαι, ἵνα μὴ τὴν γῆν καταργῇ. ἐπάρατον δέ που καὶ τὴν πρὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐποιοῦτο συκῆν. οὐ γὰρ εὑρὼν ἐν αὐτῇ καρπὸν, μηκέτι, φησὶν, ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. ἀπεικάζει δὲ αὐτὴν καὶ ἀμπελῶνι βοτρύων ἐρήμῳ. καὶ γάρ ἐστι πάλιν, καθώς φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὁ ἀμπελὼν κυρίου Σαβαὼθ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, νεόφυτος, ἠγαπημένος. ἀλλ᾽ ἐχαράκωσε μὲν αὐτὸν, καὶ φραγμὸν περιέθηκε, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον ἐν αὐτῷ, καὶ ὤρυξε τὸ προλήνιον, καὶ ἔμεινε τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. ταύτην δὴ ἐλυμήνατο μὲν αὐτὴν, καθώς φησιν ὁ Δαβὶδ, σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ ὄνος ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. καθεῖλε δὲ τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τετρυγήκασι πάντες αὐτὴν, οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. ἐψεύσατο δὲ καὶ τῆς ἐλαίας τὸ ἔργον, τουτέστι, πάλιν τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς· οὕτω γὰρ αὐτὴν κατασημαίνει λέγων, καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας, ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου, εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς. ἀνήφθη πῦρ ἐπ᾽ αὐτὴν (μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπὶ σέ) ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς, καὶ κύριος τῶν δυνάμεων ὁ καταφυτεύσας σε ἐλάλησεν ἐπὶ σὲ κακά. ἐπεὶ δὲ, καθώς φησιν ὁ

Προφήτης, τὸ ἔργον αὐτῆς ἐψεύσατο (παιδαγωγούμενοι γὰρ εἰς Χριστὸν διὰ νόμου, καὶ Προφητῶν, οὐ προσήκαντο τὴν πίστιν) ταύτητοι καὶ ἐξεκόπη, καὶ πεπτώκασι μὲν οἱ κλάδοι αὐτῆς, ἐνεκεντρίσθησαν δὲ λοιπὸν οἱ ἐκ τῆς ἀγριελαίας, τουτέστιν, οἱ ἐξ ἐθνῶν, καὶ κοινωνικοὶ τῆς ῥίζης, καὶ τῆς πιότητος τῆς καλλιελαίου γεγόνασιν. εἶτά φησι, ὅτι τὰ πεδία οὐ ποιήσει βρῶσιν. παρεικάζει πάλιν τὸν Ἰσραὴλ λήιοις, οἶμαι, κατεφθαρμένοις, ἐξ ὧν οὐκ ἂν αὐτῷ που τὸ ἀποχρῶν εἰς βρῶσιν ἀθροίσειεν ὁ γηπόνος. ἀκαρπίας δὲ τοῦτο γένοιτ' ἂν τῆς ἐσχάτης ἀπόδειξις ἐναργής. ὅτι δὲ ἔμελλον οἱ τῶν θείων μαθητῶν ἀνατλάντες λιμὸν ἐν τοῖς ἁπάντων ἐσχάτοις πεσεῖσθαι κακοῖς, διεσάφει, προσθείς, ἐκλελοιπέναι μὲν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ βρῶσιν οὐκ ἔχειν· οὐχ ὑπάρχειν δὲ βοῦς ἐπὶ φάτναις. δι' οὗ σημαίνεται, τὸ εἰσάπαν ἐκλελοιπέναι τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν καὶ ἀπόλεκτον γένος, τουτέστι, τοὺς ἀπὸ φυλῆς Λευί, οἳ βουσὶν ἐν ἴσῳ τὴν νοητὴν ἅλω καταλεπτύνοντες, καὶ τὴν ἐκτὸς ἀσαφείας περιβλημάτων τὸν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως ἀπογυμνοῦντες λόγον, οἷά τινα σίτου κόκκον προὐτίθεσαν μὲν τοῖς ἄλλοις εἰς νόησιν, καὶ οἷον βρῶσιν πνευματικήν. αὐτοὶ δὲ ἦσαν ἐν φάτναις καταβοσκόμενοι τὰς ἐκ τοῦ λαοῦ δωροφορίας, δεκάτας, ἀπαρχὰς εὐχαριστηρίους. οὐκοῦν ἐκλελοίπασι μὲν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα· βόες δὲ οὐκ ἦσαν ἐπὶ φάτναις ἔτι, τουτέστιν, οἱ καθηγηταὶ τῶν ἄλλων, καὶ διδάσκαλοι. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τό, οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, τοῖς τῶν διδασκάλων προσάπτει κεφαλαῖς, διερμηνεύων ἡμῖν σαφῶς τὰ ἐν νόμῳ. ἐκλελοιπέναι γε μὴν τοὺς βοῦς ἐξ ἰάσεως αὐτῶν φησι, καὶ ἔστι μὲν ἀσαφὴς ὁ λόγος. δηλοῖ δὲ τόδε, καθάπερ ἐγῷμαι πάλιν. ἐπειδὴ γὰρ ἀπερισπούδαστον ἀμαθῶς τὸ ἰᾶσθαι παρὰ Χριστοῦ, καίτοι ῥωννύντος τὸν ἀσθενῆ, καὶ δικαιοῦντος τὸν ἀσεβῆ, ταύτητοι καὶ ἐκλελοίπασι, τουτέστιν, εἰσάπαν ἠσθένησαν, καὶ κεχωρήκασιν εἰς τὸ μηδέν. δεινὸν οὖν ἄρα τὸ προσκρούειν Θεῷ, καὶ ἀκαρπίας ἔσται πρόξενον τῆς ἐσχάτης. ἀπορήσομεν δὲ καὶ τροφῆς τῆς πνευματικῆς, καὶ πάντως ἐπέκεινα κακοῦ τοιουτουθὲν ἐσόμεθα.

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ κυρίῳ ἀγαλλιάσομαι, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου· κύριος ὁ Θεός μου δύναμίς μου, καὶ τάξει τοὺς πόδας μου εἰς συντέλειαν. ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβᾷ με, τοῦ νικῆσαι ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ.

Ἐνταῦθα λοιπὸν αὐτὸ τὸ τοῦ Προφήτου πρόσωπον εἰσκόμισε σαφῶς, τὰ τοιάδε λέγον. ἤγουν

Propheta, opus eius mentitum est (per legem enim & Prophetas ad Christum instituti, fidem non receperunt) idcirco etiam excisa est, & ceciderunt rami eius, & inserti sunt de cætero qui erant ex oleastro, hoc est, ex gentibus, & socii radicis, pinguedinis bonæ oliuæ euaserunt. Deinde ait, [campi non facient escas.] Comparat rursum Israelem, vt opinor, segetibus corruptis, è quibus agricola sufficientem sibi annonam colligere nequeat; quod extremæ sterilitatis est euidens argumentum. Famem autem diuinorum discipulorum expertos, in mala omnium grauissima deuenturos, declarat, addens, defecisse oues, quod non comederent, hoc est, quia pabulum non haberent: & non esse bouem ad præsepe. Ex quo significatur penitus interiisse apud eos sacrum, & electum genus, nempe de tribu Leui, qui tanquam boues spiritualem sulcum proscindentes, & sine obscuritate quæstionum à sapientissimo Mose dicta aperientes, ceu frumenti grana aliis ad intelligentiam escam spiritualem proponebant. Et ipsi erant qui ad præsepia pascebantur, donis à populo oblatis, & primitiis quæ grati animi testes offerebantur. Itaque defecerunt ab escis oues: [Boues autem non amplius stant ad præsepia,] hoc est, aliorum duces & magistri. Quocirca & diuinus Paulus illud, [Non obturabis os boui trituranti,] magistris accommodat, perspicuè legem nobis interpretans. Defecisse autem boues ex sanatione eorum dicit, quod obscurius est. Vult autem sibi hoc rursum, vt arbitror. Quoniam enim illis, idque stultè, nullum studium fuit, vt à Christo sanarentur, quanquam ille & imbecillo vires repararet, & impium iustificaret, ideo etiam defecerunt, hoc est, omnes ægrotarunt, & in nihilum abierunt. Est igitur graue, sterilitatémque summam inducit, in Deum committere. Egebimus hinc etiam spirituali nutrimento, & in malo maiore malis omnibus versabimur.

Rom. 11.

1. Tim. 5.

Ego autē in Domino exultabo, gaudebo super Deo Saluatore meo. Dominus Deus meus robur meū, & ponet pedes meos in cōsummationē, & super excelsa facit me ascēdere, vt vincā in cātico eius.

LXI.

Hoc loco iam ipsa Prophetæ persona apertè inducitur, cuius hæc sunt verba.

Aut

Aut certè in fide iustificatorum, dixerit quispiam hæc esse, qui Christum sibi oblectamentum faciunt, & in eo lætantur, & qua valent fortitudinem, ipsi, vt largitori adscribunt, & in eo omnia posse profitentur. Vt etiam diuinus Paulus, [Omnia possum, inquit, in Christo qui me confortat.] Psallit quoque alicubi B. Dauid, [quoniam gloria virtutis eorum tu es.] Ab eo solo etiam constantia pietatis egregiè cumulari exspectant. Nam, [ponet pedes meos in consummationem,] aliud vtique quam hoc non significat. Itaque Hebræorum editio pro *consummationem* posuit *securitatem*. Positi ergo pedes in securitatem, quid aliud, quàm constantiam, vt dixi, in pietate, & immobilitatem in virtute, & firmitudinem in fide, & charitatem in Christum significent? Vitam porro in Christo iustificatorum non esse humilem, & in terram abiectam: sed omni terreno, & carnali negotio superiorem, & cælestem, ostendit cum dicit, [super excelsa facit me ascendere.] Verè enim excelsum quiddam apud Deum, Euangelicæ conuersationis honestamenta. Deuicturos autem aduersarios, hostibúsque præualituros, glorificantes ipsum, pro certo affirmat, vt [vincam in cantico eius.]

Phil. 4. Psal. 88.

A ἢ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων φαίης ἂν εἶναι τοὺς λόγους, οἳ θυμηδίαν ποιοῦνται Χριστόν, καὶ χαίρουσι μὲν ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς εὐσθενείας χορηγὸν ἀναγράφουσιν, ἐν αὐτῷ τε πάντα δύνασθαί φασι, καθά που ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, πάντα ἰσχύω, φησί, ἐν τῷ δυναμοῦντί με Χριστῷ. ψάλλει δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ, ὅτι τὸ καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν εἶ σύ. προσδοκῶσι δὲ καὶ τὸ βεβηκὸς εἰς εὐσέβειαν παρ' αὐτοῦ δὴ μόνου καταπλουτῆσαι καλῶς. τὸ γάρ, τάξει τοὺς πόδας μου εἰς συντέλειαν, B δηλοῖ που πάντως ἕτερον οὐδὲν ἢ τοῦτο. καὶ γοῦν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις ἀντὶ τῆς συντελείας τέθεικε τὴν ἀσφάλειαν. οἱ δὲ τεθειμένοι πόδες εἰς ἀσφάλειαν, τί ἂν ἕτερον ἡμῖν ὑποφήνειαν, ἢ τὸ βεβηκός, ὡς ἔφην, εἰς εὐσέβειαν, καὶ τὸ ἀκράδαντον εἰς ἀρετήν, καὶ τὸ εἰς πίστιν ἐρηρεισμένον, καὶ ἀγάπην τὴν εἰς Χριστόν; ὅτι δὲ οὐ χθαμαλός, καὶ χαμερριφὴς ὁ βίος τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων, ἀλλὰ παντὸς γηΐνου, καὶ σαρκικοῦ πράγματος ὑψοῦ τέ C ἐστι, καὶ ἄνω κείμενον, ἀποφαίνει λέγων, ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβᾷ με. ὑψηλὸν γὰρ ὄντως παρὰ Θεῷ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὰ αὐχήματα. ὅτι δὲ καὶ περιεσόμεθα τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ ἀμείνους ἐσόμεθα τῶν ἐχθρῶν, δοξολογοῦντες αὐτόν, ἀναπείθει λέγων, τοῦ νικῆσαί με ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ.

IN ABACVC COMMENTARII FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙΣ τὸν Προφήτην Σοφονίαν.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ

ARCHIEPISCOPI,

IN SOPHONIAM PROPHETAM COMMENTARIVS, CONTINENS TOMOS II.

PRÆFATIO.

Προφητεύει μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις ὁ Σοφονίας, οὐκ ἄσημος ὢν τὸ κατὰ σάρκα γένος, οὔτε μὴν κατ᾽ ἐκείνους ὑπάρχων, οἷς ἦν ἔθος τὸ ψευδοεπεῖν, καὶ τοὺς θείους τοῖς ἀκροωμένοις ἀποπλάττεσθαι λόγους, περὶ ὧν ἔφη καὶ Ἰεζεκιήλ. οὐαὶ οἱ προφητεύοντες ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέποντες. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς. οὐκ ἀπέστελλον τοὺς Προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον· οὐδὲ ἐλάλησα πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. ἀλλ᾽ ἦν ἀληθῶς Προφήτης, τοὺς ἐκ στόματος τοῦ κυρίου διαπορθμεύων λόγους, καὶ ἁγίου μὲν ἀναπιμπλάμενος πνεύματος, ἀναβρύων δὲ ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἀγαθῆς τῆς καρδίας αὐτοῦ τὰ ἀγαθά. ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἁγίων ἡ γλῶσσα. ὁ δέ γε τῆς προφητείας σκοπὸς ἐπίπληξιν ἔχει τῶν οὐσῶν ἐν Ἱεροσολύμοις δύο φυλῶν. τῆς τε Ἰούδα φημὶ καὶ τοῦ Βενιαμίν. γράφεται γὰρ ὡς ἠσεβηκότας, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων ἀπάταις ἀνοσίως προσιεδρευκότας, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἑτοίμως διαθέοντας τῶν ἀπαδόντων

I. PROPHETAT Hierosolymis Sophonias, genere haud ignobilis, nec de illorum ordine, quibus erat in more vaticinari falsa, & diuinos sermones ab se confictos audientibus venditare, de quibus & Ezechiel: [Væ prophetantibus de corde suo, & omnino non videntibus.] Quin ipse etiam vniuersitatis Deus per os Hieremiæ, [Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: nec loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.] Sed erat verus ac germanus Propheta, ex ore Domini sermones apportans, & sancto Spiritu repletus, & velut ex bono fonte cordis sui bonis scaturiens. Nescit enim sanctorum lingua mentiri. Finis autem prophetiæ huius est increpare duas tribus Iuda nimirum & Beniamin, quæ erant Hierosolymis. Eas vt impias, & fraudibus idolorum impiè incumbentes, & ad quiduis Deo ingratũ prosiliẽte accu-

Ezech. 13. Hiere. 23. Matt. 12.

sat. Vtiliter porrò additum est tempus regni, quo talia apud peccatis in Deum obnoxios elocutus sit, vt rerum statum, qui tum fuit, diligentius inquirentes, ita quare, & quantopere illis Deus iratus fuerit, cognoscamus.

CAPVT I.

Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii Gadoliæ, filii Amoriæ, filii Ezechiæ, in diebus Josiæ filii Ammon, regis Juda.

II. ITAQVE (sigillatim enim exponam, quæ lectoribus conducant) regnauit olim Hierosolymis Ezechias, vir si quisquam alius, Dei amantissimus, pietati deditus, iustitiæ custos, fraudis inimicus, & idololatriæ vt detrimentosæ extirpator: harum enim virtutum testimonium sacra Scriptura eidem liquidò impertiuit. Eo Hierosolymis regnum administrante, ascendit Sennacherim Assyriorum Rex, captáque Samaria, Israelem (decem tribus nimirum) ad montes Persarum ac Medorum transtulit, & crematis quamplurimis regni Judæ vrbibus, potiri Hierosolyma, Deo eam protegente, non potuit. Mortuo Ezechia regnum filius eius Manasses excepit, cuius tanta fuit impietas, vt nullum genus improbitatis sibi prætermittendum duceret. De quo in quarto libro Regum ita scriptum extat. [Et fecit malum in oculis Domini iuxta abominationes gentium, quas abstulit Dominus à facie filiorum Israel. Et reuertit, & ædificauit excelsa, quæ diruerat Ezechias pater eius. Et erexit altare Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achaab Rex Israel, & adorauit vniuersam militiam cæli, & seruiit eis: & ædificauit altare in domo Domini, sicut dixit, in Hierusalẽ ponam nomen meum; & ædificauit altare vniuersæ militiæ cæli in duabus areis domus Domini, & traduxit filios suos per ignem, & auguria sectatus est,] & quæ sequuntur. Hæc dum Manasses impie designat, indignatus Deus, pœnas Hierosolymis comminatus est. Quare rursum scriptum est in hunc modum. [Et locutus est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum, dicens: Quia fecit Manasses abominationes has malas, ecce ego induco mala super Hierusalem,

4. Reg. 18

Cap. 21.

A θεῷ. προσεπενήνεκται δὲ χρήσιμος καὶ τῆς βασιλείας ὁ χρόνος, καθ' ὃν τὰ τοιάδε προσλελάληκε τοῖς προσκεκρουκόσιν, ἵνα τὴν τῶν τηνικάδε πραγμάτων πολυπραγμονοῦντες κατάστασιν, λοιπὸν ἐννοώμεθα ἐφ' ὅτῳ τε, καὶ ὅσον γέγονεν ἐπ' αὐτοὺς τῆς θείας ὀργῆς ἡ κίνησις.

ΚΕΦΑΛ. α.

Λόγος Κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Σοφονίαν τὸν τοῦ Χουσὶ, υἱὸν Γοδολίου τοῦ Αμορίου, τοῦ Εζεκίου, ἐν ἡμέραις Ιωσίου υἱοῦ Αμὼς, βασιλέως Ιούδα.

B ΟΥκοῦν (ἀφηγήσομαι γὰρ ἀνὰ μέρος ἃ δὴ καὶ ὀνίνησι τοὺς ἐντευξομένους) βεβασίλευκε κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ὁ Εζεκίας, ἀνὴρ τῶν ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτων, εὐσεβείας ἐραστὴς, δικαιοσύνης πρύτανις, ἀπάτης ἐχθρὸς, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἰδωλολατρείας πρεκόπτων βλάβην· προσμεμαρτύρηκε γὰρ αὐτῷ τὰ τοιάδε σαφὲς τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. τούτου διέποντος τὴν ἐν τοῖς Ιεροσολύ-

C μοις βασιλείαν ἀνέβη Σενναχηρεὶμ, ὁ Ασσυρίων τύραννος, εἷλέ τε τὴν Σαμάρειαν, καὶ ἀπῴκισε τὸν Ισραὴλ· τουτέστι, τὰς δέκα φυλὰς· εἰς τὰ ὄρη Περσῶν, καὶ Μήδων, προσεμπρήσας δὲ καὶ τῆς Ιούδα βασιλείας οὐκ εὐαριθμήτους πόλεις, οὐ κεκράτηκε τῶν Ιεροσολύμων, Θεοῦ προασπίζοντος. εἶτα τεθνεῶτος Εζεκίου διαδέχεται τὴν βασιλείαν ὁ Μανασσῆς, γεγονὼς ἐξ αὐτοῦ, ὃς ἦν οὕτω δυσσεβὴς, ὡς μηδένα τρόπον φαυλότητος ἀνεπιτήδευτον ἐᾶν. γέγραπται δὲ οὕτως περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασι-

D λειῶν, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου· κατὰ τὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν, ἃ ἐξῆρε κύριος ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ισραήλ. καὶ ἐπέστρεψε καὶ ᾠκοδόμησε τὰ ὑψηλὰ ἃ κατέσπασεν Εζεκίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἀνέστησε θυσιαστήριον τῇ Βάαλ· καὶ ἐποίησεν ἄλσος, καθὼς ἐποίησεν Αχαὰβ βασιλεὺς Ισραὴλ, καὶ προσεκύνησε πάσῃ τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐδούλευσεν αὐτοῖς, καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἐν οἴκῳ κυρίου, ὡς εἶπεν, ἐν Ιερουσαλὴμ θήσω τὸ ὄνομά μου, καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον πά-

E σῃ τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ ἐν ταῖς δυσὶν αὐλαῖς οἴκου κυρίου, καὶ διήγαγε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ οἰωνίζετο, καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα δρῶντος ἀνοσίως τοῦ Μανασσῆ λοιπὸν ἠγανάκτει Θεὸς, καὶ τοῖς Ιεροσολύμοις ἐποιεῖτο ἤδη τὰς ἐξ ὀργῆς ἀπειλάς. γέγραπται δὲ πάλιν οὕτω, καὶ ἐλάλησε κύριος ἐν χειρὶ δούλων αὐτοῦ τῶν Προφητῶν λέγων. ἀνθ' ὧν ἐποίησε Μανασσῆς τὰ βδελύγματα ταῦτα τὰ πονηρὰ, ἰδοὺ ἐγὼ φέρω κακὰ ἐπὶ Ιερουσαλὴμ,

καὶ ἐκτενῶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ τὸ μέτρον Σαμαρείας, καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ. καὶ ταυτὶ μὲν ἐποίσειν οὐκ εἰς μακρὰν τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ἐπηπείλει Θεός. κατοιχομένου δὲ τοῦ Μανασσῆ, βεβασίλευκεν Ἀμὼς υἱὸς αὐτοῦ, κατ' οὐδὲν ἀποδέων τοῦ φύσαντος εἰς ἀνοσιότητα τρόπων, ἁμιλλώμενος δὲ οὕτω ταῖς ἐκείνου δυσσεβείαις, ὡς τάχα που καὶ ὑπερκεῖσθαι λοιπόν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπεβίω, βεβασίλευκεν Ἰωσίας, υἱὸς μὲν αὐτοῦ, πλὴν τὴν Ἐζεκίου ζηλώσας φιλοθεΐαν, καὶ τῶν ἐκείνου τρόπων ἄριστος ἐραστής. καθεῖλε μὲν γὰρ βωμοὺς, καὶ τεμένη, τὸν δὲ θεῖον ναὸν καθαρὸν ἀποφήνας τῶν Μανασσῆ βδελυγμάτων. τὰ συνήθη δρᾷν εἰς δόξαν Θεοῦ τοὺς κατὰ νόμον ἱερουργοὺς ἐκέλευεν. ἐνέπρησε πρὸς τούτῳ τοῦ ἡλίου τὸ ἅρμα, ἐξήλασε τῶν Ἱεροσολύμων ψευδομάντεις, οἰωνοσκόπους, καὶ τερατολόγους, καὶ μέντοι γνώστας. οὐκ εὐαρίθμητόν τι τῶν ἱερωμένων ἀποσφάξας πλῆθος, ἐν τοῖς τῶν εἰδώλων κατέκαυσε βωμοῖς· ἀνέτρεψέ τε τὸ θυσιαστήριον τῶν δαμάλεων τῶν ἐν Βεθὴλ, ὃ πεποίηκεν Ἱεροβοάμ. ἐπεὶ δὲ ἦν οὕτω φιλόθεος, ἀνεβάλετο τὴν ὀργὴν, καὶ οὐδὲν ἐπήγαγε τῶν ἠπειλημένων ὁ Θεός. ἐπεὶ δὲ ἀπεβίω καὶ Ἰωσίας, βεβασίλευκεν Ἰωάχαζ, ὃν ἐχειρώσατο Φαραὼ Νεχαὼ, καὶ δέσμιον ἐποιήσατο, τῇ τῆς βασιλείας στεφανώσας τιμῇ τὸν Ἰεχονίαν, Ἰωσίου πάλιν υἱὸν δεύτερον, οὗ δὲ βασιλεύοντος κατεστράτευσε τῆς Ἰουδαίας ὁ Ναβουχοδονόσορ ὃς πᾶσαν καταδῃώσας τὴν χώραν εἷλε τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν θεῖον ἐμπρήσας ναὸν, ὁμοῦ τοῖς ἱεροῖς σκεύεσι δορύληπτον τὸν Ἰούδαν, καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀπεκόμισεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων πόλεις, τὰς πρὸς τῇ θαλάσσῃ κειμένας, Γάζαν τέ φημι, καὶ Ἀσκάλωνα, καὶ ἑτέρας σὺν αὐταῖς, Ἰδουμαίους τε, καὶ Ἀμμανίτας ἡ τοῦ Βαβυλωνίου σκαιότης συνέτριψε καὶ διέθηκε κακῶς. διαμέμνηται γὰρ καὶ τούτου τῆς προφητείας ὁ λόγος.

Ἐκλείψει ἐκλειπέτω ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει κύριος. ἐκλειπέτω ἄνθρωπος, καὶ κτήνη. ἐκλειπέτω τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης. καὶ ἀσθενήσουσιν οἱ ἀσεβεῖς. Καὶ ἐξαρῶ τοὺς ἀνόμους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει κύριος.

Ὡς ἐρήμου παντελῶς ἐσομένης αὐτοῖς τῆς χώρας, καὶ ὅσον οὔπω σὺν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν αὐτὴν ἀπολουμένης, ὑπερβολικὸν ἐν τούτοις τὸν τῆς προαγορεύσεως ποιεῖται λόγον. οὐ γάρ πού φαμεν εἰκῇ ἐσομένων ἐν καλῷ τοῦ φρονεῖν ὅτι καὶ ζώοις ἀλόγοις καὶ νηκτοῖς ὀρθῶς, καὶ πετεινοῖς ἐφίησι τὴν ὀργὴν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐννοεῖν ἀναπείθει τοὺς ἀκροωμένους, ὡς οὐδενὸς τὸ παράπαν ἔσται φεί-

A & extendam super Hierusalem mensuram Samariæ, & tradam eos in manus inimicorum suorum.] Et hæc quidem non multo post Hierosolymitis inflicturum interminatus est Deus. Manasse defuncto, Amos filius eius sceptrum capessit, patre scelestis moribus nihilo inferior, quique cum illius impietate sic decertabat, vt eum quodammodo tandem superarit. Huic denato successit filius Iosias, Ezechiæ proaui B charitate erga Deum morúmque suauitate imitator. Altaria enim, & delubra diruit, diuinum templũ à Manassæ abominationibus purgauit, & sacerdotes consueta secũdum leges munera obire iussit. Præterea currum solis incendit, falsidicos vates, augures, aruspices, & ariolos Hierosolymis exegit. Quã plurimos item fanorũ sacerdotes neci dedit, eorúmque corpora super aras combussit. Aram vitulorum in Bethel, quam fecit Hieroboam, euertit. Eo rerum diuinarum ita studioso, Deus iram distulit, & malorum, quorum minas intenC derat, nihil inuexit. Post mortem Iosiæ Ioachaz regnauit, cui capto Pharao Nechao vincula iniecit, atque ad regios honores Iechoniam extulit, Iosiæ filium alterum, quo regnante, copias infestas in Iudæam Nabuchodonosor adduxit, qui omni vastata regione Hierosolymam cepit, diuinum templum exussit, vnà cum sacris vasis Iudam, & Beniamin tribus captiuas in regnum suum abegit. Sciendum porrò, alienigenarum quoque vrbes D maritimas, Gazam nimirum, Ascalonem, & alias præterea, Idumæos item, & Ammonitas stolidum Babylonium deleuisse & male multauit. Nam & huius rei propheticus sermo meminit.

Defectione deficiat à facie terræ, dicit Dominus. Deficiat homo, & iumenta. Deficiant volatilia cæli, & pisces maris. Et infirmabuntur impii. Et auferam iniquos à facie terræ, dicit Dominus.

E Quasi planè in solitudinem redigenda sit ipsorum regio, & iam iámque pessundanda cum omnibus pœne indigenis, cum superlatione, & hyperbole quadam ista vaticinatur. Non enim dicimus (si modò cum ratione aliquid commercii habemus) vniuersorum Dominum & brutis, & piscibus & volucribus irasci. Illud cogitandum potius persuadet, nulli omnino parsum iri:

4. Reg. 23

4. Reg. 24

III.

sed quẽadmodũ naui simul cũ vectoribus summersa, nihil manet reliquũ: ita, inquit, Iudæa capta nihil cõseruabitur, nõ homo, non pecus, nõ auis, non piscis. Quoniam autem consentaneum erat, nonnullos in ea reperiri, qui legibus cõgruenter viuerent, ac generosam & admiratione dignam vitam colerent, ne aduersũ omnes indiscriminatim irasci, & cum iniusto iustum, & cum sceleratis ac impiis piũ perdere videretur, idcirco prodit, quem iratus puniat. Ait namque infirmatum iri impios. Et tollam impios à facie terræ. Infirmatum quidem iri in manus hostium incidentes: Auferuntur autem de medio iniqui vt mortui, & gladio consumpti: siue in captiuitatem abducti, & à quibus capti sunt, iis seruientes.

Sin quis ad vitam & mores ista referre voluerit, hominem & iumenta, & reliqua, intelliget homines secundum carnem viuentes, & terrena cogitantes, & temporariis rebus inhærentes, quos Dei sermo sic allocutus est. [Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes, vos autem sicut homines morimini.] (Psal. 81.) Sanctorum enim vita non humana, sed diuina potius, & spiritualis est: siquidem verum est, eos ambulare quidem in carne, non autem viuere secundum carnem: & conuersationem suam in cælis habere. (1. Cor. 10. Philip. 3.) Iumenta porrò reputabimus in ignorantia æuum degentes, & mente tardos, de quibus psalmographus, [Homo cum in honore esset, non intellexit,] (Psal. 48.) & quæ sequuntur. Adiubet autem, [Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.] Volatilia interpretabimur, qui elatam, ac velut sublimem possident mentem, & quorum animi ad alta ferri consueuerunt, humilibus consentire detrectantes. (Rom. 12.) Talis est omnis arrogans, & superbiæ Deo exosæ criminibus etiam atque etiam inuolutus. Piscis deinde inconsultissimam multitudinem significabit. Sunt item maximè muti pisces. Tale est vulgus, quod vitæ huius tumultibus tanquam mari aliquo circumfusum, & actionum eius salsa & amara voluptate pastum, retibus mortis seruatur, & vitam in exitiũ claudit. Hi igitur deficiẽt, vbi Deus illos multauerit, & puniuerit, vt qui ætatem proteruè transegerint, ipsumque exasperare non horruerint.

Et extendam manũ meam super Iudam, & super omnes habitãtes Hierusalem

XIII. POSTQVAM belli importunitatem, futuræque calamitatis atrocitatem expressissimè declarauit, rursus sermonem ad pœnitentiam commodè transfert; ad quam eos vocari vult, quando verisimile erat eum facilè persuasurum, timentibus videlicet. Interdum enim animo obdurato, & ad turpiora, & execráda magnoperè inclinato haud facile voluntatē saltem pœnitentiæ agundæ concipimus, quo tamen sæpè terror inuitos compellit. Ad suam igitur amicitiam inuitat. Sicut enim eos ab illo desciuisse diximus, & alienos euasisse cùm idolis seruiissent, animúmque affectibus vitiosis corrumpendum tradidissent: sic contra quasi retrorsum ire, diuinámque beneuolentiam adipisci intelligemus, qui eum, & solum adorare, & oraculis eius obtemperare non refugerint. Gentem porrò Israeliticam vocat ineruditam, vtpote quæ & ipsum mandatum vetus contempserit, & legem, à qua, vt pædagogo instituebatur, & ad omne genus probitatis deduci poterat, nefariè repulerit. Minatur rursum, nisi secum colligati fuerint, quibus modis hactenus diximus, non dissimiles futuros floribus agrestibus, languescentibus, & facilè marcescentibus, omninóque diuinam animaduersionem experturos. Quocirca [dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.] Quandiu permittit Dominus, pœnitentiam agamus. Per sanctificationem & fidem nos cum illo colligemus. Sic enim protegemur in die iræ, & contractam ex lapsibus nostris maculam, priusquam veniat super nos dies Domini, abluemus.

Galat. 5.

Galat. 6.

ΠΑρενδείξας εὖ μάλα τοῦ πολέμου τὴν ἀγριότητα, καὶ τῆς ἐσομένης συμφορᾶς τὸ μέγεθος, μεθίστησι πάλιν ἐπὶ καιροῦ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ χρῆναι καλεῖν εἰς μετάγνωσιν, ὅτε καὶ ἦν ἀναπεῖσαι εὐκόλως, εἰκὸς, δή που πεφοβημένους. ἀπεσκληκότος γὰρ ἔσθ' ὅτε τοῦ νοῦ καὶ πολὺ λίαν διανενευκότος εἰς τὰ αἴσχιω, καὶ βδελυρώτερα, οὐκ εὐκόλως προσιέμεθα τὸ κἂν γοῦν ἑλέσθαι μετανοεῖν, συνωθεῖ δὲ πολλάκις εἰς τοῦτο καὶ οὐχ ἑκόντας τὸ δεῖμα. καλεῖ τοίνυν εἰς οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτόν. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς ἀποστῆναί φαμεν, καὶ ἀλλοτρίους γενέσθαι, λελατρευκότας εἰδώλοις, καὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐπιδόντας τὸν νοῦν· οὕτω πάλιν ἀνόπιν ὥσπερ ἰέναι νοήσομεν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐπιδράττεσθαι, προσκυνεῖν ἑλομένους αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ παρακολουθεῖν θεσπίσμασιν. ἔθνος γε μὴν ἀπαίδευτον τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ὀνομάζει γένος ὡς καὶ αὐτὴν ἀτιμάζον τὴν ἀρχαίαν ἐντολὴν, καὶ διωθούμενον ἀνοσίως τὸν παιδαγωγοῦντα νόμον, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος ἐπιεικείας ἀποκομίζειν δυνάμενον. ἀπειλεῖ δὲ πάλιν, ὡς εἰ μὴ συνδεθεῖεν αὐτῷ, κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένους τρόπους, ἐξοίσουσι μὲν κατ' οὐδὲν ἀνθέων τῶν ἐν ἀγροῖς, ἃ καὶ σαθρά τε ἐστί· καὶ εὐμάραντα, ὑποπεσοῦνται δὲ πάντως τοῖς ἐξ ὀργῆς. οὐκοῦν ἕως καιρὸν ἔχομεν, ἐργασώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας. ἕως ἐνδίδωσιν ὁ δεσπότης, ποιώμεθα τὴν μετάγνωσιν. συνάπτωμεν ἑαυτοὺς δι' ἁγιασμοῦ, καὶ πίστεως. σκεπασθησόμεθα γὰρ οὕτως ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ τὴν ἐκ τῶν πλημμελημάτων κηλῖδα διανιψόμεθα, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐφ' ἡμᾶς ἡμέραν Θεοῦ.

Quærite Dominū omnes humiles terræ, iudicium operamini, & iustitiam

Ζητήσατε τὸν κύριον πάντες ταπεινοὶ γῆς, κρίμα ἐργάζεσθε, καὶ δικαιοσύνην

ζητήσατε, καὶ ἀποκρίνασθε αὐτά, ὅπως σκεπασθῆτε ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου.

Τίνα δὴ τρόπον συνδεθεῖεν αὐτῷ, καίτοι βδελυρὸν ὄντες ἔθνος, καταμηνύει σαφῶς. ζητεῖν γὰρ ἐπιτάττει τὸν κύριον, κρίμα τε ἐργάζεσθαι, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀποκρίνεσθαι αὐτά. ζητεῖται μὲν οὖν πρὸς ἡμῶν ὁ Θεός, διὰ τοῦ διψῆν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα δρᾶν, ῥαθυμίας ἁπάσης ἐξῃρημένης. ἐργασόμεθα δὲ καὶ τὸ κρῖμα, τὸν θεῖον αὐτοῦ νόμον ἀποπεραίνοντες, ἀοκνότατα δὲ κατορθοῦντες τὴν ἀρετήν. κερδανοῦμεν δὲ πάλιν τῆς δικαιοσύνης τὴν δόξαν, τοῖς ἐξ ἀγαθουργίας αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι, καὶ τὴν εὐκλεᾶ, καὶ ἀμώμητον ἀληθῶς τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, καὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης διατελοῦντες τρίβον. πλήρωμα γὰρ νόμου ἡ ἀγάπη. δεῖ δέ, οἶμαι, προσεπενεγκεῖν οἷς ἔφην, τὸ ἀποκρίνεσθαι αὐτά, τουτέστι, τὸ καὶ ἑτέροις προσλαλεῖν, καὶ νουθετεῖν ἀδελφούς· ἐσόμεθα γὰρ οὕτως, καὶ οὐχ ἑτέρως ἄρτιοι πρὸς ἀρετήν. οὕτω καὶ ὁ κύριος τὸν ἔργῳ τε, καὶ λόγῳ δοκιμώτατον ἔφη μέγαν κληθήσεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ἐλάχιστον δὲ τὸ εἰσηγεῖσθαι μὲν μεμαθηκότα, καὶ ἀπαρκοῦντα εἰς τοῦτο, μὴ μὴν ἔτι καὶ δρᾶν ἀνεχόμενον, ἅπερ ἂν εὖ ἔχειν οἴηται, καὶ κατορθοῦν ἐπιτάττει σοι. ταλανίζει δέ που καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς, οὕτω λέγων. οὐαὶ ὑμῖν ὅτι δεσμεύετε φορτία δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτίθετε τοῖς ἀνθρώποις, αὐτοὶ δέ, φησίν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἄκρῳ δακτύλῳ προσψαύετε αὐτοῖς. τελεωτάτης οὖν ἄρα θρησκείας ἀπόδειξις, τὸ καὶ κατορθοῦν ἀρετήν, εἰσηγεῖσθαι δὲ καὶ ἑτέροις, δι' ὧν ἂν γένοιντο λαμπροί. ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθος ὁ ἐπὶ τῷδε πόνος, σαφηνιεῖ λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής, ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. εἰ δὲ δή τις οἴοιτο, τὸ ἀποκρίνεσθαι αὐτά, καταδηλοῦν, ὅτι μελετῆν αὐτὰ ποιεῖσθαι προσήκει, καὶ τῇδε νοείτω. προστέταχε γὰρ καὶ ὁ Μωσέως νόμος περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων, ὅτι καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς καθήμενος, καὶ πορευόμενος ἐν ἀγορᾷ, κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος. ψάλλει δὲ καὶ ὁ Δαβίδ, καὶ μελετήσω ἐν τοῖς δικαιώμασί σου διαπαντός.

Διότι Γάζα διηρπασμένη ἔσται, καὶ Ἀσκάλων εἰς ἀφανισμόν, καὶ Ἄζωτος μεσημβρίας ἐκριφήσεται, καὶ Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεται.

Οἰκονομεῖται πάλιν ὁ λόγος, καὶ προαπαγγέλλει τὰ ἐσόμενα κατὰ καιροὺς εἰς παράκλησιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. καὶ τί δὴ τοῦτο, ἐρῶ. πεπορθημένων τῶν Ἱερο-

quærite, & respondete ea, ut protegamini in die iræ Domini.

XIV. Quonam modo queant ipsi Domino colligari, quamuis detestanda gens, apertè docet. Iubet enim quærere Dominum, iudiciúmque, & iustitiam operari, & respondere ea. Quæritur ergo à nobis Deus, si seclusa omni socordia ardenter optemus efficere, quæ illi accepta sunt. Operabimur etiam iudicium, diuinam eius legem exequentes, & virtuti impigerrimè seruientes. Lucrifaciemus insuper gloriam iustitiæ, rectè factorum ornamentis pulcherrimè cohonestati, gloriosamque, & verè nulli reprehẽsioni affinem in Deum, & fratres charitatis viam currentes. [Plenitudo enim legis est dilectio.] Dictis porrò addendum opinor, *respondere ea.* Hoc est, & alios alloqui, & admonere fratres: ita enim, non aliter virtutis numeros consequemur. Sic etiã Dominus verbo & opere probatissimũ, magnum vocatum iri dixit in regno cælorum. Contrà minimũ, qui studuerit quidem docere quæ huc sufficiant, nec tamen facto præstare volentem quæ probauerit, & legitimè præstare alios iusserit. Deplorat item alicubi Iudæorum magistros his verbis: Væ vobis, [Quoniam alligatis onera importabilia, & imponitis ea in humeros hominum, ipsi autem,] inquit, nec ad punctum temporis primoribus digitis attingitis. Perfectissimæ igitur religionis indicium, & ipsum virtutis officia exequi, & explicare aliis, quibus claritatem adipiscantur. Non cariturum autem præmiis laborem huiusmodi, declarabit Christi discipulus. [Qui conuerterit peccatorem ab errore viæ suæ, seruabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.] Si quis autem existimauerit, illud *respondere ea*, significare, conuenire ea meditari, intelligat & ita sanè. Nam & Mosis lex de oraculis diuinis ita præcepit, [Et loqueris in eis sedens in domo, & ambulans in foro, dormiens, & surgens.] Psallit quoque Dauid, [Et meditabor in iustificationibus tuis semper.]

Rom. 13. Matt. 5. Matt. 23. Iacob. 5. Deut. 6. Psal. 118.

Quia Gaza direpta erit, & Ascalon in desolationem, & Azotus meridie proiicietur, & Accaron eradicabitur.

XV. Rursum œconomicè procedit sermo, & quodam tempore futura, ad solatium Israëlitarum prænuntiat. Dicam quo-

modo. Euersa Hierosolyma, totaque Iudæa per Nabuchodonosorem subiugata, vicinæ alienigenarum vrbes miserorum calamitate lætabantur, vastitatémque perpessos irridebant, sacrificabántque dijs suis, vt qui omnibus odiosum genus hominũ totum perdidissent. Audebant insuper dicere, nihil sibi commodare, in Deo confidere, reipsa ostensum esse, & opinabantur, Babyloniorum vires quamuis cælesti auxilio præualuisse. Quod si fortè quispiam Iudæus domo, & patria relicta tempore belli aufugiens, ad vicinos vt salutem quæsitum se contulisset, hic peius se habebat, cum qui misericordiam nauare debebant, Babylonios crudelitate superarent. Quocirca infelices illi aduersus Dei gloriam insolescebant, asperósque, & immites afflictis se præbebant, non solum commiserationem nullam tribuentes; sed etiam immaniter stultitia sua captiuos diuexantes. Quid ergo? Post hæc suo tempore Cyro tandem dimittente è captiuitate redierunt Israelitæ, & Hierosolymis constituti vrbem reædificarunt, & templum instaurarunt. Iámque Deo bene iuuante in spe status felicioris erant. Hæc cum Gazæi, & Ascalonitæ, & Azotij, & Accaronitæ, Moabitæ, & Idumæi, & Ammanitæ, & aliæ præterea gentes cognouissent, inuidiæ flamma colliquescebant, & muro vrbem cingentes impedire conabantur. Quare agmine facto qui captiui redierant, in eos bellatum iuerunt, & in valle Iosaphat prælio dimicatum est: vbi Deo Israelem corroborante ceciderunt, interfectíque sunt aduersarij. Adeo autem potenter gentium vrbes subegit, vt eas ad solitudinem redigeret, & gregum stabula efficeret. Huius historiæ nunc meminit, promissionem habentis, primùm quidem reuersionis è captiuitate: deinde futuræ gloriæ, ac victoriæ contra omnes. Direptum enim iri Gazam ait, perituram Ascalonem, Azotum in meridie, hoc est palam, proiiciendam, nec latronum more, sed manifestè, & lege belli, Accaronem verò eradicatum iri. Scitissimè autem ad nominis significatum minando alludit. Redditur enim Accaron eradicatio. Quod ipsam passuram dicit, vt quæ ipsa appellatione calamitatem sibi importandam complectatur.

Esdr. 2. 3. & 4.

A σολύμων, καὶ ἁπάσης δὲ τῆς Ἰουδαίας κατειλημμένης ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, αἱ περίοικοι τῶν ἀλλοφύλων πόλεις ἐπεγάννυντο τοῖς πεπονθόσι, καὶ κατεμειδίων τῶν πεπορθημένων, ἔθυον δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις θεοῖς, ὡς τὸ πᾶσιν ἀπηχθημένον ἀπολωλεκόσι γένος· ἀπετόλμων δὲ λέγειν, ὡς ἀνόνητον αὐτοῖς τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι διὰ πραγμάτων αὐτῶν ἐξελήλεγκται, ᾤοντό τε, ὅτι καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας εὐσθενεστέρα ἡ τῶν Βαβυλωνίων ἐγένετο χείρ. εἰ δὲ B δή πού τις τῶν ἐκ τῆς Ἰουδαίας τὰ οἴκοι μεθεὶς, καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἀποδραμὼν κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, ὡς πρὸς ὁμόρους ἀφίκετο σώζεσθαι προσδοκῶν, ἔστ' ἂν ἐν χέρσιν, ὠμοτέροις τῶν Βαβυλωνίων περιτυχὼν, τοῖς κατοικτείρειν ὀφείλουσιν. ἐκ τοίνυν κατεσοβαρεύοντο τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης οἱ τάλανες, σκληροί τε, καὶ ἄτεγκτοι τοῖς πεπραγόσιν ἀθλίως συνιόντων, οὐ συναλγεῖν παραιτούμενοι· μᾶλλον δὲ καὶ ἀγρίως τῇ περὶ ἑαυτῶν σκαιότητι τοὺς ἁλόντας ἐπιφορτίζοντες. τί οὖν; μετὰ τοῦτο ἐπεδήμησεν ὁ C κατὰ καιρὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, Κύρου μόλις ἀνέντος, καὶ δὴ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις γεγονότες ἀνετείχιζον τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν ἀνεδείμαντο. καὶ ἦσαν ἤδη που ἐν ἐλπίσι λοιπὸν τοῦ εὐημερεῖν, παρασπίζοντος τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ ταῦθ' οὕτως περαίνεσθαι μεμαθήκασι, Γαζαῖοί τε καὶ Ἀσκαλωνῖται, καὶ μὴν καὶ Ἀζώτιοι, καὶ οἱ ἐκ τῆς καλουμένης Ἀκκαρὼν, Μωαβῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ἀμμανῖται, ἕτερά τε ἄττα πρὸς τούτοις ἔθνη τῇ τοῦ φθόνου κατετήκοντο φλογὶ, καὶ διακωλύειν D ἤθελον περιφράττοντας τείχει τὴν πόλιν, καὶ δὴ συναγηγερμένοι τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνακεκλημένων κατεστρατεύοντο. καὶ συγκεκρότηται μὲν ἡ μάχη κατὰ τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ· πεπτώκασι δὲ, καὶ ἀνῄρηνται Θεοῦ νευρώσαντος τὸν Ἰσραήλ. εἷλον δὲ οὕτω κατακράτος τὰς τῶν ἐθνῶν πόλεις, ὡς εἰς ἐρημίαν αὐτὰς καταστῆσαι, καὶ ποιμνίων ταύτας ἀποφῆναι σηκούς. ταύτης δὴ μέμνηται τῆς ἱστορίας εἰς τὸ παρὸν, ἐπαγγελίαν ἐχούσης, πρῶτον μὲν τῆς E ἐπανόδου τῆς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας· εἶτα τῆς ἐσομένης εὐκλείας, καὶ τῆς κατὰ πάντων νίκης. διαρπασθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν Γάζαν φησίν, οἰχήσεσθαι δὲ τὴν Ἀσκάλωνα πρὸς ἀφανισμόν, καὶ Ἄζωτον μεσημβρίας ἐκριφήσεσθαι, τουτέστι, φανερῶς, καὶ οὐ τρόπῳ λῃστρικῷ, ἀλλ' ἐναργῶς, καὶ πολέμου νόμῳ. τὴν γε μὴν Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεσθαι. εὐφυῶς δὲ λίαν πρὸς τὴν τοῦ ὀνόματος δήλωσιν ποιεῖται τὴν ἀπειλήν. ἑρμηνεύεται γὰρ Ἀκκαρὼν ἐκρίζωσις. τοῦτο δὲ αὐτὸ πείσεσθαί φησιν αὐτὴν, οἷα ἔχουσαν ἐν τῇ κλήσει τῆς ἐπενεχθησομένης αὐτῇ συμφορᾶς.

Οὐαὶ οἱ κατοικοῦντες τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης, πάροικοι Κρητῶν. λόγος κυρίου ἐφ' ὑμᾶς Χαναάν, γῆ ἀλλοφύλων.

Væ qui habitatis funiculum maris, aduenæ Cretensium. Verbum Domini super vos Chanaan, terra alienigenarum.

Ἀποχρώντως ἀπειλήσας, καὶ τὰ ὅσον οὔπω συμβησόμενα προαναπεφωνηκὼς τοῖς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσι, Γαζαίοις τε, φημί, καὶ Ἀσκαλωνίταις, Ἀζωτίοις τε, καὶ τοῖς ἐξ Ἀκκαρών, τὸν ἴσον ὑφαίνει λόγον καὶ ἐπὶ ταῖς Φοινίκης, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ταῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ κειμέναις. ταύτητοι φησίν, οὐαὶ οἱ κατοικοῦντες τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης. ἐπειδὴ γὰρ πολλαὶ τῶν κατὰ τὴν Παλαιστίνην πόλεων τῇ θαλάσσῃ προσῳκήκασιν, ἀποδιιστὰς ὥσπερ τὰς σημαινομένας, εἰς τὸ πρὸν παροίκους Κρητῶν αὐτὰς ἀποκαλεῖ, ἵν' ἐντεῦθεν νοῶμεν τοὺς τῆς Φοινίκης οἰκήτορας. Κρῆτες γάρ, καὶ Λίβυες διείργοντο μὲν ἀλλήλων μεσολαβούσης θαλάσσης, ὀλίγοις κομιδῇ διαστήμασιν. ὡς γὰρ ὁ πολὺς ἔχει λόγος, ἀνέμου πνέοντος, ἔσθ' ὅτε τῶν ἐκ Κρήτης βοτανῶν διαπλέουσιν αἱ ὀσμαὶ καὶ τοὺς ἐν Λιβύῃ κτείνουσι θῆρας, ἑρπετά τε φημί, καὶ τὰ τῶν ἰοβόλων ἔθνη. τετάχαται δὴ οὕτω Λίβυές τε, καὶ Κρῆτες ὡς ἔθνος ἕν. ἐντεῦθεν κατὰ καιροὺς ἀποικίας στείλαντες, τὰς ἐν Φοινίκῃ κατῳκήκασι, καὶ ἀνεδείμαντο πόλεις, καθάπερ ἀμέλει καὶ Καππαδόκαι κατὰ καιροὺς τὰς τῆς Παλαιστίνης. καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς Ἀμώς, οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστὲ ἐμοὶ υἱοὶ Ἰσραήλ; λέγει κύριος. οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ βόθρου. καὶ ἀλλοφύλους μὲν τοὺς Παλαιστηνοὺς ὀνομάζει, Σύρους γε μὴν τοὺς Φοίνικας, οὓς καὶ ἀναγαγεῖν ἐκ βόθρου διισχυρίζεται, βόθρον, οἶμαι, τὴν Λιβύην ἀποκαλῶν, διὰ τὸ εἶναί που τάχα κοίλην τε καὶ χθαμαλὴν τὴν χώραν. κατευρύνεται γὰρ εἰς κόλπους ἡ παρ' αὐτοῖς θάλασσα, μονονουχὶ καὶ ἀναφευγούσης αὐτὴν τῆς χέρσου, καὶ τοῖς ὅτι μάλιστα νοτιωτάτοις κλίμασιν εἰσδυομένης. ἰστέον δὲ ὅτι ἀντὶ τοῦ βόθρου, Κυρήνην ὠνομάκασιν οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, ὅτι Λιβύων ἄποικοι Φοίνικες ἀποφαίνονται ἐναργέστερον. Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐστὶν ἐπισημοτάτη πόλις. λόγος τοίνυν, φησί, κυρίου ἐφ' ὑμᾶς, ὦ πάροικοι τῶν Κρητῶν, ἤγουν Λιβύων. τὸ δὲ πάροικοί φησιν ἀντὶ τοῦ ἄποικοι, καὶ μετῳκισμένοι. Χαναὰν δὲ πάλιν αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. Χαναναῖοι γὰρ ἦσαν ἅπαντες οἱ τὰς Φοινίκης κατοικοῦντες πόλεις, εἰ καὶ γεγόνασιν ἀπ' ἀρχῆς ἄποικοι Κρητῶν. ἰστέον δὲ πάλιν, ὅτι οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν ἀντὶ τοῦ πάροικοι Κρητῶν ἐκδεδώκασι, λόγος κυρίου πρὸς

XVI. Sufficienter minatus, & mox appáritura vaticinatus Palæstinam habitantibus, Gazæis, inquam, & Ascalonitis, Azotiis, & Accaronitis, eadem de vrbibus Phœnices dicit, & in primis de iis quæ ad oram maris sitæ sunt. Idcirco ait, [Væ qui habitatis funiculum maris.] Quoniam verò complures Palæstinorum vrbes erant maritimæ, distinguens quasi de quibus vocatur, in præsens aduenas Cretensium eas nominat, vt hinc Phœnices incolas intelligamus. Cretenses enim, & Libyes mari, perparuo tamen interuallo, dirimebantur. Nam vt fama est, vento spirante nonnunquam herbarum ex Creta odor delatus, feras in Libya interemit, reptilia dico, & venenatorum genera. Itaque Libyes, & Cretenses pro vna gente ponuntur. Hinc aliquando deducta colonia habitarunt, & in Phœnicia ciuitates, quemadmodum videlicet etiam aliquando Cappadoces in Palæstina, instaurarunt. Proinde ait Deus per Amos, [Nonne vt filii Æthiopum vos estis mihi Israel? dicit Dominus. Nonne Israel eduxi ex Ægypto, & alienigenas ex Cappadocia, & Syros ex fouea?] Et alienigenas quidem Palæstinos nominat, Syros autem Phœnices, quos & ex fouea se eduxisse affirmat, foueam, vti reor, Libyam appellans, quia fortassis cauea, & depressa sit regio. In sinus enim mare apud eos dilatatur, terra propemodum refugiente, & in oras maximè Australes recedente. Sciendum porrò, pro fouea quosdam interpretes Cyrenen posuisse, quos Libyum colonos esse manifestò constat: Cyrene enim Libyæ vrbs est illustrissima. Ait igitur, verbum Domini super vos, ô aduenæ Cretensium, siue Libyum. Aduenæ dicit pro colonis, & qui solum mutarunt. Ad hæc Chanaan eos nominat. Chananæi enim erant omnes Phœniciæ vrbium incolæ, tametsi essent ab initio coloni Cretensium. Rursus tenendum est, alios interpretes pro [aduenæ Cretensium edidisse, verbum Domini ad

Amos. 9.

„ vos perditos.] Quia verò nos septuaginta scripturam sequi oportebat, historiam in medium attulimus, quam traditione accepimus, & vt veram, Prophetæ sermo obligauit.

Et perdam vos de habitatione, & erit Creta pascua gregum, & ouile ouium. Et erit funiculus maris iis qui reliqui sunt de domo Iuda. Super ipsos pascentur in domibus Ascalonis, vespere diuertent à facie filiorum Iudá, quia visitat eos Dominus Deus eorum, & auertit captiuitatem eorum.

XVII. En, rursum vt inquilinos alloquitur, & quasi cum iis qui solum verterunt differit, veritatémque historiæ confirmat. Perditurum enim se illos dicit de habitatione; hoc est, de terra, in quam habitatum concesserunt. Adeo porrò vrbes eorum vastatum iri dicit, vt pascua, & ouile gregum fiant. Cretam autem ipsorum Phœnicen, siue incolas Phœnices vocat, vtpote ex Creta Libyum confini, & vicina profectos. Superioribus quippe temporibus vna gens fuerant, genúsque sanguine, & legibus miscuerat. Antea dixi, congregatas esse omnes gentes, inuidia ardentes, & Hierosolymam post tempus captiuitatis oppugnatum iuisse, atque etiam conserto prælio in valle Iosaphat victos occubuisse, qui liberatis impie insidiabantur. Victores igitur Israelitæ alienigenarum agros vt desertos depascebant, & Philistinorum, seu Palæstinorum vrbibus stabulorum loco vtebantur, quod omnes earum incolæ funditus interiissent. [Erit igitur, inquit, funiculus maris,] hoc est, maritimæ Palæstinorum vrbes; quæ aliquando frequentes erant, terribiles, & pœne inexpugnabiles, pascua gregum reliquiis domus Iuda. Ex captiuitate enim superstites, & vix relicti, ipsi vicerunt, ipsi in domos Ascalonis vespere diuertent. Vesperi siquidem pastores pecudum greges stabulis includunt. Quæ igitur hæc tanta virtus? aut quomodo istuc fiet, quod fidem omnem, orationémque vincit? „ Quoniam [visitauit eos, inquit, Do„ minus Deus eorum, & auertit capti„ uitatem eorum.] Ac si dicat. Desiit ipsis irasci, condonauit eis delicta, & rursus, vt quondam Israelitis militat,

A ὑμᾶς ἔθνος ὠλεθρευμένον. ἐπεὶ δὲ ἦν ἀναγκαῖον ἀκολουθῆσαι πάλιν καὶ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα γραφῇ, τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας παρηγάγομεν εἰς μέσον, ἃ φέρεται εἰς ἡμᾶς ἐκ παραδόσεως, ἐπισφραγίζει δὲ ὡς ἀληθῆ καὶ ὁ τοῦ Προφήτου λόγος.

Καὶ ἀπολῶ ὑμᾶς ἐκ κατοικίας, καὶ ἔσται Κρήτη νομὴ ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων. καὶ ἔσται τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης τοῖς καταλοίποις οἴκου Ἰούδα. ἐπ' αὐτοὺς νεμήσονται ἐν B τοῖς οἴκοις Ἀσκάλωνος, δείλης καταλύσουσιν ἀπὸ προσώπου υἱῶν Ἰούδα, ὅτι ἐπέσκεπται αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἀπέστρεψε τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν.

Ἰδού, πάλιν ὡς μετοίκοις προσλαλεῖ, καὶ ὡς μετανάσταις διαλέγεται, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἱστορίᾳ τὸ ἀληθές. ἀπολέσθαι γὰρ αὐτούς φησιν ἐκ κατοικίας, τουτέστιν, ἐκ γῆς εἰς ἣν παρῳκήκασιν. εἰς τοῦτο γε μὴν ἐρημίας ἀφίξεσθαί φησι τὰς παρ' αὐτῶν πόλεις, ὡς νομὴν, καὶ μάνδρας γενέσθαι ποιμνίων. Κρήτην δὲ αὐτῶν τὴν Φοινίκην, ἤτοι τοὺς ἐν C τῇ Φοινίκῃ ἀποκαλεῖ ὡς ἐκ Κρήτης ὄντας Λιβύων ὁμόρου, καὶ γείτονος. ἓν δὲ ἤστην κατὰ τοὺς ἄνωθεν χρόνους, μέμικτο δὲ ἀλλήλοις τὰ γένη καθ' αἷμά τε, καὶ νόμους. φθάσας εἶπον, ὅτι συναγήγερτο μὲν τὰ πάντα ἔθνη φθόνῳ διακεκαυμένα, καὶ κατεστρατεύοντο τῆς Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν, καὶ δὴ πολέμου συστάντος ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ ἡττῶνται, καὶ πεπτώκασιν οἱ τοῖς λελυτρωμένοις ἀνοσίως ἐπιβουλεύοντες. κεκρατηκότες D οὖν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ κατεβόσκον ὡς ἐρήμους τοὺς τῶν ἀλλοφύλων ἀγρούς, καὶ δὴ σηκοῖς ἐχρῶντο ταῖς ἐρημωθείσαις πόλεσι τῶν Φυλιστιείμ, τουτέστι, τῶν Παλαιστινῶν, διὰ τὸ πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι τοὺς ἐν αὐταῖς. ἔσται τοίνυν, φησί, τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης, τουτέστιν, αἱ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τῶν Παλαιστινῶν πόλεις, αἱ πολυανδρούμεναί ποτε, αἱ δειναί, καὶ δυσκαταγώνιστοι νομὴ ποιμνίων τοῖς καταλοίποις οἴκου Ἰούδα. οἱ γὰρ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας E ἀνασεσωσμένοι, καὶ περιλελειμμένοι μόλις, αὐτοὶ κεκρατήκασιν, αὐτοὶ καὶ ἐν τοῖς οἴκοις Ἀσκάλωνος δείλης καταλύσουσι. πρὸς ἑσπέραν γὰρ οἱ ποιμένες ἐγκατακλείουσι τοῖς σηκοῖς τὰς τῶν θρεμμάτων ἀγέλας. τίς οὖν ἡ τοσαύτη δύναμις; ἢ πῶς ἔσται τοῦτο, τὸ καὶ πίστεως ἐπέκεινα, καὶ λόγου παντός; ὅτι ἐπέσκεπται φησὶν αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἀπέστρεψε τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι. κατέληξε τῆς ἐπ' αὐτοὺς ὀργῆς, ἀνῆκεν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα καὶ συνοπλίζεται μὲν ὥσπερ καὶ πάλαι τοῖς ἐξ Ἰσραήλ,

χαρίζεται δὲ τὸ νικᾶν τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τοῦτο A ἀμογητί. οὐκοῦν ὅταν ἁμαρτάνοντας ἀποστρέφηται Θεός, ὑπὸ πόδας κεισόμεθα τῶν ἐχθρῶν, καὶ οὐδεὶς ὁ σώζων ἐστίν. εἰ δὲ ἐποπτεύῃ πάλιν, ἐφιεμένους ἀρετῆς ἐννόμως ἐθέλοντας, ἀμείνους μὲν ἐσόμεθα πολέμου παντός, κατευμεγαλυνθήσομεν δὲ τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ πληροφορήσει λέγων αὐτὸς περὶ δικαίου παντός, ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν.

Ἤκουσα ὀνειδισμοὺς Μωάβ, καὶ κονδυλισμοὺς B υἱῶν Ἀμμών, ἐν οἷς ὠνείδιζον τὸν λαόν μου, καὶ ἐμεγαλύνοντο ἐπὶ τὰ ὅριά μου. διὰ τοῦτο ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, διότι Μωὰβ ὡς Σόδομα ἔσται, καὶ υἱοὶ Ἀμμὼν ὡς Γόμορρα, καὶ Δαμασκὸς ἐκλελειμμένη, ὡς θημωνία ἅλωνος, καὶ ἠφανισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ οἱ κατάλοιποι λαοῦ μου διαρπῶνται αὐτούς, καὶ οἱ κατάλοιποι ἔθνους μου κληρονομήσουσιν αὐτούς.

Πεπορθημένοις τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ περιεχόσιν ἀθλίως τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, ἐπετώθαζον τὰ παρόσοικα τῶν ἐθνῶν, ᾤοντό τε ὅτι τῶν παρά σφισι ψευδωνύμων θεῶν τὸ ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ἀνατετραμμένης εἰσάπαν, καὶ οἰχομένης τάχα που πρὸς τὸ μηδέν, τῆς ἀεί τε καὶ ἄνωθεν ἐπικουρούσης αὐτοῖς χειρός, δῆλον δὲ ὅτι τῆς τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ. δυσβουλίας γὰρ εἰς τοῦτο κατηκίαζέ τινας τὸ ἀπεικὸς οὐδέν, ὡς πεπλανημένοις, ξύλοις τε, καὶ λίθοις λελατρευκότας, καὶ τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς D ἠγνοηκότας Θεόν. ἀκήκοα τοίνυν, φησί, τοὺς Μωαβιτῶν ὀνειδισμούς, καὶ κονδυλισμοὺς υἱῶν Ἀμμών. διοίσει γάρ, οἶμαι, κατ' οὐδένα τρόπον ἢ ῥάβδῳ τυχὸν ἢ λίθῳ τοὺς πεπονθότας ὁ πλήττων ὀνειδισμοῖς, καὶ ἀχάλινον ἐπ' αὐτοῖς ἀνευρύνων στόμα, ἀνερευγόμενός τε, καὶ λέγων τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς καταπικραίνεσθαί τινας εἰς δυσθυμίας, καὶ λύπας, καὶ φορτικωτέραν ἔχειν τῆς συμφορᾶς τὴν ἔφοδον. ἐπειδὴ δὲ καὶ κατ' αὐτῆς τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου δόξης ἀθυροστομοῦντες ἠλέγχοντο, ταύτῃ, φησί, τὰ Σοδο- E μιτῶν ἀνατλάντες δίκην βαδιοῦνται πρὸς ὄλεθρον, καὶ μικρά που τάχα τὰ Γομόρρας ἀποφαίνοντες πάθη ταῖς ἑαυτῶν συμφοραῖς, ὀψέ τε, καὶ μόλις δι' αὐτῶν εἴσονται τῶν συμβεβηκότων τὴν τοῦ κολάζοντος δύναμιν. Δαμασκὸς γε μὴν ἡ Φοινίκων μητρόπολις ἡ λαμπρά, καὶ περίοπτος, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια, σωρὸς ἔσται καλάμης, οὐκ ἐχούσης ἀστάχυν, ἧς οὐδεὶς μὲν ὁ λόγος, εἰς κατάπρησιν δὲ

A victoriámque de aduersariis citra laborem largitur. Quare si peccantes Deus auersatus fuerit, pedibus inimicorum nostrorum subiiciemur, & qui nos seruet, nemo erit. Quod si nos rursum aspiciat, virtutis cupidos, & ex legibus viuere volentes bello quouis superiores erimus, aduersarióśque superabimus. Fidem certam faciet huius rei, ipsemet, dicens de iusto quolibet; [Quoniam in me sperauit, liberabo eum.]

Psal. 90

B *Audiui opprobria Moab, & percussiones filiorũ Ammon, in quibus opprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super terminos meos. Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituũ, Deus Israel, quia Moab sicut Sodoma erit, & filii Ammon sicut Gomorrha, & Damascus derelicta, vt aceruus areæ, & dissipata in sempiternum: & qui relicti fuerint populi mei diripient eos, & reliqui gen-* C *tis meæ hæreditabunt eos.*

XVIII

Expugnatis Hierosolymis, filiis Israel iam ærumnosis vicinæ gentes insultabant, excidiúmque Iudææ numinum suorum commentitiorum opus esse, arbitrabantur; euersa iam penitus, & in nihilum quasi redacta potentia, quæ illos nunquam non desuper adiutârat, omnipotentis Dei nimirum. Non est enim incredibile, quosdam vsque eo desipuisse, vt seductos, lignisque ac lapidibus seruientes, & verum ac natura D Deum ignorantes: Inquit igitur, audiui Moabitarum exprobrationes, & percussiones filiorũ Ammon. Nihil quippe interesse censeo, inter virga fortè, aut lapide, & probris miseros percutientem, & os infrǽne super ipsos dilatantem, eructantémque etiam verbis, quibus verisimile est quosdam ad tristitias, & ægritudines exacerbari, & inuadentem se calamitatem sentire onerosiorem. Quoniam autem etiam contra ipsam diuinam, ineffabilémque gloriam petulanter garriuisse comperti E sunt, idcirco Sodomitarum supplicium sustinentes in exitium ibunt, & rebus suis perditis quasi leuia Gomorritas passos ostendentes, serò, & vix per ipsa quæ contigerint punientis virtutem cognoscent. Damascus verò Phœnicum metropolis illa eximia & conspicua, vbi domicilium regis, cumulus seu aceruus erit stipularum sine spicis, quæ nihili fiunt: sed comburentur

tandem, aut dissipantur. Palearum A quippe cumulos ventorum rabies huc illuc disiicit. Simili modo incolas captarum vrbium capientium impetus, instar ventorum turbulentissimorum irruentium, quoquo versum dissipant. Per neminem autem nisi per ipsum populum afflictum, & probris concisum mala huiusmodi aliquando fœliciter inflictum iri, demonstrat his verbis. [Reliqui populi mei diripient eos, & reliqui gentis meæ hæreditabunt B eos.] Reliquos enim gentis, vt ante dixi, captiuitate solutos nominat, qui gentes subegerunt, & captas alienigenarum vrbes in solitudinem meram redegerunt.

Quando igitur vniuersorum Deus, vt prudens dispensator Ecclesiam exercet, aut tribulationes inferens, aut persecutiones in eam ab inimicis adorientibus commoueri sustinens, à gentilibus forte, aut impiis hæreticis, nemo irrideat, quin adhuc totius certa- C minis finem exspectet. Qui enim effusè rident, nonnunquam, & Christo, tantum non vt probrum obiiciunt, quasi suos non tueatur, seu quasi ad hoc imbecillus sit, illos Sodomitarum supplicium manet, & ignis alimentum erunt, & insuper quos se vicisse putabant, ab iis se victos inuenient.

Hæc eis pro contumelia ipsorum, quia exprobrauerunt, & magnificati sunt supra Dominum omnipotentem. D *Manifestus erit Dominus super eos, & disperdet omnes deos gentium terræ.*

XIX.

Hæc ipsis pars, inquit, & hæc sors, siue hæreditas. Fuerunt enim contumeliosi, contra ipsam gloriam ineffabilem insolenter garrientes miseri, & maledicas voces emittentes, atque aduersus eum, qui est super omnia, non sine insigni, & effrænata audacia propè insurgentes. Quoniam autem omnipo- E tentiæ gloriam diis suis adscripserunt, [Manifestus erit Dominus super ipsis.] Hoc est, suam potentiam super ipsis manifestabit, quia omnes eorum deos funditus disperdet. Euersa sunt enim, & collapsa delubra ipsorum per manus Israel, & idola manufacta captiuorum manibus vbique, pérque omnes gentes confracta, & contrita sunt. Vbi igitur deorum illorum virtus? aut quomodo alios seruauerint, qui sibi ipsis opitulari nequiuerunt? Imò verò quid

Mal. iij.

A τὸ πέρας, ἤγουν διασκεδασμόν. τοὺς γὰρ τῶν ἀχύρων σωροὺς αἱ τῶν πνευμάτων ὁρμαὶ διαρριπτοῦσι πανταχῆ. κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς ἁλισκομέναις αἱ τῶν ἑλόντων δυνάμεις διασκιδνᾶσι πανταχοῦ, τοῖς ῥαγδαιοτάτοις ἐν ἴσῳ πνεύμασι κατεμπιπτόντων. ὅτι δὲ οὐχ ἑτέρου τοῦτο μᾶλλον, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος, καὶ ὀνειδισθέντος λαοῦ τὰ τοιάδε τῶν κακῶν κατόρθωσις ἔσται κατὰ καιροὺς, ἀποφαίνει λέγων. οἱ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου B διαρπῶνται αὐτοὺς, καὶ οἱ κατάλοιποι ἔθνους μου κατακληρονομήσουσιν αὐτούς. καταλοίπους γὰρ ἔθνους, ὡς ἤδη προέφην, τοὺς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας σεσωσμένους ἀποκαλεῖ, οἳ κεκρατήκασι τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων ἑλόντες πόλεις, εἰς ἐρημίαν αὐτὰς κατέστησαν παντελῆ.

Ὅταν τοίνυν οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διαγυμνάζῃ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ θλίψεις ἐπάγων, ἢ διωγμοὺς περιέπεσθαι συγχωρῶν, ἐπιφυομένων αὐτῇ τῶν ἐχθρῶν, Ἑλλήνων τυχὸν, ἢ αἱρεσίων αἱ- C ρετικῶν, καταμειδιάτω μηδεὶς, περιμενέτω δὲ πάλιν τοῦ παντὸς ἀγῶνος τὸ πέρας. οἱ γὰρ πλατὺ γελῶντες ἔσθ' ὅτε, καὶ μονονουχὶ κατονειδίζοντες τὸν Χριστὸν, ὡς τῶν ἰδίων οὐ προασπίζοντα, ἤγουν ὡς οὐκ οἰόντε, καὶ ἀσθενοῦντα πρὸς τοῦτο, τὰ Σοδομιτῶν ὑπομένουσι πάθη, καὶ πυρὸς ἔσονται τροφὴ, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, οὓς ἡττῆσθαι νενομίκασι, κρατοῦντας εὑρήσουσιν.

Αὕτη αὐτοῖς ἀντὶ τῆς ὕβρεως αὐτῶν, διότι ὠνείδισαν, καὶ ἐμεγαλύνθησαν ἐπὶ τὸν κύριον D τὸν παντοκράτορα. ἐπιφανὴς ἔσται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς Θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς.

Αὕτη, φησὶν, αὐτοῖς ἡ μερὶς, καὶ οὗτος ὁ κλῆρος. πεπαρῳνήκασι γὰρ, κατ' αὐτῆς ἀπορρήτου δόξης ἀθυροστομοῦντες οἱ δείλαιοι, καὶ παλιμφήμους ἱέντες φωνὰς, καὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα μονονουχὶ κατεξανιστάμενοι, δεινῷ τε, καὶ ἀχαλίνῳ χρώμενοι πρὸς τοῦτο θράσει. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐπὶ τὰ E πάντα δύνασθαι δόξαν τοῖς ἰδίοις ἀνῆπτον θεοῖς, ἐπιφανὴς ἔσται κύριος ἐπ' αὐτοῖς, τουτέστι, τὴν ἰδίαν αὐτοῖς ἐμφανιεῖ δύναμιν, διά γε τοῦ πάντας αὐτῶν ὀλοθρεῦσαι τοὺς Θεούς. ἀνῄρηνται γὰρ, καὶ πεπτώκασι τὰ παρ' αὐτοῖς τεμένη διὰ χειρὸς Ἰσραὴλ, καὶ χειρὸς ἔργον γεγόνασι τὰ χειρόκμητα πανταχῆ τε, καὶ ἐν παντὶ ἔθνει τῶν ἑαλωκότων. ποῦ δὴ οὖν τῶν θεῶν ἡ δύναμις; ἢ πῶς ἂν ἑτέρους ἐκσώσαιεν, οὔ γε δὴ σφισὶν αὐτοῖς ἐπαμύνειν οὐχ οἷοί τε; μᾶλλον δὲ τί γὰρ ὅλως κα-

φὸς, καὶ ἀναίσθητος ὕλη, τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον, καὶ χρυσίον ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ εἰρήσεται, τί ὠφελεῖ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτὸ, ἔπλασαν αὐτὸ χώνευμα φαντασίαν ψευδῆ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν; καὶ ἢ φησὶν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο πάντες οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.

Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ νῆσοι τῶν ἐθνῶν.

Ἐπιφανῆ γενέσθαι φαμὲν ἐπ' αὐτοὺς τὸν κύριον, ὡς ὠλοθρευκότα πάντας αὐτῶν τοὺς θεοὺς, πάλαι μὲν διὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τοῖς τῶν ἀλλοφύλων πόλεσι συγκαταπιμπράντων εὐσθενῶς τὰ ἐν τοῖς τεμένεσιν εἴδη, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς βωμούς· κατὰ δέ γε τὸν καιρὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς τοῦτο γεγονὸς ἀληθέστερον κατίδοι τις ἂν, ὅτε καὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος, γέγονε καθ' ἡμᾶς καὶ ἐπιφανής. καὶ γοῦν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὸν ὄντα ἀπ' ἀρχῆς, ὃν ἀκηκόασι, τοῦτον αὐτὸν ψηλαφῆσαί τε χερσὶ, καὶ ἰδεῖν ἔφασκον ὀφθαλμοῖς. ἐμφανὴς γὰρ γέγονεν ὁ τοῦ ὁρᾶσθαι κρείττων ὡς Θεός. ψάλλει δέ που καὶ Δαβίδ. ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἐμφανὴς, καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, τότε καὶ ἀπολώλασιν αἵ βδελυραί τε, καὶ βέβηλοι τῶν εἰδώλων ἀγέλαι. ἀνήρηται δὲ εἰσάπαν καὶ τὸ τοῦ διαβόλου κράτος, ἕκαστος δὲ λοιπὸν τῶν διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐνηνεγμένων προσάγει δι' αὐτοῦ τε, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὴν προσκύνησιν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔτι μὲν ἐστὶ κατὰ μόνην τῶν Ἰουδαίων γνωστὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν χῶραί τε, καὶ πόλεις, κἂν εἰ τῆς Ἰουδαίας ἀπονοσφίζοιντο μεσολαβούσης θαλάσσης, οὐδὲν ἧττον προσίασι τῷ Χριστῷ, προσάγουσι τὰς λιτὰς, ἀνάπτουσι τὰς δοξολογίας, ἀκαταλήκτοις εὐφημίαις καταγεραίρουσι. πάλαι μὲν γὰρ ἦν ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ· νυνὶ δὲ λοιπὸν τοῖς ἁπανταχοῦ γέγονε γνωριμώτατος, γῆ δὲ, καὶ θάλαττα μεστὴ τῆς δόξης αὐτοῦ. καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ, ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος. ἡ μὴν ἐμπλησθήσεται τῆς δόξης κυρίου πᾶσα ἡ γῆ. προσκυνήσει δὴ οὖν ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ φησι. προαναγραφῶν μὲν γὰρ ὁ νόμος τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος, τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀνώρθωσε σκηνήν. ἧς εἰς τύπον καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ διαβόητος ἐκεῖνος ἐγήγερται ναός. προστέταχε δὲ τοῖς ἀρχαιοτέροις ὁ θεσπέσιος Μω-

A tandem surda, & sensus expers materia, [Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum,] ac, nisi dictu graue sit, sed dicatur licet, [Quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud, finxerunt illud conflatile phantasiam, seu imaginem falsam] iuxta Prophetæ vocem? Et vt dicit diuinus Dauid, [Similes illis fiant omnes, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.]

Abac. 2.

Et adorabunt eum singuli de loco suo, omnes insulæ gentium.

B Manifestum super ipsos Dominum factum dicimus, quando omnes eorum deos deleuit, olim quidem cum Israelitæ vnà cum alienigenarum vrbibus simulacra in templis, & aras eorundem viriliter concremarunt: post susceptam autem ab vnigenito Dei filio humanam naturam hoc verius factum videre quis potest, quando etiam Deus Verbum nostrum simile factum apparuit. Quare diuini discipuli eum qui est ab initio, quem audiuerunt, ipsum se & contre- C ctasse manibus, & vidisse oculis aiebant. Manifestus enim factus est, qui quatenus Deus, oculorum obtutum effugit. Psallit item quodã loco Dauid, [Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.] Postquam autem factus est manifestus, [Et in terris visus, & cum hominibus conuersatus est,] tunc etiam profani, & execrandi idolorum greges perierunt. Similiter diaboli imperium penitus euersum est, & de cætero vnus- D quisque eorum, qui per fidem in Christum ad agnitionem veritatis adducti sunt, per ipsum, & cum ipso Deo patri adorationẽ de loco suo offert, nec amplius in sola Iudæa notus est Deus: sed gentiũ quoque regiones, & vrbes, quanquam intercedente mari à Iudęa seiunctæ, nihilominus ad Christum accedũt, ei preces offerunt, eum glorificant, & nunquam intermissis laudibus venerantur. Olim quidem [erat in Israel magnũ nomen eius:] nunc iam omnibus vbique notissimus est, & plena est terra, ac mare E gloria eius. Et hoc nempe est, [viuo ego, dicit Dominus,] & quæ sequuntur. Implebitur vtique omnis terra gloria eius: idcirco quilibet de loco suo adorabit, vt Propheta dicit. Præfigurãs enim, & adumbrans lex pulchritudinẽ Ecclesiæ, tabernaculũ illud vetus Israelitis ædificabat. In eiusdem typũ illud etiã fama celebratũ templum Hierosolymis est conditum. Mandauit autẽ antiquis diuinus Moses,

XX.

1. Ioan. 1.

Psal. 49.

Baruch 3.

Psal. 75.

Esai. 6.

Moses, siue per illum Deus, vti ex vniuersa Iudæa qui vellent adorare, Hierosolymam se conferrent, ibique & sacrificarent, & Deũ precibus venerarentur: extráque templum sacrificãtibus pœna capitalis erat proposita. Vbi autem tempus vmbræ præteriit, typica cessarunt, & de cætero diuinitaté citra typum cognouimus. Neque verò altissimus in tẽplis manufactis habitat: quin potius cælum & terram, & quæ infra terram sunt implet. Quocirca eũ vbique, & in omnibus esse credẽtes, vbi quisque fuerit, ibi adoret: vtpote propè habens Deum dicentem, [Deus appropinquans ego, & non Deus de longè.] Sciendũ porrò, sacras literas Ecclesias nonnunquam insulas vocare, in hoc mundo tanquam in mari sitas, & incõmodorum mundanorum veluti aquis amaris circumfusas, violentissimisque persecutionũ fluctibus tantum non verberatas, & adeo firmatas, vt ruere nequeãt, sursũmque sese attollẽtes, nec vllis tribulationibus submergi patiẽtes. Propter Christum enim inconcussæ stant Ecclesiæ [& portæ inferi ipsis non præualebunt.] Quamobrem si quis insulas gentium intelligere voluerit Ecclesias ex gentibus, à scopo conueniente non deflectet.

Et vos Æthiopes vulnerati gladio meo eritis.

XXI. Omnium generum, siue gentium meminit, quę Israelem armis oppugnarunt, & aduersus diuinam gloriam deblaterarunt. A Iudæis, & Ammonitis igitur transit ad Æthiopas, siue ad orientem, & Austrum sitos, & regionem Persidi finitimam incolentes: siue Ægyptios, vt confines, & Israelitis vicinos. Est autem & Ægyptia tellus pars quædam Æthiopiæ. Quocirca Ægypti flumina scriptura sancta consueuit nominare. Nam & ipsi bibunt fluuium Geon, de quo scriptura dicit: [Hic est qui circuit omnem terram Æthiopiæ.] Eritis itaque & vos Æthiopes vulnerati gladio meo. Suum appellat gladium Iudæorum, vtpote quem ipse sceleratis ad suam, & Israelis gloriam, vt dixi, inducit.

Et quia diuinitus inspirata scriptura etiam sub intelligentiam solam cadentes Æthiopas nouit, age de ipsis quoque à sententia verborum nihil discedentes disseramus. Beatus Dauid alicubi psallens, quasi Dominum nostrum Iesum Christum psallit. [Tu contriuisti

σῆς, ἤγουν δι' ἐκείνου Θεὸς, ἐκ πάσης τῆς Ἰουδαίας χώρας τοὺς προσκυνεῖν ἐθέλοντας ἀναφοιτᾶν εἰς Ἱεροσόλυμα, θύειν τε οὕτω, καὶ προσκυνεῖν τῷ Θεῷ, καὶ θάνατος ἦν ἡ δίκη τοῖς ἔξω θύουσι τοῦ ναοῦ. ἐπειδὴ δὲ παρελήλακε τῆς σκιᾶς ὁ καιρὸς, πέπαυται τὰ ἐν τύποις, ἐγνώκαμέν τε λοιπὸν ὡς οὐκ ἐν τύπῳ τὸ θεῖον. οὔτε μὴν ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, πληροῖ δὲ μᾶλλον οὐρανούς τε, καὶ γῆν, καὶ τὰ κατώτερα. ταύτητοι πανταχῆ τε αὐτὸν, καὶ ἐν πᾶσιν εἶναι πιστεύοντες ἧπερ ἂν ἕκαστος ὢν τυγχάνῃ, ἐκεῖ ποιῆται τὴν προσκύνησιν, ὡς ἐγγὺς ἔχων τὸν λέγοντα Θεὸν, Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. ἰστέον δὲ, ὅτι νήσους ἔσθ' ὅτε τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν τὰς ἐκκλησίας ἀποκαλεῖ, οἷα ἐν θαλάσσῃ κειμένας ἐν τῷ δὲ τῷ κόσμῳ, καὶ πικροῖς ὕδασι περιεχομένας ταῖς ἐν αὐτῷ περιστάσεσι, καὶ μονονουχὶ ῥαγδαιοτάτοις κύμασι καταπαιομένας τοῖς διωγμοῖς, ἀδιαπτώτως ἐρηρεισμένας, καὶ ἀνεχούσας ὑψοῦ, καὶ ταῖς θλίψεσιν οὐ βαπτιζομένας. ἀκλόνητοι γὰρ διὰ Χριστὸν αἱ ἐκκλησίαι, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῶν. οὐκοῦν εἰ δὴ βούλοιτό τις νήσους ἐθνῶν ἐννοεῖν τὰς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος βαδιεῖται σκοποῦ.

Καὶ ὑμεῖς Αἰθίοπες τραυματίαι ῥομφαίας μου ἔσεσθε.

Παντὸς διαμέμνηται γένους, ἤγουν ἔθνους πεπολεμηκότος τὸν Ἰσραὴλ, καὶ κατὰ τῆς θείας δόξης πεφλυαρηκότος. μέτεισι τοίνυν ἐξ Ἰουδαίων, καὶ Ἀμμανιτῶν ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας, ἢ τοὺς πρὸς ἠῶ, καὶ νότον κειμένους, καὶ Περσῶν γῆς τὴν ἀγχιτέρμονα κατοικοῦντας χώραν· ἢ ἐπ' Αἰγυπτίους ὡς ὁμόρους ὄντας, καὶ γείτονας τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Αἰθιοπίας δὲ μοῖρα καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἡ γῆ. καὶ γοῦν ποταμοὺς Αἰθιοπίας ὀνομάζειν ἔθος τοῖς ἱεροῖς γράμμασι τοὺς τῆς Αἰγυπτίων. πίνουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν Γηὼν, περὶ οὗ φησὶν ἡ γραφὴ, οὗτός ἐστιν ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. ἔσεσθε τοίνυν καὶ ὑμεῖς Αἰθίοπες τῆς ἐμῆς τραυματίαι ῥομφαίας. ἑαυτοῦ δὲ φησι ῥομφαίαν τὴν τῶν Ἰουδαίων, ὡς αὐτὸς ἐπάγων αὐτὴν τῆς ἀνοσίας πεπαρῳνηκόσιν εἴς τε τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ὡς ἔφην, καὶ μέντοι τοῦ Ἰσραήλ.

Ἐπειδὴ δὲ οἶδεν ἡ θεόπνευστος γραφὴ, καὶ νοητοὺς Αἰθίοπας, φέρε τι καὶ ἐπ' αὐτοῖς λέγωμεν, οὐκ ἔξω βαίνοντες τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας. ἔφη που ψάλλων ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὡς πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. σὺ συνέθλασας τὰς

κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν. ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθί που. ἐναντίον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσιν. ὁμολογεῖ δέ που καὶ ἡ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων τυπουμένη νύμφη μέλαινά τε εἶναι, καὶ καλή. οὐκοῦν Αἰθίοπας νοητέον τοὺς οἱονεὶ σκοτεινήν τε, καὶ ἀλαμπῆ τὴν διάνοιαν ἔχοντας, τὴν οὔπω κατηυγασμένην, καὶ τὸ θεῖον οὐκ ἔχουσαν φῶς. ἀλλ' οἱ μὲν προσπίπτοντες τῷ Χριστῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ νύμφη, καταλαμπρυνόμενοι παρ' αὐτοῦ, διακεκράγασι γὰρ εὐχόμενοι, καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς. οἱ δὲ δυσαπόνιπτον ἔχοντες τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ ἐν τῷ μελαίνεσθαι μεμενηκότες, καταθοινήσονται μὲν τὰς τοῦ δράκοντος κεφαλὰς (τροφὴ γὰρ αὐτοῖς ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης) ἀποκείσονται δὲ τῇ ῥομφαίᾳ, πρέπειν δὲ οἶμαι μάλιστα τὸ λέγειν τὴν δύναμιν, τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, οὓς τετραυμάτικεν ὁ Χριστὸς, τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἐκβεβληκὼς, συνανελὼν δὲ αὐτοῖς τὸν τοῦ σκότους πατέρα, τὸν ἁπάσης ἁμαρτίας εὑρετὴν, τὸν κατασκοτίζοντα τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης Χριστοῦ. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν ὃ καὶ αὐτὸς ὁ σοφὸς ἡμῖν εἴρηκεν Ἡσαΐας. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, τὴν μεγάλην, καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν σκολιὸν, ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν φεύγοντα, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα.

Καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ βορρᾶν, καὶ ἀπολῶ τὸν Ἀσσύριον, καὶ θήσω τὴν Νινευὴ εἰς ἀφανισμὸν, ἄνυδρον ὡς ἔρημον. καὶ νεμήσονται ἐν μέσῳ αὐτῆς ποίμνια, καὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ χαμαιλέοντες, καὶ ἐχῖνοι ἐν τοῖς φατνώμασιν αὐτῆς κοιτασθήσονται, καὶ θηρία φωνήσει ἐν τοῖς διορύγμασιν αὐτῆς, καὶ κόρακες ἐν τοῖς πυλῶσιν αὐτῆς.

Ὄψομαι, * * * * φησὶ, τοὺς τῶν εἰς ἠῶ, καὶ βορρᾶν χώραν τε, καὶ πόλεων, καὶ συνδιολῶ τοῖς ἄλλοις τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ ταῖς ἠρημωμέναις τῶν πόλεων, καὶ αὐτὴν προσθήσω τὴν διαβόητον Νινευὴ, τὴν τῶν Χαλδαίων μητρόπολιν. ἔσται δὲ ἄνυδρος, ταῖς ἀβάτοις, καὶ ἀοικήτοις ἐν ἴσῳ γαῖς. εἰκὸς δὲ δὴ πάλιν ὕδασιν ἐξομοιοῦν τὸν λόγον τὴν τῶν ἐνοικούντων πληθύν. ἔθος γὰρ τοῦτο τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, καὶ γοῦν τὴν Ἀσσυρίων τὴν ἔφοδον, ἣν πεποίηνται κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἕτερος τῶν ἁγίων Προφητῶν προανακηρύττων ἔφασκεν. ἰδοὺ δὲ ὕδατα ἔρχεται ἀπὸ βορρᾶ,

capita draconum in aqua. Tu confregisti caput draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum.] Quin & alibi, [Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent.] Quodam loco item in Cantico canticorum expressa sponsa nigram se, & formosam esse profitetur. Quare Æthiopes intelligendi sunt, qui mentem qnodammodo tenebrosam, & splendore carentem habent, nondum illustratam, & diuinæ lucis expertem. Sed qui Christo supplices cadunt, quemadmodum scilicet & sponsa, ab ipso illustrantur, exclamántque orantes, [Et sit splendor Domini Dei super nos.] Qui verò, sordibus non eluendis contaminati sunt, & denigrari perseuerant, draconis capita depascentur (est enim illis nutrimentum draco apostata) & gladio subiacebunt, quibus verbis potissimùm intelligendum puto immundos dæmonas, quos vulnerauit Christus, tyrannide, qua in nos sæuiebant depulsos, & iugulato cum ipsis patre tenebrarum, inuentore omnis peccati, tenebris inuoluente infidelium animos, ne illuminatione Euangelii gloriæ Christi clarescant. Atque hoc, opinor, est, quod & ipse sapiens Esaias nobis dixit. [Et erit in die illa, inducet Deus gladium sanctum magnum, & fortem super draconem, serpentem tortuosum, super draconem serpentem fugientem, & interficiet draconem.]

Psal. 71.

Cant. 1.

Psal. 89.

Et extendam manum meam super Aquilonem, & perdam Assyrium, & ponam Nininen in desolationem, sine aqua, quasi desertam. Et pascentur in medio eius greges, & omnes bestiæ terræ, chamæleontes, & ericii in præsepibus eius cubabunt, & bestiæ clamabunt in foueis eius, & corui in portis eius.

XXII.

Visitabo, inquit, eorum, qui in oriente, & Aquilone habitant regiones, & vrbes, & cum aliis perdam Assyrios, desolatisque vrbibus, ipsam quoque omnium sermone iactatam Niniuen, Chaldæorum metropolim adiiciam. Erit autem inaquosa, similisque terris inuiis, & inhabitatis. Credibile est, habitantium multitudinem iterum aquis hoc sermone comparari: ita enim sacra Scriptura solet. Hinc infestū Assyriorum aduentum Hierosolymam alius sanctorum Prophetarū prænuntians, dicebat: [Ecce aquæ veniūt ab Aquilone,

Hier. 47.

& erunt in torrentem inundantem.] Quando igitur inaquosam fore Niniuen dicit, habitatoribus vacaturam illum dicere existimarim. In medio porrò eius greges pastum iri confirmat, signum, credo, istuc ponens perfectæ, atque ab omnibus incolis desertæ solitudinis. Non enim nascuntur in vrbibus, quæ in agris. Quod si fortè etiam in vrbibus herbæ nascentur, indicium apertum erit, eas ab hominibus desertas prorsus. Aliorum præterea signorum immodicam multitudinem apponit. Diuersaturas enim ibidem ait omnes bestias terræ, & chamæleontes, atque ericios in præsepibus cubituros. Quinetiam in foueis, hoc est, aut in scrobibus, aut in speluncis agrestes animantes clamaturas, & coruos in portis eius habitaturos. Iam verò prudentes non ignorant, nec in ædibus habitare ericios, nec in media vrbe stabulari feras, nec in portis libenter commorari nycticoraces, nisi plurimum quietis, & otii naturæ eorum gratissimi ibi fuerit. Amant enim feræ, & reliqua de quibus sermo est, animantia, nunquam commorari cum hominibus: sed locos admodum solitarios, & vbi viuendi ratio quiétissima, & solitudo lata securitatem propemodum subministrat, & omnem timorem eximit.

Quod si his quippiam necessarium adiiciendum est, muniamus corda nostra, & totis viribus in nullo penitus Deum offendere contendamus, ne malarum, & immitium ferarum, immundorum, inquam, spirituum, diuersorium euadamus. Atque istuc, credo, est, quod per Hieremiam ad Israel rectè inprimis, & sapienter dicitur. [Dolore & flagello erudieris Hierusalem ne recedat anima meaà te, ne faciam terram te inuiam,] si abominandi, & impii affectus id cor intimum planè irruperint, & vt bestiæ quædam illud incoluerint, quibus cum & ipsa [immundorum spirituum fera multitudo ingredietur.]

Hiere 6.

Quia cedrus erectio eius. Hæc illa ciuitas contemptrix, quæ habitat in spe, quæ dicit in corde suo, ego sum, & non est post me vltra alia. Quomodo facta est in desolationem, pascua bestiarum? omnis qui pertransit eam, sibilabit, & mouebit manus suas.

καὶ ἔσται εἰς χειμάῤῥουν κατακλύζοντα. ὅταν τοίνυν ἄνυδρον ἔσεσθαι τὴν Νινευὴ λέγῃ, φαίην ἄν, ὅτι κενὴν ἔσεσθαι τῶν ἐνοικούντων φησί. κατανεμηθήσεσθαι γε μὴν ἐν μέσῳ αὐτῆς ποίμνια διισχυρίζεται, σημεῖα, οἶμαι, που τὸ χρῆμα τιθεὶς τῆς ὁλοτελοῦς ἐρημίας, καὶ τοῦ μηδένα κατοικεῖν ἐν αὐτῇ. φύεται μὲν γὰρ οὐκ ἐν ἄστει τὰ ἐν ἀγροῖς. εἰ δὲ δή που γένοιτο πόαι καὶ ἐν πόλει τυχὸν, ὁμολογία τις ὥσπερ ἐστὶν ἐναργὴς τὸ περιπτόμενον τοῦ κένανδρον εἶναι παντελῶς. προστίθησι δὲ καὶ ἑτέρων σημείων οὐ μετρίαν πληθύν. καταλύσειν γάρ ἐν αὐτῇ φησὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, χαμαιλέοντάς τε, καὶ ἐχίνους ἐν τοῖς φατνώμασι κατασκηνώσεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς διορύγμασι, τουτέστιν, ἢ ἐν βόθροις, ἤγουν καὶ σπηλαίοις τοῖς ἀγρίοις ἀναφωνήσειν θῆρας, ἐναυλισθήσεσθαι δὲ καὶ κόρακας τοῖς πυλῶσιν αὐτῆς. ἔστι δὲ οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν εὖ φρονούντων ἀμφίβολον, ὡς οὔτ᾽ ἂν ἐν οἴκοις καταλύσειαν ἐχῖνοι, οὔτε μὴν ἐν μέσῃ πόλει καταυλισθήσονται θῆρες, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν ἐμφιλοχωρήσειαν αὐτοῖς πυλῶσιν οἱ νυκτικόρακες, εἰ μὴ πλείστη τις εἴη, καὶ ἀνδάνουσα λίαν τοῖς ὧδε φύσεως ἔχουσιν ἡ παραρχὴ σχολή. φιλοῦσι γάρ πως οἱ θῆρες, καὶ μὴν τὰ ἕτερα περὶ ὧν ὁ λόγος, οὐκ ἀνθρώποις συναυλίζεσθαί ποτε, ἀλλ᾽ ἧπερ ἂν εἴη πολλή τις ἔρημος, σχολαία τε παντελῶς ἡ δίαιτα, καὶ τῆς ἐρημίας τὸ πλάτος μονονουχὶ πρυτανεύει τὴν ἀσφάλειαν, ἔξω τε παντὸς ἀποκομίζει δέους.

Εἰ δὲ χρή τι τούτοις ἐπειπεῖν ἀναγκαῖον, ἀσφαλιζώμεθα τὰς ἑαυτῶν καρδίας, καὶ τὸ προσκρούειν Θεῷ κατά γε τὸ ἐγχωροῦν ὅλως παντὶ παραιτούμεθα σθένει, ἵνα μὴ γινώμεθα πονηρῶν τε, καὶ ἀνημέρων ἐνδιαίτημα θηρίων, φημὶ δὴ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἐξηρημένης ἡμῶν ἁπάσης ἀρετῆς. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὸν Ἰσραὴλ εὖ μάλα, καὶ σοφῶς εἰρημένον, πόνῳ, καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ Ἱερουσαλὴμ, μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπό σου, μὴ ποιήσω σε ἄβατον γῆν, εἰ εἰσπλέοιεν πάντως εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τὰ βδελυρά τε, καὶ ἀνόσια πάθη, καὶ οἷά τινες θῆρες ἐνδιαιτήσονται, συνεισφρήσει δὲ καὶ αὐτὴ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἡ ἀγρία πληθύς.

Διότι κέδρος τὸ ἀνάστημα αὐτῆς. αὕτη ἡ πόλις ἡ φαυλίστρια, ἡ κατοικοῦσα ἐπ᾽ ἐλπίδι, ἡ λέγουσα ἐν καρδίᾳ αὐτῆς, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι μετ᾽ ἐμὲ ἔτι. πῶς ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν, νομὴ θηρίων; πᾶς ὁ διαπορευόμενος δι᾽ αὐτῆς, συριεῖ, καὶ κινήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

Ὡς ἀεὶ μέγα φρονεῖν εἰθισμένη, καὶ ὑπέρφρων, καὶ ἀλαζὼν ἡ Νινευὴ διαβέβληται. καὶ ἦν τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, ὀφρὺν ἀνασπῶσα τὴν ὑπερτάτην κατὰ παντὸς ἔθνους, καὶ κατὰ πάσης ἀρχῆς, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦσα λόγου τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. μεμαρτύρηκε δὲ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης Ἀμβακοὺμ περὶ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων λέγων, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει, καὶ τύραννοι παίγνια αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς εἰς πᾶν ὀχύρωμα ἐμπαίξεται. ὅτι τοίνυν ὑπερόφρυς ἄγαν, ὑψοῦ τε ἠρμένη, καὶ ἀναφοιτῶσα λίαν εἰς τὸ ἐξαίσιον ἡ τῶν Χαλδαίων μητρόπολις, διατρανοῖ πάλιν, ἀναστήματι κέδρου παρεικάζων αὐτὴν, καὶ φαυλίστριαν ὀνομάζων. τοῦτο δ' ἂν μάθοις ὀρθῶς τε, καὶ ἀληθῶς εἰρημένον ἐκ τῶν τοῦ Ῥαψάκου λόγων. ὃς, ἐπείπερ ἧκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἶτα τοῖς ἐν τῷ τείχει τῆς Ἱερουσαλὴμ προσλαλῶν τῆς ἀνωτάτω κατεφλυάρει δόξης. ἔφασκε γὰρ, τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς, μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς Ἐζεκίας λόγοις, οἳ οὐ δυνήσονται ῥύσασθαι ὑμᾶς, καὶ μὴ λεγέτω ὑμῖν Ἐζεκίας, ὅτι ῥύσεται ὑμᾶς ὁ Θεός. καὶ μετ' ὀλίγα, μὴ ἐρρύσαντο οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐκ χειρὸς βασιλέως Ἀσσυρίων; αὕτη τοίνυν ἡ φαυλίστρια πόλις, ἡ κατοικουμένη τε, καὶ λέγουσα, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔσται μετ' ἐμὲ ἔτι, ἐπείπερ τὸ οὕτως αἰσχρὸν, καὶ ἐπάρατον ἀλαζονείαν ἐν καυχήματος τάξει λαμπροῦ ποιεῖσθαι ὀφείλει, ταύτητοι λοιπὸν πρὸς τοῦτο ἀθλιότητος κατοιχήσεται, ὡς καὶ ἐπ' αὐτῇ χρῆναι λέγειν, πῶς ἐγενήθης εἰς ἀφανισμὸν, νομὴ θηρίων; τὸ δὲ πῶς εἴη ἂν οὐκ ἐρωτῶντος, καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος, τεθαυμακότος δὲ μᾶλλον τὴν ἐλπίδος ἐπέκεινα μεταβολήν. τὰ γάρ τοι μεγάλα, καὶ ἀδόκητα τῶν κακῶν οὐκ ἔξω θαύματος, φιλεῖ δέ πως καταπλήττειν τοὺς θεωμένους, ἤτοι τοὺς μεμαθηκότας. οὕτω καὶ συριεῖ πᾶς ἐπ' αὐτῇ, καὶ κινήσει τὰς χεῖρας, συμπλήττων ἀλλήλαις, καθάπερ ἐγῷμαι, καὶ ἀνακροτεῖν ἀπὸ τοῦ θαυμάσαι, καὶ ἠχὴν ἐκ στόματος ἱεὶς, τὴν ἐν συριγμῷ, καὶ ἀσημοτέραν. γράφει δὲ ὥσπερ ἡμῖν καὶ διὰ τούτων εὖ μάλα τὸν ἐπ' ἀδοκήτοις συμφοραῖς οἱονεὶ καταπεπληγμένον. ὑπερηφάνοις οὖν ἄρα Θεὸς ἀντιτάσσεται, καὶ σοφὸν εἶναί φημι, καὶ ἀξιόληπτον τὸ παράγγελμα, μὴ ἐξύψου σεαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς, καὶ πάλιν, ὃς ὑψηλὸν ποιεῖ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ζητεῖ συντριβήν. ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ εἰς ὕψος πολὺ, καὶ πέρα μέτρου διανιστάμενα τῶν οἰκοδομημάτων ἑτοιμότερά πως εἰς κλόνον ἐστὶ, πλείστην τε ὅσην τὴν ὑποψίαν τοῦ σφισὶν αὐτοῖς περιθραυσθήσεται νοσεῖ· οὕτω καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ

Ἰδοὺ ἐγὼ ὀρύξω βόθρον, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.

Ἔδειξεν ὄντως καὶ φῶς, καὶ ἀνατολὴν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ὅτι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, τουτέστι, τοῖς πεπλανημένοις, ἀνατολῆς

A Nihilominus exinaniuit semetipsum, secundùm scripturas, demittens se in id quod non erat, & appellatus seruus propter naturam humanam, quamuis omnium Dominus esset, tanquam Deus. Sed idem & Oriens erat, id est, sol iustitiæ. Exortus est enim, & illuminauit nos velut in tenebris degentes, & tantum non etiam tanquam nocte, & veterno obrutos mundanis voluptatibus, mentisque oculum tenebris offusum habentes, excitauit ad vigiliam, & gratia sua nos illustrauit. B Hinc & sapiens Paulus nobis præcepit, hoc ipsum significans, [Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus.] Et iterum, [Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.] Promulgat igitur ante insignia facta Saluatoris nostri, quæ præsens editurus est. Nominat seruum, quoniam in serui forma venit. C Orientem, quia verum lumen est, idem & dies, & clarus lucifer in mentibus exoriens, & corda lucida efficiens. Insuper lapidem vocat: quin & datum ante faciem Iesu, & septem habere oculos autumat. Oportebat enim inprimis sacerdotium legale, cuius typum posuimus Iesum, quasi ante faciem, & ante oculos habere semper lapidem electum, angularem, pretiosum, in fundamentum Sion decretum, multis oculis intuentem omnia. Septem quippe D integritatem perfectionémque declarare solent. Sterilis igitur dicitur parere septem. Mille autem oculis omnia intueri, & inspicere res nostras diuinam, & ineffabilem filii naturam, non potest quisquam dubitare. [Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus: compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Om- E nia autem nuda & aperta sunt oculis eius,] sicut scriptum est.

Ecce ego fodiam foueam, dicit Dominus omnipotens, & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die vna.

XXI. Ostendit Dominum nostrum Iesum Christum verè & lumē, & orientē esse, & eum in tenebris, atque vmbra versan-

Philipp. 2. Malac. 4. Luc. 1. Rom. 13. Ephes. 5. Esai. 28. 1. Reg. 2. Hebr. 4.

Rom. 1. tibus, hoc est, seductis & errantibus, instar orietis refulsisse. Sed oportebat etiā œconomiæ scopum ac metā prius declarare, hoc est, mortē, quam pro nobis omnibus libēs sustinuit, corpore suo ad crucem tradito, in quo & Iudaica gens peccauit, & ab eius amicitia depulsa est. Quoniā enim non intellexerunt miseri, Matt. 27. spe sua meritò sunt orbati, & mali malè perierunt, atrocibus, & ineluctabilibus calamitatibus circumuenti. Cum fouea igitur Saluatoris crucem cōparat. Nam quasi in foueam deciderunt, qui domi- Act. 3. nicum effudere sanguinem, & auctorē vitæ cruci affixerunt. Quod si & ipse pater fodisse fouea dicitur, nemo offendatur: sed illud cogitet potius, quam plenus sit sermo diuinę prouidentiæ, ac dispensationis. Simile enim hoc est illi, quod per Christum sapienter, ac verè Ioan. 9. dictū est, [In iudiciū ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & videntes cæci fiant.] Quanquā verè dici potest, ipsum non propter hanc causam aduenisse, vt quidam cæci fierent: sed non intelligentium nequitia tantū non etiam œconomiæ modū criminata est. Non enim videre voluerūt, tametsi diuinæ lucis copia illis fieret. Idem & hîc Ioan. 3. intellige. Misit enim filium pater, [Vt mundus saluaretur per ipsum.] Propter vecordiam autem non intelligentium, qui missus est, fouea, & laqueus crucifixoribus suis factus est. Ac fortasse etiā foueam fodisse existimādus est ipse qui misit. Ait igitur, [fodiam foueā, & contrectabo omnem iniquitatē terræ illius in die vna.] Contrectabo, inquit, pro, quærā, & ad amussim indagabo. Prophetas enim sanctos, & missos suis quosque tēporibus seruos occiderūt. Alios enim Matt. 21. contumelia affecerunt, alios lapidarūt, alios iugularunt. Verùm tolerantiā adhuc adhibebat Deus, serui enim erant, & conserui interficientium, qui hæc patiebantur. Quoniam verò effrænata audacia eo prosiluerunt, & tantam impietatē consciuerunt, vt in ipsum filiū atrociter debaccharentur, & in foueā crucis lapsi sunt, peccatū eorum incontrectatū non præteriuit. Quæsiuit enim, & pœnis subiecit impios, toti Iudæorum regioni pestem, & exitium decernens die vna, qua clamabant, Pilato eum offerentes, Matt. 27. [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Etsi enim non statim iram diuinam supplicium est consecutum; etsi non citra procrastinationem pœnæ sunt expetitæ, tamen iusta Dei

A ἀνέλαμψε δίκην. ἀλλ᾽ ἦν ἀναγκαῖον καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας προαναφαίνεσθαι πέρας, τουτέστι, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων θάνατον, ὃν ἑκὼν ἀνέτλη, σταυρῷ παραδοὺς τὸ ἴδιον σῶμα, ἐφ᾽ ᾧ καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων προσκέκρουκεν ἔθνος, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀποβέβληται. ἐπειδὴ γὰρ οὐ συνιέντες οἱ δείλαιοι, εἰκότως ἀπώλισθον τῆς ἐλπίδος, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι δειναῖς, καὶ ἀφύκτοις ἐναλόντες συμφοραῖς. βόθρῳ δὴ οὖν παρεικάζει τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρόν. πεπτώκασι γὰρ ὥσπερ εἰς βόθρον οἱ τὸ δεσποτικὸν ἐκχέαντες αἷμα, καὶ σταυρῷ παραδοῦναι τολμήσαντες τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τὸν βόθρον ὀρωρυχέναι λέγοιτο, σκανδαλιζέσθω μηδείς. ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὡς ἐκμεμέστωταί πως οἰκονομίας ὁ λόγος. ὅμοιον γὰρ τοῦτό ἐστι τῷ διὰ Χριστοῦ σοφῶς τε, καὶ ἀτρεκῶς εἰρημένῳ. εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. καίτοι, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐ ταύτης ἕνεκα παραγέγονε τῆς αἰτίας, ἵνα τυφλοὶ γένωνταί τινες· ἀλλ᾽ ἡ τῶν μὴ νοούντων φαυλότης μονονουχὶ καὶ διαβέβληκε τῆς ἀρίστης οἰκονομίας τὸν τρόπον. οὐ γὰρ ἤθελον βλέπειν, καίτοι μετὸν αὐτοῖς τοῦ θείου φωτός. οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. πέπομφε μὲν γὰρ τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, ἵν᾽ ὁ κόσμος σωθῇ δι᾽ αὐτοῦ. διὰ δὲ τὴν μὴ συνιέντων ἀπόνοιαν, γέγονε βόθρος, καὶ πάγη τοῖς σταυρώσασιν ὁ ἀπεσταλμένος· νενόμισται δὲ τάχα που καὶ ὀρύξαι τὸν βόθρον ὁ πεπομφώς. ὀρύξω δὴ οὖν τὸν βόθρον, D φησὶ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τὸ δὲ ψηλαφήσω φησὶν, ἀντὶ τοῦ ζητήσω, καὶ περιεργάσομαι λεπτῶς. ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τοὺς ἁγίους Προφήτας, καὶ τοὺς κατὰ καιροὺς ἀπεσταλμένους οἰκέτας. οὓς μὲν γὰρ ὕβρισαν, οὓς δὲ ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἀπέκτειναν. ἀλλ᾽ ἦν ἀνεξίκακος ἔτι Θεὸς, οἰκέται γὰρ ἦσαν, καὶ ὁμόδουλοι τοῖς ἀπεκτονόσιν οἱ πεπονθότες. ἐπεὶ δὲ ἀχαλίνοις ὁρμαῖς εἰς τοῦτο διέπτοντες, καὶ πολὺ βλέ- E ποντες εἰς ἀνοσιότητα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτόπως πεπαρῳνήκασι τὸν υἱὸν, καὶ εἰς τὸν ἐν τῷ σταυρῷ κατώλισθον βόθρον, οὐκ ἀφῆκεν αὐτὴν ἀψηλάφητον τὴν ἁμαρτίαν. ἐζήτησε γὰρ, καὶ ποιναῖς ὑπέθηκε τοὺς ἠσεβηκότας, ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων γῆς καθορίζων τὸν ὄλεθρον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καθ᾽ ἣν ἔφασαν προσάγοντες αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. εἰ γὰρ καὶ μὴ συμβέβηκε παραχρῆμα τὰ ἐκ θείας ὀργῆς· εἰ μὴ ἐζήτηνται δίκας ὑπερθέσεως δίχα, ἀλλ᾽ οὖν ἡ παρὰ Θεοῦ

δικαία ψῆφος γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς, ὄλεθρος, ὡς ἔφην, τῆς Ἰουδαίων καταχέουσα γῆς. καὶ γοῦν ἀπεκομίζετο μὲν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν σταυρόν, εἵποντο δὲ καὶ γυναῖκες, θρηνοῦσαί τε, καὶ κλαίουσαι· εἶτα πρὸς ταύτας ἔφασκεν ἐπιστραφείς, Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμοί, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. παραδίδονται γὰρ εἰς ὄλεθρον, καὶ σφαγήν, καὶ συμβέβηκεν αὐτοῖς τὸ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ.

Ὅτι μὲν ἐν παντὶ γενήσονται κακῷ ψηλαφωμένης αὐτῶν τῆς ἁμαρτίας, οἱ καθάπερ εἰς βόθρον κατενηνεγμένοι, διά γε τὸ σταυρῶσαι Χριστόν, προμεμήνυκεν ἐναργῶς. ὅτι δὲ τοῖς πιστεύουσι, καὶ ἠγαπηκόσιν αὐτὸν οὐκ ἀκερδὲς ἔσται τὸ χρῆμα, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς εὐφροσύνης, καὶ τέρψεως ἐπιτερπῶν, προαγορεύει χρησίμως. μαρτυρήσει δὲ τούτοις καὶ ὁ δίκαιος Συμεών. ὅτε γὰρ τὸ θεῖον τεθέαται βρέφος, καὶ εἰς ἀγκάλας ἐδέξατο, προεφήτευσε, λέγων. Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν, καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. πεπτώκασι γὰρ οἱ τὸ δίκαιον αἷμα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπαντλήσαντες κεφαλαῖς, ὥσπερ ἐῤῥιμμένοι, καὶ κείμενοι, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντες διαβολικούς· ὀρθωθήσονται δὲ οἱ ἐξ ἐθνῶν. καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς προαναφωνεῖ μὲν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος. ἐπεὶ δὲ γεγονότας ἐν κατηφείαις τεθέαται, παρεκάλει λέγων. Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς. ὅταν δὲ τέκῃ, χαρᾷ χαίρει, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. καὶ ὑμεῖς νῦν μὲν λύπην ἔχετε, ὕστερον δὲ ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. οὕτω καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν ταῖς ἐν τῷ κήπῳ κλαιούσαις γυναιξὶ προσεφώνει τὸ χαίρετε. πρέποι δ' ἂν καὶ ἑκάστῳ τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ἐπί γε τῷ σταυρῷ, καὶ τῇ ἀναστάσει λέγειν. Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί, διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνῃ. πῶς γὰρ οὐκ οἴχεται μὲν ἐκ ποδῶν τὸ πένθος, ἀφῄρηται δὲ πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ἐγηγερμένου Χριστοῦ,

sententia in eos lata est, per Iudæam, vt memoraui, diffusa pernicies. Itaque abductus est quidem Christus ad crucem, sequentibus fœminis lamentantibus, & plorantibus, ad quas conuersus ait, [Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.] Traditi sunt enim in exitium, & cædem, & euenit illis quod est apud Esaiam, [Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant ipsam. Et desolata est, subuersa à populis alienis.]

Luc. 23.

Esai. 1.

In die illa, dicit Dominus omnipotens, conuocate vnusquisque proximum suum subter vitem, & subter ficum suam.

XXII.

Malis omnibus obrutum iri, peccato eorum contrectato, qui quasi in foueam deciderint, propter Christum abse in crucem actum, apertè prædixit. Credentibus autem, & diligentibus eum id non damnosum, imò lætitiæ, & iucundę cuiusdam delectationis materiam futurum, vtiliter prænuntiat. Attestatur hæc etiam iustus Simeon. Vbi enim diuinum infantem conspexit, ipsúmque in vlnas accepit, sic prophetauit, [Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur.] Ceciderunt enim, qui sanguinem iustum super capita sua hauserunt, velut proiecti, & iacentes, & pedibus diabolicis substrati: erecti sunt qui ex gentibus ad fidem venerunt. Et ipse Christus alicubi sanctis discipulis mortem in cruce sibi sustinendam prædicit. Quos vt tristes vidit, consolans addidit, [Mulier quando parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Postquam autem peperit, gaudio gaudet, quia natus est homo in mundum. Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autē videbitis me, & gaudebit cor vestrum.] Sic & excitatus à mortuis flentes in horto mulieres salutando allocutus est. Conuenit porrò etiam quemlibet eum diligentium super cruce, & resurrectione dicere, [Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.] Quomodo enim non euanuit luctus, & ablatæ sunt omnes lacrymæ, ab omni facie, vt dicit Propheta, Christo in vitā reuocato,

Luc. 2.

Ioan. 16.

Ioan. 20.
Matt. 28.

Psal. 29.

Esai. 25.

& imperio mortis ab eo destructo? Vita enim est natura sua, tanquam Deus, quamuis in carne apparuit. Itaque *die illa*, ait, hoc est, illo tempore, quo ex mortuis reuixerit, & ceciderint crucifixores, conuocate vnusquisque proximum suum subter vitem, & ficum. Ac si quis volet talem sensum, simplicem & obuium admittere, voces has spiritualium gaudiorum symbolum esse affirmabit. Præterea & illud non sine improbabilitate dici posse reor, ficum & vitem videri appellatam Ecclesiam, cuius item diuinus cantor meminit, supernum ac cælestem sponsum, Christum scilicet, per ambagem compellans. [Vxor tua sicut vitis abundans] in lateribus domus tuæ. Ait & ipse vniuersorum Deus quodam loco, [Vineæ florentes dederunt odorem suum, & ficus protulit grossos suos.] Vt enim iam Ecclesiis in mundo fide in ipsum inchoatis, vineas suauem spirare odorem, ac florere, atque insuper grossos parere dicit: quorum nomine nuper fide initiatorum nondum matura, & dulcis multitudo, futura autem paulatim, & incrementis ad meliora huc progrediens intelligi potest. Adepti enim magnitudinem, [& in virum perfectum plenitudinis Christi] euecti, dulces quasi fructus erimus Deo, Ecclesiæ velut matri agnati. Quapropter per ficum, & vitem intellectis Ecclesiis, sub ipsis erimus, & in ipsis diuersabimur, cohortandóque inter nos dicemus illud Propheticum. [Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea.] Quod si assecuti fuerimus, omnimodis prædicabimus qui nos ad hoc vocarunt, dicemúsque, [Lætatus sum in his qui dixerunt mihi: in domum Domini ibimus.] Summa enim lætitia fructus noster intelligi iure queat. proinde rursus illud Psalmographi exclamabimus, [Vnam petiui à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam voluptatem Domini, & visitem templum sanctum eius.]

Psal. 127. — Hebr. 2. Cant. 2. — Ephes. 4. — Esai. 2. — Psal. 121. — Psal. 26.

A καὶ τοῦ θανάτου καταλύσαντος κράτος; ζωὴ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὡς Θεός, κἂν εἰ πέφηνεν ἐν σαρκί. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησί, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἀναβιῴη ἐκ νεκρῶν, πεπτωκότων τῶν ἐσταυρωκότων, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς. καὶ εἰ μὲν βούλοιτό τις ἁπλοϊκῶν, καὶ πρόχειρον τὸν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι νοῦν, τέρψεων εἶναι τῶν πνευματικῶν σύμβολον διαβεβαιώσεται τὰ ὀνομασμένα. B Οὐκ ἀπίθανον δὲ εἶναί φημι πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν, ὅτι συκῆν καὶ ἄμπελον, ἔοικεν ἀποκαλεῖν τὴν ἐκκλησίαν, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς διαμέμνηται, λέγων αἰνιγματωδῶς πρὸς τὸν ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τουτέστι, Χριστόν· ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός. αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν, ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς. ὡς γὰρ ἤδη τῶν ἐκκλησιῶν ἀρξαμένων ἐν κόσμῳ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν εὐωδιάζειν πίστεως, τὰς C ἀμπέλους ἔφη κυπρίζειν, καὶ μὴν καὶ ἐκφαίνεσθαι τοὺς ὀλύνθους· νοηθεῖεν ἂν καὶ οὗτοι τῶν ἄρτι πεπιστευκότων, ἡ οὔπω μὲν πέπειρος, καὶ γλυκεῖα πληθύς, ἐσομένη δὲ κατὰ βραχύ, καὶ τοῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν ἰοῦσα πρὸς τοῦτο. ἁδρυνθέντες γάρ, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκότες τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, γλυκεῖς οἷά περ ἐσόμεθα καρποὶ τῷ Θεῷ, καθάπερ μητρί τινι τῇ ἐκκλησίᾳ προσπεφυκότες. Οὐκοῦν διά τε συκῆς, καὶ ἀμπέλου νοουμένων τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπ' αὐτὰς D ἐσόμεθα, καὶ ἐν αὐταῖς καταλύσομεν, προσεπάδειν ἀλλήλοις ἐκεῖνο λέγοντες τὸ προφητικόν. δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. εἰ δὲ δὴ γένοιτο τούτου τυχεῖν, ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν τοὺς εἰς τοῦτο κεκληκότας, πάλιν ἐκεῖνο λέγοντες· εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς οἶκον κυρίου πορευσόμεθα. τέρψεως γὰρ ἡμῖν τῆς ἀνωτάτω τὸ χρῆ- E μα καρπὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως. τοιγάρτοι πάλιν ἐροῦμεν κατὰ τὸν ψαλμῳδόν. μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω, τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ἅγιον αὐτοῦ.

A

ΚΕΦΑΛ. δ.

Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον, ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρός με. τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπα, ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τοῖς λύχνοις τῆς ἐπάνω αὐτῆς, B καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων.

CAPVT IV.

Et reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me sicut cum suscitatur homo de somno suo. Et dixit ad me Quid tu vides? Et dixi, vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super ipsum, & septem lucernæ super illud, & septem infusoria lucernis super ipsum. Et duæ oliuæ super illud, vna à dextris lãpadis eius: & vna à sinistris. Zach. 4.

ΤΟ ἐπιστρέψαι ἐν τούτοις οὐχ ὡς ἐκ τόπου νοήσομεν, εὔηθες γὰρ κομιδῇ, νομιοῦμεν δὲ μᾶλλον, τὴν ὡς ἐξ ὁράσεως τῆς ἐξ ἀμφοῖν ἐφ᾽ ἑτέραν εὐθὺς, καὶ γείτονα μεταφοίτησιν, δῆλον δὲ, ὅτι πνευματικήν. ἐπειδὴ δὲ νήψεως ἀκροτάτου χρεία, καὶ τῆς ὑπὲρ νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἔστι δὲ μάλιστα τούτοις, λεπτὴν ἐνετίθει ἐπεγρήγορσιν τῷ Προφήτῃ Θεὸς, μαθητεύοντος ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος C ἐν αὐτῷ, ὡς δοκεῖν ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι. τοιαύτη γάρ πώς ἐστι τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ἡ κατάστασις, καὶ πολὺ δὴ μείων παρὰ τὴν οὖσαν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὥστε φαίη τις ἂν, ἐγρήγορσιν μὲν τὰ ἐκείνων, ἐν ὕπνῳ δὲ ὥσπερ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς. ἐπεὶ δὲ ὁ θεσπέσιος ἄγγελος γνώμην τε, καὶ νοῦν πρὸς τούτῳ δὴ προσνενευμένον τεθέαται, ὥστε καὶ ἀποχρώντως ἔχειν συνιέναι λεπτῶς τὴν ὅρασιν, διεπυνθάνετο λέγων, τί ἂν οἴοιτο ὑπάρχειν τὰ δεδειγμένα. ἀπλανεστάτην γε μὴν ὁ Προφήτης τῆς ὁράσεως τὴν D ἀφήγησιν ἐποιεῖτο πάλιν, λυχνίαν ἑωρακέναι λέγων, ὅλην δι᾽ ὅλου χρυσῆν· ἐπάνω δὲ αὐτῆς τὸ λαμπάδιον, καὶ μὴν καὶ λύχνους ἑπτὰ, καὶ ἰσαρίθμους αὐτοῖς τὰς ἐπαρυστρίδας, ἐλαίας δύο, μίαν μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου, θατέραν γε μὴν κειμένην ἐξ εὐωνύμων. καὶ ἡ μὲν ἐμφανεστέρα τῶν δεδειγμένων ἀπόδοσις εἴη ἂν οὐχ ἑτέρα παρὰ ταῦτα. χρὴ δὲ τοὺς τὸ ἐσώτατον τοῦ νοῦ ἐνιέντας περιεργότερον ἀθρεῖν, εὖ μάλα πειρᾶσθαι τὰ δηλούμενα, E καὶ συνδεῖν ἀστείως τοῖς ἤδη προειρημένοις καὶ τάδε. ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι καὶ βόθρον ὀρύξει, καὶ ψηλαφήσει πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. προτρέπει δὲ καὶ ἑτέροις συγκαλεῖν ἀλλήλους ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς. ἡμεῖς δὲ σαφῆ καθιστάντες τῆς προφητείας τὸν σκοπὸν, ἐλέγομεν, ὅτι τοῖς μὲν ἀπειθεῖν ᾑρημένοις, καὶ ἀτιμάζουσιν ἀμαθῶς τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν, βόθρος οἷά τις ὀρώρυκται κατακομίζων εἰς ὄλεθρον,

XXIII

Reuersum esse hîc non vt ex loco accipimus, id enim perquam ineptum esset: statuemus autem potius ex ambabus visionibus ad aliam statim, & vicinam, spiritualem vtique transiri. Quoniam verò in his maximè singulari vigilantia opus est, & maiore, quam pro captu humano, acrem vigiliam immittit Prophetæ Deus, docente angelo, qui in ipso loquebatur, vt se è somno putaret excitatum. Talis est enim animi nostri conditio, multóque inferior, quàm in sanctis angelis, vt asseuerare possit quispiam, illos esse in perpetua vigilia, nos quasi in perpetuo somno. Postquam autem diuinus angelus voluntatem, & mentem quoque eo inclinatam vidit, vt quod fiebat subtiliter satis perspicere posset, percunctatur, quidnam putet esse quæ monstrabantur. Tum Propheta rursum certissimam visionis commemorationem inducit, dicens, se vidisse candelabrum, totum aureum per totum, ac super ipsum lampadem: quin & lucernas septem, & eodem numero infusoria, oliuas duas, vnam à dextris lampadis, alteram à sinistris. Et ista quidem ostensa liquidius forsitan explanabunt, quæ dicta sunt. Necesse est tamen visionis huius intima curiosius indagantes, significatis attentè considerandis diligentissimè incumbere, & ea cum iam prædictis scitè copulare. Ait igitur vniuersorum Deus, se foueam fossurum, & contrectaturum omnem iniquitatem terræ illius in die vna: hortatur etiam alios, vt inter se sub vitem, & ficum conuocent. Nos scopum prophetiæ aperientes dicebamus incredulis, & agrestibus contemptoribus salutis per Christum parte quãdam foueam exitialem esse fossam,

contumeliam scilicet crucis, & scelus cruentæ cædis Christi. Perierunt enim miseri, qui Dominum impiè necauerunt. Iis autem qui dilexerunt aduentum eius, delectationem, & delicias, & quid non tandem huius generis contigisse? Fuerunt enim in Ecclesiis velut sub ficubus, & vitibus. Sed ecce alio item modo Propheta mysterium vidit. Aureum quippe candelabrum rursus Ecclesiam interpretamur, vtpote honorabilem mundo, tanquam virtutibus illustrissimam, ac splendidissimam, vt sublimè admodum eleuatam veræ cognitionis diuinæ dogmatis, super qua lampas est, népe Christus, de quo Deus & pater, [Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt lumen iustitia mea, & salutare meum vt lampas accendetur.] Hanc lampadem vniuersum orbem illuminantem super candelabrum Deus & pater posuit, [Vt omnes qui ingrediuntur lumen videant, & luceat omnibus qui in domo sunt.] Septem autem sunt lucernæ, non habentes lumen proprium, sed inductum, & externum, & olei affusione nutritum, quę & ipsæ sanctos Apostolos referunt, & Euangelistas insuper, & qui singulis temporibus extiterunt Ecclesiarum magistros, qui illuminationem à Christo veluti quosdam lychnos in animis, & cordibus suis susceperunt, cui Spiritus sanctus alimenta suppeditauit, qui domesticis lumen præbent, & credẽtes vnà cum lampade illuminant. Obserua præterea, septem lucernis infusoria affuisse, per quę illis oleum infunderetur, lampadi non affuisse. Quid ita? est enim lumen verum filius, non externum, neque inductum, nec ab alio datum, cui facultas illuminandi contigerit: sed ipse est secundum naturam lumen: quod autem in sanctis est, ab ipso communicatum est. Testificatur id sapiens Ioannes, [De plenitudine eius, inquit, omnes accepimus.] Ipse autem filius verum lumen, claritatis suæ participes factos mundi lumen appellabat. Ait etenim sanctis Apostolis, [Vos estis lux mundi.] Iam duæ oliuæ, vna à dextris, & altera à sinistris lampadis positæ, duos populos insinuant, quasi in orbem Christum circunstantes. Nam vt misericordiam adepti, statione huiusmodi dignati sunt. Et illi quidem erant ex bona oliua, nimirum ex synagoga Iudæorum: hi ex oleastro geniti, hoc est, ex gentium multitudine.

Esai. 62. — Luc. 11. Matt. 5. — Ioan. 1. — Matt. 5. — Rom. 11.

A ἡ ἐπὶ τῷ σταυρῷ παροινία, καὶ τῆς κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίας τὰ ἐγκλήματα. ἀπολώλασι γὰρ οἱ δείλαιοι κυριοκτονήσαντες ἀνοσίως. τοῖς γε μὴν ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τέρψις τε, καὶ τρυφή, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ὑπῆρξε; γεγόνασι γὰρ ὡς ὑπὸ συκαῖς, καὶ ἀμπέλοις ταῖς ἐκκλησίαις. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ὁ Προφήτης τεθέαται. τὴν γάρ τοι χρυσῆν λυχνίαν φαμὲν εἶναι πάλιν τὴν ἐκκλησίαν, ὡς τετιμημένην ἐν κόσμῳ, B διαφανεστάτην ἐν ἀρεταῖς, ὡς ὑψοῦ δὲ λίαν ἠρμένην τοῖς τῆς ἀληθινῆς θεογνωσίας δόγμασιν, ἐφ' ἧς τὸ λαμπάδιον, τουτέστι, Χριστός, περὶ οὗ φησιν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου, τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται. τοῦτο γὰρ λαμπάδιον τὸ πᾶσαν καταφωτίζον τὴν ὑπ' οὐρανόν, ἐπὶ τῇ λυχνίᾳ τέθεικεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, ἵνα πάντες οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φῶς βλέπωσι, καὶ λάμπῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. ἑπτὰ δὲ οἱ λύχνοι, φῶς οὐκ ἔχοντες C ἴδιον, ἀλλ' ἐπακτόν, καὶ ἔξωθεν, καὶ ταῖς δι' ἐλαίου χορηγίαις τρεφόμενον. σημαίνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ μέν τοι καὶ εὐαγγελιστάς, καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν διδασκάλους, δεξαμένους μὲν οἷά τινας λύχνους εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τὸν παρὰ Χριστοῦ φωτισμόν, καὶ ταῖς τοῦ πνεύματος χορηγίαις τρεφόμενον ἔχοντας, ἱέντας γε μὴν τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ τὸ φῶς, καὶ τῷ λαμπαδίῳ συγκαταυγάζοντας τοὺς πεπιστευκότας. ἐπιτήρει δέ, ὅτι τοῖς μὲν ἑπτὰ λύχνοις D ἐπαρυστρίδες ἦσαν, δι' ὧν αὐτοῖς εἰσήγετο τὸ ἔλαιον, ἐπαρυστρίδα γε μὴν τὸ λαμπάδιον οὐκ εἶχε. διὰ ποίαν αἰτίαν; φῶς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀληθινόν, ὁ υἱός, οὐκ ἔξωθεν, οὐδ' ἐπακτόν, οὔτε μὴν παρ' ἑτέρου δοτὸν τὸ καταφωτίζειν δύνασθαι λαχών· ἀλλ' αὐτὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων φῶς· μεθεκτὸν γε μὴν ἐν τοῖς ἁγίοις, καὶ παρ' αὐτοῦ. καὶ πληροφορήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. φῶς δὲ ὑπάρχων τὸ E ἀληθινὸν ὁ υἱός, φῶς ὠνόμαζε τοῦ κόσμου τοὺς τῆς παρ' αὐτοῦ λαμπρότητος ἐν μεθέξει γεγενημένους. ἔφη γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. αἱ δύο γε μὴν ἐλαῖαι, μία ἐκ δεξιῶν, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων τοῦ λαμπαδίου κείμεναι, τοὺς δύο λαοὺς ὑποσημαίνουσι, μονονουχὶ καὶ ἐν κύκλῳ περιεστῶτας Χριστόν. τετίμηνται γὰρ ὡς ἠλεημένοι τῇ τοιᾷδε στάσει. καὶ οἱ μὲν ἦσαν ἐκ τῆς καλλιελαίου, τουτέστι, τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς· οἱ δὲ τῆς ἀγριελαίου ἐξέφυσαν, τουτέστι, τῆς ἐξ ἐθνῶν πληθύος.

πλὴν ἐγκεντρισθέντες εἰς τὴν καλλιέλαιον κοινωνοὶ γεγόνασι τῆς πιότητος τῆς ῥίζης, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἄθρει δὲ ὅπως ἐπὶ τῆς λυχνίας ὁμοῦ τῷ λαμπαδίῳ καὶ οἱ λύχνοι, καὶ αἱ δύο ἐλαῖαι. σύνεστι γὰρ ἡμῖν ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστὸς, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἡ ἠλεημένη πληθὺς καταλάμπεται μὲν τῷ παρ᾽ αὐτοῦ φωτὶ, φωτίζεται δὲ καὶ διὰ λύχνων, οἳ μεθεκτὸν ἔχουσι καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τὸ φῶς. ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἁγίας σκηνῆς ἔκειτο μὲν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἑπτὰ λύχνους ἔχουσα λυχνία χρυσῆ. προσέταττε δὲ Θεὸς τῷ Ἀαρὼν, λέγων, ὅτι κατὰ πρόσωπον τῆς λυχνίας ἐκ τοῦ νοτίου μέρους φανοῦσιν οἱ ἑπτὰ λύχνοι. οὐ γὰρ τοῖς κατόπιν αὐτῆς ὁ διὰ τῶν λύχνων δέδοται φωτισμός· ἀλλὰ τοῖς ὡς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ διὰ τῆς πίστεως ἐνατενισμένοις. καὶ γοῦν Ἰουδαῖοι κατόπιν ὥσπερ αὐτοῦ, καὶ εἰς νῶτα κείμενοι, κατεσκοτισμένον ἔχουσι τὸν νοῦν. οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, εἰς πρόσωπον ἔχουσι τοὺς λύχνους, ἐλεύθερος γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἀπαραπόδιστος παντελῶς ὁ διὰ τῶν ἁγίων γέγονε φωτισμός. ἐκαίετο δὲ καὶ λύχνος εἷς ἐν τῇ προτέρᾳ σκηνῇ· τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως κατόπιν ἰοῦσαν τὴν νομικὴν τοῦ πράγματος ἡμῖν κατασημαίνοντος. θέα γὰρ ὅπως οἷς ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ σκηνῇ εἷς ἐκαίετο λύχνος, τοῖς γε μὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἑπτὰ λύχνοι, καὶ τὸ λαμπάδιον ἀμφιλαφεστάτην ὥσπερ ἐνίεσαν τὴν αὐγήν.

Καὶ ἐπηρώτησα, καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοὶ, λέγων. τί ἐστι ταῦτα, κύριε; καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρὸς μὲ, λέγων. οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπα, οὐχὶ κύριε. καὶ ἀπεκρίθη, καὶ εἶπε πρὸς μὲ, λέγων. οὗτος ὁ λόγος κυρίου πρὸς Ζοροβάβελ, λέγων. οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματί μου λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Ὅτι καὶ ἀμείνων, καὶ ἱερώτερος τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ὁ τῶν νοητῶν δυνάμεων νοῦς, καὶ ἐν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ὑπερκείμενος, καὶ ἐντεῦθεν ἂν μάθοις. ἐπέστρεψε μὲν γὰρ ὁ ἄγγελος, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, καὶ ἐξήγειρεν αὐτὸν, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. εἰ γὰρ δὴ συγκρίνειν ἕλοιτό τις ὡς πρός γε τὸν ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνόντα νοῦν, τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας τὸ μέτρον, μειονεκτούμενον εὑρήσει τοσοῦτον, ὅσον ἂν νοοῖτο κατόπιν ἐλθεῖν καὶ τῆς τῶν νηφόντων διανοίας τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις ἀδρανῆ φαντάσματα. ἐγή-

Veruntamen inserti in bonam oliuam, pinguedinē radicis attraxerūt, vt scribit B. Paulus. Perpende iam quomodo super cādelabrum simul cū lampade etiā lucernæ, & duæ oliuæ sunt. Est enim nobiscum in Ecclesia Christus, & credentium multitudo misericordiā consecuta, eius lumine illuminatur. Illustratur prӕterea per lucernas, quæ ab ipso similiter cōmunicātum lumen continēt. Ne ignores porrò, etiā in structura sancti tabernaculi positum fuisse in sancta sanctorum candelabrū aureum, septem lucernas sustinēs. Mandauit enim Deus Aaron in hunc modum, [Versus faciem candelabri ex parte australi lucebunt septē lucernæ.] Non enim iis qui à tergo candelabri sunt, illuminatio per lucernas data est: sed iis, qui quasi faciem Christi per fidem respiciunt. Quare Iudæi quasi retro ipsum, & in tergo positi, tenebris obscuratum habent cor. Qui autem ex gentibus crediderunt, in facie habent lucernas, quibus libera, & sine vllo impedimento per sancta contigit illuminatio. Ardebat autem & lucerna vna in aditu tabernaculi: qua re significabatur, legalem institutionē euangelicæ à tergo ire. Vide enim, quo pacto, quibus in principio tabernaculi vna lucerna ardeat, in sancta sanctorum ingressos septem lucernæ, & lampas quasi largissimo splendore perfundebant.

Exod. 27. 40 Num. 8.

Ephes. 4.

Et interrogaui, & dixi ad angelum qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, Domine? Et respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, dicēs: Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi, non, Domine. Et respondit, & dixit ad me, dicens: Iste sermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, neque in robore, sed in spiritu meo dicit Dominus omnipotens.

XXIV.

Virtutum quas animo videmus, mentem, nostra mente præstantiorem, & sanctiorem, nostrisque rebus incomparabilibus excellentiis superiorem esse, etiam hinc discas. Reuersus est enim angelus, vt ait Propheta, & excitauit eum, [velut cum excitatur homo de somno suo.] Nam si quis vim supernarum virtutum cum intelligentia humana comparare voluerit, hanc illa tanto inferiorem perspiciet, quantum scimus vigilantium cogitationibus cedere dormientium visa, siue somnia.

A Excitatus eſt igitur Propheta ad vigiliam: nihilominus etiam ſic tardus eſt ad percipienda quæ oſtenduntur. Idcirco iuſtiſſimè percunctatur, & ea angelo declarante cognoſcere petit. Angelus eum neſcire illorum ſignificationem propemodum obſtupeſcit, & num verè neſciat interrogat. Propheta ignorantiam apertè confitente, & tarditatem ſuam non erubeſcente, obſcuritatem viſi deinceps enucleat: & tanquam ex imagine manifeſta, & in oculis incurrente, ſcopum in ea latentem explanat. B Inquit enim, [hic eſt ſermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus omnipotens.] Perinde fortaſſe, ac ſi dicat, omnia hæc viſa, aliquando finem ſuum aſſecutura, non humana virtute adminiſtrata, nec in robore corporali, ſed in virtute Spiritus ſancti, & vt ex diuino nutu. Factus eſt ſiquidem homo, noſtrûm ſimilis vnigenitus: veruntamen non bellauit corporali modo, vt Eccleſiam quaſi quoddam candelabrum mundo erigeret: C neque ſumptis armis ſenſum tangentibus, & cohortibus bellicoſis duos populos ſibi adiunxit, aut duas lucernas animo aſpectabiles candelabro impoſuit: ſed in robore Spiritus ſancti creauit in Eccleſiis primum Apoſtolos, deinde Prophetas, & Euangeliſtas, & reliquum omnem Sanctorum cœtum, diuinis chariſmatis eos implens, & irrigatione ſpiritus vbertim pinguefaciens. Itaque D non in fortitudine magna, nec in robore carnali, ſed in virtute ſpiritus à Chriſto ſpoliatus eſt Satanas, cum quo & aduerſariarum poteſtatum globi ceciderunt, vocatique ſunt ad agnitionem Dei per fidem & qui ex Iſrael, & qui aliquando [creaturæ potius ſeruierant, quàm creatori.] Exhibitæ ſunt etiam in Eccleſiis lucernæ, id eſt, ſancti, vnà lucentes cum lampade, Chriſto, inquã. Fuerunt namque, vt quidem eſt apud ſapientiſſimum Paulum, [Luminaria in mundo, verbum vitę continẽtes.] E Quod autem Emmanuel non manu, ſeu potentia humana, ſed viribus ſuis tãquam Deus mundum ſaluauerit, teſtatus eſt & per Oſeam, apud quem iſta leguntur, [Filiorũ autem Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, & nõ ſaluabo eos in arcu, neque in gladio, neque in belo, neq; in curtibus, neque in equis, neque in equitibus.] Peraccommodatè autẽ verbum factum eſt ad Zorobabel

1 Cor. 12.

Rom. 1.

Philip. 2.

A -γερται δὴ οὕτω ὁ Προφήτης εἰς νῆψιν, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων οὐδὲν ἧττόν ἐστι βραδὺς πρός γε τὸ δύνασθαι, φημί, συνιέναι τὰ δεικνύμενα. Ταύτητοι, καὶ μάλα εἰκότως, ἀναπυνθάνεταί τι, καὶ ἀξιοῖ μαθεῖν παρὰ τοῦ διαφοιτῶντος ἀγγέλου. ὁ δὲ ὅτι οὐ συνῆκε μονονουχὶ καταπέθηπέ πως, καὶ εἰ μὴ ἀληθῶς εἰδείη διερωτᾷ. τοῦ δὲ διαῤῥήδην ὡμολογηκότος τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ δυσμαθὲς οὐκ αἰσχυνομένου, καταλευκαίνει λοιπὸν τὸ ἐν τῆς ὁράσεως αἴνιγμα, καὶ οἷον ὡς ἐξ εἰκόνος ἐμφανοῦς τε, καὶ ὁρω- B μένης τὸν ἐν αὐτῇ λεληθότως ἐγκείμενον διερμηνεύει σκοπόν. Ἔστι γάρ, φησίν, ὁ λόγος κυρίου πρὸς Ζοροβάβελ, λέγων. Οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ, ἀλλ' ἐν πνεύματί μου, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι τυχόν, ὅτι πάντα ταῦτα τὰ ὁρώμενα εἰς πέρας ἥξει κατὰ καιρούς, οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει κατορθούμενα, οὔτε μὴν ἐν ἰσχύϊ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου, καὶ ὡς ἐκ θείων διανευμάτων. γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενής· πλὴν οὐ πεπολέμηκε C σαρκικῶς, ἵνα καθάπερ τινὰ λυχνίαν ἀναστήσῃ τῷ κόσμῳ τὴν ἐκκλησίαν· οὐχ ὅπλα κινήσας αἰσθητά, καὶ μαχίμους φάλαγγας προσέστησεν ἑαυτῷ τοὺς δύο λαούς, ἢ τοὺς λύχνους τοὺς νοητοὺς ἐπέθηκε τῇ λυχνίᾳ, ἀλλ' ἐν ἰσχύϊ πνεύματος ἁγίου κεχειροτόνηκεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πρῶτον Ἀποστόλους, δεύτερον Προφήτας, καὶ Εὐαγγελιστάς, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τῶν ἁγίων ὁμήγυριν, θείων αὐτοὺς χαρισμάτων ἀναπιμπλάς, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος χύσει καταπιαί- D νων πλουσίως. Οὐκοῦν οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ τῇ σαρκικῇ παρὰ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς ἐν δυνάμει πνεύματος ἐσκυλεύετο μὲν ὁ Σατανᾶς. ἔπιπτον δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων στίφη, καὶ ἐκαλοῦντο πρὸς θεογνωσίαν διὰ τῆς πίστεως, οἵ τε ἐξ Ἰσραήλ, καὶ οἱ πάλαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λελατρευκότες. ἀνεδείκνυντο δὲ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις οἱ λύχνοι, τουτέστιν, οἱ ἅγιοι, συνεκλάμποντες τῷ λαμπαδίῳ, φημὶ δὴ Χριστῷ. γεγόνασι γάρ, ὡς γοῦν ὁ σοφώτατος E ἔγραφε Παῦλος, φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρωπίνῃ χειρὶ σέσωκε τὴν ὑπ' οὐρανόν, ἀλλ' ἰδίαις δυνάμεσιν ὡς Θεὸς ὁ Ἐμμανουήλ, διεμαρτύρατο λέγων καὶ διὰ φωνῆς Ὠσηέ. ἔχει γὰρ οὕτω. Τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰούδα ἐλεήσω, καὶ σώσω αὐτοὺς ἐν κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ οὐ σώσω αὐτοὺς ἐν τόξῳ, οὔτε ἐν ῥομφαίᾳ, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὐδὲ ἐν ἅρμασιν, οὐδὲ ἐν ἵπποις, οὐδὲ ἐν ἱππεῦσιν. Ἔστι δὲ δὴ σφόδρα πρὸς Ζοροβάβελ ὁ λόγος ἦν,

τὸν ἐξ Ἰούδα φυλῆς, διέποντα δὲ τηνικαῦτα τοὺς τῆς βασιλείας θώκους ἐν Ἱερουσαλήμ. ἵνα γὰρ μὴ τὴν οὕτω λαμπροτάτων, καὶ ἀξιαγάστων κατορθωμάτων αὐτῷ προαπηγγελμένων πολέμους οἴοιτο, καὶ μάχας συγκροτηθήσεσθαι κατὰ καιρούς, ἐξίστησιν ἀναγκαίως αὐτὸν τῶν οὕτω σαθρῶν, καὶ ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν, διανοεῖσθαι δὲ μᾶλλον προσέταχεν, ὅτι θεοπρεπὴς ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ δύναμις οὐκ ἀνθρωπίνη τοῦ διαπεραίνοντος τὰ τοιάδε Χριστοῦ. μεμνήμεθα δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν Ζοροβάβελ ὡς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ βασιλέα παραδηλοῦν ἐλέγομεν ἐφ' ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, συνημμένου δὲ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ἵν' ἐν ταὐτῷ νοοῖτο βασιλεύς τε ἅμα, καὶ ἀρχιερεὺς ὁ Ἐμμανουήλ.

Τίς εἶ σὺ, τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ τοῦ κατορθῶσαι; Καὶ ἐξοίσω τὸν λίθον τῆς κληρονομίας, ἰσότητι χάριτος χάριτα αὐτῆς.

Δυσέφικτον μὲν κομιδῇ τὸ προκείμενον· πλὴν ἐροῦμεν ἡμεῖς τό γε ὡς ἄριστα, καὶ ὀρθῶς ἔχειν ὑπειλημμένον. ἔοικε τοίνυν ὁ λόγος μονονουχὶ καὶ ἐπιτιμᾶν τῷ ὄρει τῷ μεγάλῳ, τουτέστι, τῷ Σατανᾷ κατεξανισταμένῳ τε, καὶ ἀντεξάγοντι τῷ Χριστῷ, τῆς αὐτοῦ δυστροπίας τὴν δύναμιν, ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω πάλιν ἡμῖν αἰνιγματωδῶς κατεγράφετο. ἔφη γὰρ ὁ προφήτης τεθεᾶσθαι μὲν Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου τοῦ ἀγγέλου κυρίου, τὸν δέ γε διάβολον ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. ὅτι γὰρ ὅσον ἐνεχώρει, καὶ ἦν ἐπ' αὐτῷ, πεπολέμηκέ τε, καὶ ἀντεγήγερται δεινῶς ταῖς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίαις, καλοῦντος πρὸς σωτηρίαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, προσκυνητὴν ἴδιον ἀποφαίνειν ἤθελε, παραδεικνὺς μὲν αὐτῷ, εἰ δὴ προσπεσὼν ἕλοιτο, καὶ προσκυνῆσαι αὐτῷ. εἶτα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸν προδότην ἥρπασε μαθητὴν, ἀναπείσας ὄργανον τῆς Ἰουδαίων γενέσθαι σκαιότητος. ἐπιπλήττει δὴ οὕτω ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ φησὶ, τίς εἶ σὺ, τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι; τὸ δὲ τίς εἶ σύ; νοητέον οὐχ ὡς ἐθέλοντος ἀναμαθεῖν, τίς δὴ ἄρα, καὶ πόθεν ἐστίν. οὐ γὰρ ἂν ἠγνόησε Θεὸς ὤν. ἀλλ' ὡς κατασμικρύνοντος, καὶ οὐδενὸς ἀξιοῦντος λόγου, κἂν εἰ μέγα τι εἴη, καὶ δυσάλωτον ὄρος, καὶ ἐμποδὼν κείμενον κατορθοῦν ἐθέλοντι τοιάδε Χριστῷ;

A de tribu Iuda genus ducentem, qui id temporis sedē regni Hierosolymis obtinebat. Etenim ne adeo insignibus admirandisque operibus sibi prænuntiatis expeditionem aliquando suscipiēdam, & prælia facienda arbitraretur, ab huiusmodi friuolis, & humanis cogitationibus eum deterrēdum putauit, potiúsque sentire iussit, diuinā efficacitatem, & facultatem non humanam, sed Christi talia molientis esse. Meminimus por-B rò nos dicere, & ipsum Zorobabelem vt ex tribu Iuda procreatum, & regem, significare Christum, coniuncto etiam Iesu filio Iosedec, vt simul, & in vna persona Emmanuel & rex, & summus sacerdos intelligatur.

Quis es tu, mons ille magnus, ante faciem Zorobabel vt instaures? Et educam lapidem hæreditatis, æqualitate gratiæ gratiam eius.

XXV.

Difficillimus intellectu locus propositus: veruntamē quod rectissimè, atque C optimè dici posse existimauimus, id in medium afferemus. Videtur itaque sermo quadā obiurgatione incessere montem magnum, putà Satanam contra Christum insurgentem, & peruersitatis suæ potentiam, quasi aciem contra promouētem, quod item supra, quanquam sub velamine, nobis describebatur. Dicebat enim Propheta, se vidisse Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & diabolum stantem à D dextris eius, vt aduersaretur ei. Quin enim quantum licuit, & in ipso fuit oppugnauerit, & vehementer insurrexerit contra œconomiam Saluatoris, mundum ad salutem vocantis, nemo dubitabit, si cogitauerit, primùm quidem accessisse ad ieiunantem in deserto, & mundi Saluatorem intuitum, se ab illo adorari concupiuisse, cum illi omnia regna mundi ostendens dixisset, omnia fore ipsius, si procidere in ge-E nua, & se adorare non recusaret. Deinde ex ipso choro sanctorum Apostolorum proditorem Iudam arripuit, cui persuasit, vt Iudæorum feritatis instrumentum fieret. Increpatur itaque his verbis. [Quis es tu, mons magne, ante faciem Zorobabel vt instaures?] Illud, *quis es*, non ita accipiendum, quasi nosse cupiat, quis tandem, & vnde sit. Non enim ignorabat, vtpote Deus: sed quasi extenuet, & nihili faciat, quamuis magnus mons esset, & cui facile resisti non posset, & impedimentum obiectum Christo hæc instaurare volenti,

Matt. 4.

Matt. 26.

cuius typus Zorobabel, vt iam diximus. Etsi enim sit implacabilis nequitia draconis apostatæ, tamen citra laborem, sudorémque à Christo conculcatus est. Erat enim naturâ Deus, omnes exsuperans. Aut igitur tali quodam modo dicta verba explicabimus, aut alio, si placebit. Dixit enim, non humana virtute mundo vitam instauraturum. Et stabit quidem candelabrum, lampadem habens, hoc est, Christum: lucebunt autem lucernæ. Præterea à dextra læuáque lampadis duæ oliuæ omnino stabunt, duos populos adumbrantes. Postea quasi sciscitante quopiam, ac dicente, Quis igitur es tu, qui tam ardua nullo bello, & sine labore fœliciter constituturum spondes? subauditur, respondens Deus & pater, [Ego mons ille magnus, ante faciem Zorobabel, vt instaurem.] Id est, ego sum omnibus supereminens natura, diuinis celsitudinibus ad gloriam sublimissimam omnium emicans, quæ suo tempore ad promissa fideliter, & ante faciem Zorobabel præstanda sufficiet. Non enim ignorabat Christus patrem suum: sed quasi quendam adiutorem insignium suarum actionum eum faciebat, cum diceret, [A me ipso facio nihil. Pater autem in me manens, ipse facit opera.] Operabatur enim vt per propriam virtutem per filium, per quem & ab initio creatis omnibus, meritò est admirabilis *** à sapientissimo Daniele iterum Deus & pater mons nominatur, vnde & lapis sine manibus præcisus est, qui & aurum, argentum, æs, ferrum comminuit. Quæ etiam Christi imago fuit. Natus enim ex Deo patre filius, supra quam dici, aut mente capi potest, contriuit regna, vt deinceps penes eum sit omne imperium: [Flectetur enim ipsi omne genu, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.] Itaque vt ex monte Dei & patris summus angularis, & electus lapis resectus Deus, factus est, nobis hæreditas. Vocati quippe sumus in adoptionem filiorum per ipsum, scriptique hæredes Dei viuentis, æqualitate gratiæ gratiam lucrifacientes. Hoc verò quid est? Data est quidem gratia antiqua illa, & decantata: liberati sunt enim ex Ægypto secundum corpus, seruile iugum dominationis quo premebantur à ceruicibus deiecerunt, per medium mare traducti sunt, comederunt manna in solitudine,

Ioan. 14. — Dan. 2. — Philip. 2. — Ephes. 2.

A ὃ καὶ εἰς τύπον ὁ Ζοροβάβελ, καθάπερ ἤδη προειρήκαμεν. καίτοι γὰρ ἀπαραίτητον ἔχων τὴν δυστροπίαν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, πεπάτηται παρὰ Χριστοῦ πόνου τε, καὶ ἱδρῶτος δίχα. Θεὸς γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, ὁ πάντας νικῶν. ἢ τοίνυν κατὰ τὸν τοιόνδε τινὰ τρόπον παραληψόμεθα τοῖς εἰρημένοις· ἢ καὶ ἑτέρως εἰ δοκεῖ. ἔφη μὲν γὰρ, ὅτι οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει κατορθωθήσεται τῷ κόσμῳ τὰ πρὸς ζωήν. καὶ στήσεται μὲν ἡ λυχνία, τὸ λαμπάδιον ἔχουσα, τουτέστι, B Χριστόν, ἐκλάμψουσι δὲ οἱ λύχνοι, καὶ μίαν καὶ ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ λαμπαδίου αἱ δύο πάντως ἐλαῖαι στήσονται, τοὺς δύο λαοὺς σημαίνουσαι. εἶτα ὥσπερ ἀναπυνθανομένου τινὸς, καὶ λέγοντος, τίς ἄρα εἶ σύ, ὁ τὰ οὕτω μεγάλα πολέμου δίχα πάντως, καὶ ἀμογητὶ κατορθώσειν ὑπισχνούμενος; προσυπακούεται λέγων ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, ἐγὼ τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ, τοῦ κατορθῶσαι, τουτέστιν, ἐγώ εἰμι ἡ πάντα ὑπεραίρουσα φύσις, ἡ θεοπρεπέσιν ὑψώμασιν C εἰς τὴν ὑπερέκεινα πάντων διαλάμπουσα δόξαν, κατὰ καιροὺς ἀρκέσειν μέλλουσα πρὸς κατόρθωσιν τῶν ἐπηγγελμένων, καὶ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ. οὐ γὰρ ἠγνόει Χριστὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ συνεργάτην τῶν ἰδίων κατορθωμάτων ἐποιεῖτο λέγων, ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν. ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. εἰργάζετο γὰρ ὡς διὰ δυνάμεως ἰδίας τοῦ υἱοῦ, δι' οὗ καὶ ἐν ἀρχαῖς τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρενεχθὲν εἰκότως θαυμάζεται. * * * παρὰ τῷ σοφωτάτῳ D Δανιὴλ, ὡς ὄρος ἡμῖν ὠνόμασται πάλιν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, ἐξ οὗ καὶ λίθος ἄνευ χειρὸς ἐτμήθη, ὃς καὶ ἐλέπτυνε τὸ χρυσίον, τὸν ἄργυρον, τὸν χαλκόν, τὸν σίδηρον, καὶ ἦν εἰς τύπον καὶ τόδε Χριστοῦ. Γεγενημένος γὰρ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως, καὶ ὑπὲρ νοῦν ὁ υἱὸς, συνέτριψε τὰς βασιλείας, ἵν' αὐτῷ λοιπὸν τὸ κατὰ πάντων κράτος ἀνάκειται. κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. οὐκοῦν ὡς ἐξ ὄρους τοῦ Θεοῦ καὶ πα- E τρὸς ἀκρογωνιαῖος, καὶ ἐκλεκτὸς ἀποτμηθεὶς λίθος ὁ Θεός, γέγονεν ἡμῖν κληρονομία. κεκλήμεθα γὰρ εἰς υἱοθεσίαν δι' αὐτοῦ, καὶ κληρονόμοι γεγόναμεν Θεοῦ ζῶντος, ἰσοτίμου χάριτος, χάριτα κερδαίνοντες. καὶ τί δὴ τοῦτο; δέδοται μὲν γὰρ χάρις τῷ Ἰσραὴλ, ἡ ἀρχαία τε ἐκείνη, καὶ διαβόητος. λελύτρωνται γὰρ ἐξ Αἰγύπτου σαρκικῶς, τὴν ἐπηρτημένην αὐτοῖς ἐκ πλεονεξίας ἀπεσείσαντο δουλείαν, διεβιβάσθησαν διὰ θαλάσσης μέσης, ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ,

διῆλθον ἐν ποσὶ ποταμούς, διεπεραιώσαντο γὰρ ὕδατι τὸν Ἰορδάνην, εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. αὕτη δὲ οὖν ἡ χάρις ἡ πρώτη. ἀλλ' ἐν ἰσότητι, καὶ ὁμοιότητι τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος, χάρις δίδοται παρὰ Χριστοῦ, ὃς γέγονεν ἡμῖν, λίθος μὲν, ὡς θεμέλιος, ἤγουν ἀκρογωνιαῖος, κληρονόμος δὲ πάλιν, ὡς υἱός. γεγόναμεν γὰρ δι' αὐτοῦ κληρονόμοι Θεοῦ. πῶς οὖν ἐν ἰσότητι τῆς πρώτης χάριτος ἡ δευτέρα; ἃ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις ἐπετελεῖτο σωματικῶς, ἤγουν αἰσθητῶς, ταῦτα πεπληρωκεν ἐφ' ἡμῖν ὁ Χριστὸς πνευματικῶς τε, καὶ νοητῶς. ἐξείλετο δουλείας διαβολικῆς, ὡς ἐκ πηλοῦ, καὶ πλινθείας. ἀπήλλαξε τῶν ἐν κόσμῳ παθῶν, καὶ τῆς σαρκικῆς ἀκαθαρσίας. διεβίβασεν ὡς διὰ θαλάσσης. παρεδράμομεν γὰρ τὸν κλύδωνα τοῦ παρόντος βίου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φροντίδος τὸ πικρόν. ἐφάγομεν ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ (μυστικὸς ὁ λόγος) διεβιβάσθημεν τὸν Ἰορδάνην, περιτομὴν ἐδεξάμεθα τὴν ἐν πνεύματι, κεκληρονομήκαμεν τὴν ἄνω πόλιν, τὴν ἀληθῶς ἁγίαν γῆν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς διεμέμνητο, λέγων· μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὸν σοφώτατον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, αὐτὸ δὴ τοῦτο βούλεσθαι δηλοῦν, εἰ λέγοι περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. διάκονος μὲν γὰρ, καὶ μεσίτης τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος γέγονεν ὁ Μωσῆς· τῆς γε μὴν δευτέρας χάριτος ὁ Χριστὸς, ἐχούσης μὲν ὁμοιότητα πρὸς ἐκείνην. τύποι γὰρ ἦσαν ὡς πρὸς ἀλήθειαν, ἤγουν τὸ τῆς ἀληθείας ὠδίνοντες κάλλος, ἀμείνονος δὲ, καὶ ὑπερκειμένης ὅσον καὶ τὴν αἰσθητὴν ὑπερφέρει ἂν εἰκότως τὰ νοητά. καὶ μαρτυρήσας γράφει ὁ Παῦλος, ὅτι κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς.

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με, λέγων· αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτόν, καὶ ἐπιγνώσῃ διότι κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ.

Ἰδοὺ δὴ, πάλιν ἡμῖν ἐν αἰσθητοῖς πράγμασι καταγράφει τὰ νοητά, καὶ τῶν διὰ Χριστοῦ παραδόξως τετελεσμένων προτίθησιν εἰς τύπον τὸ διὰ χειρὸς Ζοροβάβελ κατὰ καιροὺς ἐκπεπερασμένον. ἐπεὶ γὰρ ἁλούσης τῆς Βαβυλωνίων ὑπὸ Περσῶν, καὶ Κύρου, τὴν τῆς δουλείας ἀφῆντο δεσμὸν οἱ ἐξ Ἰσραήλ, καὶ δὴ καὶ ἀνῆκον εἰς Ἱεροσόλυμα,

pedibus flumina transierunt, Iordanem videlicet, in terram promissionis introducti sunt. Hæc igitur gratia illa prima. Verùm in æqualitate, & similitudine antiquæ illius gratiæ gratia impertita est à Christo, qui factus est nobis lapis vt fundamentum, siue summus angularis, & rursum hæres vt filius. Per illum quippe hæredes Dei instituti sumus. Quomodo igitur in æqualitate primæ gratiæ secunda? Quæ in illis fiebant secundum carnem, siue sensum, hæc Christus in nobis secundum spiritum, & intellectum præstitit. Eripuit nos è seruitute diabolica, ceu ex luto & latere. Liberauit affectionibus mundanis, & carnalibus immunditiis. Velut per mare transitum concessit: fluctus enim huius vitæ & acerbitatem eius sollicitudinum præteriuimus. Comedimus panem de cælo (mysticè loquimur) Iordanem transiuimus, circuncisionem in spiritu suscepimus, hæreditatem audiuimus supernam ciuitatem, verè sanctam terram, cuius & Christus ipse meminit cum ait, [beati mites quoniam ipsi possidebunt terrā.] Puto autem ego sapientissimum quoq; Euāgelistam Ioannem hoc ipsum significare velle, cum dicit de Christo, [De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.] Minister enim, & mediator veteris illius gratiæ Moses fuit: secundæ autem gratiæ Christus, quæ similitudinem prioris illius habet. Typi enim quidam erant ad veritatem, siue veritatis decus parturientes, tanto melioris & excellentioris, quanto quæ sensibus ea quæ sola intelligentia comprehenduntur, antecellunt. Accedit testis Paulus cum scribit, melioris testamenti mediatorem esse Iesum.

Exod. 1. — Ioan. 6. — Matt. 5. — Ioan. 1. — Hebr. 8.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius complebunt eam, & scies quia Dominus omnipotens misit me ad te.

XXVI.

En, rursum in rebus quas sensu attingimus, eas quæ solū intelligūtur, describit, & à Christo admirabiliter perpetratorū typū proponit id, quod per manū Zorobabel aliquando confectū fuit. Postquā enim Babyloniis à Cyro Persarum rege subactis seruitute exsoluti sunt Israelitæ, & insuper Hierosolymā redierunt,

Dario postea Chaldæorum regnum procurante, hortatus est Deus reduces, vt ante omnia diuinum templum reædificarent, rege quidem Zorobabele, principe autem sacerdotum Iesu filio Iosedec. Iámque ad opus aggrediebantur, & prima fundamenta iacta erant, & muri in altum educti, cum prohibentibus quibusdam, & inuidia finitimarum gentium impediente, à labore cessatum est, & operum studia prolata. Deo autem ad opus ritè conficiendum rursus facultatem suppeditante, vix tandem absolutum est, Iesu summum gerente sacerdotium, Zorobabele autẽ rerum potiente. Et his quidem historia continetur. Quia verò pro typo Christi Zorobabelem de tribu Iuda ortũ assumpsimus, age, dicamus quomodo, & qua ratione cœperit ipse quidẽ ædificare domum Domini: sed mente conceptus, & spiritualis Zorobabel eam postea perfecerit, & consummauerit. Constituit enim principio domũ quãdam, & mansionem diuinam sibi & patri Iudæorum synagogam. Sic namque illam appellauit, de sapientissimo omnium Mose ita loquens. [Si fuerit Propheta ex vobis Domino, in visione illi cognoscar, & in somno loquar ei. Nõ sic vt seruus meus Moses, in omni domo mea fidelis est.] Ergo fundata est tanquam domus per Christum: sed interuallo euersa. Quare Propheta Hieremias, vt concussam, & collapsam deplorat in hæc verba. [Domus Israel cecidit, & non est, qui denuo excitet eam.] Veruntamen per Christũ excitata, & in aliam, meliorémque formam mutata est, introductis in ipsam gentibus, & exhibita in mũdo Ecclesia, [quæ est domus Dei viuentis,] cuius pulchritudinem vniuersorũ Dominus, ac Deus adamauit. Etenim tẽplum extremis temporibus excitatũ, Ecclesiam scilicet, infinitis partibus primo præstare, satis supérque docuit, per Prophetã Aggæum ita loquẽs. [Quis est ex vobis homo, qui vidit domum hanc in gloria sua priore? Et quomodo vos videtis ipsã nunc sicut non existentem in conspectu vestro? [Et infrà, [Quia magna erit gloria domus istius nouissima super primã, dicit Dominus omnipotens.] Verũenim verò ista historicè duntaxat intelligere, quin cuiusdam insaniæ sit, dubitandum non est, si quis cogitauerit, quonammodo posterior gloria templi Dei prẽstantior prioris gloria videri queat. Nam illud incẽdit, ac diripuit Babylonius Na-

Zach. 4. — Agg. 1. — Num. 12. — 1.Tim. 3. — Agg. 2.

Τοῦτο πεπλήρωκεν ὁ Χριστός. λελυπημένος γὰρ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ἀθλίως ἀπολωλόσι, καὶ οἷον ζηλώσας τὴν Ἐκκλησίαν, τῶν αὐτῶν μὲν τῶν δαιμονίων τὰ στίφη, τὸν δέ γε τῆς ἐκείνων ἀπονοίας ἐπιστάτην τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκβέβληκε τυραννίδος, ἐλευθέραν τῆς ἐκείνου σκαιότητος ἀποφήνας λοιπὸν τῶν προσκυνούντων αὐτῷ τὴν ὁμήγυριν.

Τάδε λέγει κύριος. ἐπιστρέψω ἐπὶ Σιὼν, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἱερουσαλήμ· καὶ κληθήσεται Ἱερουσαλὴμ πόλις ἀληθινὴ, καὶ τὸ ὄρος κυρίου παντοκράτορος ὄρος ἅγιον.

Πληροῖ μὲν τὰ πάντα Θεὸς, καὶ τῆς ἀπορρήτου φύσεως αὐτοῦ τὰ πάντα μεστά. πλὴν ἀποφοιτᾷν ἔσθ' ὅτε λέγεται τῶν ἡμαρτηκότων, οὐ τῇ κατὰ τόπον διαστάσει χωριζόμενος, εὔηθες γὰρ τὸ οὕτω νοεῖν, ἀλλὰ τῷ μηκέτι θέλειν προσοικειοῦσθαι, καὶ φείδεσθαι, καὶ ἀγάπης ἀξιοῦν. τοιοῦτον δὲ εἶναί φαμεν καὶ τὸν τῆς ὀργῆς

B

C

D

E

CAPVT VIII.

Et factum est verbum Domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens. Zelaui Hierusalem, & Sion Zelo magno, & ira magna Zelaui eam.

POSTQVAM inobedientiam, & contumaciam antiquorum, & mala inde profecta satis est insectatus, omniúmque miseriarum ipsis causam esse ostendit, orationem ad bona placabilitatis transfert, & studet deinceps fœlicia tempora illis promittere, optatorúmque bonorum copia eos impinguare, vt qui iam pœnas impiorum facinorum dederint, pérque hostiles clades, & toleratum seruitutis iugum veteris nequitiæ scelera quasi eluerint. Exclamat autem aliquo modo contra crudelitatem Babyloniorum, qui omnis audaciæ fines egressi, designauerint in eos, quæ neque ipse Deus iratus voluerit. Dixit enim supra apertè, [Ego quidem iratus sum parum, ipsi autem superimpositi sunt in mala: zelaui igitur Hierusalem,] hoc est, super ipsa suscepi zelum, & indignatione magna zelaui ipsam. Ac si dicat. Continget Babylonus vicissim pati, & quidem immaniora quam perpetrarunt, & vastatoribus tantis iratus malum dabo.

XXXIX.

Zach. 1.

Hoc impleuit Christus. Dolens enim super nobis misere perditis, & velut zelatus Ecclesiam, ipsorum dæmonum turmas, eorúmque dementiæ præsidem ab imperio in nos depulit, cum ipsum adorantium multitudinem de cætero ab eius immanitate asseruit.

Hæc dicit Dominus. Reuertar ad Sion, & habitabo in medio Hierusalem, & vocabitur Hierusalem ciuitas vera, & mons Domini omnipotentis mons sanctus.

Implet omnia Deus, & natura eius ineffabili referta sunt omnia. Veruntamen nonnunquam discedere dicitur à peccatoribus, non loci interuallis ab iis separatus, quod putare stultum esset: sed in eo quod esse cum illis, veniáque, & amore dignari eos recusat. Talem quoque ipsam iræ rationē esse dicimus.

XXXX.

Conuersus est igitur ad falsos deos colendos Israel, & fornicata est Hierusalem. Recessit autem quodammodo vniuersorum Deus, & quæ auersionē eius sequuntur, subiecit eā malis. Quoniam verò inposterum miseretur, reuertar, inquit, hoc est, quiescā ab ira, inspectione eam dignabor, & domum meam rursus faciam. Quemadmodum autē eo auerso mons sanctus, hoc est, templum Hierosolymis non amplius venerandum videbatur iis, qui illud incensum intuebantur; ita denuo eodem excitato, & in ipso habitare instituente Deo, veneratio eiusdem renouata est. Vera autem ciuitas vocabitur Hierusalem, non iam, vt olim, diis manu fabricatis, & simulacris Deum mentientibus cultum diuinum tribuēs: sed vnum, & natura, & verum Deū omni genere bonitatis colens, vt in futurum legibus conuenienter viuere velit, & ad omnia facilè obediens.

Accommodabis porrò non ineptè huiusmodi voces ei, qui propter nos vt vnus ex nobis factus est, Dei filius. Qui cùm in forma patris esset, & æqualis ei per omnia, [Seipsum exinaniuit, forma serui accepta, & factus est homo, & egenus propter nos, vt nos illius inopia diuites essemus.] Ergo qui olim propter transgressionem in Adam, [Et quia incumbit cogitatio hominis ad mala ab adolescentia sua,] iustè auersus est, ad nos denuo, vt ex naturali mansuetudine reuersus est, & Ecclesiam habitauit, ciuitatémque, & habitaculum sanctum sanctificatos effecit. Ait enim alicubi de electa, Ecclesia vtique, [Hic habitabo quoniam elegi eam.] Psallit & B. Dauid, [Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.] Hanc nobis item Propheta Esaias indicauit. [Erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in summitate montium, & eleuabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes.] Conspicua est enim Ecclesia Christi, & velut in monte posita patet omnibus. Vocata est deinde etiam *vera*, neutiquam typis & vmbris seruiens: sed veritatem complexa potius, quæ est Christus, & adorationem in spiritu ac veritate vsurpans.

Philip. 2. 2.Cor. 8. Gen. 8. Psal. 131. Psal. 86. Esa. 2. Ioan. 4.

Hæc dicit Dominus omnipotens. Adhuc sedebunt seniores, & anus in plateis Hierusalē, vnusquisque virgā siue scipionē suū habēs in manu sua, præ multi-

In Zachariam Comment.

A τρόπον. ἐκ τούτου ἐτράπετο μὲν εἰς ψευδολατρείας ὁ Ἰσραήλ, καὶ ἐκπεπόρνευκεν ἡ Ἱερουσαλήμ. ἀπεφοίτησε δὲ ὥσπερ ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ τοῖς ἐξ ἀποστροφῆς ὑπετέθηκε κακοῖς. ἐπειδὴ δὲ κατοικτείρει λοιπόν, τὸ ἐπιστρέψω φησί, τουτέστιν, ἀποπεπαύσομαι τῆς ὀργῆς, ἐπισκοπῆς ἀξίαν ἀποφανῶ, καὶ οἶκον ἐμὸν ποιήσομαι πάλιν. ὥσπερ δὲ ἀποστραφέντος αὐτοῦ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, τουτέστιν, ὁ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις νεὼς οὐκέτι σεπτός τις εἶναι ἐδόκει παρά γε τοῖς B ὁρῶσιν ἐμπεπρησμένον· οὕτω δὴ πάλιν ἐγηγερμένου, καὶ ἐν αὐτῷ κατοικεῖν ἑλομένου Θεοῦ, τὸ ἐπ' αὐτῷ πάλιν ἀνανεωθήσεται σέβας, ἀληθινὴ δὲ πόλις κληθήσεται ἡ Ἱερουσαλήμ, οὐκέτι καθὰ καὶ πάλαι τοῖς χειροκμήτοις θεοῖς, καὶ τοῖς ψευδωνύμοις ἰνδάλμασι προσχηματίζουσα τὰς λατρείας· ἀλλὰ τὸν ἕνα καὶ φύσει, καὶ ἀληθινὸν Θεὸν θεραπεύουσα ταῖς ἐπιεικείαις, διὰ τοῦ ζῆν ἐννόμως ἑλέσθαι λοιπόν, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν εὐπειθείαις.

Προσθείης δ' ἂν εἰκότως τὰς τοιάσδε φωνὰς τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γεγονότι λόγῳ, ὃς ὑπάρ- C χων ἐν μορφῇ τοῦ γεγεννηκότος, καὶ ἐν ἰσότητι κατὰ πάντα, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. ἐκ τούτου ὁ πάλαι διά γε τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὸ ἐγκεῖσθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος δικαίως ἀποστραφείς, ἐπέστρεψε πρὸς ἡμᾶς ὡς ἐξ ἐμφύτου λοιπὸν ἡμερότητος, καὶ κατῴκησε τὴν ἐκκλησίαν, πόλιν τε, καὶ ἐνδιαίτημα σεπτὸν ἐποιήσατο τοὺς ἡγιασμένους. ἔφη γάρ D που περὶ αἱρετῆς, δηλονότι τῆς ἐκκλησίας, ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. ψάλλει δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ, δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· ταύτην ἡμῖν κατεμήνυσε καὶ ὁ Προφήτης Ἠσαΐας, λέγων· ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη. περίοπτος γὰρ ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ, καὶ οἷάπερ E ἐν ὄρει κειμένη, τοῖς ἁπανταχοῦ γνωρίζεται. κέκληται δὲ καὶ ἀληθινή, ἥκιστα μὲν τύποις, ἢ σκιαῖς λατρεύουσα· παραδεδεγμένη δὲ μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν, ἥ ἐστι Χριστός, καὶ τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ πληροῦσα προσκύνησιν.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ἔτι καθήσονται πρεσβύτεροι, καὶ πρεσβύτεραι ἐν ταῖς πλατείαις Ἱερουσαλήμ, ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀπὸ πλήθους ἡμε-

Hæc dicit Dominus omnipotens. Si A *impossibile erit coram reliquiis populi huius in diebus illis, nunquid & coram me impossibile erit? dicit Dominus omnipotens.*

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιον μου ἀδυνατήσει; λέγει κύριος παντοκράτωρ.

XLI. Res magnæ, & eminétes propè incredibiles videri solét, nec sine admiratione ad finẽ suum decurrunt. Quare Sara vt incredula ridet promissa de concipiendo Isaac, senectutem respiciens, & B humanæ naturæ legibus impossibilitatẽ opponens. Veruntamen peperit præter spem, cum ei Deus negotiũ expeditum, & quasi meabile reddidisset. Erat igitur vehementer conueniens, captiuitate liberatos ancipiti cogitatione distrahi, nec ita multum confidere, res ipsorum adeo fœlices, ac beatas fore, vt repleretur Hierusalem senibus, & chori puerorum, puellarúmq; saltationes in ea cernerentur, & diuturnæ pacis commoda existerẽt. Contẽplabantur enim muros excisos, domus concrematas, & omnes C vrbes circumcirca ferarum immanium cubilia, quod incolis omnino viduatæ essent; & agros quondam fertilissimos, & florentissimos spinarum refertos, nihil habentes maturum, & agrestium seu rusticorum genus deletum penitus. Hinc igitur, vt dixi, de promissis ad rẽ ipsam conferendis ambigere haud absurdum erat; quod Deus nõ sinit. sed confidendum hortatur, & cõfirmat eos " hunc in modum. [Si impossibile erit co" ram reliquiis populi huius in diebus illis, D " nunquid & coram me impossibile erit?] Quod enim vobis est impossibile, Deo vt omnipotẽti est factu facile. Ipse enim est Dominus virtutum, voluntate efficiens, quæ naturæ metas longe excedunt, & citra moram placita sua ad exitum peruehit. Ait porrò alicubi Iudæis Deus & pater, res præclaras ex aduentu Saluatoris nostri orituras prænuntians. " [Videte contemptores, & resipiscite, & " admiramini: quia opus ego operor in E " diebus vestris, quod non creditis, si quis " narrauerit vobis] Quod enim ad sermonem nostrum attinet, omnem admirationem, sermonémque incarnationis mysteriũ superat: similiter inde ad nos profecta beneficia. Quomodo enim nõ fide propemodum caret, Verbum ex Deo natum vnitum esse corpori, & suscepisse formam serui, & sustinuisse crucem, contumeliásque, & verbera, & vesana Iudæorũ opprobria pertulisse? Aut quomodo quis nõ summopere admire-

Gen. 18.

Abac. 1.

Τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφερῆ τῶν πραγμάτων δέχεσθαί πως ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ ἀπιστεῖσθαι φιλεῖ, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχει τὴν εἰς πέρας διεκδρομήν. καὶ γοῦν ἡ Σάρρα γελᾷ μὲν ἐξ ἀπιστίας τὴν ἐπὶ γε τῷ Ἰσαὰκ ὑπόσχεσιν, εἰς γῆρας ὁρῶσα, καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος νόμοις αὐτίθησι τὸ ἀμήχανον. πλὴν ἐκτέτοκε παρ' ἐλπίδα, βάσιμον αὐτῇ τὸ χρῆμα θέντος Θεοῦ. οὐκοῦν ἄρα καὶ σφόδρα εἰκὸς κατασείεσθαι ταῖς διψυχίαις, τοὺς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λελυτρωμένους, καὶ οὐ σφόδρα θαῤῥεῖν, ὡς εἰς τοσαύτην αὖθις εὐημερίαν βαδιεῖται τὰ πράγματα, ὡς ἀνάμεστον μὲν γενέσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ τῶν γεγηρακότων, καὶ παίδων ὁρᾶσθαι χορεὺς ἐν αὐτῇ, καὶ κορασίων ὀρχήματα, καὶ τὰ ἐκ βαθείας εἰρήνης παρέξειν ἀγαθά. κατεθεῶντο γὰρ τείχη κατεῤῥιμμένα, οἰκίας ἐμπεπρησμένας, ἁπάσας δὲ τὰς ἐν κύκλῳ πόλεις θηρίων ἀγρίων ἐνδιαιτήματα, διά τοι τὸ κεκενῶσθαι παντελῶς τῶν κατοικούντων αὐτάς. καὶ ἀγροὺς μὲν τοὺς πάλαι παμφόρους τε, καὶ εὐανθεῖς ἀκανθῶν ὑπάρχειν μεστούς, οὐδὲν ἔχοντας τὸ ὥριμον, διολωλὸς δὲ εἰς ἅπαν τὸ ἀγροίκων τὸ φῦλος. οὐκοῦν ἐντεῦθεν, ὡς ἔφην, ἀπιστεῖν εἰκός, ὡς εἰς πέρας αὖθις ἐκβήσεται τὰ ἐπηγγελμένα. τοῦτό περ Θεὸς διψυχεῖν οὐκ ἐᾷ. θαρσεῖν δὲ κελεύει, καὶ ἐμπεδοῖ, λέγων, εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; ὃ γὰρ ἐστιν ὑμῖν ἀμήχανον, εὐκατόρθωτον δηλαδὴ ὡς πάντα ἰσχύοντι Θεῷ. ἔστι γὰρ αὐτὸς τῶν δυνάμεων κύριος, θελήσει πληρῶν καὶ τὰ λίαν ὑπὲρ φύσιν, καὶ εἰς πέρας ἄγων ἀμελητὶ τὸ δοκοῦν. ἔφη δέ που πρὸς Ἰουδαίους ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὰ ἐκ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας προσαναφωνῶν κατορθώματα. ἴδετε οἱ καταφρονηταί, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν. ὅσον μὲν γὰρ ἧκει εἰς λόγους τοὺς ἐν ἡμῖν, παρὰ θαῦμα, καὶ λόγον, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὰ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐκβεβηκότα κατορθώματα. πῶς γὰρ οὐκ ἀπιστίας ἐγγὺς τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον ἑνωθῆναι σαρκί, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου γενέσθαι μορφῇ, καὶ ὑπομεῖναι σταυρόν, ὕβρεις τε, καὶ αἰκίας ὑπενεγκεῖν, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀβελτηρίας τὰς παροινίας; ἢ πῶς οὐκ ἄν τις ὑπεραγάσαιτο τῆς

οἰκονομίας τὴν ἔκβασιν, ὅπου καθῄρηται μὲν ἡ ἁμαρτία, κατήργηται δὲ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἀπελήλαται φθορά, καὶ ὁ πάλαι δραπέτης ἄνθρωπος τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι κατηγλαϊσμένος ὁρᾶται λοιπόν; οὐκοῦν λεγέτω Χριστὸς ἐπί γε τούτοις αὐτοῖς. εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; λεῖα γὰρ πάντα αὐτῷ, καὶ ἐπίπεδα. καὶ τι τῶν ἀριστείων ἐθέλοντι κατορθοῦν, εἴη ἂν οἶμαι τὸ ἀντιστατοῦν οὐδέν.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἰδοὺ ἐγὼ ἀνασώζω τὸν λαόν μου ἀπὸ γῆς ἀνατολῶν, καὶ ἀπὸ γῆς δυσμῶν, καὶ εἰσάξω αὐτούς, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, ἐν ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ.

Σέσωκε μὲν καὶ πάλαι Θεὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ, κατεσκεδασμένους τῷ πολέμῳ συναγείρων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ κατοικήσας ἐν αὐτοῖς, δοῦναί τε καὶ τὸν θεῖον ἐγεῖραι ναόν, καὶ ἐφεῖναι πάλιν αὐτοῖς ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις καταμειλίσσεσθαί τε, καὶ ἀποπεραίνειν εὐχάς, καὶ ἀποπληροῦν ἑορτάς. πλὴν τὸ ἀνασώζειν τὸν ἴδιον φάναι λαὸν ἐξ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, πρέποι ἂν εἰκότως τῷ Ἐμμανουήλ, ὃς πᾶσαν ἐκάλεσε τὴν ὑπ' οὐρανόν, σαγηνεύσας διὰ τῆς πίστεως τοὺς ἐκ περάτων τῆς γῆς, καὶ πᾶσαν ἐθνῶν ἀγέλην συναγηοχὼς εἰς τὴν ἁγίαν ἀληθῶς, καὶ διαβόητον πόλιν, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλήμ. ὅτι δὲ καὶ ἐσκήνωσεν ἐν μέσῳ αὐτῆς, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν; γέγονε γὰρ καθ' ἡμᾶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη μετὰ σαρκός. καὶ τοῦτο ἡμῖν δι' ἑτέρου Προφήτου Θεὸς προανεφώνει, λέγων· θάρσει Σιών, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου. κύριος ὁ Θεὸς δυνατὸς ἐν σοὶ σώσει σε, ἐπάξει ἐπὶ σὲ εὐφροσύνην, καὶ καινιεῖ σε ἐν τῇ ἀγαπήσει αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ συνέστιν ἡμῖν· οὐ γὰρ ἀφῆκεν ἡμᾶς ὀρφανούς. πέπομφε δὲ ἡμῖν ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν παράκλητον, καὶ σύνεστι δι' αὐτοῦ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, καὶ πληροφορήσει, λέγων, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. γέγονε τοίνυν αὐτοῦ λαός, οἱ ποτὲ οὐ λαοί, καὶ οἱ τῶν λίθων προσκυνηταὶ τὴν ἀρχαίαν, καὶ βέβηλον καταμυσαττόμενοι πλάνησιν, Θεὸν αὐτὸν ἐπιγεγράμμεθα, καὶ τοῦτον ἐν ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ. οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς τοῦ γράμματος φίλοις, τύποις, καὶ σκιαῖς προσκείμεθα. παραδεξάμενοι δὲ μᾶλλον εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τὴν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων λαμπρότητα, τὴν

tur œconomiæ exitum, quando destructum est peccatum, destructa mors, profligata corruptio, & homo olim fugitiuus, gratia adoptionis filiorum deinceps illustratus cernitur? Itaque dicat Christus propter hæc ipsa. [Si impossibile erit coram reliquiis populi huius in diebus illis, nunquid & coram me impossibile erit?] Omnia enim illi leuia, & plana sunt: & volenti quippiam eximium facere, nihil, opinor, obnitetur.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce ego denuò saluo populum meum de terra orientis, & de terra occidentis, & adducam eos, & habitabo in medio Hierusalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ in veritate & iustitia.

Saluauit quidem & olim Deus progeniem Israel, bello dispersos Hierosolymam congregans, & habitans inter illos, dum templum diuinum instaurari, rursum sacrificiis sese placari, & precibus coli, & festis diebus agundis honorari permittit. Cæterùm quod dicit se rursum saluare populum suum ex oriente & occidente, quadrabit in Emmanuelem, qui totum sub cælo mundum vocauit, cum per fidem ceu verriculo à mundi finibus vsque homines conclusit, & vniuersam gentium multitudinem in verè sanctam, & fama inclytam ciuitatem, quæ est [Ecclesia Dei viuentis,] & cælestis Hierusalem, congregauit. Habitasse autem illum in medio eius quis dubitet? Factus est siquidem similis nostri, [& cum hominibus conuersatus est] in carne. Id quod per alium Prophetam Deus prænuntiauit, [Confide, non dissoluantur manus tuæ, Dominus Deus tuus potens in te, saluabit te, adducet super te lætitiã, & innouabit te in charitate sua.] Quin & nobiscum est. Non enim reliquit nos orphanos: pro se autẽ misit paracletum, & per ipsum adest diligentibus se, quod testatur illis verbis, [Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad cõsummationem sæculi.] Facta sunt igitur populus eius, qui aliquando non populus: & qui lapides adorare solebamus, veterem, & impurum errorem detestantes, ipsum nobis Deũ asciuimus, & hunc in [veritate & iustitia.] Non enim sicut quibus litera cordi est, typis & vmbris adhæremus: quin potius admissa in animum, euangelicarum prædicationũ claritate,

XLIII. — 1. Tim. 3 — Baruc. 3 — Sopho. 3 — Ioan. 14 — Matt. 28 — Osee 2

verum cultum exhibemus, & quam ille probat iustitiæ affixi, adorationem in » spiritu præstamus. [Spiritus enim est » Deus,] vt ipse filius dixit : [& adoran- » tes eum, in spiritu & veritate oportet » adorare.]

Hæc dicit Dominus omnipotens. Confortentur manus vestræ, qui auditis in diebus istis sermones hos ex ore Prophetarum, ex qua die fundata est domus Domini omnipotentis, & templum ex quo ædificatum est.

XLIII. Diligentibus se vniuersorum Deus crebrò omni spe maiora promittit, nec fallit vllo modo, sed virtute sua, & inexplicabilibus quibusdam efficientiis præstat suis temporibus, & facillimè quæ voluerit. Decet autem nos in fide non labantes testimoniũ dare, cum efficere omnia nullo negotio posse: & viros nos præbere ad opera, per quæ claritudinẽ consequemur, & probitatis coronam gloriosam acquiremus. Optemperare demum eius sermonibus, & studere duces sequi illos, qui per tempora nobis diuina oracula nulla erroris suspicione apportant, & explanãt. Promisit autem Dominus noster Iesus Christus per sanctos Prophetas bona ex incarnatione promanatura. Et quod ad cogitationes quidem humanas attinet, incredibilem orationẽ attulit, vt dixi paulò antè, cum magnitudinem beneficiorum exponerem. Verùm fidei mandauimus, quæ in cogitationem nostram non cadebant, pietatis ducibus ceruicem mẽtis nostræ quodammodo contrectabilem, & habenis facilè parentẽ subiicientes. Tempus autem bonorum largitioni, & obedientiæ nostræ opportunum, est Ecclesia proposita. Vide enim quomodo & quæ officii nostri sunt, vniuersorũ Deus confortare iubet, & opera obirẽ, & Prophetarum dictis assentiri, à die quo fundata est domus Domini omnipotentis, & ex quo templum ædificatum est.

Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, & merces iumentorum non subsistet, & egredienti & ingredienti non erit pax præ tribulatione. Et emittam omnes homines, vnumquemque ad proximum suum.

XLIV. Hebræa editio non habet verbum futuri temporis, sed præteriti. Ait enim, [Ante dies illos merces

A ἀληθῆ τελοῦμεν λατρείαν. καὶ τῆς εὐδοκούσης αὐτῷ δικαιοσύνης ἀπρὶξ ἐχόμενοι, τὴν ἐν πνεύματι πληροῦμεν προσκύνησιν. πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός, καθά φησιν αὐτὸς ὁ υἱός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· κατισχυέτωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν τῶν ἀκουόντων ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοὺς λόγους τούτους ἐκ στόματος B τῶν προφητῶν, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ᾽ οὗ ᾠκοδόμηται.

Ὑπισχνεῖται μὲν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πολλάκις, ψευδομυθεῖ δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ δυνάμει, καὶ ἀπορρήτοις τισὶν ἐνεργείαις ἀποπεραίνει κατὰ καιρούς, ἅπερ ἂν βούλοιτο, καὶ λίαν ἀκονιτί. πρέποι δ᾽ ἂν ἡμᾶς οὐκ ἀσθενοῦντας τῇ πίστει, πάντη τε καὶ πάντως ἐπιμαρτυρεῖν αὐτῷ, τὸ πάντα δύνασθαι διαπεραίνειν εὐκόλως· ἀνδρίζεσθαι δὲ πρὸς ἔργα δι᾽ ὧν ἐσόμεθα λαμπροί, C καὶ τὸν εὐκλεῆ τῆς ἐπιεικείας ἀποκερδαινόμενοι στέφανον. καταπείθεσθαί τε τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ λόγοις, καὶ ποδηγοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζειν τούς, οἵπερ ἂν εἶεν κατὰ καιροὺς τῶν θείων ἡμῖν θεσπισμάτων ἀπλανέστατοι διακομισταί. κατεπηγγέλλετο δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν τὰ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀγαθά, καὶ ὅσον μὲν ἥκει εἰς ἀνθρωπίνας ἐννοίας, ἀπιστίαν, ὡς ἔφην οὐ μακράν, τὸν λόγον ἐτίθει, τῶν χαρισμάτων τὸ μέγεθος ἀφηγούμενος. ἀλλ᾽ ἐν πίστει πεποιήμεθα καὶ τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν, τοῖς τῆς D εὐσεβείας ὑφηγηταῖς εὐαφῆ τρόπον τινά, καὶ εὐήνιον τὸν τῆς διανοίας δεδωκότες αὐχένα. καιρὸς δὲ ὁ πρέπων ταῖς τῶν ἀγαθῶν χορηγίαις, καὶ τῇ παρ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ὑπακοῇ, τῆς ἐκκλησίας ἡ ἀνάδειξις. θέα γὰρ ὅπως καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν προστέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κατισχύειν, καὶ ἔργα πληροῦν, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν καταπείθεσθαι λόγοις, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ᾽ οὗ ᾠκοδόμηται.

E Διότι πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων ὁ μισθὸς ἀνθρώπων οὐκ ἔσται εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπάρξει, καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ, καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ, οὐκ ἔσται εἰρήνη ἀπὸ τῆς θλίψεως. καὶ ἐξαποστελῶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ.

Ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις οὐχ ὡς ἐπὶ μέλλοντος καιροῦ ποιεῖται τοὺς λόγους, χρόνου δὲ τίθησι τοῦ παρῳχηκότα. πρὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, φησίν, ὁ μισθὸς

τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχε. καὶ πάλιν, τῷ ἐκπορευομένῳ, καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἦν εἰρήνη. ἔχει δὲ καὶ σφόδρα τὸ εἰκὸς ὁ λόγος, καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τούτοις παρίστησι τῆς διηγήσεως ἡ δύναμις. βούλεται γάρ τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν. ἧκον μὲν γὰρ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν οἱ ἐξ Ἰσραήλ· ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῖς ἁγίασμα τῷ τόπῳ, κατασεσεισμένου τοῦ πάλαι ναοῦ· οὐκ ἦν θυσία, καὶ σπονδὴ μὴ ἑστῶτος θυσιαστηρίου. εἶτα προὔτρεπεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οὕτως αὐτοῖς ἀναγκαίων προηγουμένην ποιεῖσθαι φροντίδα, καὶ ἀναδείμασθαι μὲν τὸν ναόν, ἀνορθῶσαι δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῷ θυσιαστήριον, ὡς ἂν ἔχοιεν ἀποπεραίνειν εὖ μάλα τὰ νενομισμένα, καὶ καταμειλίσσεσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. οἱ δὲ ποικίλως διεκεβάλλοντο, ποτὲ μὲν χρημάτων πλαττόμενοι πενίαν, ποτὲ δὲ τῶν κωλυόντων οἰκοδομεῖν δυστροπίας προφασιζόμενοι. εἶτα προσκρούοντες τῷ Θεῷ, συχναῖς, καὶ ἄλλεπαλλήλοις ἐπαίοντο πληγαῖς, ἀκαρπίαις δὲ λέγω, καὶ ἀνεμοφθορίαις, καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐφόδοις, καὶ καταδρομαῖς. ἐπίκλημα δὲ αὐτοῖς ἐποιεῖτο ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ ῥάθυμον, οὕτω λέγων διὰ φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ Προφήτου. ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν, οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου. εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοσταθμοῖς, ὁ δὲ οἶκος κυρίου οὐκ ᾠκοδόμηται. ἀναπεπτωκότες γάρ, ὡς ἔφην, εἰς ῥᾳθυμίας, τοῖς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαις κατεπαίοντο συνεχῶς, καὶ πολέμοις τοῖς γείτοσιν. ἐπειδὴ δὲ ἀνεγηγέρκασι τὸν ναόν, πέπαυνται τὰ ἐξ ὀργῆς, πάντα δὲ ἦν ἅλις αὐτοῖς, καὶ πολὺ τῆς εὐημερίας περιέκειτο πλάτος. τοιγαροῦν φησί, πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων, τουτέστι, πρὶν ἀναστῆναι τὸν ναόν, ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχεν. ἄμισθοι γὰρ οἱ γηπόνοι, καὶ οὐδὲν ὅλως συναγηγερκότες, ὁμοῦ τοῖς συγκεκμηκόσι βουσὶν ἀπηλλάττοντο τῶν ἀγρῶν. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐκπορευομένοις, ἢ τοῖς εἰσπορευομένοις ἦν εἰρήνη. εἰσπορευομένους δέ, καὶ ἐκπορευομένους τοὺς ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἰόντας ἔσθ' ὅτε φησίν, ἢ τὸ ἐμπορικὸν ἔχοντας ἐπιτήδευμα, ἤγουν καὶ ἑτέρων ἕνεκα πραγμάτων. οὐκοῦν οὐδὲ ἐκείνοις εἰρήνη, φησί, τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐκλελυπηκότων, ὡς ἔφην ἔτι τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἑκάστου βλέποντος, ὡς ἕνα τῶν ὅτι μάλιστα ἐχθρῶν τὸν ἐγγὺς ἐξ αἵματος, ἢ καὶ ἀδελφόν, ἢ καὶ γείτονα.

Ἰστέον δέ, ὅτι πρὶν ἐνανθρωπῆσαι τὸν μονογενῆ, καὶ ἀναδειχθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, οὐδεὶς ἦν τοῖς ἀνθρώποις μισθός, οὔτε μὴν τοῖς κτήνεσιν.

hominum nõ erat in lucrum, & merces iumentorum non erat. Et, ingredienti, & egredienti non erat pax.] Est autem valde consentanea oratio, cuius veritatem narrationis auctoritas confirmat. Tale enim quiddam significare vult. Venerunt Babylone in sanctam ciuitatem Israelitæ: sed in loco non erat eis sanctificatio, templo pridem diruto; non erat sacrificium, & libatio altari euerso. Deinde hortatus est eos vniuersorum Deus, vt ante omnia ipsis tam necessariorum curam præcipuã gererent, templúmque de integro construerent, diuinúmque in eo altare rursus erigerent, vt legibus instituta decentissimè peragere, & vniuersorum Deum conciliare possent. At illi variis de causis differebant, nunc pecuniæ fingentes inopiam: nunc ædificare prohibentium peruersitatem prætexẽtes. Et cum insuper Deũ offenderent, crebris, & alia post aliam plagis feriebantur, sterilitatibus, inquam, cæli corruptionibus, & vicinorum populorum impressionibus, & incursionibus. Criminis autem loco vniuersorum Deus illis inertiam obiicit, ita per Prophetam Aggæum loquens. [Populus hic dicit, non venit tempus ædificandi domum Domini. Si tempus quidem vobis est habitare in domibus concauis, domus autẽ Domini ista non ædificata est.] Cùm enim, vt dixi, in socordiam, & negligentiam maximè conducibilium præcipitassent, crebris egestatibus, & bellis à vicinis multabantur. Postquam autem templum reædificarunt, supplicia desierunt, & suppetebant illis omnia, vtebantúrque rebus secundissimis. Idcirco ait, [ante dies istos, hoc est, priusquam erigeretur tẽplum, merces hominum non erat ad lucrum, & merces iumentorum non erat.] Agricolæ enim sine mercede, & nullis planè fructibus collectis, cum bobus vnà delassatis ab agro discedebant. [Sed neque ingredientibus, aut egredientibus pax erat.] Ingredientes & egredientes de vrbe in vrbem aliquando, aut mercaturæ faciendæ, aut alius negotii causa proficiscẽtes nominat. Itaque nec illis pax, inquit, à finitimis populis qui vexabant, vt dixi, Israel, & quilibet consanguineum, seu fratrem, seu vicinum, vt hostem capitalem intuebatur.

Sciendum verò, priusquam hominis naturam Dei filius susciperet, & Ecclesia constitueretur, nullam fuisse mercedem hominibus, neque iumentis.

Nam

Nam in hac vita ratione excellentes, & prudentiæ opinione insignes, & qui homines numerari possent, infructuosam, & inutilem operam in discipulis ponebant, & neque singulare quippiā literis consignabāt: neque aliis aut intelligendo, aut loquendo prodesse poterāt. Similiter qui vulgari, & pecudū more vitā ducebāt, absque mercede permanebāt. Nequibant enim quidquam Deo probatum agere. Sed neque erat omnino pax in terra, grege dæmonū omnia permiscente, & mundum tumultu implente, vt res atque adeò mentes omniū velut quassarētur, & fluctibus pulsarentur, nec firmitudinis quidquam haberent.

Et nunc non iuxta dies qui ante fuerunt ego faciam reliquiis populi huius, dicit Dominus omnipotens: sed monstrabo pacem. Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germina sua, & cælum dabit rorem suum, & possidere faciam reliquias populi mei omnia hæc.

XLV. Cum ira etiam inde prouenientia submouet, & ait, cum temporibus peccandi simul pœnas recessuras. Facto enim fine peccandi, imò Israele iam plagis propter peccatum punito, desituras promittit calamitates, iustè admodum, & in posterum nihil triste in eos incursurum. Decreuisse enim in illos priorum dissimilia, ex media nimirum mansuetudine. Hæc erant, pacis incrementum, & rerum ipsis iucundissimarum larga suppeditatio, vt vinea botris frequens cerneretur, arua densis segetibus colonorum sudoribus responderent, cælo vtpote quasi concurrente, & roribus rura, & ruris opes ad pinguitudinem nutriente. Planè enim Dominus nutus cælum, & generatim creatura omnis sequitur. Hæ fuerunt sortes Israel, Deo fœlicitatem dilatante, & omni molestia liberante.

Sermo hic Christo Saluatori omnium nostrûm aptabitur. Nam ante tempora aduentus eius ambulabamus vnusquisque iuxta arbitrium suum, vitam pecudum, & à ratione alienissimam viuētes, & dęmonum fraudibus irretiti. Ast vbi collapsos quodammodo, & prostratos, & sub inimicorum pedibus iacentes miseratus est pater, non amplius [fecit nobis secundum dies priores.]

A οἵ τε γὰρ ἐν τῷδε τῷ βίῳ λογικώτεροι, καὶ συνέσεως ἔχοντες δόξαν, οἳ δὴ καὶ ἄνθρωποι νομισθεῖεν ἄν, ἀκερδῆ καὶ ἄχρηστον τὴν ἐν τοῖς λόγοις εἶχον σπουδήν, οὔτε συγγράφοντές τι τῶν ἀναγκαίων, οὔτε μὴν νοεῖν, ἢ λαλεῖν ἑτέροις δυνάμενοι. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τὸν ἀγελαῖον, καὶ κτηνώδη τρίβοντες βίον, ἄμισθοι διετέλουν· οὐ γὰρ ἦν ἐργάσασθαί τι τῶν ἐπαινουμένων παρὰ Θεῷ. ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὅλως ἐπὶ γῆς εἰρήνη, τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης διαταρασσούσης B τὰ πάντα, καὶ θορύβου μεστὴν ἀποφαινούσης τὴν γῆν, ὡς εἶναι τὰ πάντων πράγματα, καὶ μέντοι τὰς διανοίας ὡς ἐν δονήσει καὶ σάλῳ, καὶ τὸ βέβαιον οὐκ ἔχειν.

Καὶ νῦν οὐ κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν ἐγὼ ποιήσω τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ τούτου, λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἀλλ' ἢ δείξω εἰρήνην. ἡ ἄμπελος δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς, καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γεννήματα αὐτῆς, καὶ ὁ οὐρανὸς δώσει τὴν δρόσον αὐτοῦ, καὶ κατακληρονομήσω C τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ μου τούτου ταῦτα πάντα.

Συμμεθίστησι ταῖς ὀργαῖς καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν συμβαίνοντα, καὶ ἀποδραμεῖσθαί φησιν ὁμοῦ τοῖς τῶν πλημμελημάτων καιροῖς τὰς δίκας. πεπαυμένης γὰρ τῆς ἁμαρτίας, μᾶλλον δὲ ἤδη ποινὰς τὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἐκτετικότος τοῦ Ἰσραήλ, καταλήξειν ἔφη τὰς συμφοράς, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἀπρακτήσειν ἔτι τὴν τῶν ἀνιαρῶν ἔφοδον. βεβούλευται γὰρ ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἀδελφὰ τοῖς προτέροις, ἀλλ' D ὅσα βλέπει πρὸς ἡμερότητα. ταῦτα δὲ ἦν εἰρήνης ἐπίδοσις, καὶ ἀμφιλαφὴς τῶν ἡδίστων αὐτοῖς χορηγία, ὡς βοτρύων μὲν ὁρᾶσθαι τὴν ἄμπελον, βαθὺ δὲ κομῶσι ληΐοις τὴν ἀρόσιμον γῆν τοὺς τῶν γηπόνων ἱδρῶτας ἀμείβεσθαι, οὐρανοῦ δηλονότι μονονουχὶ καὶ συνθέοντος, καὶ δρόσοις καταπιαίνοντος ἀγρούς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς. ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς τοῦ δεσπότου νεύμασιν οὐρανός τε καὶ γῆ, καὶ ἁπαξαπλῶς ἡ κτίσις. κληροῦται δὲ ταῦτα ὁ Ἰσραήλ, Θεοῦ κατευρύνοντος τὴν εὐημερίαν, καὶ παντὸς ἀνιαροῦ E ἀπαλλάττοντος.

Ἁρμόσει δ' ἂν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ ἐπιδημίας καιροῦ ἐβαδίζομεν ἕκαστος κατὰ τὸ αὐτοῦ δοκοῦν, κτηνώδη, καὶ ἀλογώτατον διαβιοῦντες βίον, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις συνεζευγμένοι. ἐπεὶ δὲ πεπτωκότας μονονουχί, καὶ κατερριμμένους εἰς γῆν, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντας ἐχθρῶν, ᾤκτειρεν ὁ πατήρ, οὐκέτι πεποίηκεν ἡμῖν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν.

οὐ γὰρ παρεῖδεν ἔτι πλεονεκτουμένους, καὶ ὑπὸ τυράννῳ προσέχοντας ὠμῷ, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἡμᾶς ἀποφέρεσθαι· δέδωκε δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰρήνην, τουτέστι, Χριστόν, ὃς καὶ ἁπάσης ἡμῖν τῆς εὐκαρπίας τῆς νοητῆς δεδώρηται χορηγίαν. ἐμπεπλήσμεθα γὰρ σίτου τε, καὶ οἴνου, καὶ δεδώρηκεν ἡμῖν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, τουτέστι, Χριστός, τὸν ἑαυτῆς καρπόν, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. αὐτὸς δὲ ὑπάρχει καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ τὸ δράγμα τὸ ἱερόν. αὐτὸς ἡμῖν ἀπεφάνθη ζωή, ἀπέδειξε δὲ καὶ εὐανθεστάτους, ταῖς ἐξ οὐρανοῦ καταπιαίνων δρόσοις, δῆλον δὲ ὅτι ταῖς νοηταῖς, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος, ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμέμνηται, λέγων, ὡς δρόσος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐν κλήρου μοίρᾳ παρὰ Θεοῦ καὶ μερὶς ἀγαθή, ἐπεί τοι γεγόναμεν Ἰσραήλ, τουτέστι, νοῦς ὁρῶν Θεόν, τεθεάμεθα γὰρ ἐν υἱῷ τὸν πατέρα.

A Non enim passus est nos vltra subiugari, & sub crudeli tyranno degentes, ad quiduis indignissimum abduci: sed pacem de cælo impertiuit, hoc est, Christum, qui & omnis fertilitatis quæ mente comprehenditur vbertatem nobis largitus est. Repleti enim sumus frumento, & vino: & dedit nobis vera vitis, hoc est, Christus fructum suum lætificantem cor hominis: sicut scriptum est. Ipse est & granum B frumenti, & sacer manipulus. Ipse factus est nobis vita, redditque florentissimos cælesti rore inebrians, intelligibili, inquam, & spirituali, cuius & diuinus Dauid meminit, [Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion.] Hæc nobis à Deo sors, & pars bona contigit, postquam facti sumus Israel, hoc est, mens Deum videns: in filio enim patrem vidimus.

Ioel. 2. Ioan. 15. Eccles. 40. Ioan. 12. Psal. 132. Ioan. 14.

Καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὁ οἶκος Ἰούδα, καὶ οἶκος Ἰσραήλ, οὕτως διασώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε ἐν εὐλογίᾳ. θαρσεῖτε, καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.

C *Et erit sicut eratis in maledictione inter gentes domus Juda, & domus Jsrael, sic saluabo vos, & eritis in benedictione. Confidite, & confortamini in manibus vestris.*

Αἰχμάλωτοι γεγονότες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, καὶ τῆς τῶν ἑλόντων πλεονεξίας ἐνειλημμένοι, κεχρηματίκασι καὶ ἐπάρατοι, φασκόντων τινῶν, κατά γε τὸ εἰκός, οὕτω μὴ γενοίμην ὡς ὁ Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ σέσωκέ τε αὐτοὺς ὁ φιλοικτίρμων Θεός, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις γεγόνασιν ἀγαθοῖς, συναποβεβλήκασι τῆς συμφορᾶς καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι κατηραμένοι. εὐλόγηνται γάρ, καὶ οὐδὲν ἧττον γεγόνασι ζηλωτοὶ κατὰ καὶ πάλαι, Θεοῦ κατευφραίνοντος τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ ἁπάσης αὐτοῖς εὐθυμίας ἁπλοῦντος τὴν μέθεξιν.

XLVI. In captiuitatem ducti Israelitæ, & victorum iniqua imperia perferentes, etiam maledicti sunt vocati, dicentibus quibusdã quod à vero non abhorret, ne mihi contingat quod Israeli. Vbi autem eos saluauit misericors Deus, & in pristi- D na bona sunt restituti, cũ calamitatibus opinionem quoque maledictorũ habere desierunt. Benedicti sunt enim, & æquè vt olim beati fuerunt, Deo supernis bonis eos oblectante, & totius securitatis velut campos ipsis pandente.

Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς ὂν ὁρᾶται πάλιν. ἦμεν γὰρ ἐπάρατοι, ταῖς τῶν δαιμονίων ἀγέλαις ὑπεζευγμένοι, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος διὰ τῆς ἐκείνων δυστροπίας κατενηνεγμένοι. ἐπεὶ δὲ Θεὸν ἐγνώκαμεν τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν, καὶ ἐγνώσθημεν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, τότε δὴ τότε καὶ ἀναμέλπειν ἐφ' ἑαυτοῖς δεδιδάγμεθα, εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ κυρίῳ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν. ἐπεὶ δὲ εἰς τοῦτο κεκλήμεθα τιμῆς τε καὶ δόξης, φιλεργεῖν ἀναγκαῖον, καὶ κατανδρίζεσθαι τῶν παθῶν, καὶ στυγητὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐμπρέπειν νόμοις, καὶ ἐπείγεσθαι κατορθοῦν τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. ἀκηκόαμεν γὰρ ἐπιφωνοῦντος ἡμῖν,

Quod in nobis ipsis verum cõspicitur. Eramus enim maledicti, gregibus dæmonum subditi, & ad omne genus improbitatis illorum scelere deuoluti. Ast vbi Deum vniuersorum opificem cognouimus, & à Christo cogniti sumus, tunc tunc cantare intra nosmetipsos di- E dicimus, [Benedicti nos à Domino, qui fecit cælum & terram.] Quoniam autem ad tantum honorem, & gloriam vocati sumus, bonis operibus operam dare nos necesse est, & affectiones vitiosas viriliter debellare, & peccatum execrari, & in euangelicis legibus seruandis excellere, & ad id quod Deo gratum est ritè efficiẽdum incumbere. Audiuimus enim acclamantem nobis,

Psal. 114.

Ioan. 16. " [Confidite & confortamini in manibus vestris.] Adepti porrò sumus à Christo, vt confidere debeamus: vicit enim pro nobis mundum, & conculcauit hostes, & templum suum à morte inuictum ostendit, & iniquitatis os obturauit, vt & nos in his clarescamus. Vicit enim, vt dixi, non sibi, sed nobis infirmis, quibus bona victoriæ suæ comparauit. (Psal. 106.)

Quia hæc dicit Dominus omnipotens. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum prouocassent ad iram me patres vestri, dicit Dominus omnipotens, & non me pœnituit: sic paratus sum, & cogitaui in diebus istis, vt benefaciam Hierusalem, & domus Juda. Confidite.

XLVII. Diuinis consiliis nihil posse obsistere, rursum etiam ex his liquet. Quod enim Deus decreuerit, & voluerit facere, id profectò prorsus eueniet. Sic enim per Esaiam loquitur, naturæ suæ vires potentissimas demonstrans. Et dixi, [Omne consilium meum stabit, & omnia quæcunque cogitaui faciam.] Quocirca ex iis, quæ ipsos diuina ira sæuiente perpeti contigit, ex his ipsis, inquam, apertissimè licet intelligere, etiam lætitiæ viam eis dilatari, volente Deo, & fœlicitatem indulgente, imò ex benignitate sua cupiente potius vt omnibus bonis redundet. Quemadmodum enim, inquit, volétem vos affligere propter multa peccata vestra, nihil cohibuit: ita & bona cogitanti, & satis afflictos misericordia prosequi voléti, nihil erit impedimento. [Paratus sum enim bene facere Hierusalem, & domui Iuda.] Magna est in voce emphasis. Non enim tantùm ait, puta deliberaui, & cogitaui: sed eo processi voluntatis, & mansuetudinis erga vos, vt & me parauerim, seu instruxerim, quæ est intentæ commentationis minimè dubia significatio. Obsignat autem promissionis veritatem, adiiciendo, *Confidite*. (Esai. 46.)

Sic & nos ipsos per fidem vocatos in agnitionem veritatis securos reddit Christus. Sicut enim ante vocationem in omne genus vitiorum delapsos in reprobum sensum tradidit, & propter immunditiam dire multauit: sic & in diebus istis cogitauit, & instructus est, vt ait ipse, vt benefaciat Ecclesiæ, & domui Iuda, nobis, qui confitemur ei, vt Dominum, & Saluatorem, & liberatorem laudibus venerantes: (Rom. 1.)

A θαρσεῖτε, καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, ἐσχήκαμεν δὲ παρὰ Χριστοῦ τὸ χρῆναι θαρσεῖν· νενίκηκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν κόσμον, καὶ πεπάτηκεν ἐχθρούς, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν οἰκεῖον ἔδειξε ναόν, καὶ τὸ τῆς ἀνομίας ἐνέφραξε στόμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐν τούτοις εὐδοκιμῶμεν. νενίκηκε γάρ, ὡς ἔφην, οὐχ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἠσθενηκόσι τὰ ἐκ τοῦ νικῆσαι κατορθῶν ἀγαθά.

B Διότι τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς, ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μετενόησα· οὕτω παρατέταγμαι, καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ καλῶς ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. θαρσεῖτε.

Ὅτι ταῖς θείαις βουλαῖς τὸ ἀντιστατοῦν οὐδέν, κἀκ τῶνδε δὴ πάλιν ἐφίησι νοεῖν. ὃ γὰρ ἂν βουλεῦσαι θεός, καὶ ἕλοιτο πληροῦν, τοῦτο δὴ πάντως ἐκβήσεται. οὕτω που καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησί, C τῆς αὐτοῦ φύσεως τὸ παναλκὲς ἀποφαίνων. καὶ εἶπα, πᾶσά μου ἡ βουλὴ στήσεται, καὶ πάντα ὅσα βεβούλευμαι ποιήσω. ἐκ γοῦν ὧν συνέβη παθεῖν αὐτοῖς ἐπιτεινομένης τῆς θείας ὀργῆς, ἐκ τούτων αὐτῶν συνιέναι, καὶ μάλα σαφῶς, ἔστιν, ὅτι καὶ ἡ τῆς εὐθυμίας αὖθις κατευρύνεται τρίβος ἐθέλοντός γε αὐτοῦ, καὶ ἐφιέντος εὐημερεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀρέγοντος φιλανθρωπίᾳ, τὸ ἐν παντὶ χρῆναι γενέσθαι καλῷ. ὥσπερ γάρ, φησί, κακοῦν ὑμᾶς ἐθέλοντα διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν, εἶρξεν οὐδέν· οὕτω καὶ D χρηστὰ βουλευομένῳ, καὶ κατοικτείρειν ἐθέλοντι πεπονθότας ἀρκούντως, οὐδὲν ἔσται τὸ ἐμποδών. παρατέταγμαι γὰρ εὖ ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. ἐμφαντικὴ δὲ λίαν ἡ λέξις. οὐ γὰρ ἔφη μόνον ὅτι βεβούλευμαι, καὶ διανενόημαι τυχόν, ἀλλ' εἰς τοῦτο προῆλθον γνώμης, καὶ τοῦ ἐφ' ὑμῖν ἡμερότητος, ὥστε καὶ παρατέταγμαι. τοῦτο δέ ἐστι σκέψεως ἐντόνου μηνύσεις ἐναργής. κατασφραγίζει δὲ τὴν ὑπόσχεσιν εἰς ἀλήθειαν, τὸ θαρσεῖτε, προσθείς.

E Οὕτω καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς πίστεως κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, ἀσφαλίζεται Χριστός. ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς κλήσεως πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος κατωλισθηκότας, παραδέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ἐκάκωσε δὲ δι' ἀκαθαρσίαν· οὕτω καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις διενοήθη τε, καὶ παρατέτακται, καθά φησιν αὐτός, εἴς γε τὸ εὖ ποιῆσαι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστιν, ἡμᾶς τοὺς ἐξομολογουμένους αὐτῷ, εὐφημίαις καταγεραίροντας ὡς δεσπότην, ὡς σωτῆρα, καὶ λυτρωτήν.

αἴνεσις γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. οἶκος δὲ Ἰούδα, καὶ ἑτέρως νοοῖτ' ἂν ἡ ἐκκλησία. κεχρημάτικε γὰρ οἶκος Χριστοῦ, ὃς ἀνατέταλκεν ἐξ Ἰούδα, κέκληται δὲ οὕτω καὶ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. καὶ γοῦν ὁ Πατριάρχης Ἰακὼβ οὕτως αὐτοῦ διαμέμνηται, λέγων, Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου. καὶ πάλιν, ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης. ἀνέβη γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ καθάπερ ἀπὸ βλαστοῦ τῆς ἁγίας παρθένου, βακτηρία, καὶ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν. ἡμῖν οὖν ἄρα καὶ τὸ θαρσεῖτε λέγεται, καὶ μάλα εἰκότως. ὅπλῳ γὰρ εὐδοκίας ἐστεφάνωσεν ὁ πατὴρ τῇ διὰ Χριστοῦ σωτηρίᾳ, καὶ χάριτι.

Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ποιήσετε. λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ κρίμα εἰρηνικὸν κρίνετε ἐν ταῖς πύλαις ὑμῶν, καὶ ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Οὐκ ἀπειθεῖν ἐλομένοις, καὶ εἰς ὀξίτολον πολιτείαν ἀποφοιτᾶν, ἠγαπηκόσι δὲ μᾶλλον τὴν εὐθεῖαν διαστείχειν ὁδόν, καὶ τὴν εὐαγῶς ᾑρημένοις, ἐπαγγέλλεται Θεὸς τὰ ἐκ τῆς ἰδίας ἡμερότητος ἐπιδώσειν ἀγαθά, καὶ μὴν καὶ παρατετάχθαι πρὸς τὸ χρῆναι λοιπὸν εὖ ποιεῖν αὐτούς. ἥκιστα μὲν γὰρ ψευδεπεῖς ὁρᾶσθαι προστέταχε, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἐν ἀτρεκείᾳ τοὺς λόγους, ὀρθότητα δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς κρίμασιν ἀγαπᾶν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ψῆφον εὐθῆ τε, καὶ ἀνεπίπληκτον πάντη τε, καὶ πάντως ἐκφέρειν οὐ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττωμένους, οὐκ εἰς κέρδη βλέποντας αἰσχρά, καὶ χρημάτων ἕνεκα τὴν τοῦ δικαίου προδιδόντας χάριν· ἀλλ' εἰς μόνον ὁρῶντας τὸ ἀρέσκον Θεῷ· ἀνιέντας δὲ καὶ ἀδελφοῖς, εἰ δέ που τι παραπταίοντες ἢ δρῶντες, ἢ λέγοντες, καὶ προσέτι τούτοις παραιτουμένους εὖ μάλα τὸ ψευδορκεῖν· μεμισηκέναι γὰρ διισχυρίζεται τὰ τοιάδε τῶν κακῶν.

Ἄθρει δὲ ὅπως οὐδὲν ἐπιτάττει δρᾶν τῶν ἐν σκιαῖς, ἢ τύποις. οὐ γάρ τοι χρῆναι βουθυτεῖν, οὐδὲ μὴν λιβάνῳ τιμᾶν ἐντέλλεται. ἀλλ' οἷον ἰσχνήν τινα, καὶ τετορνευμένην, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ εὐαγγελικὴν ἐπασκῆσαι βούλεται ζωήν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ βραχὺς ἡμῖν ἐν τούτοις περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας πεποίηται λόγος, ταύτῃ τοι καὶ ἀναγκαίως ἐντολὴ προσεισάγεται τὰ δι' αὐτοῦ λαλοῦσα θεσπίσματα. εἰ γὰρ δὴ προσήκει τοῖς θείοις ἡμᾶς ἑπομένους λόγοις λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν,

A siquidem voci Iuda notio laudis subiecta est. Aliter item Ecclesia domus Iuda queat intelligi. Appelata est enim domus Christi, qui ex Iuda ortus est, quo etiam nomine à diuinitus inspirata scriptura nuncupatur. Itaque Patriarcha Iacob his verbis eius meminit. [Iuda, te laudent fratres tui.] Et rursum. [Ex germine, fili mi, ascendisti.] Ascendit enim Christus ex radice Iesse, & velut è germine sanctæ virginis, baculus, B & virga virtutis, iuxta Prophetæ vocem. Nobis igitur etiam *confidite* dicitur, & æquissimè. [Scuto enim bonæ voluntatis,] salute & gratia per Christum pater coronauit nos.

Isti sunt sermones quos facietis. Loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum, & iudicium pacificum iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramen- C *tum mendax ne diligite: quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.*

Quibus cordi est non detrectare imperium, nec vitæ genus vanum persequi: sed recto itinere ingredi, & sanctè viuere malunt, iis Deus mansuetudinis suæ bona daturum, atque etiam instructum se fore, ad iis deinceps benefaciendum pollicetur. Mandauit enim minimè falsiloquos videri: sed veros potius sermones edere; & iudiciorum integritatem diligere, & D de vnaquaque re sententiam sinceram, nullique vituperationi affinem penitus, citra turpis lucri cupiditatem pronuntiare, non turpem quæstum spectantes, & pecuniarum causa Dei gratiam prodentes: sed solùm Dei beneplacitum intuentes: condonantes item fratribus, si quid illi eos aut verbo, aut facto læserint, & præter ista studiosè periurium fugitantes: odisse enim se mala huiuscemodi af- E firmat.

Perpende porrò, quomodo nihil typicum, aut vmbratile facere iubeat. Non enim imperat immolare boues, nec incēdere thura: sed veluti gracilē quandā, & tornatilem, & tantū non euāgelicam vitā eos exercere postulat. quoniā enim in his pauca nobis de Saluatoris aduentu indicata sunt; idcirco & mandatum induci necesse fuit, quod diuina eius iussa loqueretur. Si enim decet nos diuina verba sequentes loqui veritatem,

Gen. 49. Psal. 109. Psal. 5. XLVIII. 1. Tim. 3.

quæ Christi sunt omnino disseremus: Christus enim est veritas. Ideo & sapientissimus Petrus paratissimos nos esse præcepit ad respondendum [cuiuis rationem nos poscenti de ea quæ in nobis est spe.] Quod si quæ Christi sunt loqui assueuerint, & eum in lingua semper habuerint, & animo, & corde meditati fuerint, iusti planè erunt, & excellentes, pacificique, & mites, & insuper patientes, & peierare nescientes, quin penitus nec iurantes. Meminerunt enim illud dicere, [Sit autem sermo vester est est, & non non.]

Ioan. 14. 1. Petr. 3. Matt. 5.

Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens. Ieiunium quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium septimum, & ieiunium decimum erunt domui Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in festiuitates bonas, & lætabimini, & veritatem & pacem diligite.

XLX.

Necessarium duco discendi cupidis rursum prius exponere causas ieiuniorum, de quibus hoc loco dicitur, & quod sit quartum, quodnam quintum, & reliqua, septimum scilicet, & decimum. Sic enim opportunè, & aptè quæ sit mandatorum vis deinde enucleando, adiungemus. Igitur capta sancta ciuitate, & exusto templo, & Israele simul cum vasis sacris in captiuitatem abducto, qui salui restabant in Iudæa, dies quibus hæc pati contigisset, odiosos, & execrabiles habebant, factisque cœtibus, planctus, lamentationésque suscipiebant, cibo se vt in ieiuniis abstinentes. Quæ autem vnoquoque dierum à nobis modo dictorum euenerint, age exponamus. Ait ergo beatus Hieremias. [Et factum est in anno nono regni eius (Sedeciæ vtique) in mense decimo, decimâ mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius contra Hierusalem, & circumuallarunt eam, & ædificauerunt circum eam lapidibus quadris, & venit ciuitas in angustias vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ, in mense quarto, nona die mensis. Et inualuit fames in ciuitate, & non erant panes populo terræ. Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores egressi sunt nocte via vrbis inter muros,

Hiere. 52. 4. Reg. 25.

A τὰ Χριστοῦ πάντως διαλεξόμεθα. Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Πέτρος ἑτοιμοτάτους ἡμᾶς γενέσθαι προστέταχε. πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐρωτῶντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς οὔσης ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. εἰ δὲ δὴ τὰ Χριστοῦ λαλεῖν εἰθισμένοι, καὶ αὐτὸν ἔχοντες ἐπὶ γλώσσης ἀεὶ, καὶ νοῦ, καὶ καρδίας μελέτην πεποιημένοι, δίκαιοί που πάντως εἶεν ἂν, καὶ τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὀρθότητι διαπρέποντες, εἰρηνικοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ πρός γε B τούτῳ καὶ ἀνεξίκακοι, καὶ ψευδορκεῖν οὐκ εἰδότες, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὀμνύοντες ὅλως. διαμεμνήνται γὰρ λέγοντος αὐτοῦ, ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος τὸ ναὶ, ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ.

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου παντοκράτορος πρός με, λέγων· Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. νηστεία ἡ τετρὰς, καὶ νηστεία ἡ πέμπτη, καὶ νηστεία ἡ ἑβδόμη, καὶ νηστεία ἡ δεκάτη ἔσονται τῷ οἴκῳ Ἰούδα εἰς χαρὰν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ εἰς ἑορτὰς ἀγαθὰς, καὶ εὐφρανθήσε- C σθε, καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε.

Ἀναγκαῖον οἶμαι τοῖς φιλομαθέσι παραφηνάσθαι πάλιν τῶν ἐνθάδε λεγομένων νηστειῶν τὰς αἰτίας, καὶ ποία μὲν ἡ τετρὰς, τίς δὲ ἡ πέμπτη, καὶ αἱ τούτων ἐφεξῆς ἑβδόμη τε, καὶ δεκάτη. προσυποισόμεθα γὰρ οὕτως ἐπὶ καιροῦ, καὶ ἐν κόσμῳ λοιπὸν τῶν προστεταγμένων τὴν δύναμιν. οὐκοῦν μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ κατεμπρησθῆναι τὸν ναὸν, ἀποκομισθῆναι δὲ ὁμοῦ τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν D αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, οἱ σεσωσμένοι τε, καὶ περιλειφθέντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν τὰς ἡμέρας ἐν αἷς τὰ τοιάδε παθεῖν συμβέβηκεν ἀποφράδας ἡγοῦντο, καὶ συνῄεσαν, καὶ δὴ κατὰ πληθὺν συνωθοῦντες, κομμὸν ἐποιοῦντο καὶ θρῆνον, ἀσιτοῦντες ὡς ἐν νηστείαις. τίνα γε δὴ τὰ συμβεβηκότα, καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων ἡμερῶν, φέρε λέγωμεν. ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἱερεμίας, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ ἐνάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. (δῆλον δὲ ὅτι Σεδεκίου) ἐν τῷ μηνὶ τῷ δεκάτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς E ἦλθε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ περιεχαράκωσαν αὐτὴν, καὶ περιῳκοδόμησαν αὐτὴν τετραπόδοις λίθοις κύκλῳ, καὶ ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν, ἕως ἑνδεκάτου ἔτους τοῦ βασιλέως Σεδεκία, ἐν μηνὶ τῷ τετάρτῳ ἐνάτῃ τοῦ μηνός. καὶ ἐστερεώθη ὁ λιμὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἦσαν ἄρτοι τῷ λαῷ τῆς γῆς, καὶ διεκόπη ἡ πόλις, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες οἱ πολεμισταὶ ἐξῆλθον νυκτὸς κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πόλεως ἀναμέσον τοῦ τείχους,

καὶ τοῦ προτειχίσματος, ὃ ἦν κατὰ τὸν κῆπον τοῦ βασιλέως. εἶτα δὴ μέσον παρενθεὶς τὴν Σεδεκίου παίδων τὴν σφαγὴν, αὐτοῦ δὲ τὴν τύφλωσιν, ἔφη πάλιν. Ἐν μηνὶ τῷ πέμπτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουζαρδὰν, ὁ ἀρχιμάγειρος ὁ ἑστηκὼς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον κυρίου, καὶ τὸν οἶκον βασιλέως, καὶ πάσας τὰς οἰκίας τῆς πόλεως, καὶ πᾶσαν οἰκίαν μεγάλην ἐνέπρησεν ἐν πυρὶ, καὶ πᾶν τεῖχος Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ καθεῖλεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων ἡ μετὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. ἀκούεις ὅπως ἐν τῷ δεκάτῳ * ἔτει πεπολιόρκηκεν ὁ Ναβουχοδονόσορ τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἶτα τῷ τετάρτῳ μηνὶ τοῦ δεκάτου ἔτους διερρηχέσθαι φησὶ τὴν πόλιν. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ μηνὶ, καὶ αὐτὸν ἐμπεπρῆσθαι τὸν ναὸν, καὶ ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν διηγεῖζεται παρὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. ἀποφράδας δὲ οὖν τὴν τετάρτην, καὶ τὴν πέμπτην, καὶ τὴν δεκάτην ἡμέραν ἐποιοῦντο, δι' ἃς εἶπον αἰτίας. τίς δὲ καὶ ἡ ἑβδόμη, πάλιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ἐπειδὴ γὰρ εἷλε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ ἀρχιμάγειρος, κεχειροτόνηκε τὸν Γοδολίαν εἰς καθηγητὴν τοῖς καταλοίποις τῶν Ἰουδαίων ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. εἶτα τοῦτο δεδρακὼς ἀπῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὕτω πεπρᾶχθαι μεμαθήκασιν οἱ περισωθέντες τῶν Ἰουδαίων, συνέδραμον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἦσαν ἐν ἐλπίσι τοῦ κατοικεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. ἀλλ' ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, καθὰ γέγραπται, τὸν Γοδολίαν ἀνεῖλεν ὁ Ἰσμαήλ· καὶ διεσπάρη πᾶς ὁ λαὸς τότε, καὶ ἀπέδραμον εἰς τὴν Αἰγυπτίων, καὶ διαλώλασιν ἐκεῖ. φροντίδα οὖν ἐποιοῦντο καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν μῆνα ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας. ἤδη μὲν οὖν τῶν νηστειῶν ἡ πρόφασις. ἐπειδὴ δὲ ἀκόλουθον ἦν, πεπαυμένων τῶν ἐξ ὀργῆς, καὶ ἀνακομισθέντος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῶν σκυθρωπῶν παρεληλακότων, μὴ νηστεύειν ἔτι καὶ κόπτεσθαι, μεταπλάττεσθαι κελεύει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίας, ἥδεσθαί τε μᾶλλον ἐφ' οἷς ἔχουσι λαβόντες παρὰ Θεοῦ. ἤγουν διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἐφ' οἷς τετιμώρηνται κατὰ καιροὺς, πλημμελοῦντες ἀφυλάκτως, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀναιδῶς ὠλισθηκότες.

Δέδρακε τοῦτο καὶ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστός. ἔστρεψε γὰρ ἡμῖν τὸν κοπετὸν εἰς χαρὰν, διέρρηξε τὸν σάκκον καὶ περιέζωσεν εὐφροσύνην, κατὰ τὸ τοῦ ψάλλοντος φωνήν. ἐπαινιώμεθα δὲ οὐδαμῶς, ὅτι Θεὸν οὐκ εἰδότες ποτὲ, καὶ προσκυνοῦντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, πεπτώκαμεν ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν, καὶ εἰς νοῦν ἀδόκιμον παρεδόθημεν· εὐχαριστοῦμεν δὲ μᾶλλον ἐφ'

& antemurale, quod erat versus hortum regis.] Postea cæde liberorum Sedeciæ, & exoculatione eius intersita, ita pergit. [In mense quinto, decima mensis venit Nabuzardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem regis Babylonis, in Hierusalem, & succendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos vrbis, & omnem domum magnam combussit igni, & omnem murum Hierusalem in circuitu euertit exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe coquorum.] Audis quo pacto [mense decimo anni noni] anno decimo Nabuchodonosor Hierosolymam obsederit. Deinde quarto mense anni vndecimi, diruptam esse ciuitatem: in mense autem quinto etiam ipsum templum, & totam vrbem à principe coquorum inflammatam narrat. Atros igitur, seu nefastos quartum, & quintum, & decimum dies propter causas à me dictas numerabant. Quæ autem septima fuerit, præterea dicendum est. Postquam enim princeps coquorum Hierusalem euertit, Godoliam principem Iudæis, qui Hierosolymis remanserant, creauit: quo facto Babylonem repetiuit. Quod vbi cognouerunt superstites Iudæi, Hierosolymam cum spe ibidem habitandi confluxerunt. Sed mense septimo Godoliam occidit Ismael. Et dissipatus est omnis populus tunc, confugitque in Ægyptum, vbi periit. Hanc ob causam & septimum diem, & ipsum mensem abominati sunt. Atque hæc est ieiuniorum occasio. Et quoniam consequens erat, cessantibus plagis, & Israele Hierosolymam reuerso, & tristibus finitis vltra non ieiunare, & plangere, luctum mutare lætitia, & gaudere potius iubet de bonis à Deo acceptis, siue meminisse, ob quæ olim puniti fuerint, cum liberrimè sceleribus se commacularent, & ad quiduis nefarium nullo pudore ruerent.

Hier. 40. & 41. 4. Reg. 25.

Fecit hoc etiam nobis Christus. Conuertit [enim planctum nostrum in gaudium, conscidit saccum nostrum, & circumdedit nos lætitia,] vt psaltes canit. Nec conquerimur vlla ex parte, quod cum aliquando Deum ignorantes, & creaturam potius, quam creatorem adorantes sub pedes hostium nostrorum redacti, & in sensum reprobum traditi sumus: quin gratias agimus,

Psal. 29.

quod misericordiam, & salutem consecuti, [& de manu inimicorum liberati] sanctam ciuitatem, hoc est, Ecclesiam incolimus, & digni sumus habiti qui deinceps votis, & sacrificiis spiritualibus ipsum veneremur. Et charum habemus, & eam rem pacem, & veritatem, & summæ iucunditatis occasionem reputare à diuina scriptura docti sumus. [Ipse enim est pax nostra:] ipse, vt dixi, veritas: propter ipsum benè speramus, & omni mœstitudine profligata triumphamus.

Rom. 5. Luc. 1. Ephes. 2. Rom. 6.

Hæc dicit Dominus omnipotens. Adhuc venient populi multi, & habitantes ciuitates multas, & congregabuntur habitantes quinque ciuitates in vnam ciuitatem, dicentes, Eamus vt deprecemur faciem Domini, & quæramus faciem Domini omnipotentis. Vadam & ego. Et venient populi multi, & gentes multæ, vt quærant faciem Domini omnipotentis in Hierusalem, & vt propitient faciem Domini.

L. Conuertente Christo luctum nostrum in gaudium, & in diem festum, & in lætitias bonas, & transferente in iucunditatem lamenta, non iam de vocatis ad salutem singuli in fide accedent, & cum Deo per sanctificationem coniungentur: sed ciuitates inter se ad hoc deinceps hortabuntur, veniéntque cateruatim omnes gentes, prioribus semper acclamantibus qui posteriores sunt, [vadam & ego.] Scriptum est enim, [ferrum ferrum acuit, vir autem acuit faciem alterius.] Semper enim aliorum alacritas aliis ad bona consectanda stimulus inuenitur. Quis est vero vrbibus, siue gentibus finis propositus? propitiare, & exquirere faciem Domini, hoc est, Christum, qui est imago simillima Dei & Patris, [Et figura substantiæ eius, & splendor gloriæ,] de quo & diuinus Dauid, [Faciem tuam illumina super seruum tuum.] Illuminauit enim pax, & facies, vt dixi, Dei & Patris ipsum habentes beneuolum, ac propitium; & peccati noxas repellemus [iustificati per fidem: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam.] Misericors enim, & bonus est, & ad se accedentibus peccata dimittit.

Prou. 27. Hebr. 1. Psal. 118. Tit. 3.

οἷς ἠλεήμεθα, καὶ σεσώσμεθα. καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν λελυτρώμεθα, καὶ τὴν ἁγίαν οἰκοδομοῦμεν πόλιν, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν, ἠξιώμεθά τε λοιπὸν εὐχαῖς, καὶ θυσίαις ταῖς πνευματικαῖς καταθεραπεύειν αὐτόν. ἀγαπῶμεν δὲ καὶ ὡς εἰρήνην, καὶ ἀλήθειαν καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν τὸ χρῆμα καταλογίζεσθαι παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα γραφῆς. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· αὐτὸς, ὡς ἔφην, ἡ ἀλήθεια. δι' αὐτὸν ἐσμὲν ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς, καὶ ἐν τῷ κατευφραίνεσθαι δεῖν, κατηφείας ἁπάσης ἐξῃρημένης.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ἔτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ κατοικοῦντες πόλεις πολλὰς, καὶ συνελεύσονται κατοικοῦντες πέντε πόλεις εἰς μίαν πόλιν, λέγοντες, πορευθῶμεν δεηθῆναι τοῦ προσώπου κυρίου, καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον κυρίου παντοκράτορος. πορεύσομαι κἀγὼ, καὶ ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον κυρίου παντοκράτορος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι τὸ πρόσωπον κυρίου.

Μεταπλάττοντος τοῦ Χριστοῦ τὸ πένθος ἡμῶν εἰς χαρὰν, καὶ εἰς ἑορτὴν, καὶ εἰς εὐφροσύνας ἀγαθὰς, καὶ μεθιστῶντος εἰς θυμηδίαν τοὺς ὀδυρμοὺς, οὐ καθ' ἕνα λοιπὸν φησὶ τῶν καλουμένων εἰς σωτηρίαν ἡ ἐν πίστει πρόσοδος, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν οἰκείωσις διὰ ἁγιασμοῦ· ἀλλ' αἱ μὲν πόλεις ἀλλήλας εἰς τοῦτο προτρέψουσι λοιπὸν, ἥξει δὲ κατὰ πληθὺν πάντα τὰ ἔθνη, τοῖς εἰς τοῦτο φθάσασιν ἐπιφωνούντων ἀεὶ τῶν δευτέρων, τὸ πορεύσομαι κἀγώ. γέγραπται γὰρ, ὅτι σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ δὲ παροξύνει πρόσωπον ἑτέρου. παράκλησις γὰρ ἀεί πως ἑτέροις εἰς τὸ χρῆναι πληροῦν τὸ ἀγαθὸν, ἤγουν εὑρίσκεται προθυμία. τίς δὲ δὴ ταῖς πόλεσιν, ἤτοι τοῖς ἔθνεσιν ὁ σκοπός; τὸ ἐξιλάσασθαί τε, καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον κυρίου, τουτέστι, Χριστὸν, ὅς ἐστιν εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, περὶ οὗ φησὶ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. ἐπέλαμψε γὰρ ἡ εἰρήνη, καὶ τὸ πρόσωπον, ὡς ἔφην, τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτὸν ἔχοντας εὐμενῆ, καὶ ἵλεων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας διακρουσόμεθα βλάβην δικαιούμενοι διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. φιλοικτίρμων γάρ ἐστι, καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἀφίησιν ἐγκλήματα τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ.

A αὐτὸν ἐκζητοῦντες διὰ τοῦ χρείαν πληροῦν τὰ νενομισμένα, πάντη τε καὶ πάντως εὑρίσκομεν, καὶ δι' αὐτοῦ κολλώμεθα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐπιλήψονται δέκα ἄνδρες ἐκ πασῶν τῶν γλωσσῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπιλήψονται τοῦ κρασπέδου ἀνδρὸς Ἰουδαίου, λέγοντες, πορευσόμεθα μετὰ σοῦ, διότι ἀκηκόαμεν ὅτι ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν ἐστιν.

B Τίνα δὴ τρόπον ἡ κατὰ πόλεις τε ὁμοῦ, καὶ ἔθνη γενήσεται πρόσοδος τῶν ἐπιζητούντων τὸ πρόσωπον κυρίου, διατρανοῖ πάλιν. ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὅτε ἐπιλήψονται δέκα ἄνδρες ἑνὸς Ἰουδαίου, λέγοντες, πορευσόμεθα μετὰ σοῦ. διὰ μὲν οὖν τῶν δέκα, τὸν τέλειον τῶν προσιόντων νοήσεις ἀριθμόν. τελειότητος γὰρ σύμβολον ὁ δέκατός ἐστιν ἀριθμός. ὅτι δὲ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις οἱ ἐξ ἐθνῶν κολλώμενοι τὴν αὐτὴν ὥσπερ ἐκείνοις βαδίζειν ὁδὸν ἐπιχειρήσουσι δικαιούμενοι διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, καθίστησιν C ἐναργὲς, καὶ τὸ σχῆμα λέγων, ὡς ἐξ εἰκόνος διαπεπλασμένον εὖ μάλα. οἱ γὰρ μικροὶ τῶν παίδων εἰ τοῖς ἰδίοις πατράσιν ἕλοιντό ποτε κατακολουθεῖν, ἐπιδραξάμενοι τοῦ κρασπέδου, οἷα ἐπικουρούμενοι ταῖς ἁφαῖς, καὶ τῶν ἐσθημάτων ἀπαρτώμενοι ἀπλανῆ τε, καὶ ἀσφαλῆ ποιοῦνται τὴν βάδισιν· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ τῇ κτίσει λελατρευκότες παρὰ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, πατέρας γνησίους ἐπιγραφόμενοι τοὺς τῶν Εὐαγγελικῶν δογμάτων εἰσηγητὰς, καὶ συνάπτόμενοι δι' ὁμοψυ- D χίας, ἕπονταί τε αὐτοῖς, νηπιάζοντες ἔτι ταῖς γνώμαις, καὶ εἰς τὴν ὁμοίαν ἵενται τρίβον, ζηλωταί που πάντως ἀναδεικνύμενοι τῆς αὐτῶν πολιτείας, καὶ ταῖς ἀεὶ πρὸς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβαίνοντες, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. ἕπονται δὲ διὰ ποίαν αἰτίαν; πεπληροφόρηνται γὰρ, ὅτι ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν ἐστι, τουτέστιν, ὁ Ἐμμανουήλ. ἑρμηνεύεται γὰρ, ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν. ὅτι δὲ οὐ μόνων ἔσται τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἡ τὸ τηνικάδε κλῆσις, ἁπάν- E των δὲ μᾶλλον τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, διαμεμένηκεν εἰπὼν, ὡς ἐκ πασῶν ἔσονται τῶν γλωσσῶν οἱ ἐπιδραττόμενοι τοῦ κρασπέδου. πότε δὲ κέκληνται τὰ ἔθνη πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ πότε βεβούληνται ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον κυρίου, ἐξιλάσασθαί τε αὐτὸν, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις τὴν αὐτὴν ὥσπερ διαστείχειν ὁδὸν,

A Ipsum exquirentes seruandis legum sancitis omnino inuenimus, & per ipsum Deo ac Patri adhæremus. [Ipse enim est pax nostra] quod scripturæ testantur. (Ephes. 2)

Hæc dicit Dominus omnipotens: In diebus illis apprehendent decem viri ex omnibus linguis gentium: & apprehendent fimbriam vnius hominis Iudæi, dicentes, Ibimus tecum, quia audiuimus quod Deus vobiscum est.

LI.

B Quonam modo per vrbes, & gentes accessuri sint quærentes faciem Domini, rursum declarat. Inquit enim, [erit in diebus illis,] hoc est, illo tempore, quando apprehendent decem viri vnum Iudæum, dicentes, [Ibimus tecum.] Per denarium perfectum accedentium numerum intellige, perfectionis enim symbolum est hic numerus. Quod autem sanctis Apostolis ex gentibus adhærentes eandem cum illis viam ambulare instituerint, iustificati per fidem C in Christo, manifestè ostendit, ipsam formam, seu gestum, vt ex imagine accuratissimè effictam proferens. Parui enim pueri nonnunquam patrem sequi gestientes, comprehensa ora vestis eius illis tactibus velut adiuti, & à veste pendentes, citra errorem, periculúmque gradiuntur. Eodem modo, opinor, & qui rebus conditis seruierunt potius, quam vniuersorum conditori, pro germanis patribus cooptantes euangelico- D rum dogmatum explanatores, & per concordiam illis colligati, sequuntur eos, infantes adhuc iudiciis, & simili via incedunt, eorum vitæ imitatores manifesti, & perpetuis ad meliora incrementis [in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi] euadentes. Quamobrem autem sequuntur? Certò enim credunt Deum, hoc est, Emmanuelem cum illis esse: redditur enim [nobiscum Deus.] Vocationem por- E rò illam non tantum filiorum Israel, sed omnium per orbem gentium fore, docet cùm ait, ex omnibus fore linguis qui apprehendent fimbriam. Quando autem vocatæ sunt gentes ad agnitionem veritatis, & quando voluerunt exquirere faciem Domini, & eum propitiare, & cum sanctis Apostolis quasi eadem via ingredi, (Ephes. 4)

nisi quando nostram naturam induit A vnigenitus? qui est [exspectatio gentium;] cui cantat etiam diuinus Dauid, [Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine.] Per ipsum enim & ipsa gentium multitudo saluata est.

Aggae. 2. Psal. 85.

CAPVT IX.

Assumptio verbi Domini in terra Adrach, & Damasci requies eius, B quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel. Et Emath in finibus eius.

LII. LOCVS salebrosus, & verborum ista series difficilis ad intelligendum. Veruntamen quantum in nobis est, eam enodabimus. Porrò explicandum prius de quibus ista dicta meritò existimemus. Sic enim, & vix tamen vaticinii sensus liquebit. Quando igitur captiuitatis vinculis emissus liberatus est olim Israel, & ita in Iu- C dæam reuenit, & Hierusalem instaurare occœpit, tunc tunc vicinæ gentes, Samaritæ, & Palæstini, & Phœnices inuidia ardentes, timentésque simul, ne rebus illorum ad pristinam incolumitatem reuocatis, & genere in immensum aucto, cum vrbem haberent expugnatu difficilem, ac munitissimam, deinde ipsos bello lacesserent, & inuictum, vt olim, contra se exercitum adducerent, his de causis muros ædificare aggressos D impedire conati sunt, verba amarulenta iactantes, & populationibus in eos grassantes. Eò autem obtrectationis, & inuidiæ prodierunt, vt regi Persarum per id tempus scriberent, quæ ab Esdra recitantur his verbis propemodum. Regi Artaxerxi Domino, seruus eius, Rathymus actorum scriba, & Semelius scriba, & reliqui de consilio, & iudices in Cœlesyria, & Phœnice. Nosse te conuenit, rex, Iudæos E Babylonem traductos venisse in prouinciam nostram, & vrbem hanc perfidam, & improbam de integro condere, & fora eius parare, & mœnia ac templum excitare. Persuasum sit tibi, si ita pergant, nec tributa pensitaturos, nec parituros: sed in reges calcitraturos, & ad imperandum, quam ad obediendum promptiores futuros.

2. Esdr. 4. 1 Esdr. 2.

A εἰ μὴ ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενής; ὅς ἐστι προσδοκία ἐθνῶν· πρὸς ὃν καὶ ὁ θεσπέσιος ἀναμέλπει Δαβίδ, πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, κύριε· σέσωσται γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ αὐτὴ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς.

ΚΕΦΑΛ. θ.

Λῆμμα λόγου κυρίου ἐν γῇ Ἀδράχ, καὶ B Δαμασκοῦ ἀνάπαυσις αὐτοῦ, διότι κύριος ἐφορᾷ ἀνθρώπους, καὶ πάσας φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ Ἡμὰθ ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς.

ΟΥΚ ἄτραχυ μὲν τὸ προκείμενον, δυσέφικτος δὲ κομιδῇ καὶ αὐτὴ τῶν λέξεων ἡ συνθήκη. πλὴν ὡς ἔνι λελέξεται πρὸς ἡμῶν. τάχα μὲν ἐφ' οἷς εἰρῆσθαι ταῦτα νομισθείημεν εἰκότως προαγορεύειν ἀνάγκη, νοηθείη γὰρ ἂν ὧδέ πῃ, καὶ μόλις, τῆς προφητείας ὁ νοῦς. ὅτε τοίνυν τῶν τῆς αἰχμαλωσίας δεσμῶν ἀνείθη τε, καὶ ἀπήλ- C λακται κατὰ καιροὺς ὁ Ἰσραήλ, ἥκοντε λοιπὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἀνατειχίζειν ἐπεχείρουν τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε δὴ τότε τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, οἵ τε τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντες, καὶ οἱ τὰς τῆς Παλαιστίνης, καὶ μὴν καὶ Φοινίκης νεμόμενοι πόλεις κατεδάκνοντο φθόνῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐδεδίεσαν, μὴ ἄρα δὴ πάλιν ἀνενεγκόντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐκτεινομένου τοῦ γένους, εἶτα πόλιν ἔχοντες τὴν οὕτω δυσάλωτον, καὶ εὐπυργοτάτην, καταστρατεύοιντο D πάλιν αὐτῶν, καὶ ἄμαχόν τινα, καθὰ καὶ πάλαι, κατεξαναστήσαιεν αὐτῶν τὴν χεῖρα. ταύτητοι τειχίζειν ἐθέλοντας διακωλύειν ἤθελον, πικροὺς ἀφιέντες λόγους, καὶ μὴν καὶ ἐφόδους λῃστρικὰς ἱστάντες αὐτοῖς. ἧκον δὲ εἰς τοῦτο βασκανίας, καὶ φθόνου, ὥστε καὶ γεγράφασι τῷ Περσῶν βασιλεύοντι τὸ τηνικάδε τὰ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ κείμενα. ἔχει δὲ οὕτως. βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ κυρίῳ, οἱ παῖδές σου· Ῥάθυμος ὁ τὰ προσπίπτοντα γράφων, καὶ Σεμέλιος, ὁ γραμ- E ματεὺς, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῆς βουλῆς αὐτῶν, καὶ κριταὶ οἱ ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ, καὶ Φοινίκῃ. γινώσκειν σε δεῖ, βασιλεῦ, ὅτι Ἰουδαῖοι οἱ εἰς Βαβυλῶνα ἀναχθέντες, ἐληλύθασιν εἰς τὴν ἡμετέραν, καὶ τήν τε πόλιν τὴν ἀποστάτιν, καὶ πονηρὰν οἰκοδομοῦσι, καὶ τὰς ἀγορὰς ἐπισκευάζουσι ταύτης, καὶ τὰ τείχη, καὶ τὸν ναὸν ἀναγείρουσιν. ἴσθι μέντοι γε, τούτων γινομένων, οὔτε φόρους αὐτοὺς τελεῖν ὑπομενοῦντας, οὔτε δὲ ὑπακούειν ἐθελήσοντας· ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσιν ἀντιστήσονται, καὶ ἄρχειν μᾶλλον, ἢ ὑπακούειν ἐθελήσουσιν.

ἐνεργουμένων οὕτω τὴν περὶ τὸν ναόν, καὶ σπουδαζομένων, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἡμῖν, γράψαι σοι, βασιλεῦ, καὶ μὴ περιιδεῖν τὸ τηλικοῦτον. ἐκείνου ἐπειδήπερ ἑαλωκότι τῷ Ἰσραήλ, καὶ παθόντι τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπετώθαζον οὐ μετρίως, ἀνασωζομένων δὲ μόλις, καὶ δεσμῶν ἀνειμένων πάλιν οὐδὲν ἧττον ἐπέθρωσκον, μυρίοις τε ὅσοις αὐτὸν ἐνέσειον πόνοις, πολυτρόπως ἐπιβουλεύοντες, καὶ οὔτε τὸν θεῖον ἐγείρειν ἐῶντες ναόν, οὔτε μὴν τειχίζειν τὴν πόλιν, παρωξύνετο Θεὸς ἐπ' αὐτοῖς ἀναλόγως, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας Ἰσραήλ. πεπαυμένων γὰρ τῶν ἔργων, ἐγηγερμένου τε τοῦ ναοῦ, πάσας αὐτῶν τὰς πόλεις καταδῃώσαντες εἷλόν τε ὑπὸ χεῖρα τοὺς ἐν αὐταῖς, καὶ χρημάτων γεγόνασιν ἀναριθμήτων δεσπόται. λῆμμα τοίνυν λόγου κυρίου, φησίν, ἐν γῇ Ἀδράχ, καὶ Δαμασκοῦ, τουτέστιν, ὁ ἐν χερσὶν ἡμῖν λόγος ὁ παρὰ Θεοῦ, κατά τε τῆς γῆς Ἀδράχ, καὶ τῆς Δαμασκοῦ γενήσεται. καὶ μέντοι καὶ Ἡμάθ, ἥτις ἐστὶν ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, δῆλον δὲ ὅτι τῆς Δαμασκοῦ. γῆ δὲ Ἀδρὰχ χώρα που πάντως ἐστὶ κατὰ τὴν ἑῴαν κειμένη, ἧς γείτων ἥτε Ἡμάθ (ἥτις ἐστὶν Ἐπιφάνεια τῆς Ἀντιοχείας προσωτέρω βραχύ) καὶ ἡ Δαμασκός, ἥ ἐστι Φοινίκων τε καὶ Παλαιστίνης μητρόπολις. ὑποκείσονται δὲ δηλονότι σὺν ταῖς μητροπόλεσι, καὶ πόλεις αἱ ὑπ' αὐταῖς. διατί τοίνυν κατ' αὐτῶν τὸ λῆμμα; ὅτι καὶ ἐν αὐταῖς γέγονεν ἀνάπαυσις αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ. ἀναπέπαυται δὲ, ὅτι τεθέαται τετιμωρημένας. οὐ γὰρ ἂν σεσίγηκεν ὁ πάντα ἐφορῶν, φειδοῦς τε, καὶ ἐπισκέψεως ἀξιῶν τὸ ἀπόλεκτον γένος, τουτέστι, τὸν Ἰσραήλ. ἐφορᾷ γὰρ ἀνθρώπους ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ τὴν ἑκάστου τρίβον κατασκέπτεται, καὶ τοῖς μὲν ἀδικοῦσιν ἐπιφέρει τὰ ἐξ ὀργῆς, ἐκρύεται δὲ τοὺς ἀδικουμένους· μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι τὸν περὶ τῶν τεσσάρων ἁρμάτων εἰσκομίσας λόγον, καὶ τὰς τῶν ἵππων ἰδέας, προστέθεικε πάλιν, ἰδοὺ οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βορρᾶ, ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου ἐν γῇ βορρᾶ. ἀναπαύεται δὲ ὥσπερ ὁ μισοπόνηρος τοῦ δεσπότου θυμός, ἐκτετικότων τὰς δίκας τῶν αὐτῷ προσκεκρουκότων διὰ πλείστην ὅσην, καὶ ἀχάλινον ἁμαρτίαν.

Τύρος, καὶ Σιδὼν διότι ἐφρόνησαν σφόδρα, καὶ ᾠκοδόμησε Τύρος ὀχυρώματα ἑαυτῇ, ἐθησαύρισεν ἀργύριον ὡς χοῦν, καὶ συνήγαγε χρυσίον ὡς πηλὸν ὁδῶν. διὰ τοῦτο κληρονομήσει κύριος αὐτήν, καὶ πατάξει εἰς θάλασσαν δύναμιν αὐτῆς, καὶ αὐτὴ ἐν πυρὶ καταναλωθήσεται.

Dum ergo illi in constructione templi laborant, & enituntur, placuit nobis scribere ad te, rex, & rem tanti momenti non negligere. Itaque cum captum, & seruientem Israelem non mediocriter derisissent, liberatóque tandem, & vinculis absoluto rursum nihilominus insultarent, & innumeris eum molestiis diuexarent, multis modis insidiantes, & neque diuinum templum instaurare, neque mœnibus vrbem cingere sinentes, necesse fuit Deum ipsis irasci, & eos in manus Israelis tradere. Finitis enim operibus, & templo condito, omnibus eorum vrbibus deuastatis, captiuos earum incolas fecerunt, atque opes immensas collegerunt. Ait igitur, [Assumptio verbum Domini in terra Adrach, & Damasci,] hoc est, qui in manibus nobis est sermo à Deo, contra terram Adrach, & Damasci fiet, quin & Emath, quæ est in finibus eius, Damasci videlicet. Terra autē Adrach regio vtique est orientis, cui finitima est Emath (quæ est Epiphania, paulo supra Antiochiam) & Damascus, quæ est Phœnicum, & Palæstinæ metropolis. Subiicientur autem & metropoles, & quæ ipsis subiectæ sunt vrbes. Quare igitur assumptio contra illas? Quia & in ipsis fuit requies eius, hoc est, omnium dominantis Dei, Requieuit porrò, quia punitas vidit. Non enim tacuisset qui intuetur omnia, veniáque & visitatione dignatur electum genus, Israelem scilicet. Intuetur enim homines vniuersorum Deus, & vniuscuiusque viam considerat, & iniuriam facientes vlciscitur, pœnas iratus infligit, iniuriam autem passos saluat. Tenendum autem memoria, cum etiam supra de quatuor curribus loquentem, & equitum speciem describentem addidisse deinde, [Ecce qui egrediuntur super terram Aquilonis requiescere fecerunt iram meam in terra Aquilonis.] Requiescit autem quodammodo inimica malis ira Domini, cum, qui cum plurima, & effrenatè peccando offenderunt, pœnas luerint.

Tyrus, & Sidon quoniam sapientes fuerunt nimis, & ædificauit Tyrus munitiones sibi, thesaurizauit argentum quasi puluerem, & congregauit aurū vt lutum viarū. Propterea possidebit Dominus eā, & percutiet in muri fortitudinem eius, & ipsa in igne consumetur.

LIII. Consentiunt cum verbis euenta vrbium, contra quas assumptionem Domini factam affirmauit. Incipit autem à Tyro, & Sidone, quæ præ cæteris erant honoratissimæ, præstantes viribus, & diuitiis, & incolarum fortitudine, & alias quasi in potestate habentes, & confinibus superiores. Quoniam igitur, inquit, supercilium tollunt Tyrus, & Sidon, arbitrantúrque se potentes, & inconcussas, & spem reponunt in munitionibus, hoc est, in muris quibus ambiuntur, siue in rebus aliis, quibus floreat, & salua sit ciuitas, de diuitiarum etiam copia sibi plaudunt, idcirco ipsa experientia discent, quod Dominus possidebit eam. Expugnatam enim ab Israelitis, aut Vespasiano, & Tito, possessum iri à Domino inquit. Ipse enim erat qui tradidit, & in manus occupantium dedit. Romani namque totum orbem in ditionem suam redigentes, vltro se dedentibus clementes, & benignos, resistentibus acres, & inuictos sese præbebant. Ipsam igitur conflagraturam dicit, detractis in mare munitionibus, & distractis diuitiis eius, quamuis aurum eius sit vt puluis, & vt lutum platearum argentum eius. Erant siquidem mercatores periti, & lucri appetentissimi Tyri incolæ, de quo copiosè admodum Ezechiel Propheta. Nihil igitur vnquam proficient Deum offendentes & sanctos criminantes, & effusè irridentes, si quid Deo suorum fidem probanti illos perpeti contigerit. Inutile enim euadet omne eorum munimentum, hoc est, omne quo circumdantur, ac sepiuntur, & præsidium quoduis, & diuitiæ nihil commodi afferent: quin potius populatoribus addent animos.

Atque adeo nunc quoque videas Græcos ob mundanam sapientiam efferri, & velut in propugnaculis in multifariis syllogismorum fallaciis, & propemodum errorem suum facundiæ vi tanquã muro sepientes, ac mirum in modum locupletes dictione splendida vt argento, & sensis animi præclaris vt auro. Veruntamen etiam sic comparatos possedit Christus. Destructæ sunt enim munitiones, hoc est, ceciderunt inuenta fallaciæ, direptum est aurum, & argentũ. Qui enim suis quique tẽporibus

A Επιτρέχει τῷ λόγῳ συμβεβηκότα ταῖς πόλεσι, καθ' ὧν γεγένηται, διηγορεύσατο τὸ λῆμμα κυρίου. ἄρχεται δὲ ἀπό τε τῆς Τύρου, καὶ τῆς Σιδῶνος, αἳ δὴ μάλιστα τῶν ἄλλων διαφερόντως τετίμηντο, περιέχουσαι μὲν ἰσχύϊ, καὶ πλούτῳ, καὶ ταῖς ἀνδρίαις τῶν κατῳκηκότων, ἔχουσαι δὲ ὥσπερ ὑπὸ χεῖρα τὰς ἄλλας, καὶ τῶν ὁμόρων ὑπερκείμεναι. ἐπειδήπερ φησὶν ὑψηλὴν ἀνασπῶσι τὴν ὀφρὺν Σιδών τε, καὶ Τύρος, οἴονται δὲ εἶναι δεινοί τε, καὶ ἀ-
B θραυστοι, καὶ τεθαρρήκασι μὲν ἐπ' ὀχυρώμασι, τουτέστι, τειχῶν περιβολαῖς, ἤγουν καὶ ἑτέροις πράγμασι, δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοι καὶ σώζοιτο πόλις, πεφρονήκασι δὲ καὶ ἐπὶ πλούτῳ μέγα, ταύτητοι μαθήσονται διὰ πείρας αὐτῆς, ὅτι κύριος κληρονομήσει αὐτήν. πεπορθηκότων γὰρ αὐτὴν τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ἤγουν Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου, κληρονομηθήσεσθαι φησὶν αὐτὴν παρὰ Θεοῦ. καὶ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ παραδιδούς, καὶ ὑπὸ χεῖρα τιθεὶς τῶν ᾑρηκότων αὐτήν. Ῥωμαῖοι γὰρ τοῖς ἰδίοις ὑποφέροντες σκήπτροις τὴν σύμπασαν γῆν, τοῖς μὲν εἴκουσιν ἄμαχοι
C πρᾶοί τε ἦσαν, καὶ προσηνεῖς· τοῖς γε μὴν ἀντεξάγειν ἐθέλουσιν ἐπεφύοντο καὶ αὐτοὶ δριμεῖς τε, καὶ ἄμαχοι. καταπυρπολήσεσθαι δὴ οὖν φησὶν αὐτὴν καταπεπατημένων ἐν θαλάσσῃ τῶν ὀχυρωμάτων, καὶ διηρπασμένου τοῦ πλούτου, εἰ καὶ ἦν ὡς χοῦς τὸ χρυσίον, καὶ ὡς πηλὸς ὁδῶν τὸ ἀργύριον αὐτῆς. ἔμποροι γὰρ γεγόνασι δεινοί, καὶ φιλοκερδέστατοι λίαν, οἱ τὴν Τύρου οἰκήτορες, καὶ περί γε τούτου πλατύς, καὶ μακρὸς πεποίηται λόγος ἐν τοῖς Ἰεζεκιὴλ τοῦ Προφήτου συγ-
D γράμμασιν. οὐδὲν οὖν ἄρα τοὺς Θεῷ προσκρούοντας ὀνήσει ποτὲ τοὺς ἐπιτωθάζοντας ἁγίοις, εἰ δή που τι συμβαίη παθεῖν αὐτούς, πλατὺ δὲ γελῶντας εἰ δοκιμάζοι Θεὸς τῶν ἰδίων τὴν πίστιν. ἀπόνητον γὰρ αὐτῶν πᾶν ὀχύρωμα, τουτέστι, πᾶσα περιβολή, καὶ πᾶς ἀσφαλείας τρόπος. οὐδὲν δὲ ὅλως ὁ πλοῦτος ὀνήσει, ἔσται δὲ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς εἰωθόσι καταδῃοῦν τῆς εἰς τοῦτο προθυμίας ὁλκός.

Ἴδοι δή τις ἂν καὶ νῦν τοὺς Ἑλλήνων παῖδας μέγα
E μὲν φρονοῦντας ἐπὶ σοφίᾳ κοσμικῇ, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ὀχυρώμασι, ταῖς ἐκ πολυπλόκων συλλογισμῶν ἀπάταις, μόνον δὲ οὐχὶ τὴν ἰδίαν πλάνησιν, τῇ τῆς εὐγλωττίας δυνάμει διατειχίζοντας, καὶ καταπλουτοῦντας λίαν, τὸ ὡς ἐν λέξει λαμπρὸν ὡς ἄργυρον, καὶ ὡς ἐν τάξει χρυσοῦ τὸ ἐν νοήμασι τίμιον. πλὴν καὶ οὕτως ἔχοντας κεκληρονόμηκεν ὁ Χριστός, καθῄρηται μὲν γὰρ τὰ ὀχυρώματα, τουτέστι, πεπτώκασι τὰ ἐξ ἀπάτης εὑρέματα, διήρπασται δὲ καὶ τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον. οἱ γάρ τοι κατὰ καιροὺς τῶν

ἐκκλησιῶν προεστηκότες, ἄνδρες ἐλλόγιμοι, καὶ σοφοὶ, τῆς ἐκείνων εὐγλωττίας τὴν δύναμιν εἰς ἑαυτοὺς ἁρπάσαντες, ἱερὸν ἀνάθημα πεποίηνται τῷ Θεῷ τοῖς τῆς πίστεως ἐπαγωνιζόμενοι λόγοις, καὶ τῆς παρ' ἐκείνοις ἀπάτης πλείστην τε ὅσην, καὶ ἀληθῆ ποιούμενοι τὴν καταῤῥησιν. πεπράχασι τοιοῦτον καὶ οἱ ἐξ Ἰσραήλ. χρησάμενοι γὰρ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων σκεύη χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ σκυλεύσαντες τοὺς πλεονεκτήσαντας, προσήγαγον ταῦτα κατὰ τὴν ἔρημον τῷ πανάγίῳ Θεῷ κατασκευαζομένης τῆς ἁγίας σκηνῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς σκευῶν ἱερῶν. ἐοίκασιν οἱ διὰ σοφίας κοσμικῆς, καὶ λόγου φαιδρότητος οἰκοδομοῦντες τὴν ἐκκλησίαν, διαρπάζουσί τε τοὺς Ἑλλήνων παῖδας, καὶ οἱονεὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν, καὶ τὸ ἀργύριον ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐπιτεχνείας καταπλουτήσαντες, κλῆρον αὐτὸν ποιοῦνται Θεοῦ, τὰ εἰς δόξαν αὐτοῦ λαλοῦντες ἑτέροις, καὶ τὰ μὲν ἐκείνων ὀχυρώματα καταστρέφοντες, οἰκοδομοῦντες δὲ νοητῶς τὴν ἁγίαν πόλιν, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν.

A Ecclesiis præfuerunt, viri eloquentes, & sapientes, eorum eloquentiæ facultatem ad se deriuatam, sacrum Deo anathema fecerunt, pro fidei doctrina decertantes, & imposturam ipsorum vberrime, verissiméque refutantes. Hoc etiam fecerunt Israelitæ. Mutuati enim ab Ægyptiis vasa aurea, & argentea, & spoliatis iniquis dominis, ea in solitudine Deo sanctissimo obtulerunt, fabricato inde tabernaculo, & vasis sacris ad vsum eius. B Ergo qui per sapientiam mundanam, & sermonis splendorem Ecclesiam ædificantes Græcos diripiunt, & quasi auro eorum, & argento æquissimè ditescunt, faciunt ea possessionem Domino, ad gloriam eius spectantia aliis loquentes, & illorum quidem munitionem euertentes, & quæ intelligitur sanctam ciuitatem, nempe Ecclesiam ædificantes.

Exod. 3.

Ὄψεται Ἀσκάλων, καὶ φοβηθήσεται, καὶ Γάζα, καὶ ὀδυνηθήσεται σφόδρα, καὶ Ἀκκαρὼν, ὅτι ᾐσχύνθη ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς. Καὶ ἀπολεῖται βασιλεὺς ἐκ Γάζης, καὶ Ἀσκάλων οὐ μὴ κατοικηθῇ. Καὶ κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ, καὶ καθελῶ ὕβριν ἀλλοφύλων.

Videbit Ascalon, & timebit, & C Gaza, & dolebit nimis, & Accaron, quia confusa est à spe sua. Et peribit rex de Gaza, & Ascalon non habitabitur. Et alienigenæ habitabunt in Azoto, & destruam superbiam alienigenarum.

VI

Ὅτε πολέμου, καὶ μάχης ἐμβολὴ κατολμᾶται χώρας, εὐθαρσέστεραί πως εἰσὶ, καὶ ἐν ἐλπίσιν ἐσθ' ὅτε χρησταῖς, αἱ κατ' αὐτὴν πόλεις. οἴονται γὰρ, ὅτι περιέσονται τῶν ἐχθρῶν ἢ τῷ πλήθει τῶν ἐνοικούντων αὐταῖς, ἢ τειχῶν ὀχυρότητι, καὶ τῇ τῶν τακτικῶν ἐπιστήμῃ. εἰ δὲ δὴ γένοιτο τῶν παρά σφισιν ἁλῶναι μίαν, ἥπερ ἂν λέγοιτο δυνατωτάτη, τότε δὴ τότε πᾶσα μὲν ὀκλάζει πρὸς δέος, ἀποσείεται δὲ τὴν ἐλπίδα, τὴν τοῦ φυγεῖν δύνασθαι φημὶ, καὶ ὡς πεσοῦσα θρηνεῖ. ἁλούσης δὲ οὕτω τῆς οὕτω διαφανοῦς, καὶ ἀλκιμωτάτης, καὶ πλούτῳ κομώσης, φοβηθήσεται μὲν φησὶν ἡ Ἀσκάλων, καὶ ὀδυνηθήσεται Γάζα, καὶ μὴν καὶ Ἀκκαρών. πόλεις δὲ αὗται τῶν Παλαιστινῶν. ὀδυνηθήσονται δὲ, ὅτι ᾐσχύνθη ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς. ᾤοντο μὲν γὰρ, ὅτι καὶ αὐταῖς ἰσχύσει πρὸς ἐπικουρίαν ἡ Τυρίων ἰσχύς. ἐπειδὴ δὲ κειμένην τεθέανται, ταύτῃτοι λοιπὸν ἀπωλισθήκασι τῆς ἐλπίδος. καὶ ὁ μὲν Γάζης ἡγούμενος οἰχήσεται φησὶν, ἀπολωλὼς δηλονότι. κατοικήσουσι δὲ ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ, δεδαπανημένων, κατὰ τὸ εἰκὸς, τῷ πολέμῳ τῶν αὐθιγενῶν. ἐπιλέγει δὲ τούτοις, ὅτι καθελῶ τοὺς ἀλλοφύλους, ἤτοι τοὺς Παλαιστινοὺς, οὓς ὀνομάζει συνήθως. ἥκοι δ' ἂν, εἴ γέ τῳ δοκεῖ, καὶ καθ' ἑτέρων ἐθνῶν ὁ λόγος

LIV.

Bello, & præliis regionē inuadētibus, fidentiores & bona spe erectiores sunt aliquando vrbes eius. Credunt enim de hostibus aut multitudine incolentium, aut firmitate mœniū, & scientia militari D victoriam relaturos. Quod si quæpiā de ipsis capiatur, quæ potētissima dici poterat, tunc sane, tunc quælibet timori succumbit, & spē abiicit, effugiendi inquā, & vt prostrata iā lamentatur. Capta igitur adeo conspicua, & validissima, & diuitiis referta, [Timebit, inquit Ascalon, & Gaza dolebit, atque etiam Accaron.] Vrbes sunt Palæstinorū. Dolebit autē, [quia confusa est à spe sua.] Putabant enim Tyriorū vires sibi quoque ad auxiliū satis fore. Sed postquā euersas viderunt, de spe deciderūt. Et Gazæ qui- E dem princeps euanescet, inquit, vtpote disperditus. Habitabunt autē alienigenæ in Azoto, bello cōsumptis, vt cōsentaneum est indigenis. Addit his, *destruam alienigenas*, siue Palæstinos, quos, vt consueuit, alienigenas appellat. Possint, si cui placebit, & ad alias gentes quæ vexarunt Israelem, hæc verba transferri,

confines,

confines, & Iudæorum vicinas. Cæterùm hæc à nobis iterum vt literæ accommodata dicta sunto.

Sciendum autem, vt dixi, nonnunquam Ecclesia persecutionem patiente, inuadi eam horribiliter, & irrideri ab hostibus, clamantibus forte, euge euge, vt scriptum est. Veruntamen succurrens Christus, omnem eorum potentiam confringet, templum suum excitans, & insidiatoribus iratissimus supplicia imponens, & ceu quasdam vrbes, hæresum synagogas, & insuper idololatrarum greges impios humo affligens.

Psal. 39.

Et auferam sanguinem eorum de ore illorum, & abominationes eorum de medio dentium eorum. Et relinquentur & isti Deo nostro, & erunt vt tribunus in Iuda, & Accaron sicut Iebusæus.

LV. Etiam isti Israelē deuorarunt, & instar ferarum ora quasi sanguine polluta habuerunt. Quia verò idololatræ, & superstitionibus dediti erāt, propemodū semper in lingua, siue in dētibus suarū abominationū implorationes ferebant, vbique sursum & deorsū quod dicitur, manufacta deos vocitātes, & lapidibus sensu vacantibus dicentes, [Deus meus es tu, & tu genuisti me.] Cæterum cum ita immaniter aduersus Israelē se gessissēt, quas debuerūt, & quātum satis fuit pœnarum eidē dederunt. Veruntamen nō ad vnum perierunt, cessationē lanienæ ab ore ipsorū Deo præuidente. Hoc est, tametsi vt belluæ Israelem propemodū deglutiuerūt, veniet tamen tēpus, quo puri, & in his ab omni culpa liberi erūt. Iustificabūtur enim in fide ipsi quoque, & iniquitatū priscarum sordes eluent. Auferet autē & nomina [abominationū ipsorum, & de medio dentiū ipsorum.] Nec enim amplius falsorum deorū mētionem inferent, nec nominabunt eos. [Relinquētur porrò & isti Deo nostro,] sicut nimirum & ipse Israel: nam & eius reliquiæ saluatæ sunt, quantumuis erga ipsum Emmanuelē scelerati extiterint. Quia verò vocata ex gētibus multitudo de sanguine Israel prognatis, & credentibus spiritualiter copulata est, Christo eos in vnitatē copulante, [Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, & qui medium parietem dissoluit, & duos populos in vnum nouum hominem condidit, faciens pacē, & reconcilians ambos

Mich. 2.

Desiderabatur vocabulum ac- cusandi casu, quod expressimus lati- nè.

Ephes. 2.

A τῶν ἠδικηκότων τὸν Ἰσραήλ, οἱ καὶ ἦσαν ὅμοροι, καὶ τῆς Ἰουδαίων γείτονες. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡμῖν, ὡς πρός γε τὸν ἐν γράμμασι λόγον, εἰρήσεται πάλιν.

Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι διωκομένης ὡς ἔφην, ἔσθ᾽ ὅτε τῆς Ἐκκλησίας, συνεπιφύονταί τε δεινῶς, καὶ ἐπιμειδιῶσιν οἱ ἐχθροί, τάχα που λέγοντες τὸ εὖγε εὖγε, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πλὴν ἐπαμυνεῖ Χριστός, καὶ ἅπασαν μὲν αὐτῶν συνθραύσει δύναμιν, τὸν ἴδιον ἐγείρων ναόν, ἐπιφέρων δὲ τοῖς B ἐπιβουλεύουσι τὰ ἐξ ἀκράτου θυμοῦ, καὶ ὥσπερ τινὰς πόλεις τὰς τῶν αἱρέσεων καταστρέφων συναγωγάς, καὶ πρός γε ταύταις ἔτι τὰ εἰδωλολατρῶν ἀνόσια σίφη.

Καὶ ἐξαρῶ τὸ αἷμα αὐτῶν ἐκ στόματος αὐτῶν, καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν. Καὶ ὑπολειφθήσονται καὶ οὗτοι τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ ἔσονται ὡς χιλίαρχος ἐν Ἰούδᾳ, καὶ Ἀκκαρὼν ὡς Ἰεβουσαῖος.

Κατεδηδόκασι μὲν καὶ οὗτοι τὸν Ἰσραήλ, καὶ οἷά C τινες θῆρες μονονουχὶ καὶ αἵματι πεφυρμένον εἶχον τὸ στόμα. ἐπεὶ δὲ ἦσαν εἰδωλολάτραι, καὶ ταῖς τῶν ματαίων θρησκείαις προσκείμενοι, ἀεί πως ἐπὶ γλώττης, ἤγουν ἐπ᾽ ὀδόντων εἶχον τῶν ἰδίων βδελυγμάτων τὰς κλήσεις, ἄνω τε καὶ κάτω Θεοὺς ὀνομάζοντες τὰ χειρόκμητα, καὶ λίθοις ἀψύχοις κατὰ τὸν Προφήτην λέγοντες, Θεός μου εἶ σύ, καὶ σὺ ἐγέννησάς με. ἀλλ᾽ ἐκτετίκασι μὲν τῆς αὐτοῖς προσηκούσης τε, καὶ ἀπόχρη δὴ δίκην, πεπλημμεληκότες ἀγρίως εἰς τὸν Ἰσραήλ. πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν D ἐξωλώλασι, παραφυλάττοντος Θεοῦ τὴν ἐσομένην αὐτῶν ἐκ στόματος αὐτῶν * τουτέστιν, εἰ καὶ οἷά τινες θῆρες μονονουχὶ κατερρόφησαν τὸν Ἰσραήλ, ἀλλ᾽ ἥξει καιρός, καθ᾽ ὃν ἔσονται καθαροί, καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας ἀπηλλαγμένοι, δικαιωθήσονται γὰρ ἐν πίστει καὶ αὐτοί, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀρχαίας φαυλότητος ἀπολούσονται μολυσμόν. ἐξαρῶ δὲ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν, διαμεμνήσονται γὰρ οὐκέτι τῶν ψευδωνύμων Θεῶν, οὔτε E μὴν ὀνομάσουσιν αὐτούς. ὑπολειφθήσονται δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ Ἰσραήλ· σέσωσται μὲν γὰρ καὶ αὐτοῦ τὸ κατάλειμμα, καίτοι δυσσεβηκότος εἰς αὐτὸν τὸν Ἐμμανουήλ. ἐπειδὴ δὲ κεκλημένη τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ πεπιστευκόσι συνήφθη πνευματικῶς, Χριστοῦ συνδοῦντος εἰς ἕνωσιν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, κτίσας τε τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους

ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα, ταύτητοι φησὶν ὅτι ἔσονται ὡς χιλίαρχος ἐν Ἰούδα, τουτέστιν, εἰς τοῦτο προβήσονται γνησιότητος, τῆς ὡς ἐν πίστει τε καὶ ἐπιεικείᾳ, φημὶ, ὥστε καὶ ἐξ αὐτῶν ἀρχηγοὺς γενέσθαι τοῦ Ἰούδα. ἔσται δὲ καὶ ὁ Ἀκκαρὼν, τουτέστιν, ὁ ἀλλογενὴς, ὁ ἐκ γῆς Φυλιστιεὶμ, ὡς ὁ Ἰεβουσαῖος, τουτέστιν, ὡς αὐτὸς ὁ κάτοικος τῶν Ἱεροσολύμων λαός. ἐκαλεῖτο γὰρ ἡ Ἱερουσαλὴμ Ἰεβοὺς ἐν ἀρχαῖς· οὐκοῦν Ἰεβουσαῖος ὁ Ἱεροσολυμίτης ἐνθάδε νοεῖται. πολλοὶ δὲ χιλίαρχοι, τουτέστιν, ἡγεμόνες, καὶ προεστηκότες λαῶν καὶ ἐξ ἐθνῶν γεγόνασι, καὶ εἰσὶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. τὸ δὲ ἐν Ἰούδα νοήσεις ἐπὶ τοὺς αἰνεῖν εἰωθότας, τουτέστιν, ἡμᾶς τοὺς ἐν πίστει κεκλημένους, οἳ στεφανοῦν εἰθίσμεθα ταῖς ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις τὸν κεκληκότα Χριστόν.

Καὶ ὑποστήσομαι τῷ οἴκῳ μου ἀνάστημα, τοῦ μὴ διαπορεύεσθαι, μηδὲ ἀνακάμπτειν, καὶ οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐπ' αὐτοὺς οὐκέτι ἐξελαύνων, διότι νῦν ἑώρακα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου.

Ἰδοὺ δὴ σαφῶς ἀνάστημά τε, καὶ τεῖχος ὀνομάζει Χριστὸν, δι' οὗ καὶ ἐμπεπυργώμεθα, κατ' εὐδοκίαν δὲ δηλονότι, καὶ θέλησιν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. οἶκος γὰρ νοητὸς, καὶ οἰκοδομὴ Θεοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ἡμεῖς που πάντως ἐσμὲν, οἱ πεπιστευκότες, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τοῦ πνεύματος κατοικεῖ, καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐναυλίζεται. ἔφη γὰρ αὐτὸς διὰ Προφήτου φωνῆς, ὅτι κατοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. ἀνάστημα δὴ οὖν τὸ ἐγηγερμένον διὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστὸς, ἵνα μηκέτι, καθὰ καὶ πάλαι, διοδεύωσί τινες, καὶ ἀνακάμπτωσιν, ἐν ἡμῖν ἄνω τε, καὶ κάτω περιιόντες, καὶ οἷά τινα κεχερσωμένην πατοῦντες ὁδὸν, καὶ βλάβης ἁπάσης ἀναπιμπλάντες ἡμετέρας καρδίας. ἔφη μὲν γάρ που περὶ τῆς ἐξ Ἰσραὴλ, ὃς ἦν ἀρχαῖος ἀμπελὼν τῷ * κτησαμένῳ, ὅτι ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγὴν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα. ἡμῖν δὲ τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τοῖχος ἐγήγερται, καὶ φραγμὸς αὐτὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, ἀρρήτῳ δυνάμει περιβάλλων, καὶ ἀποσοβῶν τῶν ἡμετέρων διανοιῶν τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ τοῖς ἐκείνων οὐκ ἀφεὶς ὑποστρωθῆναι ποσί. τοιγάρτοι, καὶ ὁ Προφήτης πρὸς αὐτὸν, καὶ κληθήσῃ, φησὶν, οἰκοδόμος φραγμῶν καὶ τὰς τρίβους τὰς ἀνὰ μέσον παύσεις. ὥσπερ γὰρ οἱ περιφράττειν εἰωθότες ἀμπελῶνας κεχερσωμένους, τὰς διὰ μέσου παύουσι τρίβους,

in vno spiritu ad patrem,] idcirco inquit futuros vt tribunum in Iuda, hoc est, ad tantam fidei bonitatisque sinceritatem processuros, vt ex ipsis etiam principes Iuda euadant. Erit item & Accaron, hoc est, alienigena, & Philistæus vt Iebusæus, hoc est, vt ipse incola Hierosolymorum populus. Olim siquidem Hierusalem Iebus dicebatur. Quare Iebusæi nomine hoc loco Hierosolymita intelligitur. Multi autem tribuni, hoc est, duces, & moderatores populorum etiam ex gentibus fuerunt, & sunt simul per vniuersum orbem. Ast nomine Iuda eos qui laudare consueuerunt accipies, nempe nos in fide vocatos, qui perennibus hymnis Christum à quo vocati sumus, celebrare solemus.

Et substituam domui meæ erectionem, ne pertranseat, nec reuertatur, & non superueniat super eos vltra abigens, quia nunc viderunt in oculis meis.

En, Christum perspicuè erectionem, & murum nominat, per quem & in altum exsurgimus, iuxta beneplacitum, & voluntatem Dei & patris. Domus enim sub intelligentiam cadens, & ædificatio Dei, secundum Pauli vocem, nos sumus plane qui credidimus: siquidem verum est, eum in cordibus nostris per spiritum habitare, & in his qui diligunt ipsum cōmorari. Ait enim ipse per Prophetam. [Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter illos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.] Erectio igitur voluntate patris Ecclesiæ excitata Christus est, ne vltra, sicut quondam, pertranseant quidam, & reuertantur, inter nos sursum & deorsum circumeuntes, & velut desertam viam calcantes, & corda nostra omnibus noxiis implentes. Ait enim alicubi de Israelitis, quæ erat vetus vinea possessori suo. [Auferam maceriam eius, & erit in direptionem. Et destruam murum eius, & erit in conculcationem.] At nobis qui eum in carne apparuisse cognouimus, murus, & sepes ipse Emmanuel excitatus est, virtute ineffabili circundans nos, & ab animis nostris abigens immundos dæmonas, nec pedibus illorum nos substerni sustinens. Quare & propheta ad illum, [Et vocaberis ædificator maceriarum, & semitas quæ in medio sunt quiescere facies.] Quemadmodum enim qui vineas incultas sepibus munire solent, vias per medium tollunt,

LVI.

1 Cor. 3. Ephes. 2. Ioan. 14.

Leuit. 26.

* Hoc est, vt legendum arguo, pro ὑγαπημένῳ, quod male interpretari Dei ...

Esai. 58.

nec commeantium pedibus illas teri patiuntur: ita & Dominus noster Iesus Christus se ipsum nobis ceu murum solidissimum circundans, & angelicis copiis nos circumuallans, effecit, vt calcari iam non possimus. Dixit insuper, non superuenturum ipsis vltra abigentem. Olim enim captiui tenebamur, & ad quiduis nefarium facillimè ducebamur, euntes prompte, agente, ferentéque nos Satana, & ex his in illa tantum non impellente. Verùm & istuc sustulit Christus. Non enim veniet contra nos deprædator: non irruet, sicut prius, vt ipsi lubet. Fixi enim sumus in Christo, tutúmque & firmatum habemus cor, non amplius ad ea quæ non conueniebant deiecti: non cultum multorum deorum ingredientes: non ad errorem abacti: sed quasi in fidem, & charitatem erga Deum ingressi, vt ideo lætabundi dicamus, [Et statuit supra petram pedes meos.] Cum porrò dicit, [quia nunc vidi oculis meis,] clare ostendit, tempus aduentus Saluatoris tempus visitationis esse.[Visitauit enim nos oriens ex alto:] & vt inquit Dauid,[Dominus è cælo super terram prospexit.] Quanquam olim propter peccatum quo obstringebamur, non curatione, non venia, non dilectione, non alio quopiam simili nos dignaretur: sed auersaretur. Quare etiam conturbati sumus, quod & B. Dauid testatur, [Auertente te faciem tuam turbabuntur, & in puluerem suum reuertentur.] Quoniam autem nunc, hoc est, tempore aduentus vidimus oculis eius, salutem, & misericordiam, & quid non tandem omni sermone maius & admirabile consecuti sumus?

Psal. 39. Luc. 1. Psal. 32. Psal. 103.

A οὐκ ἐῶντες ὑπὸ τοῖς τῶν ἄνω τε, καὶ κάτω περιιόντων πατεῖσθαι ποσίν· οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἑαυτὸν ἡμῖν τεῖχος οἷά περ ἄρρηκτον περιθεὶς, καὶ ἀγγελικαῖς δυνάμεσι περιφράττων ἔξω τοῦ πατεῖσθαι γενέσθαι παρεσκεύασεν. ἔφη δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ ἔλθῃ ἐπ' αὐτοὺς ἐξελαύνων. πάλαι μὲν γὰρ ἦμεν αἰχμάλωτοι, καὶ εὐπαρακόμιστοι κομιδῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἰόντες εὐκόλως, ἄγοντός τε ἡμᾶς, καὶ φέροντος τοῦ Σατανᾶ, B καὶ ἐκ τούτων εἰς ἐκεῖνα μονονουχὶ καὶ ἐλαύνοντος. ἀλλ' ἔπαυσε καὶ τοῦτο Χριστός. οὐ γὰρ ἥξει καθ' ἡμῶν ὁ λεηλατής· οὐκ ἐμβαλεῖ καθὰ καὶ πρότερον εἰς γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν. πεπήγμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, ἀσφαλῆ τε, καὶ ἱδρυμένην ἐσχήκαμεν τὴν καρδίαν, οὐκέτι καταστρεφόμενοι πρὸς ἃ μὴ προσῆκεν· οὐκ ἐμβαίνοντες εἰς πολυθεΐαν· οὐκ ἐξελαυνόμενοι πρὸς πλάνησιν, ἀλλ' ὥσπερ ἐμβεβηκότες ἐν πίστει τε, καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς Θεὸν, ὡς χαίροντας ἐπὶ τούτῳ λέγειν, καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς C πόδας μου. λέγων δὲ, ὅτι νῦν ἑώρακα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, ἐπισκοπῆς ὄντα καιρὸν κατέδειξεν ἐναργῶς τὸν τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας. ἐπεσκέψατο γὰρ ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, καὶ ᾗ φησὶν ὁ Δαβὶδ, κύριος ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψεν, καίτοι πάλαι διὰ τὴν ἐν ἡμῖν ἁμαρτίαν οὐ θεραπείας ἀξιοῦν οὐ φειδοῦς ἢ ἀγάπης, οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν τοιούτων ὅλως· ἀλλ' οἱονείπως ἀπεστραμμένος. ταύτῃτοι καὶ τεταράγμεθα, καὶ μαρτυρεῖ λέγων ὁ μακάριος Δαβὶδ, ἀποστρέψαντός σου τὸ πρόσωπον, ταραχθή- D σονται, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἐπειδὴ δὲ νῦν, τουτέστι, κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν ἑωράκαμεν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, σεσώσμεθά τε, καὶ ἠλεήμεθα, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἐπέκεινα λόγου, καὶ ἀξιαγάστων ἀληθῶς κεκερδήκαμεν;

Tom. IV *Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluans, ipse mansuetus, & ascendens super subiugalem, & pullum nouum.*

Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι. δίκαιος, καὶ σώζων, αὐτὸς πρᾶος, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον νέον.

LVII. Manifestè his verbis Saluatoris nostri præsentiam deinceps promulgat, vt tristitiæ relictus locus omnino nullus videatur. Iubet enim Sionem quæ intelligitur gaudere serio, veluti omni mœrore nostro dissipato. Cur enim adhuc mœreamus, aut quid rerum nostrarum tandem deploremus, peccato depulso, conculcata morte, & humana natura ad libertatem, &

E Ἀναφανδὸν ἐν τούτοις διακηρύττει λοιπὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἀνάδειξιν, ὡς οὐδὲν ὅλως ὁρᾶσθαι τὸ ἀνιαρόν. χαίρειν μὲν γὰρ προστέταχεν ἀναγκαίως τῇ νοητῇ Σιὼν, ἅτε δὴ καὶ πάσης ἡμῶν κατηφείας ἐξῃρημένης. ποῦ γὰρ ἔτι τὸ κατηφὲς, καὶ ἐπὶ τίσιν ἂν γένοιτο πρὸς ἡμῶν τὸ κατοιμώζειν ὅλως, ἀπεληλαμένης τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ θανάτου πεπατημένου, κεκλημένης τε τῆς ἀνθρωπίνου φύσεως εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα, καὶ

τῇ τῆς υἱοθεσίας κατεστεμμένης χάριτι, καὶ τοῖς ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ χαρίσμασι κατηγλαϊσμένης; ἐπιτήρει δὲ, ὅτι τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν εὐαγγελιζόμενος, εὐθὺς θυγατέρα τὴν Σιὼν ἀποκαλεῖ. σφόδρα δὴ οὖν χρῆναι χαίρειν αὐτὴν εὖ μάλα προστέταχεν, ἀνακηρύττειν τε προσέταξε τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἤδη παρέσται, καὶ ἀναδειχθήσεται μετὰ σαρκὸς ὁ βασιλεὺς αὐτῆς, δίκαιος, καὶ σώζων. δεδικαίωκε γὰρ ἡμᾶς ἐν πίστει Χριστὸς, καὶ τὴν τῆς σωτηρίας κατευρύνει τρίβον τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ. B ἔστι δὲ πρὸς τούτοις καὶ πρᾶος, οὐ νομικὴν περιφέρων ἀποτομίαν, οὐδὲ θανάτῳ τιμωρούμενος τοὺς παραβαίνοντας ἐντολὴν, σώζων δὲ μᾶλλον ἐξ ἡμερότητος, καὶ ἀνιστὰς τοὺς ὠλισθηκότας. ἀνέγνωμεν δὲ ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. Γράμμα μὲν γὰρ ὁ κολαστὴς ἐστὶ νόμος, ἡ σκιὰ, καὶ ὁ τύπος· πνεῦμα δὲ ζωοποιοῦν ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἐν πνεύματι γὰρ, καὶ ἀληθείᾳ δεδιδάγμεθα προσκυνεῖν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως. ὅτι δὲ καὶ ἐπιβέβηκεν ἐπὶ πῶλον νέον, οὕ- C τω τε εἰσέφρησεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, οὐ μακροῦ πρὸς πληροφορίαν δεῖται λόγου, ἀπόχρη γὰρ εἰς πίστιν ἡμῖν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς γεγραφὼς τὰ τοιάδε, ἐπεκάθητο μὲν γὰρ τῷ πώλῳ Χριστὸς, εἵπετό γε μὴν ἡ τεκοῦσα· καὶ σημεῖον ἡμῖν ἀναγκαιοτάτου πράγματος τὸ δρώμενον ἦν. ἐπαναπαύσεται γὰρ ὁ Χριστὸς τῷ νέῳ λαῷ, τουτέστι, τῷ κεκλημένῳ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῷ εἰδωλολατρήσαντί ποτε. οἷα γάρ τις ἦν πῶλος, οὔπω δεδαμασμένος, οὔτε μὴν εἰδὼς βαδίζειν ὀρθῶς. οὐ D γάρ που τῷ θείῳ πεπαιδαγώγητο νόμῳ. ἀλλ' ὁ πάντας ἄγων εἰς εὐτεχνίαν πνευματικὴν, προϋπέθηκε μὲν ἑαυτῷ τὸν πῶλον. ἕψεται δὲ ὅτι κατὰ καιροὺς καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, διὰ τῆς ἑπομένης ὄνου δίδωσι νοεῖν, καίτοι γε ἐν χρόνῳ τῷ κατὰ τὴν κλῆσιν τὸ πρεσβύτερον ἔχουσα· προσεκέκλητο γὰρ διὰ Μωσέως, καὶ Προφητῶν. ἐπεὶ δὲ προσκέκρουκε τῷ σώζοντι βασιλεῖ (οὐ γάρ τοι προσήκατο τὴν πίστιν) ταύτητοι δικαίως τοῦ πώλου κατόπιν ἔρχεται μόλις, καὶ γέγονεν εἰς οὐρὰν, E τουτέστι, παρακολούθημα, καὶ ὀπίσω τῶν ἐξ ἐθνῶν, καὶ ἡ πρώτη γέγονεν ἐσχάτη. ἄθρει δὲ, ὅπως εἰς ἐσχάτην ἀλογίαν ἀποκομισθεῖσαν ἔδειξε τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ὁ νεφροὺς εἰδὼς, καὶ καρδίας. ὄνῳ γὰρ παρεικάζεται τῇ λίαν ἀλογωτάτῃ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, καὶ αὐτὴ δὲ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς. οἱ μὲν γὰρ λελατρευκότες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεόν· οἱ δὲ τὸν παιδαγωγὸν ἀτιμάζοντες νόμον, ἔξω νοῦ, καὶ φρενὸς γεγόνασιν ἀγαθῆς,

A dignitatem vocata, & gratia adoptionis filiorum condecorata, supernisque ac cælestibus charismatis illustrata? Obserua porrò, eum Saluatoris nostri aduentum euangelizantem, statim Sion filiam nominare. Quare iustissimè ipsam maiorem in modum gaudere iubet, & annuntiare Hierusalem hortatur, iam affuturum, & in carne appariturum regem suum, iustum & Saluatorem. Iustificauit enim B nos in fide Christus, & ad se accedentibus semitam salutis dilatat. Est insuper mansuetus, non legalem afferens seueritatem, nec mandatum violantes capite puniens: sed ex mansuetudine potius, & lapsos erigens. Legimus autem, [Litera occidit, spiritus viuificat.] Litera enim est lex punitrix, & vmbra & figura: spiritus viuificans est Christus. In spiritu enim, & veritate per euangelicam institutionem docti sumus adorare. Ascendisse autem pullum nouum, & ita ingressum Hiero- C solymam, ad firmam probationem verbis multis non est opus. Sufficit enim nobis diuinus Euangelista, apud quem istuc scriptum est. Insedit quippe pullo Christus, sequente eius matre: quæ res nobis quiddam maximè singulare indicauit. Quieuit enim Christus super nouo populo, hoc est, ad agnitionem veritatis vocato, qui aliquando idola venerabatur. Instar pulli quippe erat, nondum domitus, neque rectà sciens ingredi, vtpote diuina lege D nondum institutus. Sed qui omnes ad spiritualem scientiam deducit, sibi pullum destinauit. Secuturam autem aliquando synagogam, per asinam sequentem nos docet, quamuis tempore vocationis antecedat: per Mosen enim & Prophetas vocata est. Quia vero in regem Saluatorem peccauit (non enim fidem admisit) idcirco pullum sequitur, & facta est in caudam, hoc est, sequela, & post gentes. Et quæ fuit prima, euasit vltima. Ani- E maduerte porrò, quomodo ad extremam dementiam deflexisse ostendat humanam naturam, [qui cognoscit renes & corda.] Asino enim, animanti à ratione seiunctissimæ & Iudæorum synagoga, & gentium populus comparantur. Hæ namque creaturæ potius quam creatori Deo seruierunt: illi legem pædagogum, seu institutorem aspernantes, bonam mentem amiserunt,

2. Cor. 3.

Ioan. 4.

Deut. 44.

Psal. 7.

Rom. 1.

& in omne genus scelerum declinarunt. [Comparati enim sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis,] vt Psaltes ait. Est alioqui & immunditiæ symbolum asinus: profanum quippe animal, & damnatum à lege. Tales omnino sunt errore vagantes, & libenter in peccatis sese volutantes.

Psal. 48. Exod. 13.

Et disperdet quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem. Et disperdet arcum bellicum, & multitudinem, & pacem ex gentibus, & dominabitur aquarum à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad exitus terræ.

LVIII. Vnigenitum hominem natum, diligentium se pedibus subiecturum [principatus, & potestates, & mundi rectores,] hoc est, detestabiles dæmoniorum turbas, & subditurum ipsis omnes inimicos quique cernuntur, quique non cernuntur, & contriturum omne bellum, & bonis pacis eos exhilaraturum, sub tegumento verborum propheticus sermo nobis demonstrat. Inuaserunt enim aliquando Babylonii Hierosolymitas, atque etiam nonnullæ gentes finitimæ equis, & curribus, & arcubus eos sunt adortæ, vt legimus, atque ita subiugatos acerbè vexarunt. Ab euentu igitur Christi præclariorum operum splendorem ostendit, cum ait. Qui saluat, iustus, & mansuetissimus rex veniet quidem, nec multo post hæc tempora. Veruntamen non magna cum multitudine satellitum, non stipatores, non mille rerum militarium gnaros secum habens. Adeo autem in moderatione animi exercitatus, vt etiam vix pullum asinarium ascendat. Ast virtute tantus erit, tantúmque proderit in se confidentibus, vt auferat currus Ephraim, & equum abstrahat ab Hierusalem, disperdat etiam arcum bellicum, & summam pacem in longum per omnes gentes extendat. Ephraim nominat decem tribus in Samaria; Hierusalem incolas eius, Iudam scilicet, & Beniamin. Argumentum igitur securitatis, & pacis propheticus sermo nobis proponit. Non enim facilè incursabitur, inquit, ciuitas sancta ab iis, qui eam affligere conantur, adeóque dilatabit regnum suum Saluator eius, vt imperet toti Iudææ, à mari vsque ad flumina. Hi enim sunt exitus terræ, hoc est, fines & termini. Psallit quodā loco & diuinus Dauid.

Ephes. 6. Osee 2. Psal. 19.

A καὶ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος ἀποκεκλικότες. παρασυνεβλήθησαν γὰρ τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθησαν αὐτοῖς, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. ὄνος δὲ καὶ ἑτέρως ἀκαθαρσίας σύμβολον· ἀκάθαρτον γὰρ τὸ ζῶον, καὶ τὴν ἐκ νόμου κατάρρησιν ἔχον. τοιοῦτοι δὲ πάντως οἱ πλανώμενοι, καὶ φιλαμαρτήμονες.

Καὶ ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραΐμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικὸν, καὶ πλῆθος, καὶ εἰρήνην ἐξ ἐθνῶν, καὶ κατάρξει ὑδάτων ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως διεκβολῶν γῆς. B

Ὅτι γενόμενος ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς, τοῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ὑποφέρειν ἔμελλε ποσὶν ἀρχάς τε, καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, τουτέστι, τὰ βδελυρὰ τῶν δαιμονίων στίφη, πάντας τε αὐτοῖς ὑποτάσσειν ἐχθρὸν ὁρατόν τε, καὶ ἀόρατον, καὶ πάντα συντρίβειν πόλεμον, καὶ C τοῖς ἐξ εἰρήνης καταυφραίνειν ἀγαθοῖς, αἰνιγματωδῶς ἡμῖν ὁ προφητικὸς ὑποφαίνει λόγος. ἤεσαν μὲν γὰρ κατὰ καιροὺς κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ μὴν καὶ ἕτεροί τινες τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἵπποις τε καὶ ἅρμασιν ἐποχούμενοι, καὶ βάλλοντες τόξοις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, κατεχειροῦντό τε οὕτω, καὶ πικροῖς ἐνίεσαν πόνοις. ἀπὸ γοῦν τοῦ συμβαίνειν εἰωθότος, τὴν ἐπὶ Χριστοῦ κατορθωμάτων τὴν λαμπρότητα δηλοῖ. ὁ γάρ τοι σώζων, φησὶν, ὁ δίκαιός τε, καὶ πραότατος βασι- D λεὺς, ἀφίξεται μὲν, καὶ οὐκ εἰς μακράν. πλὴν οὐ πολλῷ πλήθει τῶν ὑπασπιστῶν, οὐ δορυφόρους, οὐ μυρίους ἔχων τοὺς εἰδότας τὰ τακτικά. ἐπασκήσας τε οὕτως ἐν ἤθει τὸ μέτριον, ὥστε καὶ μόλις ἐπιβῆναι τοῦ πώλου. πλὴν ἔσται τοσοῦτος εἰς ἀρετὴν, ὀνήσει τε οὕτω τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας, ὡς ἀφελεῖν μὲν ἅρματα ἐξ Ἐφραΐμ, ἀποσπάσαι δὲ καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ἐξολοθρεῦσαι δὲ τὸ τόξον πολεμικὸν, καὶ εἰρήνην ἁπλῶσαι βαθεῖαν, τὴν ἐκ E πάντων τῶν ἐθνῶν. Ἐφραΐμ δέ φησι τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ δέκα φυλὰς, Ἱερουσαλὴμ δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικήσαντας, Ἰούδας δὲ οὗτοι καὶ Βενιαμίν. οὐκοῦν ἀσφαλείας ὑπόθεσιν, καὶ εἰρήνης ἡμῖν ὁ προφητικὸς εἰσκομίζει λόγος. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο φησὶν εὐκατάδρομος τοῖς ἐθέλουσι κακοῦν ἡ ἁγία πόλις, κατευρυνεῖ δὲ οὕτω τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν ὁ σώζων αὐτὴν, ὡς ὅλης κατάρξαι τῆς Ἰουδαίας, ἀπὸ θαλάσσης ἕως ποταμῶν. αὗται γάρ εἰσιν αἱ διεκβολαὶ τῆς γῆς, τουτέστι, τὰ πέρατα. ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ,

ὡς περὶ ἀμπέλου λέγων τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς. ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφυάδας αὐτῆς. τερματίζεται γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων θαλάσσῃ τε, καὶ χώρᾳ τῇ πρὸς νότον, καὶ Ἰνδικῇ, καὶ τῇ καλουμένῃ μέσῃ τῶν ποταμῶν. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτοις τοῖς ὅροις ἡ Χριστοῦ βασιλεία, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἕρπει δὲ ὁ λόγος ὡς ἐκ μερικοῦ παραδείγματος ἐπὶ τὸ καθόλου, καὶ γενικώτατον. βεβασίλευκε γὰρ οὐ τῆς Ἰουδαίας μόνης, ἁπάσης δὲ μᾶλλον τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα τὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ κατευρύνεται.

Καὶ σὺ ἐν αἵματι διαθήκης ἐξαπέστειλας δεσμίους σου ἐκ λάκκου, οὐκ ἔχοντος ὕδωρ. καθήσεσθε ἐν ὀχυρώμασι δέσμιοι τῆς συναγωγῆς, καὶ ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας παροικεσίας σου διπλᾶ ἀνταποδώσω σοι.

Μέτεισιν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸν ἤδη δίκαιόν τε, καὶ σώζοντα βασιλέα, καὶ μήν τοι καὶ πρᾶον. τουτέστι, Χριστὸν, καὶ τὰ λαμπρὰ, καὶ ἀξιάγαστα τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ κατορθώματα καθίστησιν ἐναργῆ. κεκένωκε γὰρ ἑαυτὸν ἑκὼν, γενόμενος ἄνθρωπος, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος. ὑπέμεινε δὲ καὶ σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ τέθεικε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα, κατεκτήσατο τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, ἧς ἦν τύπος τὸ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐπιρραντισθέν. λαβὼν γάρ φησι Μωσῆς τὸ αἷμα, αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐρράντισε, λέγων, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς διέθετο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν τύποι, καὶ τῆς ἀληθείας μόρφωσις ἦν. αὐτὴ δὲ λοιπὸν ἡ ἀλήθεια Χριστὸς, ὁ πάντας ἡμᾶς ἀγοράσας ἐν αἵματι διαθήκης. ἐκλελυτρώμεθα γὰρ ὡς ὁ αὐτοῦ φησὶ μαθητὴς, οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. σὺ τοίνυν φησὶν, ὦ δικαιότατε, καὶ πρᾳότατε βασιλεῦ, ἐν αἵματι διαθήκης τοὺς σοὺς γεγονότας δεσμίους (τουτέστιν οὓς δεσμοῖς ἀγάπης κατέσφιγξας, καὶ ταῖς σαῖς ζεύγλαις ὑπενεγκεῖν, καὶ καταδῆσαι σαφῶς τὸν τῆς διανοίας πέπεικας αὐχένα) ἐξαπέστειλας, τουτέστιν, ἐξεκόμισας, ἤγουν ἐξήγαγες, ἢ ἀνῆκας ἐκ λάκκου οὐκ ἔχοντος ὕδωρ· σημαίνεσθαι δὲ διὰ τούτου φαμὲν αὐτὸν ἢ τὸν ᾅδην, τὸν οὐκ ἔχοντα ζωὴν (ἐκδεξόμεθα γὰρ εἰς τύπον ζωῆς τὸ ὕδωρ) ἤγουν ᾅδην καταλογιούμεθα, καὶ μάλα ὀρθῶς, τὴν ἐπί γε τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς ἀπάτην.

A de synagoga Iudæorum vt de vite loquens. [Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumina propagines eius.] *Psal. 71.* Definitur enim tellus Iudæorum mari, & regione ad Austrum, & Indica, & quæ dicitur media fluminum. Verum se intra istos fines regnum Christi minime continebit. Progreditur autem oratio vt ab exemplo particulari ad vniuersum, & generalissimum. Non enim in Iudæa sola, sed B in toto orbe regnauit, & à finibus ad fines potestas eius propagata est.

Et tu in sanguine testamenti emisisti vinctos tuos de lacu, non habẽte aquam. Sedebitis in munitione vincti congregationis, & pro vna die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi.

LIX. Transit nunc oratio ad ipsum iustum, & Saluatorem, atque etiam mansuetum regem, id est, Christum, C & illustria, atque admiranda aduentus eius opera declarat. [Exinaniuit enim semetipsum] libens, homo factum vnigenitum Dei verbum, [Sustinuit crucem confusione contempta,] & pro omnium vita animam suam commutauit, Deo & patri mundum in sanguine testamenti æterni acquisiuit, cuius typus fuit sanguis per Mosen sapientissimum veteribus aspersus. *Philip. 2. Hebr. 12. Exod. 24.* Inquit enim, [accepto Moses sanguine & libro ipso, aspersit omnem D populum, dicens, hic est sanguis testamenti, quod disposuit ad vos Deus.] Sed illa quidem typi, & veritatis simulacrum fuerunt: successit ipsa veritas Christus, qui omnes nos in sanguine testamenti mercatus est. [Redempti enim sumus non corruptibilibus auro vel argento, (vt discipulus eiusdem ait,) sed precioso sanguine tanquam agni immaculati, & incontaminati Christi.] *1. Petr. 1.* Tu igitur, inquit, iustissime, & mansue-E tissime rex, in sanguine testamenti vinctos tuos (hoc est, quos vinculis charitatis constr. pxisti, quibúsque persuasisti, vti mentis ceruicem iugo tuo submitterent, & palam illigarent) emisisti, hoc est, extulisti, siue eduxisti, siue dimisisti [ex lacu non habente aquam.] Quibus verbis aut infernum, vbi non est vita, significari dicimus (aquam enim pro symbolo vitæ accipiamus licet) aut certè infernum conuenientissimè falsorum deorum fallaciam interpretabimur.

Verè enim fouea est, in quam si quis penitus deciderit, vita futura, ac sempiterna carebit. Euacuasse autem infernum Christum mortuum, & spiritibus in custodia detentis aperuisse portas inferas, neminem latet. Inquit & alicubi vniuersorum Deus per Hieremiam de Israelitis desertoribus suis, & ad fallaciam insani deorum cultus stultè conuersis. [Obstupuit cælum super hoc, & inhorruit plurimum vehementer, dicit Dominus: quia duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.] Quemadmodum enim fons vitæ, & fons viuificans est recta, & erroris expers Dei cognitio: ita velut lacus inaquosi, & contriti idololatriæ ludicra, & aberrationes ab ipsa possunt intelligi. Deinde ipsos vinctos compellans, ad spem bonam eos erigit, [Sedebitis in munitione vincti congregationis.] Munitionem, vt mihi videtur Ecclesiam appellat, vt munitam in Christo, & inconcussam. Sessionem dicit in fide quandam stabilitatem. Scriptum est enim de Deo, [quoniam tu sedens in sæcula,] hoc est, stabilem & inconcussam naturam habens. Eritis igitur securi, inquit, firmitatem fidei habentes, ô vincti congregationis meæ, quæ est in Christo iustificatorum sancta multitudo. Non autem carituram mercede eorum in omnibus rebus arduis patientiam, & stabilitatem in dilectione Dei, significat, cum adiungit, [Et pro vna die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi.] Quod dicere vult, tale est. Peregrini enim, & aduenæ sunt omnes sancti, & breuis est valde cuiusque hominis vita in corpore, vt idcirco eam propter summam breuitatem cum vno die comparare fortasse possis. Itaque pro vno die peregrinationis tuæ, inquit, hoc est, pro breui, & modico tempore huius vitæ, quam in corpore degis, dupliciter, & affatim te remunerabo. Ait & alicubi Christus, [Mensuram bonam & confertam, & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.] Haud enim æqualia actionibus nostris præmia exspectamus: sed cum magno auctario, cum dator sit munificus.

Quoniam tetendi te mihi Iuda, vt arcum, impleui Ephraim.

A βόθρος γὰρ ἀληθῶς τὸ χρῆμά ἐστιν, εἰς ὃν εἴπερ τις ὅλως καταλισθήσοι, ζωῆς ἀμοιρήσοι τῆς εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. ὅτι δὲ κεκένωκε τὸν ᾅδην ἀποθανὼν ὁ Χριστὸς, καὶ ἀνῆκε τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι τὰς κάτω πύλας, πάντη που σαφές. ἔφη δέ που καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καταλελοιπότων μὲν αὐτὸν, παραπεσόντων δὲ φλεναφῶς εἰς ἀπάτην εἰδωλομανῆ. ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, B λέγει κύριος· ὅτι δύο, καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. ὥσπερ γάρ ἐστι πηγὴ ζωῆς, καὶ πηγὴ ζωοποιὸς ἡ ὀρθή τε, καὶ ἀπλανὴς περὶ Θεοῦ γνῶσις· οὕτως ἄνυδροι, καὶ οἱονεὶ λάκκοι συντετριμμένοι νοοῖντ' ἂν τὰ τῆς εἰδωλολατρείας ἀθύρματα, καὶ ἡ περὶ αὐτὸ πλάνησις. εἶτα πρὸς αὐτοὺς διαλέγεται τοὺς δεσμίους, καὶ εἰς ἐλπίδας αὐτοὺς ἀγαθὰς παρεκθήγει, λέγων· καθήσεσθε ἐν ὀχυρώματι δέσμιοι τῆς συναγωγῆς. καὶ ὀχύρωμα C μὲν, καθάπερ ἔγωγε οἶμαι, τὴν ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖ ὡς τετειχισμένην ἐν Χριστῷ, καὶ ἀκλονήτως ἑστῶσαν. κάθισιν δέ φησι τὸ εἶναι ἱδρυμένον ἐν πίστει. γέγραπται γὰρ περὶ Θεοῦ, ὅτι σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστιν, ἱδρυμένην ἔχων, καὶ ἀκατάσειστον φύσιν. ἔσεσθε δὴ οὖν ἐν ἀσφαλείᾳ φησὶ τὸ βεβαίως ἔχοντες εἰς πίστιν, ὦ δέσμιοι τῆς ἐμῆς συναγωγῆς· εἴη δ' ἂν αὕτη τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων ἡ ἁγία πληθύς. ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθον ἕξουσι τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις ὑπομονὴν, καὶ μὴν τὸ ἐρηρεισμένον εἰς D ἀγάπησιν τὴν ἐπὶ Θεῷ, κατασημαίνει, λέγων· καὶ ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας παροικίας σου, διπλᾶ ἀνταποδώσω σοι. καὶ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ὃ βούλεται λέγειν. πάροικοι μὲν γὰρ ἐπὶ γῆς, καὶ παρεπίδημοι πάντες εἰσὶν οἱ ἅγιοι, βραχὺς δὲ λίαν ὁ ἐν σώματι βίος ἀνθρώπου παντός, κἂν εἴ τις αὐτὸν ὀλίγον ὄντα παντελῶς, ὡς τάχα που καὶ ἡμέρᾳ παρεικάζεσθαι μιᾷ. οὐκοῦν ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας τῆς παροικίας σου φησὶ, τουτέστιν, ἀντὶ βραχέος τε, καὶ συνεσταλμένου χρό-E νου τῆς ἐν σώματι ζωῆς διπλᾶς τε καὶ ἐν πλεονασμῷ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδώσω. ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστὸς, ὅτι μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. οὐ γάρ που τὰς ἰσοσταθμούς ὧν ἂν δράσαιμεν προσδοκῶμεν ἀμοιβὰς, ἀλλ' ἐν προσθήκῃ πολλῇ, πλουσιόδωρος γὰρ ὁ διδούς.

Διότι ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ Ἰούδα, ὡς τόξον, ἔπλησα τὸν Ἐφραίμ.

Τίνα δὴ τρόπον κληθήσεταί τε, καὶ εἰσελεύσεται διὰ τῆς πίστεως ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη, καταλιπορήσει δὲ καὶ ὁ πάλαι τρυφῶν, τουτέστιν, ὁ Σατανᾶς, τῶν ἐκ πλεονεξίας αὐτῷ πεπορισμένων προσκυνητῶν ἐξωθούμενος, διατρανοῖ πάλιν ἐν τούτοις. ποιεῖται γε μὴν τὸν λόγον, ὡς πρὸς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, ἤτοι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ διδασκάλους, οἳ καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἐκπεριελθόντες χώρας, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλουν τε, καὶ συνηγειλήκασι τοὺς ἐν αὐτῇ. ὦ τοίνυν Ἰούδα φησὶν, ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ τόξον, τουτέστι, διὰ σοῦ τοξεύσω τοὺς ὑπεναντίους· καί σε δὲ, ὦ Ἐφραὶμ, ἐπλήσα. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἐρῶ πάλιν. ὅτε γὰρ τῆς τοξείας οἱ ἐπιστήμονες νευρὰν μὲν μαζῷ, τοῦ δὲ τόξου τὸν σίδηρον ἄγουσιν ἐγγὺς, τότε πλῆσαι τὸ τόξον λέγονται, βάλλουσι καὶ διιπτάμενον τὸν ἰὸν, ἤτοι τὸ βέλος. ἔστι τοίνυν αὐτὸ διαφόρως πεφρασμένον. τόξον σε πεποίημαί φησιν, ὦ Ἰούδα, ἔπλησα δὲ καί σε, ὦ Ἐφραίμ. Ἰούδας δὲ καὶ Ἐφραὶμ ἅπαν ἐστὶ τὸ γένος τὸ ἐξ Ἰσραήλ. οὐκοῦν τόξον ὥσπερ τι πεποίηται τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότας πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ γνώμης εἰς τοῦτο προεληλυθότας, ὡς ἔθνη παιδαγωγεῖν, καὶ τῶν πλανωμένων ἀποσοβεῖν τὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας, κατασπεῖν τε τὸν Σατανᾶν, καὶ ἁπαξαπλῶς τοὺς τοῖς θείοις δόγμασιν ἀντεξάγοντας, καὶ τοὺς ταῖς δι' αὐτῶν μαχομένους μυσταγωγίαις. οὕτω πού φησι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα, καὶ Θεόν. τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατέ· λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται· ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. πλήττουσι μὲν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς καρδίαν ἔσω, καὶ νεφροὺς τὰ τοῦ δυνατοῦ βέλη, τουτέστι Χριστοῦ. βέλη δὲ αὐτοῦ πάλιν οἱ μυσταγωγοὶ, τοὺς δέ γε πεπλανημένους, καὶ τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς Θεὸν οὐκ εἰδότας, πλήττουσιν οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀγάπην αὐτοὺς ἀποφέροντες τὴν ἐν Χριστῷ, ἵνα καὶ ὑποκάτω τύπτοιεν αὐτοῦ. ὁποία τις ἐστὶν ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων γραφομένη νύμφη, λέγουσα σαφῶς, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι. ὅτι δὲ γεγόνασιν ἀλκιμώτατοι, καὶ εὐσθενεῖς οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, πιστώσεται λέγων περὶ αὐτῶν ὁ σοφὸς ψαλμῳδὸς ἐν πνεύματι, ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων. ἐκτετιναγμένους μὲν γὰρ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀποκαλεῖ, ὡς τῆς θείας χάριτος ἐκπεπτωκότας διά γε τοι τὸ ἐμπαροινῆσαι Χριστῷ. οἱ γε μὴν αὐτῶν υἱοὶ, βέλη γεγόνασιν ὡς ἐκ χειρὸς δυνατοῦ πεμπόμενα. ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ ὡς πρὸς αὐτὸν δὴ πάλιν τὸν Ἐμμανουὴλ περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· βολίδες σου πορεύσονται εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου.

Quonam modo vocanda sit, & per fidem ingressura gentium multitudo, miser contra futurus, qui olim triumphabat, hoc est, Satanas, spoliatus adoraturis, quos cupidissimè acquisierat, adhuc declarat. Alloquitur autem quasi sanctos Apostolos, siue magistros ex Israel, qui & gentium regiones percursantes, ad agnitionem veritatis indigenas vocarunt, & reti suo concluserunt. Ait ergo, [O Iuda, intendi te mihi arcum,] hoc est, per te iaculis tangam aduersarios: & [te ô Ephraim impleui.] Quod quid sit, dicam quoque. Cum enim sagittarii ferratum arcum curuantes, neruum, ad pectus addunt, tunc arcum implere dicuntur, & sagittam volantem, siue telum iaciunt. Est igitur idem diuersè dictum. Arcum te feci, inquit, ô Iuda: impleui etiam te Ephraim. Iudas porrò, & Ephraim vniuersum genus Israeliticum complectuntur. Itaque ante alios ex Iudæis credentes velut arcum fecit, eò animi prouectos, vt gentes instituerent, & à seductis dæmonum greges abigerent, ferirentque Satanam, & vniuersè diuinis decretis aduersantes, & doctrinæ sacræ inde proficiscenti repugnantes. Sic alicubi & diuinus Dauid ad vniuersorum Deum & Saluatorem. [Sagittæ tuæ salutis acutæ, ô potens, populi sub te cadent, in corde inimicorum regis.] Feriunt enim inimicos Dei & patris in cor, & renes intus sagittæ potentis, hoc est, Christi. Rursum sagittæ eius sunt qui docent errantes, & naturâ, & verè Deum nescientes. Feriunt autem, non ad mortem, sed ad charitatem in Christo eos deducent, vt & sub ipso feriant. Qualis est quæ in Canticis canticorum sponsa describitur, dicens expresse, [Vulnerata charitatis ego sum.] Euasisse autem fortissimos, ac validissimos diuinos discipulos, testificatur de ipsis in spiritu loquens sapiens Psalmographus. [Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum.] Excussos enim oriundos de Israele nominat, vt qui Dei gratia propter debacchationes in Christum exciderint. Quorum filii tamen sagittæ fuerunt, vt de manu potentis emissæ. Ait & Abacuc quasi ad ipsum Emmanuelem de sanctis Apostolis, [Iacula tua ibunt in luce coruscationis armorum tuorum.]

Psal. 44. Psal. 119. Cant. 5. Psal. 126. Abacu. 3.

Et suscitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, & attrectabo te quasi gladium pugnatoris.

LXI. En, doctores sacros ex Iudæis liquidò arcum suum vocat. Quinam enim filii Sion insurgentes contra filios Græcorum, nisi diuini discipuli, & Ecclesiarum suis quique temporibus Præsides, [Et rectè tractantes verbum Dei?] Nam Sion quæ animo videtur, quomodo alia præter Ecclesiam intelligatur? Oppugnant autem filios Græcorum, & bello lacessunt errore seductos, Deo illis vtente vt gladio bellatoris. Sic & diuinus Paulus militem Christi ornare cernitur. [Thorace enim iustitiæ] in Christo illum induit: præterea [galea salutis.] Insuper dat ei [gladium spiritus quod est verbum Dei.] Hoc igitur gladio contra Græcos vsi, pullulantem in illis falsam doctrinam amputant, & Dei sermonem maximè [penetrabilem, viuum, & efficacem] illis adhibentes, nequam, & immundum spiritum exscindunt, vt de cætero mente pura, & libera, & à dæmonum seruitute expedita, veræ cognitionis Dei sermonem suscipere queant.

2.Tim. 2.

Ephes. 6.

Hebr. 4.

Et erit Dominus super eos, apparebit, & egredietur sicut fulgur sagitta eius.

LXII. Docet Dominum Deum illis affuturum, vnáque pugnaturum, & resistentes euersurum. Ait enim, [erit Dominus super eos,] vtique super eos, qui ministris euágelii ipsius obiicere sese constituerunt. Quælibet autem sagitta, est institutor, siue Apostolus. Telo enim, siue sagittæ à Deo emissæ rursum eos cóparat. Addit, cursuram vt fulgur, illuminantem videlicet, & omniũ oculis citra nixum allabentem. Euaserunt autem adeò clari, ac fulgẽtes tum diuini discipuli, tum præcones Euágelii Saluatoris, & qui eos secuti sunt populorũ rectores, & præsides Ecclesiarũ, vt claritudinem virtutis eorum nemo ignorauerit. Atque hoc ipsum significans aiebat Saluator. [Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, aut sub lecto: sed super candelabrum, vt ingredientes lumen videant.] Et iterum. [Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.]

Matt. 5.

A Καὶ ἐπεγερῶ τὰ τέκνα σου Σιὼν ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ.

Ἰδοὺ δή, σαφῶς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μυσταγωγοὺς τόξον ἴδιον ὀνομάζει. ποῖα γὰρ τὰ τέκνα τῆς Σιὼν τὰ κατὰ τῶν Ἑλληνικῶν κατεξανιστάμενα τέκνων, εἰ μὴ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ οἱ τῶν ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς ἡγούμενοι, καὶ τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον; Σιὼν γὰρ ἡ νοητή, πῶς ἂν ἑτέρα
B νοοῖτο παρὰ τὴν ἐκκλησίαν; καταθλοῦσι δὲ τῶν τέκνων τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ καταστρατεύονται τῶν πεπλανημένων, Θεοῦ τεθηκότος αὐτοὺς ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ. οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον στρατιώτην καταποικίλλων ὁρᾶται. ἐνέδυσε μὲν γὰρ τὸν τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης περιτεθεικὼς αὐτοῖς θώρακα· καὶ μὴν καὶ τὴν τοῦ σωτηρίου περικεφαλαίαν. εἶτα δίδωσι τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. ταύτῃ δὴ οὖν τῇ μαχαίρᾳ κατὰ τῶν Ἑλληνικῶν κεχρημένοι τέκνων,
C ἀποκείρουσι μὲν τὴν ἐν αὐτοῖς βλαστάνουσαν ἀπάτην, καὶ τὸν τομώτατον τοῦ Θεοῦ λόγον ἐπιφέροντες αὐτοῖς, ὅς ἐστι ζῶν τε καὶ ἐνεργής, τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον ἐκκόπτουσι πνεῦμα, ἵνα δύναιντο λοιπὸν νῷ καθαρῷ τε, καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων πλεονεξίας ἀπηλλαγμένῳ, τὸν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας παραδέξασθαι λόγον.

Καὶ ἔσται κύριος ἐπ' αὐτούς, ὀφθήσεται, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ.

Ὅτι δὲ συνέσται κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῖς, δὲ συναγωνιεῖ,
D καταδικάσει τε τοὺς ἀνθεστηκότας διὰ τούτων ἀποδηλοῖ. ἔσται γάρ, φησί, κύριος ἐπ' αὐτούς, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἀνθίστασθαι μεμελετηκότας τοῖς ἱερουργοῦσι τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ. ἑκάστη δὲ βολὶς μυσταγωγός, ἢ ἀπόστολος, βέλει γὰρ ἤτοι βολίδι παρεικάζει πάλιν αὐτοὺς Θεοῦ πέμποντος, ὡς ἀστραπὴ δὲ δραμεῖται φησί, δῆλον δὲ ὅτι καταυγάζουσα, καὶ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀμογητὶ παρεισπίπτουσα. γεγόνασι δὲ οὕτω λαμπροὶ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθη-
E ταί, δὲ τῶν τοῦ σωτῆρος εὐαγγελίων κήρυκες, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους, λαῶν ἡγούμενοι, καὶ προεστηκότες ἐκκλησιῶν, ὡς ἀγνοῆσαι μηδένα τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀρετῆς τὸ φαιδρότατον. δὲ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν, ἔφασκεν ὁ σωτήρ. οὐδεὶς λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς. καὶ πάλιν ἑτέρωθι οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Καὶ κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν, καὶ καταναλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ καταχώσουσιν ἐν λίθοις σφενδόνης, καὶ ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον, καὶ πλήσουσιν ὡς φιάλας θυσιαστήριον. καὶ σώσει αὐτοὺς κύριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς πρόβατα λαὸν αὐτοῦ.

Συνασπιστὴν, ὡς ἔφην, καὶ συνόπλον αὐτοῖς παρείσησιν ἐναργῶς ὁ λόγος, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, διεσκευασμένον οὕτω, καὶ συναθλεῖν ἡρημένον, ὡς ἤδη δοκεῖν καὶ ἐξηρτῆσθαι πολεμικῶς, καὶ οἷον χωρεῖν μᾶλλον, καὶ τῇ κατ' ἐχθρῶν ὅλῃ χρῆσθαι δυνάμει, καὶ τῆς ἐνούσης εὐσθενείας αὐτοῖς. καταστρατεύεσθαί γε μὴν εὖ μάλα φησὶν, οὐχὶ τῶν διὰ πίστεως εἰς δικαίωσιν σαγηνευομένων, ἀλλὰ τῶν ἀθλίως ἀπειθηκότων τῷ θείῳ κηρύγματι, οὓς καὶ ὁ Παῦλος κατεσήμηνε, λέγων· θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη, καὶ ἐναργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. σαλπιεῖ τοίνυν ὁ κύριος, φησὶν, ἐν σάλπιγγι. λελάληκε γὰρ ὁ κύριος τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς πᾶσαν διῆττον τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἐξάκουστον γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ μυστήριον. ἦν μὲν γὰρ ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος ὁ Μωσῆς. τοιγάρτοι καὶ μόλις ἠκούετο κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν. ἥκιστά γε μὴν ἐν τούτοις ἐστὶν ὁ περὶ Χριστοῦ λόγος. ἀναπεφώνηκε γὰρ οἷά τις σάλπιγξ λαμπρὰ, καὶ εὐηχεστάτη, καὶ ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἠχὴν ἐνίεισα τὴν διαπρύσιον. βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιεῖται οὕτω τῶν ἑαυτοῦ δορυφόρων, ὡς οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανᾶσθαι τοὺς ἀνθισταμένους, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ σφενδόνης λίθοις αὐτοὺς καταχώσουσι καταπαίοντες γεννικῶς. ἐκπίονται δὲ καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν, τουτέστιν, οἷά τινες θῆρες ἐπιθρώσκοντες περιέσονται ῥᾳδίως, καὶ νεκροὺς ἀποφανοῦσι. προσοίσουσι δὲ τῷ τῶν πεπτωκότων αἵματι φιάλας πεπληρωμένας, καθάπερ τινὰ σπονδὴν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. εὐωδία γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ θυσία δεκτὴ τῶν οὐκ ἐώντων σώζεσθαι τοὺς πεπλανημένους ὁ θάνατος· εἰ γὰρ τῶν σωμάτων τοὺς φονευτὰς οὐκ ἄξιον ἐλεεῖσθαι· ὑποφέρεσθαι δὲ μᾶλλον ταῖς δίκαις, τὰ ἴσα παθόντας, τί ἂν τις λέγοι περὶ τῶν οἳ ψυχῶν ὀλετῆρες γεγόνασι, καὶ φθορεῖς;

Εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ Ἑλλήνων λογάδες, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας ἠρμένοι τὴν δόξαν, οἱ ἄνω τε, καὶ κάτω θεοὺς, καὶ θεὰς ὀνομάζοντες, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν ποιητὴν ἀνα-

A *Et Dominus omnipotēs in tuba clanget: & ibit in cōmotione minarum suarum. Dominus omnipotens proteget eos, & consument eos, & obruerent eos in lapidibus fundæ, & ebibent sanguinem eorum sicut vinum, & implebunt vt phialas altare. Et saluabit eos Dominus in die illa sicut oues populum suum.*

LXIII

Commilitonem, & armorum socium, vt dixi, claris verbis ipsis adiungit vniuersorum Deum, adeò instructum, & B simul certare cupidum, vt jam hostiliter ingruere, imo pedem conferre, & quidquid in se est virium in hostes, & in ipsorum robur effundere videatur. Rectissimè porrò inquit, bellum facturum non iis qui per fidem ad iustificationem tanquam sagena capti sunt: sed diuinæ prædicationi infeliciter obnitentibus, quos & Paulus notauit, cum dixit: [a Ostium enim mihi magnum, & euidens apertum est, & aduersarii multi. Canet igitur, inquit, tuba Dominus.] Locutus est C enim Dominus prædicationem euangelicam, quæ omnes terras peruasit, quando auditi potest ab omnibus mysterium. Erat enim tenui voce, & lingua tardus Moses, quare etiam vix per solam Iudæam exaudiebatur. At sermo de Christo talibus terminis nequaquam continetur. Nam vt buccina egregia, & sonantissima omnium auribus vbique insonuit. [Ibit autem ceu in commotione minarum suarum,] & sic proteget satellites suos, vt aduersa- D rii quasi ab igne consumantur, & tantum non etiam fundæ lapidibus eos vniuersè verberantes obruent. [Ebibent item sanguinem eorum,] hoc est, veluti quædam belluæ insilientes, facilè superabunt, & occident eos. Adhæc offerent phialas sanguine occumbentium plenas, vt libationem aliquam ad altare. Est enim suauis odor Deo, & acceptabile sacrificium, errantes saluari prohibentium interitus. Si enim interfectores corporum misericordiam E non merentur: sed pari potius supplicio multandi sunt, quid de corruptoribus, & iugulatoribus animarum dicemus?

a 1. Cor. 16.

Exod 4.

Quales haberi quoque possunt præstantes inter Græcos, & mundanæ sapientiæ gloriam consecuti, quibus crebrò in ore sunt dii deæque, & qui ad creaturam magis, quam ad creato-

torem colendum sollicitant, & cuilibet elemento Deo debitum honorem consecrant. Atqui mundum, non solùm quandiu ipsi viuebant, sed etiam ad tempora consequentia seduxerunt. Multa enim millia diuersis ætatibus illorum mendaciis persuasi, & frigidis, atque anilibus fabellis auscultantes perierunt. Sublati sunt itaque è medio in posterum tales. Euanescit enim scriptorum illorũ vanitas, fabulæ nihil agunt, & sanguis eorum quodammodo epotus est. Veritatis quippe dogmatis veluti quibusdam lapidibus è funda percussi obruuntur, & tanquam suauis odor Deum afflauit extincta eorum loquacitas. [Et saluauit Dominus vt oues populum suum.] Quoniam enim ipse est conditor omnium, meritò item populus eius dicentur, qui olim errauerant: quos vt gregem à latronibus abactum Christus saluauit, falsis pastoribus eiectis, & genere humano in tutelam suam recepto. [Ioan. 10.] [Ipse enim est pastor bonus, qui ponit animam suam pro ouibus suis.]

Quia lapides sancti voluuntur super terram eius. Quia si quid bonum illius, & si quid bonum ab eo, frumentum iuuenibus, & vinum boni odoris ad virgines.

LXIV. Lapides sanctos qui in terra eius voluuntur, quibúsque temporibus Ecclesiarum sanctos, qui mystagogorum magistrorúmque, officio fungi possint, nominatos esse, affirmamus. [Esai. 28.] Conformes enim sunt [lapidi electo, & summo angulari, & pretioso, posito à Deo & Patre in fundamenta Sion.] Quod si fundamentum lapis, coaptati, & coagmentati, & in templum sanctum Domino erecti, etiam ipsi non ineptè lapides nominantur. Volui autem illos appositissimè dicit, vt ad quiduis sanctorum agilitatem, celeritatémque declaret. Lapides enim orbiculares, seu rotundi, citra vllam difficultatem mobilissimi sunt, si quis eos impellere voluerit. Sic animus sanctorum ad omnia Deo grata obeunda est versatilis. Quoniam igitur lapides ita se habent, docet nos congruenter animatos esse. Quia si quid bonum, eius est, & si quid honestum, ab ipso est, nempe à Deo omnia nobis ad pietatem largiente. Quæ sunt autem ista? [Frumentum iuuenibus,

A πείθοντες προσκυνεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν στοιχείων τὴν Θεῷ πρέπουσαν ἀνατιθέντες δόξαν, καίτοι πεπλανήκασι τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ οὐχὶ δὴ μόνον κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἐν σώματι ζωῆς· ἀλλὰ καὶ εἰς χρόνους τοὺς ἐφεξῆς. μύριοι γὰρ ὅσοι κατὰ καιροὺς διαλώλασι τῆς ἐκείνων ψευδοεπείας ἡττώμενοι, καὶ ψυχροῖς καὶ γραώδεσι μυθαρίοις προσεσχηκότες. ἀνῄρηνται δὴ οὖν οἱ τοιοίδε λοιπόν. οἴχεται γὰρ τῆς ἐκείνων συγγραφῆς ἡ βεβήλωσις, ἀπεσβήκασιν οἱ μῦθοι, καὶ οἱονεὶ ἐκπέποται τὸ αἷμα αὐτῶν. B τοῖς γὰρ τῆς ἀληθείας δόγμασι καθάπερ τισὶ λίθοις τοῖς ἐκ σφενδόνης καταπαιόμενοι καταχώννυνται, καὶ γέγονεν, ὡς ἔφην, εὐωδία Θεῷ τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας ἡ ἀπώλεια, καὶ σέσωκε κύριος ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ. ἐπειδὴ γάρ ἐστι τῶν ὅλων αὐτὸς ποιητής, λαὸς αὐτοῦ λέγοιντο ἂν εἰκότως καὶ οἱ πάλαι πλανώμενοι, οὓς ὡς ἀγέλην ἀπεληλαμένην ὑπὸ λῃστῶν σέσωκεν ὁ κύριος, τοὺς ψευδοποίμενας ἐκβαλών, καὶ ὑπὸ χεῖρα τιθεὶς ἰδίαν τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἔστι γὰρ αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ C καλός, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Διότι λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ. ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ, σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους.

Λίθους μὲν ἁγίους τοὺς ἐν τῇ γῇ τοῦ Θεοῦ κυλιομένους τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ καιροὺς ἁγίους, οἵπερ ἂν γένοιντο μυσταγωγοί, καὶ διδάσκαλοι κα- D τωνομάσθαι φαμέν. σύμμορφοι γὰρ γεγόνασι τῷ λίθῳ τῷ ἐκλεκτῷ, καὶ ἀκρογωνιαίῳ, καὶ ἐντίμῳ, τῷ τεθειμένῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς τὰ θεμέλια Σιών. εἰ δὲ λίθος ὁ θεμέλιος, οἱ συναρμολογούμενοί τε, καὶ συμβιβαζόμενοι, καὶ εἰς ναὸν ἅγιον ἀνιστάμενοι τῷ Θεῷ, λίθοι καὶ αὐτοὶ πιθανῶς ὀνομάζονται. κυλίεσθαί γε μὴν αὐτοὺς εὖ μάλα φησί, τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἁγίων οἱονείπως εὔστροφον, καὶ γοργόν, διὰ τούτου σημαίνων. οἱ E γάρ τοι περιφερεῖς, ἤγουν σφαιροειδεῖς τῶν λίθων, ὄχλου παντός εἰσιν ἀμείνους, καὶ τῶν ἄλλων εἰς κίνησιν ἑτοιμότεροι, εἴ τις ἕλοιτο κινεῖν. εὐάγωγος δὲ λίαν εἰς ὅ τι τῷ Θεῷ δοκοῦν τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. οὕτως οὖν ἡμῖν ἐχόντων τῶν λίθων, πρέπει ἂν ἡμᾶς διακεῖσθαι καὶ ἀραρότως. ὅτι εἴ τι ἀγαθόν, αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλόν, παρ' αὐτοῦ. δῆλον δὲ ὅτι τοῦ πάντα ἡμῖν τὰ πρὸς εὐσέβειαν διανέμοντος Θεοῦ. ποῖα δὲ ταῦτά ἐστι; σῖτος νεανίσκοις,

καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους. τοῖς μὲν γὰρ ἀνδριζομένοις, καὶ νεανικῷ φρονήματι πρὸς τὸ αὐτοῦ δοκοῦν ἀπονενευκόσι, καὶ πληροῦν ἑλομένοις τὸ ἀγαθὸν, δοθήσεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ἔτι μείζων ἰσχὺς, ὡς ἐν σίτῳ νοουμένη. στηρίζει γὰρ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου. τοῖς γε μὴν ἤδη διηγνισμένοις, καὶ ἀμόλυντον ἔχουσι τὸν νοῦν, οἳ καὶ σεμναῖς, καὶ ἁγίαις παρθένοις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, οἶνος δοθήσεται νοητὸς, ἡ περὶ Θεοῦ δηλονότι σοφῆς τε, καὶ ἀκιβδήλευτος γνῶσις, ἡ κατευφραίνουσα καρδίαν ἀνθρώπου. οὐκοῦν νεανίσκοι τε, καὶ παρθένοι, οἱ κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντας λόγους, εἰς εὐρεῖάν τε, καὶ ἀμφιλαφῆ μέθεξιν τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν κεκλήσονταί τε εἰκότως, καὶ ἀκούσονται Θεοῦ λέγοντος, φάγετε, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε οἱ πλησίον. πλησίον γὰρ οἱ τοιοίδε Θεοῦ· καὶ οὐ σχέσει τοπικῇ· λῆρος γὰρ τοῦτο νοεῖν, ἢ φρονῆσαι· παρουσίᾳ δὲ διανοίας τῆς λίαν ἀλκιμωτάτης, καὶ τῇ πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἐφέσει, καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς αὐτόν. ὥσπερ γὰρ ἐξίστησιν ἡμᾶς, καὶ οἷον ἀποφέρει μακρὰν ἡ φαυλότης· οὕτω Θεῷ παρίστησιν ἡ ἀρετὴ, τὸ διιστῶν ἡμᾶς, καὶ μεσολαβοῦν ἐκ μέσου γενέσθαι παρασκευάζουσα, φημὶ δὲ τὴν ἁμαρτίαν.

A & vinum odoratum ad virgines.] Viros enim se præbentibus, & animosè eius beneplacitum curantibus, & virtuti seruire cupientibus, dabitur ab eo maius adhuc robur, quod in frumento intelligitur. [Panis siquidem cor hominis confirmat.] *Psal. 103.* Purgatis verò, & animum gerentibus incontaminatum, qui & venerabilibus, & sanctis virginibus comparari iure queant, vinum dabitur, quod intelligentiæ patet, Dei nimirum plena, & germana cognitio, [lætificans cor hominis.] *Eccles. 40.* B Quocirca adolescentes, & virgines iuxta rationes modò à nobis explicatas, ad amplam, & copiosam bonorum supernorum communionem meritò vocabuntur, audiéntque Deum dicentem, [Comedite, & bibite, & inebriamini propinqui.] *Cant. 5.* Hi enim sunt propinqui Dei: non affectione secundum locum (quod sine ineptia intelligi, aut cogitari non potest) sed animi præsentia longè robustissima, & desiderio ad quiduis optimum, & charitate erga illum. C Quomodo enim deturbat nos, & quasi longius abducit improbitas: sic virtus nos Deo sistit, id quod nos disiungit, & intercedit, peccatum inquam, è medio remouens.

ΚΕΦΑΛ. ι.

Αἰτεῖσθε παρὰ κυρίου ὑετὸν καθ' ὥραν, πρώϊμον, καὶ ὄψιμον.

ΩΣΠΕΡ γὰρ οὔτε σῖτος ἐν ἀγροῖς γένοιτ' ἂν πόνου δίχα, οὔτ' ἂν εὔθετός τε, καὶ εὔοινος ἄμπελος· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν οὐκ ἂν γένοιτο τις εὐκαρπία πνευματικὴ, μὴ οὐχὶ Θεοῦ καθιέντος ὑετοῦ δίκην εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τὴν ἑαυτοῦ λογίων τὴν ἀποκάλυψιν, καὶ γνῶσιν ἡμῖν οἱονεὶ ἐνστάζοντος τοῦ τε ἀρχαίου, καὶ νέου γράμματος, τουτέστι, τοῦ νομικοῦ, καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ· ὑετοὶ γὰρ οἱ τοιοίδε πρώϊμός τε, καὶ ὄψιμος εἶεν ἄν. ὅτι δὲ οὐκ ἀσυντελὴς εἰς ὄνησιν ἡ τοῦ νόμου γνῶσις, καὶ θεωρία πνευματικὴ, παιδαγωγεῖ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς διὰ τύπου, καὶ σκιᾶς ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις. μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. ἔφη δέ που καὶ περὶ τῶν γραμματέων, καὶ Φαρισαίων, ὡς ἐκ νομικῆς παιδεύσεως καλουμένων

CAPVT X.

Petite à Domino pluuiam in horas, matutinam, & serotinam.

D QVEMADMODVM enim neque frumentum in agris citra laborem prouenerit, neque vinea multum, ac bonum vinum protulerit: ita & in nobis nulla existere poterit fertilitas spiritualis, nisi Deus instar pluuiæ eloquiorum suorum reuelationem in animos, & corda nostra demiserit, notitiámque nobis veteris, ac noui testamenti, hoc est legalis, & euangelici, quasi instillauerit: hæ námque matutina, & serotina pluuiæ fuerint. Non esse autem infructuosam cognitionem, & E commentationem spiritualem legis, quin eam erudire nos per figuras, & vmbras ad mysterium Christi, probat Saluator, Iudæis ipse loquens. [Ne putetis me accusaturum vos apud patrem: est qui accusat vos Moses vester, in quē vos sperastis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.] *Ioan. 5.* Ait & alicubi de Scribis, & Pharisæis, vt ex legali institutione ad meliorem,

LXV.

meliorem, hoc est, euangelicam vocatis. [Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.] Petentes igitur à Deo legalem, & euangelicam scientiam, & nos dignos exhibentes qui obtineamus, vtique accipiemus, & in animum thesauros congeremus, vetera & noua colligentes, & mentem vbertate maxima cumulantes.

Matth. 13

Dominus fecit phantasias, & pluuiam hybernam dabit eis, vnicuique herbam in agro. Quoniam loquentes locuti sunt labores, & diuini visiones falsas, & insomnia falsa loquebantur, vanè consolabantur. Ideo exaruerunt vt non habentes pluuiam, & afflicti sunt sicut oues, quia non erat sanatio.

LXVI. Occulta quadam sententia hic locus prægnans est, quam prius à me perspicuè declarandam existimo: sic enim consilium & scopum Prophetæ in verbis recitatis studiosi percipient. Erat enim illi sermo de sanctis, quos & lapides sanctos nominabat, iisque frumentum inprimis conuenire affirmabat, vt viriliter agentibus, siue iuuenibus, atque etiam vinum bene olens, quod essent virgines, id est, casti, & incontaminati. [Qui enim sunt Christi Iesu, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis,] vt diuinus Paulus scribit. Præcepit autem ipsis petere pluuiam matutinam, & serotinam. Deinde errantium mentione interiecta, velut causam adducit, cur nec frumentum, nec vinum habeant ipsi, nec pluuiis, quæ intellectu perspiciuntur, irrigentur, vt inde in agris herbam non habeant. Et verba quidem tanquam de rebus sensum tangentibus fiunt: sed quam continent theoriam, subtilis est admodum, & purissima. Inquit enim, Deo faciente phantasias, hoc est, fulgura, & pluuiam hybernam terris vtilem effundente, & cuique, agrestium videlicet, herbam suppeditante, seduxerunt eos, qui loquuntur, hoc est, falsiloqui, & mendaces, & vaticinia de corde suo proferentes. Hi locuti sunt labores, hoc est, non ad requiem credentium illis: sed per quæ cogerentur versari in miseria, vt Deum offendentes, & ab eo despecti.

Galat. 5.

ἐπὶ τὴν εὐαγγελικήν. διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ, καὶ παλαιά. οὐκοῦν αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ τήν τε νομικὴν, καὶ εὐαγγελικὴν ἐπιστήμην ἀξίους τε τοῦ λαβεῖν ἑαυτοὺς παραστήσαντες, ληψόμεθα πάντως, ἐν τοῖς εἰς νοῦν ἔσω πληρώσομεν θησαυροὺς, παλαιά τε, καὶ νέα συλλέγοντες, πλείστης τε ὅσης πνευματικῆς εὐκαρπίας ἀναμεστοῦντες τὸν νοῦν.

Κύριος ἐποίησε φαντασίας, καὶ ὑετὸν χειμερινὸν δώσει αὐτοῖς, ἑκάστῳ βοτάνην ἐν ἀγρῷ. Διότι οἱ ἀποφθεγγόμενοι ἐλάλησαν κόπους, καὶ οἱ μάντεις ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, μάταια παρεκάλουν. διὰ τοῦτο ἐξηράνθησαν ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα, διότι οὐκ ἦν ἴασις.

Ὠδίνει τινὰ κεκρυμμένην ἔννοιαν τὸ προκείμενον, ἣν ἀναγκαῖον οἶμαί που προδιαπερανοῦσθαι σαφῶς, συνήσει γὰρ οὕτω τὸν τῶν τοῦ Προφήτου ῥημάτων τὸν σκοπὸν οἱ φιλεπιστήμονες. ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων, οὓς καὶ λίθους ἁγίους ὠνόμαζε, σῖτόν τε αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρέπειν ἔφασκεν, ὡς ἀνδριζομένοις, ἤγουν νεανίσκοις, καὶ μὴν καὶ οἶνον εὐωδιάζοντα, διά τοι τὸ εἶναι παρθένοις, τουτέστιν, ἁγνούς τε, καὶ ἀβεβήλους. οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. αἰτεῖν δὲ αὐτοῖς προσέταχε καὶ ὑετὸν πρώϊμον, καὶ ὄψιμον· εἶτα μεταξὺ τῆς περὶ τῶν πλανωμένων παρεμβαλούσης μνήμης, τὴν αἰτίαν ὥσπερ ἀποδίδωσιν ἐν τούτοις, τοῦ μήτε σῖτον, μήτε μὴν οἶνον ἔχειν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐδὲ ὑετοῖς καταρδεύεσθαι τοῖς νοητοῖς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς μὴ ἔχειν ἐν ἀγρῷ βοτάνην. καὶ ὁ μὲν λόγος ὡς ἐπὶ πραγμάτων ἐκπεποίηται τῶν αἰσθητῶν· ἥγε μὴν ἐν αὐτοῖς θεωρία λεπτή τε ἄγαν ἐστὶ, καὶ πολὺ λίαν ἔχουσα τὸ εἰλικρινές. Θεοῦ γάρ φησι ποιοῦντος φαντασίας, τουτέστιν, ἀστραπὰς, καὶ ὑετὸν τῇ γῇ τὸν χειμερινὸν χέοντος, ὅς ἐστι χρήσιμος, καὶ μὴν καὶ ἑκάστῳ, τῶν ἐν ἀγροῖς δηλονότι, διδόντος βοτάνην, πεπλανήκασιν ἐκείνους οἱ ἀποφθεγγόμενοι, τουτέστιν, οἱ ψευδεπεῖς τε, καὶ ψευδηγόροι, καὶ μαντείας λέγοντες τὰς ἀπό γε τῆς σφῶν καρδίας· οὗτοι λελαλήκασι κόπους, τουτέστιν, οὐ τὰ εἰς ἀνάπαυσιν τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ δι' ὧν ἀνάγκη καμεῖν, Θεῷ προσκρούοντας, καὶ παρορωμένους.

οἱ δέ γε μάντεις καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλησαν, εὐηχοῦντες αὐτοῖς δηλονότι τὰ καταθύμια, καὶ χρηστῆς μὲν ἐλπίσι καταπιαίνοντες, φάσκοντες δὲ ἀληθὲς οὐδὲν ἀλλ' εἰς ἀπάτην, καὶ πλάνησιν ἀποφέροντες, ἥκιστα μὲν καταδεικνύοντές σφισι τὸν τῶν πνευματικῶν δοτῆρα, καὶ χορηγὸν· ἀναπείθοντες δὲ μᾶλλον αἰτεῖν τὴν εὐημερίαν παρὰ τῶν ψευδωνύμων Θεῶν. Ταύτητοί φησιν ἐξηράνθησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα. οὐ γὰρ ἦν βοτάνη, οὐκ ἦν ἴασις. οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ καταδεσμῶν τὸ συντετριμμένον, ὁ ἀνιστῶν τὸ κατερραγμένον, ὁ ἀνακτώμενος τὸ κεκακωμένον. προσεκτέον δὴ οὖν, οὐχὶ τοῖς ἀποφθεγγομένοις τὰ μάταια, ψευδοεπέσι τε, καὶ βωμολόχοις, καὶ ἐνυπνιασταῖς· Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ εἰς νοῦν ἡμῖν ἐναστράπτοντι τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς, καὶ νοητοὺς ὑετοὺς καταχέοντι, τὰς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρακλήσεις, λέγω, καὶ βοτάνην ἀναφύοντι τοῖς ἐν ἀγρῷ, τουτέστι πάλιν, εὐανθεστάτην ὥσπερ ἡμᾶς κατανέμοντι πόαν, τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὴν ἀμώμητον γνῶσιν. ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· ἀλλ' εἰ ἕλοιτό πως εἰς νοῦν τῶν θείων λογίων τὴν γνῶσιν, καὶ τροφῆς μετάσχοι τῆς πνευματικῆς, τότε δὴ τότε τὴν νοθείαν ἀποβαλὼν, ἐν τιμῇ πάλιν ἔσται, λογισμῷ τῷ σώφρονι διοικούμενος, καὶ τὴν ἀνθρώπῳ πρέπουσαν ἀναβαλὼν φρένα.

Ἐπὶ τοὺς ποιμένας παρωξύνθη ὁ θυμός μου, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀμνοὺς ἐπισκέψομαι.

Ποιμένας ἐν τούτοις, καθάπερ ἔγωγε οἶμαι, τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδομάντεις ἀποκαλεῖ, καὶ τοὺς τῆς ἀπάτης καθηγητὰς, ὄλεθρόν τε, καὶ πάγην γεγονότας τοῖς, οἳ τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ δόξης ἡμαρτηκότες, τὴν αὐτῷ πρέπουσαν τιμὴν, καὶ λατρείαν ἀνατεθείκασι τῇ κτίσει, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, καθὰ γέγραπται.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ τοῖς ψευδομάντεσι καὶ τοὺς τῶν Ἑλλήνων συνάψαι λογάδας, οἳ δὴ σοφοὶ δοκοῦντες ἄγαν, τῇ ἑαυτῶν εὐγλωττίᾳ τοὺς αὐτοῖς προσκειμένους πεπλανήκασι, καὶ ὥσπερ τινὲς ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ κατεβόσκησαν ἐν ἀκάνθαις, καὶ εἰς πολλὴν ἀχρειότητα σαθρῶν ἐννοιῶν. τί γὰρ παρ' ἐκείνοις τὸ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ὠφελοῦν; κατὰ τούτων αὖ ἥρμοττε, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, καὶ μάλα εἰκότως. ἐξωλόθρευσαν γὰρ οὐχὶ δὴ μόνον τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἀλλὰ πρὸς ταύταις καὶ τὰς ἑτέρων πεπλανήκασιν, ὡς ἔφην, ἐν τῷ τῆς λέξεως κόμπῳ μονονουχὶ καὶ χρυσοῦντες τὸ ψεῦδος

Porrò arioli etiam somnia falsa loquebantur, mulcentes eorum aures videlicet rebus iucundis, & bona spe pascentes, nihil tamen verum dicentes: sed in fraudem, & errorem abripientes, miniméque spiritualium datorem, & suppeditatorem illis ostendentes: quin persuadentes, vti fœlicitatem potius à diis commentitiis exposcerent. [Ideò, inquit, exaruerunt, vt non habentes pluuiam, & afflicti sunt, vt oues.] Non enim erat herba, [non erat sanatio.] Neque enim erat inter eos qui alligaret quod contritum, qui erigeret, quod confractum, qui recrearet, quod afflictũ erat. Attendendum igitur, non loquentibus vana, mendacibúsque, & assentatoribus, & somniatoribus: sed Deo potius, lumine veræ cognitionis diuinæ in animum coruscanti, & pluuias intellectiles, Spiritus sancti consolationes inquam demittenti, & herbam agrestibus producenti, quod est, velut in viridissima herba, in cognitione nulli reprehensioni obnoxiæ, ac diuinitus inspiratæ scripturæ nos pascenti. [Homo enim cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Sed si notitiam diuinorum eloquiorum in pectus, admiserit, & de alimento spirituali participauerit, tum demum spurius esse desinens, prudenti ratione gubernatus, & cogitationibus homine dignis susceptis, rursum in honore erit.

Ezech. 34. — Psal. 48.

Super pastores concitatus est furor meus, & super agnos visitabo.

LXVII.

Pastores hoc loco, vt arbitror, Pseudoprophetas, & falsos vates, & magistros erroris appellat, pestémque, & laqueum iis, qui vera de Deo opinione relicta, honorem, & cultum ipsi proprium creaturæ dedicarunt, & opera manuum suarum adorauerunt, sicut scriptum est.

Psal. 113.

Nec alienum est, falsis vatibus etiam Græcos quosdam quasi maiorum gentium adiungere, qui cũ sapientissimi numerarentur, eloquentia sua ipsis adhærentes seduxerũt, & vt pastores non boni in spinis, & in multa vanitate cogitationum inutilium pauerunt. Quid enim apud illos ad cognitionem veritatis cõducit? Hi dignissimi sunt qui à Deo puniantur. Non enim tantummodo suas animas perdiderunt: sed insuper aliorũ in errorem induxerũt, vt dixi, verborum ampullis mendacium quasi inaurantes,

& oratione ad deceptionem abutentes. Visitat autem agnos, miseratus videlicet, & ex fallacia ad agnitionem veritatis transferens, & ex vagis erroribus in viam rectam impellens. Sicut enim res poscebat, vt iniuriosis in eos pro magnitudine iniuriarum supplicia irrogarentur, ita rursum cum diuina mansuetudine, & iusto iudicio coniunctissimũ erit, benignam in eos qui talia passi sunt ferre sententiam. Oportebat enim, oportebat, inquam, saluari iniquè tractatos, Deo se ab eis antea læsum obliuiscente, & pastorum fraudibus magis, ac præter voluntatem subactos pœna liberante.

Et visitabit Dominus Deus omnipotens gregem suum domum Iuda, & ponet eos vt equum decorum suum in prælio, & ex ipso respexit, & ex ipso posuit arcum in spiritu furoris, & ex ipso egredietur omnis abactor in idipsum. Et erunt quasi bellatores conculcantes lutum in viis in bello, & bellabunt, quia Dominus cum eis.

XXVIII. Quonam modo pastores malè multaturus sit, visitaturúsque & recuperaturus agnos, clarè ostendit. Productis enim ex Iudæis mundi doctoribus sanctis Apostolis, & Euangelistis, per eos Græciæ sapientes debellauit, & ab eorum garrulitate agnos eripuit, fallaciæque laqueis extricatos, in veram, & nulli culpæ affinem Dei cognitionem transtulit. Ait ergo, [visitabit gregem suum domum Iuda.] Faciet autem eum velut equum decorum, & bellicosissimum, quo quasi spiritualiter vectus, Græcorum linguam, vt dixi, oppugnabit, eorúmque sapientiæ deformitatem, & omnis fructus vacuitatem patefaciet. Quin enim per Græcorum dispersiones diuini discipuli tanquam equi quidam fuerint, aduersus eorum loquacitatem, & Deo exosam fallaciam tantum non hinnientes, quis dubitet? cum Christus de beato Paulo dicat ad Ananiam, [Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.] Et Abacuc quasi Dominum nostrum Iesum Christum alloquens, [Quoniam ascendet super equos tuos, & equitatio tua salus.] Inquit igitur, [ponet ipsum, vt equum decorum in bello, & ex ipso respexit.] Proinde ac si dicat,

Act. 9.

Abac. 3.

καὶ τὴν τοῦ λόγου χρείαν δαπανῶντες εἰς φεναχισμούς. ἐπισκέπτεται γε μὴν τοὺς ἀμνούς, οἰκτείρων δηλονότι, καὶ μεταθεὶς ἐξ ἀπάτης εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ ἐκ τοῦ περιπλανᾶσθαι μεταστοιχειῶν εἰς εὐθεῖαν ὁδόν. ὥσπερ γὰρ ἦν ἀκόλουθον, τοῖς ἠδικηκόσιν αὐτοὺς τὴν τοῖς ἀδικήμασι πρέπουσαν ἐπαρτῆσαι δίκην· οὕτω δὴ πάλιν θεοπρεποῦς ἡμερότητος, καὶ ψήφου δικαίας ἀμοιρήσειεν ἂν οὐδαμῶς, τὸ ἐπὶ τοῖς πεπονθόσι φιλάνθρωπον κεῖμα. ἔδει γὰρ, ἔδει σώζεσθαι τοὺς ἠδικημένους, ἀμνησικακοῦντος Θεοῦ, καὶ ποινῆς ἀπαλλάττοντος τοὺς τῆς ἐκείνων πλεονεξίας τάχα που καὶ ἀβουλήτως ἀπενηνεγμένους.

Καὶ ἐπισκέψεται κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τάξει αὐτοὺς ὡς ἵππον εὐπρεπῆ αὐτοῦ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψε, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔταξε τὸ τόξον ἐν πνεύματι θυμοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται πᾶς ὁ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ πατοῦντες πηλὸν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐν πολέμῳ, καὶ παρατάξονται, διότι κύριος μετ' αὐτῶν.

Τίνα δὴ τρόπον ὁ ποιῶν μὲν τοῖς ποιμέσι τὰ ἐξ ὀργῆς, ἐπισκέψεται δὲ, καὶ ἀνασώσει τοὺς ἀμνούς, καθίστησιν ἐναργές. ἀναδείξας γὰρ ἐξ Ἰουδαίων τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγούς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ εὐαγγελιστάς, κατηγωνίσατο μὲν δι' αὐτῶν τοὺς Ἑλλήνων σοφούς, ἐξείλετο δὲ τοὺς ἀμνούς, τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας, καὶ τῶν τῆς ἀπάτης βρόχων ἀπαλλάξας, μετίστησιν εἰς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, καὶ ἀμώμητον. ἐπισκέψεται τοίνυν φησὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα. ποιήσεται δὲ αὐτὸν ὡς ἵππον εὐπρεπῆ, καὶ πολεμικώτατον, ἐφ' ᾧ νοητῶς μονονουχὶ καὶ ἐποχούμενος, τῆς Ἑλλήνων, ὡς ἔφην, καταστρατεύσεται γλώττης, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς σοφίας καταγγελεῖ τὸ ἀκαλλές, καὶ ἀνόνητον. ὅτι γὰρ ἐν ταῖς Ἑλλήνων διασποραῖς οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταὶ οἷά τινες ἵπποι, μονονουχὶ καταχρεμετίζοντες τῆς παρ' αὐτοῖς ἀθυροστομίας, καὶ θεοστυγοῦς ἀπάτης, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Χριστοῦ λέγοντος περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου, πρὸς Ἀνανίαν, πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε, καὶ βασιλέων, καὶ υἱῶν Ἰσραήλ. ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ ὡς πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου, σωτηρία. ὑπεκοιῶν τάξει αὐτὸν φησὶν ὡς ἵππον εὐπρεπῆ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψεν. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι.

κατεσκέψατο μὲν ὡς Θεὸς τοὺς ἐπιτηδείους εἰς διακονίαν τῆς εὐαγγελικῆς κηρύγματος, ἀπολέκτους γεμὴν ἐποιήσατο τοὺς ἐξ Ἰούδα, καὶ ἐξ αὐτῶν ἔταξεν. εἵλετο γὰρ αὐτοὺς τῶν ἰδίων θελημάτων ὑπηρέτας γενέσθαι, καὶ συνεργοὺς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος οἱονεὶ μεσίτας, καὶ διακόνους. ἔτι δέ φησιν, ἐξ αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ Ἰούδα τὸ ἐν θυμῷ τεινόμενον τόξον κατὰ τῶν ὑπεναντίων. ἐξ αὐτοῦ δὲ πάλιν ἐξελεύσεται καὶ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. ἐξελαύνοντα δὲ, ὥσγε οἶμαι, φησὶ τὸν ληιλατοῦντά τε, καὶ αἰχμαλωτίζοντα.

Δεδράκασι δὲ τοῦτο οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἁρπάζοντες, καὶ τῷ μεγάλῳ προσκομίζοντες βασιλεῖ, φημὶ δὲ Χριστῷ, ἵνα ὑπ' αὐτῷ τε εἶεν, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἕλοιντο, τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ὀψὲ, καὶ μόλις ἀποσεισάμενοι τὸν ζυγόν. κατηνδρίσαντο δὲ οὕτω τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ὡς ἤδη πως δοκεῖν πηλὸν τοῖς τριόδοις διερριμμένον συμπατεῖν. καὶ γὰρ ἦν κύριος μετ' αὐτῶν, ὁ ποιῶν μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε, καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ἐπεφώνει δέ που καὶ ὁ Χριστὸς, τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν. ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. ἰστέον δὲ ὅτι πνευματικὴν μὲν ἡμεῖς ἐξυφαίνοντες θεωρίαν, τὰ τοιαῦτα φαμέν.

Ἰουδαίοις γεμὴν οὐχ ὧδε ἔχειν τὸ χρῆμα δοκεῖ, διηγοῦνται δὲ μᾶλλον ἱστορικῶς, καί φασιν, ὅτι μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν πεπολέμηκεν αὐτοὺς ὁ ἐπίκλην ἐπιφανὴς Ἀντίοχος πλείστην τε ὅσην συναγαγὼν ἐκ τῆς Ἑλλήνων χώρας τῶν μαχαιροφόρων τὴν ἄθροισιν, καὶ μὴν καὶ ταῖς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίαις ὀφρυωμένος· ἀλλ' ὡς αὐτοί φασι, νενίκηκεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὴν ἀμείνω δόξαν ἀπηνέγκατο. τότε γὰρ συμβέβηκε καὶ τοὺς ἐκ Μακκαβαίων μεμαρτυρηκότας τὸν τῆς εὐδοκιμήσεως ἀναδήσασθαι στέφανον. παρακομίζουσι δὲ τῶν αὐτοῖς δοκούντων εἰς ἀπόδειξιν τάτε ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένα, καὶ τὰ ὀλίγῳ κατόπιν, ἔχουσι δὲ οὕτως. διότι ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ Ἰούδα, ὡς τόξον, ἔπλησα τὸν Ἐφραὶμ, καὶ ἐπεγερῶ τὰ τέκνα σου, Σιὼν, ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ, καὶ ἔσται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ. καὶ κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν.

Καὶ καταισχυνθήσονται ἀναβάται ἵππων,

Considerauit non quidem vt Deus ad ministerium prædicationis Euangelicæ idoneos, elegit autem de tribu Iuda, & ex ipsis prædicatores constituit. Voluit enim eos suæ voluntatis ministros, & adiutores, & gratiæ ab ipso donandæ velut mediatores, & dispensatores fieri. Præterea *ex ipso*, inquit, hoc est, Iuda in furore intentus est arcus contra aduersarios. Ex ipso insuper [egredietur & abactor in idipsum.] Abactorem, puto, appellat prædatorem, & captiuos ducentem.

Fecerunt hoc sancti discipuli, de Græcis rapientes, quos magno regi, Christo, inquam, obtulerunt, vt sub ipso essent, & quæ eius sunt, sapere vellent, diabolicæ seruitutis iugo serò, & vix tandem excusso. Adeo autem contra Græcorum sapientes strenuè diuini discipuli se gesserunt, vt iam quodammodo lutum in triuiis iacens conculcare viderentur. Etenim Dominus erat cum ipsis, [Qui facit magna, & inscrutabilia, gloriosa, & ingentia, quorum non est numerus.] Compellat & Christus alicubi credentes in se. [Ecce dedi vobi potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.] Sciendum porrò, nos, spiritualem interpretationem contexentes hæc dicere.

Iob. 5.

Luc. 10.

At Iudæis diuersum placet, qui hæc historicè potius accipiunt, affirmántque, post tempus captiuitatis hostiliter eos inuasisse Antiochum cognomento Epiphanem, cum copiis è Græcia infinitis, & ab aliis gentibus auxiliaria contracta manu, vnde supercilium tollebat. Sed vt ipsi confitentur, vicit Israel, & de illius immanitate gloriam sibi comparauit. Tunc enim contigit Maccabæos martyrio virtutem confessos, celebritatis corona redimiri. Ad probationem sententiæ suæ modo, & paulò suprà à nobis dicta producunt, quæ hunc in modum habent. [Quoniam tetendi mihi te Iuda, vt arcum, impleui Ephraim, & excitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, & contrectabo te vt gladium bellatoris. Et erit Dominus super eos, & egredietur vt fulgur iaculum eius. Et Dominus omnipotens tuba canet, & ibit in commotione minarum eius. Dominus omnipotens proteget eos.]

1. Mach. 6. 7.

Et confundentur ascensores equorum,

& confortabo domum Juda, & domum Joseph saluabo, & habitare faciam eos, quia dilexi eos.

A καὶ κατισχύσω τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τὸν οἶκον Ἰωσὴφ σώσω, καὶ κατοικιῶ αὐτούς· ὅτι ἠγάπησα αὐτούς.

LXIX. Asseuerant rursum Iudaicis narrationibus patrocinantes, pugna cum Græcis inita, illorum equites periisse, vicisse Israelitas, vt regionem suam, Iudæam nempe, habitarent omni terrore vacui, nemine omnino abducto, seu captiuo facto. At nos prioribus conuenientem, & germanam explicationem sensuum afferre studentes, ascensores equorum confusos non alios esse contendimus, quam Græcorum dogmatum præsides, & seductionis Deo exosæ propugnatores, quibus prostratis vicit Iudas, & saluata est quoque domus Ioseph. Significatur autem per hæc Israeliticus sanguis, & genus, siue iustificatorum in Christo multitudo, in animo & corde Iudæum circumferentium, & circumcisionem sortitorum in spiritu, & mentem gerentium, quæ videt Deum, hoc enim Latinè sonat Israel. Quia verò dilecti sunt à Deo, ideo & in habitatione collocati, hoc est, firmam in omnibus fœlicitatibus permansionem adepti sunt. Scriptum est enim, [Dominus habitare facit vnanimes in domo.] Ait & alicubi diuinus Esaias de eo qui vitam agit virtute singularem, [Ambulans in iustitia qui odit iniquitatem, & iniustitiam, & manus abstinens à muneribus. Obturans aures, vt non audiat iudicium sanguinis, & claudens oculos, vt non videat iniquitatem, hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis.] Probabiliter etiam dicemus, domum datam à Deo sanctis Ecclesiam, siue supernas mansiones: quam rem omni admiratione dignam censet, & beatus Dauid, sic vniuersorum Saluatorem alloquens: [Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te.]

(Rom. 2. — Psal. [illegible] — Esai 33. — Psal. 8.)

Φασὶ δὲ πάλιν οἱ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς συναγορεύοντες διηγήμασιν, ὅτι συγκεκροτημένης τῆς πρὸς Ἕλληνας μάχης, οἱ μὲν ἐκείνων ἱππεῖς διολώλασι, κεκρατήκασί γε μὴν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ, ὡς κατοικῆσαι τὴν χώραν αὐτούς, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἰουδαίαν, παντὸς ἐλεύθεροι δείματος, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀποικισθέντος, ἤγουν αἰχμαλώτου γεγενημένου. B ἡμεῖς δὲ τοῖς προτέροις συμβαίνουσάν τε, καὶ ἀδελφὴν ποιεῖσθαι σπουδάζοντες τὴν τῶν νοημάτων ἀπόδοσιν, ἀναβάτας ἵππων τοὺς κατῃσχυμμένους οὐχ ἑτέρους εἶναί φαμεν, ἢ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων προεστηκότας, καὶ ἀπάτης τῆς θεομισοῦς ὑπερεθλεῖν εἰωθότας, ὧν κατερραγμένων κεκράτηκεν ὁ Ἰούδας, σέσωσται δὲ καὶ ὁ οἶκος Ἰωσήφ. κατασημαίνεται δὲ διὰ τούτων τὸ ἐξ Ἰσραὴλ αἷμά τε καὶ γένος, ἤγουν ἡ τῶν ἐν Χριστῷ C δεδικαιωμένων πληθύς, τὸν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν περιφέροντες Ἰουδαῖον, καὶ περιτομὴν λαχόντες τὴν ἐν πνεύματι, καὶ νοῦν ἔχοντες ὁρῶντα Θεόν, ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ὁ Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ ἠγάπηνται παρὰ Θεοῦ, ταύτητοι καὶ κατῳκίσθησαν, τουτέστιν, ἐρηρεισμένην ἐσχήκασι τὴν ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς ἀρίστοις διαμονήν. γέγραπται γάρ, ὅτι κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας περὶ τοῦ ἐξαίρετον ἀσκοῦντος βίον· πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, μισῶν ἀνομίαν, καὶ D ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀπεχόμενος ἀπὸ δώρων. βαρύνων τὰ ὦτα, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος, καὶ μύων τοὺς ὀφθαλμούς, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν, οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ὀχυρᾶς. οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ οἶκον δεδόσθαι λέγειν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις τὴν ἐκκλησίαν, ἤγουν τὰς ἄνω μονάς· καὶ δὴ καὶ παντὸς ἄξιον τὸ χρῆμα θαύματος ὁ μακάριος Δαβίδ, οὕτω λέγων πρὸς τὸν ὅλων Σωτῆρα καὶ Θεόν. μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε.

Et erunt quemadmodum quando non abieceram eos, quia ego Dominus Deus eorum, & exaudiam eos, & erunt quasi pugnatores Ephraim.

E Καὶ ἔσονται ὃν τρόπον οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς, διότι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐπακούσομαι αὐτῶν, καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ.

LXX. Confusis Græciæ sapientibus, qui & equites appellati sunt, confortaturum sese promittit, & habitatione donaturum misericordia imperitos, addens, [quia dilexi eos;] & quid emolumenti ex eo percepturi sint, quod à Deo dilecti sint, sequentibus explanat,

Κατῃσχυμμένων τῶν παρ᾽ Ἕλλησι καὶ σοφῶν, οἳ καὶ ἱππεῖς ὠνομάσθησαν, κατισχύσειν ἐπαγγέλλεται, καὶ κατοικιεῖν τοὺς ἠλεημένους, ἐπιφέρων, ὅτι ἠγάπησα αὐτούς. καὶ τί κερδανοῦσιν ἐκ τοῦ ἠγαπῆσθαι παρὰ Θεοῦ, διερμηνεύσεται πάλιν, εἰπών,

φησίν, ὅτε οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς. οὐ γάρ πα- A
ρεῖδον εἰς ἅπαν, ἐπεσκεψάμην δὲ κεκινδυνευ-
κότας, διότι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, τουτέστι,
ποιήσομαι δεκτὰς τὰς παρ' αὐτῶν λιτάς, καὶ ἔσονται
ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραίμ. ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι πάλιν.
οἵ ποτε διὰ νοῦ, καὶ φρενὸς ἀσθένειαν οἱονεὶ παρειμέ-
νοι τε, καὶ κείμενοι, ἴσμεν εἰς τοῦτο ἤδη τῆς πνευμα-
τικῆς ἀνδρείας ἐλεύσονται ὡς ἤδη πως ἐν ἴσῳ τετάχθαι το-
κεῖν τοῖς ἐξ Ἐφραίμ εὐδοκιμηκόσι, τουτέστι, τοῖς
ἐξ Ἰουδαίων ἀποστόλοις τε, καὶ εὐαγγελισταῖς. μαχη- B
ταὶ γὰρ οἱ τοιοίδε γεγόνασι νοητοί, καταθλοῦντες
ἐχθρῶν, βάλλοντες τοὺς ὑπεναντίους, καὶ νικῶν-
τες μὲν ἀρχάς, δυνάμεις τε, καὶ κυριότητας, καὶ
τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, κρατοῦντες δὲ ἀμα-
χεὶ τῶν ἀνθεστηκότων τοῖς ὁσίοις κηρύγμασι. γεγό-
νασι δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος κεκλημένοι
διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἄνδρες ἅ-
γιοι, καὶ πνευματοφόροι, καὶ ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραίμ,
μαχηταὶ γὰρ γεγόνασι· κατὰ γὰρ τὸ ἐγχωροῦν τὸν τῶν
ἀποστόλων πολιτείαν, καὶ τὴν ἐκείνων ἰχνηλατοῦν- C
τες ἀρετὴν κατηνδρίσαντο καὶ αὐτοί, κατὰ τῶν τῆς
ἀληθείας ἐχθρῶν, καὶ παθῶν, καὶ ἁμαρτίας.

Καὶ χαρήσεται ἡ καρδία αὐτῶν ὡς ἐν οἴ-
νῳ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ὄψονται, καὶ εὐφραν-
θήσονται, καὶ χαρεῖται ἡ καρδία αὐτῶν ἐπὶ τῷ
κυρίῳ.

Τῶν οἶνον ἐκπεπωκότων ἐκ μέθης ἀεί πως ἐστὶν
ὁ νοῦς, καὶ φαιδρὸς καὶ ταφρεοπτής. προσίεται γὰρ D
οὐχὶ τὸ καταλυπεῖν εἰωθός, ἀνίεται δὲ ὥσπερ, καὶ
μερίμνης ἁπάσης κατευμεγεθῇ. εἰ τοίνυν γένοιν-
το φησὶν ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραίμ, τότε δὴ τότε καὶ
τὴν ἐπὶ γε σφίσιν αὐτοῖς εἰσδέξονται θυμηδίαν,
ὡς δὲ λαμπροί, καὶ εὐδόκιμοι τῇ τῶν ἐσομένων
ἀγαθῶν ἐλπίδι κατευφρανθήσονται, καὶ τῆς ἐξαι-
ρέτου πολιτείας ἕξουσι μιμητάς, τοὺς ἐξ αὐτῶν γε-
γονότας υἱούς, πνευματικοὺς δηλονότι. τοιοῦτος ἦν
καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις
ἐπιστέλλων τε, καὶ λέγων, κἂν μυρίους παιδα- E
γωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέ-
ρας. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐ-
γὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. τέξουσι τὰ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενα
τέκνα ὄψονται, καὶ εὐφρανθήσονται. γεγονότα γὰρ
ἐν θεωρίαις ταῖς ἐπὶ Χριστῷ, καὶ τοῦ μυστηρίου
τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκότα, καὶ ταῖς τοῦ πνεύ-
ματος χορηγίαις πεφωτισμένα, προάξουσι δε-
ξιῶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ σωτῆρι Χριστῷ θυ-

A [Sicut, inquit, cùm non abieceram eos.] Non enim eos penitus neglexi, sed visitaui, etiam periculis conflictantes, [quia ego Dominus Deus ipsorum,] hoc est, eorum supplices preces exaudiam, [& erunt vt pugnatores Ephraim.] Ac si rursum dicat, aliquando per animi, & mentis imbecillitatem velut dissoluti, & iacentes, eo iam fortitudinis spiritualis progredientur, vt de cætero Ephraimitis, quorum nomen in laude B est, æquales videantur, hoc est, de genere Iudæorum Apostolis, & Euangelistis. Hi enim bellatores fuerunt, intelligentiæ non sensui patentes, oppugnantes inimicos, ferientes aduersarios, & vincentes [principatus, potestates, & dominationes, & spiritualia nequitiæ,] & sacræ prædicationis aduersarios citra pugnam superantes. Fuerunt item ex gentium populis vocati per fidem ad agnitionem Christi viri sancti, & spiritu Dei pleni, & tan- C quam bellatores Ephraim. Bellatores enim fuerunt: pro viribus námque Apostolorum viuendi genus, illorúmque virtutem iisdem vestigiis incedendo æmulantes, ipsi quoque intrepidè contra veritatis inimicos, contráque vitia, & peccata decertarunt.

Et lætabitur cor eorum quasi in vino, & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & gaudebit cor eorum in Domino.

Eorum qui vinum biberunt mens D semper quasi inconcinna, & absona est, curísque salutem dicit. Nec enim quidquam testificum admittit: sed laxatur quodammodo, & omnibus sollicitudinibus dominatur. Si igitur fuerint, inquit, vt bellatores Ephraim, tunc tunc animi ipsorum gaudio perfundentur, & vt illustres, probatique futurorum bonorum spe lætabuntur, & eximiæ vitæ suæ imitatores ex se natos filios suos, spirituales puta, habebunt. Talis erat & diuinus Paulus, per se vo- E catis ita scribens, ac dicens: [Etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.] Nasciturí igitur ex illis filii *videbunt & lætabuntur.* Nam progeniti in meditationibus rerum Christi, & virtute mysterii percepta, & largitionibus spiritus illuminati, fœliciter habebunt, & quæ est in Christo Saluatore, iucunditatem haurient, ipsúmque gaudium,

Ephes. 6.

LXXI.

1. Cor. 4.

& delectationem, & exultationem animæ, atque cordis sibi facient. Potest & hoc manifestum esse indicium, eos statuisse Deum vita, & moribus diligere. Qui enim rebus mundanis animum suum applicant, & ad inhonesta se abiiciunt, gaudent in ipsis, & ea sibi materiam oblectamenti deligunt, lætantúrque in voluptatibus carnis, & aliis præsentis vitæ deliciis assueti, diuinas res in postremis numerant. Qui autem ex toto corde ipsum quærunt, & contemplationibus de ipso saginantur, & mentis oculum dilatant, voluptatibus quæ in ipso, & solo sunt, perfruentur.

Significabo eos, & suscipiam eos, quia redimam eos, & multiplicabuntur, sicut erunt multi. Et seminabo eos in populis, & qui de longè, recordabuntur mei, & enutrient filios suos, & conuertentur.

LXXXII. Meminit rursum charitatis in Iudæos, & insuper collecturum eos dispersos, & ex omnibus terris congregaturum in Iudæam promittit, vt nemo plane desideretur. Modum autem huius futuræ congregationis, deinceps ostendit. Aiunt enim mellarios signa quædam edere, aut sibilare, aut alia nescio quæ solere, & ita examina ad aluearia deserta reuocare. Tale quippiam & per Esaiam dictum est. Ait enim. [Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscis, quæ dominantur parti fluminis Ægypti, & api quæ est in regione Assyriorum.] Alii aiunt & belli tempore, si milites dissipari contingat: dum aut fugientes insequuntur, aut ipsi insequentes fugiunt, tolli ex edito loco signum à ducibus, quod intuentes congregantur, & eodem se recipiunt. Demonstrat simile quiddam & quod apud Prophetam Esaiam extat. [Et erit sicut malus nauis super montem, & quasi signum ferens super collem.] Ex eo igitur quod fieri assolet, similitudinem trahit. Ait enim, [significabo eis, & suscipiam eos.] Excitatum est enim nobis signum magnum, & insigne, crux Saluatoris, per quod etiam accepti euasimus Deo & Patri; præterea redempti sumus, & in multitudinem immēsam excreuimus, qui credidimus. Quia verò adiecit, [& seminabo eos in populis, & longè distantes ab illis venient, & recordabuntur mei,] rursum illud dicimus, nec id à scopo aberrantes, multum enim probabilitatis habet.

Esai. 7.

Esai. 30.

A μηδίας εἰσδέξονται, καὶ αὐτὸν ποιήσονται χαράν τε, καὶ τέρψιν, καὶ ἀγαλλίασιν ψυχῆς, καὶ καρδίας. γένοιτο δ' ἂν καὶ τοῦτο σαφὴς ἀπόδειξις τοῦ ζῆν ἑλέσθαι θεοφιλῶς. οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἐν κόσμῳ πράγμασι τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀπονέμοντες τὴν ῥοπὴν, καὶ νενευκότες εἰς τὰ αἰσχρὰ, χαίρουσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ θυμηδίας ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ γεγήθασιν ἐπὶ σαρκὸς ἡδοναῖς, καὶ ταῖς ἑτέραις τοῦ παρόντος βίου τρυφαῖς ἐνσπαταλᾷν εἰωθότες, ὀλίγου B παντελῶς ἀξιοῦσι λόγου τὰ παρὰ Θεῷ. οἱ δὲ ἐξ ὅλης καρδίας ζητοῦντες αὐτὸν, καὶ ταῖς ἐπ' αὐτοῦ θεωρίαις καταπιαινόμενοι, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν εὐρύνοντες, ταῖς ἐπ' αὐτῷ, καὶ μόνῳ παραδέξονται θυμηδίας.

Σημανῶ αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτοὺς, διότι λυτρώσομαι αὐτοὺς, καὶ πληθυνθήσονται καθότι ἦσαν πολλοί. καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν, μνησθήσονταί μου, καὶ ἐκθρέψουσι τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψουσι.

C Διαμέμνηται πάλιν τῆς Ἰουδαίων ἀγάπης, καὶ δὴ καὶ ὑπισχνεῖται συλλέγειν αὐτοὺς κατεσκεδασμένους, καὶ ἐξ ἁπάσης γῆς συναγείρειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ὡς ἀπονοσφίζεσθαι παντελῶς οὐδένα. καὶ ἵνα ὅτῳ τρόπον ἡ ἄθροισις ἔσται, κατασημαίνῃ πάλιν. τοὺς μὲν γὰρ μελιττοκόμους φασὶ σημεῖά τινα ποιεῖν, ἢ συρίζοντας, ἤγουν ἕτερ' ἄττα δρᾷν εἰωθότας, οὕτω τε συλλέγειν τὰ τῶν μελιττῶν ἔθνη, τὸ σύμβολον ἀποφοιτήσαντα. εἴρηται δέ τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, καὶ ἔσται γάρ φησιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συ- D ριεῖ κύριος μυίαις, αἳ κυριεύουσι μέρους ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ Ἀσσυρίων. ἕτεροι δέ φασι, καὶ τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς, εἰ δὴ συμβαίνῃ διασκίδνασθαί πως τοὺς μαχητὰς, ἢ διώκοντας ἢ διωκομένους, αἴρεσθαί τι σημεῖον ὑψοῦ παρὰ τῶν στρατηγῶν, εἰς ὃ καὶ ἀφορῶντες, συναθροίζονταί τε, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν αὖθις ἵενται χῶρον. ἀποφαίνει δὲ τι τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ κείμενον Ἡσαΐᾳ· καὶ ἔσται ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημεῖον φέρων E ἐπὶ βουνοῦ. ἐκ τοίνυν τοῦ γίνεσθαι πεφυκότος διέχεται τὴν ὁμοίωσιν. σημανῶ γάρ φησιν αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτούς. ἐγήγερται γὰρ σημεῖον ἡμῖν μέγα, καὶ ἐπιφανὲς ὁ τοῦ σωτῆρος σταυρὸς, δι' οὗ καὶ γεγόναμεν δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. καὶ μὴν καὶ ἐκλελυτρώμεθα, καὶ εἰς πλῆθος ἀμέτρητον ἐξεδράμομεν οἱ πεπιστευκότες. ἐπεὶ δὲ προσεθηκεν, ὅτι καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ μνησθήσονταί μου, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, πολὺ γὰρ ἔχει τὸ εἰκὸς ὁ λόγος.

κατεσπάρησαν γὰρ ὥσπερ ἐν πολλοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν ἁπάσῃ δὲ χώρᾳ, καὶ πόλει, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων κήρυκες, καὶ τοὺς ἀποτάτω γεγονότας Θεοῦ διὰ τὴν μεσολαβήσασαν ἁμαρτίαν τε, καὶ πλάνην μνησθῆναί τε αὐτοῦ, καὶ εἰς νοῦν ἑλεῖν παρεσκεύασαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ δημιουργὸν, καίτοι πάλαι τῇ κτίσει τὸ σέβας ἀνάπτοντας, ταύτῃ τοι καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐκπεφοιτηκότας. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, προσεφώνει, λέγων, νυνὶ δὲ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγύς. ἥξουσι δὲ οὕτω μνησθέντες τοῦ Θεοῦ. καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὁ μακάριος Προφήτης Ἱερεμίας ὑπαινίττεται, λέγων ὡς πρός γε τὸν Ἰσραήλ. οἱ μακρόθεν μνήσθητε τοῦ κυρίου, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναβήτω ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. εἰ δὲ* δὴ μνησθεῖεν ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ, τότε δὴ τότε καὶ πνευματικῆς εὐρωστίας βαδιοῦνται πρὸς τοῦτο, ὥστε καὶ τέκνων αὐτοὺς γενέσθαι πατέρας, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις ἐκθρέψαι τὰ ἴδια τέκνα, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ σεμνύνεσθαι. γράφει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ τεθραμμένοις, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκόσι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἥκουσι τοῦ ἐν Χριστῷ, ποτὲ μὲν, χαρὰ καὶ στέφανός μου. ποτὲ δὲ πάλιν, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. στέφανος γὰρ γερόντων τέκνα τέκνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν.

A Quasi disseminati sunt in multis gentibus, & in omni regione, atque vrbe diuini discipuli, & euangelii præcones, effeceruntque vt remotissimi à Deo propter interpositum peccatum, & errorem, recordarentur ipsius, & vniuersorum Saluatorem, ac procreatorem, quamuis aliquando creaturam pro numine coluissent, & ideo amicitia Dei excidissent, animo complecterentur. Itaque diuinus Paulus per ipsum vocatos in agnitionem Christi alloquens, B [Nunc autem vos, inquit, qui aliquando procul, facti estis prope.] Venient igitur memores Dei. Non dissimile quiddam nobis beatus Propheta Hieremias insinuat, velut Israelem alloquens. [Qui procul estis recordamini Domini, & Hierusalem ascendat in cor vestrum.] Quod si omnino eius, qui est naturà Deus, memores fuerint, tunc tunc ad spirituale robur tantos progressus habebunt, vt & filios generent, & sermonibus pietatis suos liberos enutriant, & in hoc ipso glorientur. C Scribit & beatus Paulus per ipsum educatis, & in virum perfectum, atque in ætatem plenitudinis Christi adductis, iam quidem, [Gaudium & corona mea:] iam, [per vestram gloriationem quam habeo in Christo Iesu: corona enim senum filii filiorum, vt scriptum est: gloria autem filiorum patres ipsorum.]

Ephes. 2.
Hierem. 51.
Legi ... [illegible]
Ephes. 4.
Philipp. 4.
Rom. 15.
Prou. 17.

Καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ Ἀσσυρίων εἰσδέξομαι αὐτοὺς, καὶ εἰς τὴν Γαλααδῖτιν, καὶ εἰς τὸν Λίβανον εἰσάξω αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ἐξ αὐτῶν οὐδείς.

Et conuertam eos de terra Ægypti, & de Assyriis suscipiam illos, & in D *Galaaditin, & in Libanum introducam eos, & non relinquetur ex eis vllus.*

Ὅτε τὴν Ἰουδαίαν εἷλε μὲν κατὰ κράτος ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἐμπεπρήστο δὲ καὶ ὁ θεῖος νεὼς, αὐτά τε τὰ Ἱεροσόλυμα, τότε καὶ ἅπας τεταλαιπώρηκεν ὁ Ἰσραήλ. οἱ μὲν γὰρ εἰς Ἀσσυρίους, καὶ Μήδους αἰχμάλωτοι γεγονότες ἀπεκομίζοντο· οἱ δὲ τῆς ἐκείνων ὠμότητος ἔξω γεγονότες, καὶ διαφυγεῖν ἰσχύσαντες, δεδιότες, καὶ παραιτούμενοι τὸ ἐναλῶναι τοῖς ἴσοις, αὐτόμολοί τε πρὸς Αἰγυπτίους ἧσαν, καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνοις δουλείας τὸν ἀβούλητον μὲν, πλὴν ἐξ ἀνάγκης ἐπερριμμένον ὑποδεδραμήκασι ζυγόν. οὐκοῦν ἐπειδήπερ συναγείρειν αὐτοὺς πανταχόθεν ἐπηγγέλλετο, διαμέμνηται καὶ τόπων εἰς οὓς καὶ ἀπεκομίσθησαν· οἱ μὲν, αἰχμάλωτοι γεγονότες, ὡς ἔφην, οἱ δὲ ἀφορήτοις δείμασι πρὸς τὰ παρὰ γνώμην αὐτοῖς συνωθούμενοι.

LXXIII.

Quando Nabuchodonosor Iudæam armis subiugauit, sacratissimúmque templum, & ipsa vrbs Hierosolyma conflagrauit, tunc & vniuersus Israel est afflictatus. Alii siquidem in Assyrios, & Medos captiui sunt abducti: alii, qui eorum crudelitatem euadere, & effugere potuerunt, timentes, & paribus implicari ærumnis horrentes, vltro se ad Ægyptios contulerunt, E seruitutisque apud eos iugum necessitate compulsi subierunt. Itaque postquam eos congregaturum vndique pollicitus est, meminit & locorum in quos abducti sunt: alii captiui facti, vt dixi; alii intolerandis terroribus ad ea quæ nolebant exequenda adacti.

Quia verò spiritualem interpretationem Dei amantissimos, & spirituales capessere æquum est, dicimus, eum promittere, se de regione, siue manu hostium inaspectabilium eos erepturum, & omni formidine soluturum: captiuos autem, & velut aliis subiacentes quasi in libertatem transformaturum. Aut etiam secundùm aliam intelligentiam, tenebris, & confusione liberatum iri dicit: Ægyptum enim tenebras, Babylonem confusionem reddunt. Sæpissimè autem sine discrimine Assyrii, & Babylonii pro vna gente vsurpantur, quod vni sceptro subditi, & sub vno regno essent. Liberatos igitur de manu dominantium, & in Galaaditin (pars fuit Iudææ, fructuum omnis generis feracissima) & insuper in Libanum introducturum spondet. Et hic mons est ingens, & speciosis refertus arboribus, in confinibus Iudæorum, ac Phœnicum situs. Per vtrumque porrò illud, opinor, significatur. Cum nos Dominus noster Iesus Christus, tanquam ex Ægypto, & Assyriis liberasset, hoc est, ex potestate eorum, quorum captiui eramus, puta malignorum, & immundorum dæmonum, ceu in terram nemorosam, & opimissimam, in Ecclesiam introduxit, in qua vberrimi spectatorum hominum fructus, & innumerabilia capita sanctorum, per virtutem in fastigio locatorum, & instar cedrorum in altum efflorescentium, de quibus verissimè illud Dauidis ad Deum vniuersorum protuleris, [Cedri Libani quas plantasti.] Dei enim agriculturam in fide iustificatos expressè etiam diuinus Paulus nominauit.

Α Ἐπειδὴ δὲ τῆς πνευματικῆς ἑρμηνείας μεταποιεῖσθαι πρέπει τοῖς ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτοις, καὶ πνευματικοῖς, φαμὲν, ὅτι τῆς τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν χώρας, ἤτοι χειρὸς ἐξέλκειν αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται, καὶ παντὸς μὲν δείματος ἐλευθεροῦν· αἰχμαλώτους δὲ ὄντας, καὶ οἷον ὑφ' ἑτέροις κειμένους, μονονουχὶ καὶ ἀναμορφοῦν εἰς ἐλευθερίαν. ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον σκοτισμοῦ, καὶ συγχύσεως ἀπαλλαγήσεσθαί φησιν. Αἴγυπτος μὲν γὰρ σκοτασμός, Β Βαβυλὼν δὲ σύγχυσις ἑρμηνεύεται. ἀδιαφορεῖ δὲ πλειστάκις ὁ λόγος, Ἀσσυρίους τε, καὶ Βαβυλωνίους εἰς ἔθνος καταλογιζόμενος ἓν, διά τοι τὸ ὑφ' ἑνὶ κεῖσθαι σκήπτρῳ, καὶ μίαν ἐπ' αὐτοὺς τετάχθαι τὴν βασιλείαν. λελυτρωμένους δὴ οὖν ἐκ τῆς τῶν πλεονεκτούντων χειρὸς, εἰσκομιεῖν ἐπαγγέλλεται, εἴς τε τὴν Γαλααδίτιν (μοῖρα δὲ αὕτη τῆς Ἰουδαίων γῆς ἡ παμφορωτάτη, καὶ εὔκαρπος) καὶ μὴν καὶ εἰς τὸν Λίβανον, καὶ τοῦτο ὄρος εὔξυλόν τε καὶ μέγα, τῆς Ἰουδαίων τε, καὶ Φοινίκων γῆς ἐν μεθορίοις κείμενον. σημαίνεται δὲ δι' ἀμφοῖν ἐκεῖ- C νο, οἶμαι, που. ἀπαλλάξας γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ἐξ Αἰγύπτου, καὶ Ἀσσυρίων, τουτέστι, τῆς τῶν αἰχμαλωτισάντων πλεονεξίας, πονηροὶ δὲ οὗτοι καὶ ἀκάθαρτοι δαίμονες, εἰσκεκόμικεν οἷά περ εἰς γῆν εὔξυλόν τε, καὶ λιπαρωτάτην τὴν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ πολὺς μὲν λίαν ὁ τῶν εὐδοκιμούντων καρπὸς, οὐκ εὐαρίθμητοι δὲ τῶν ἁγίων κεφαλαὶ, ὕψος τε ἠρμέναι δι' ἀρετὴν, καὶ οἷον ἐν τάξει κέδρων * ἀναπεπηλῆσαι, καὶ περὶ αὐτῶν λέγοιτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὸ διὰ φωνῆς τοῦ D Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας. Θεοῦ γὰρ γεώργιον τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους ὠνόμαζε σαφῶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

Bust ἀναπηλῆσαι, quod non respondebat participio præcedenti. Psal. 103. 2. Cor. 9.

Et pertransibunt in mari angusto, & percutient in mari fluctus, & siccabuntur omnia profunda fluuiorum, & auferetur omnis superbia Assyriorum, & sceptrum Ægypti tolletur, & confortabo eos in Domino Deo ipsorum, & in nomine eius gloriabuntur, dicit Dominus.

Καὶ διελεύσονται ἐν θαλάσσῃ στενῇ, καὶ πατάξουσιν ἐν θαλάσσῃ κύματα, καὶ ξηρανθήσονται πάντα τὰ βάθη τῶν ποταμῶν, καὶ ἀφαιρεθήσεται πᾶσα ὕβρις Ἀσσυρίων, καὶ σκῆπτρον Αἰγύπτου περιαιρεθήσεται, καὶ κατισχύσω αὐτοὺς Ε ἐν κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κατακαυχήσονται, λέγει κύριος.

LXXIV. Iuxta ea quæ donata sunt veteribus, similitudine quadam auxilium in Christum credentibus promittitur. Quemadmodum enim traductus est per mare rubrum Israel, & fluctibus eius imperauit; instárque muri aquæ riguerunt, Deo id mirabiliter agente: & sicut

Exod. 14.

Ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν τοῖς ἀρχαιοτέροις δεδωρημένων τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύουσι τῆς ἐπικουρίας ἡ ὑπόσχεσις. ὥσπερ γὰρ τὴν ἐρυθρὰν διεβιβάσθη θάλασσαν ὁ Ἰσραὴλ, τῶν ἐν αὐτῇ κατευμεγεθήσας κυμάτων, ἐπάγη γὰρ ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, Θεοῦ τὸ χρῆμα παραδόξως περαίνοντος, καὶ ὥσπερ

ποδὶ διεβεβήκασιν τὸν Ἰορδάνην· οὕτω, φησὶν, οἱ διὰ Μωσέως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων μυσταγωγίαις ἀνασεσωσμένοι, διαπεραιώσονται μὲν οἷά τινα θάλασσαν ἀγρίως καταχυμαίνουσαν τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τύρβης ἔξω γεγονότες κοσμικῆς, σχολαῖοι λατρεύουσι τῷ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. διαβήσονται δὲ καὶ πειρασμοὺς, οἷά τινας ποταμοὺς ἐπικλύζοντας, ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντας λέγειν. εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς. χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. ὥσπερ δέ φησιν αἰχμάλωτος γεγονὼς ὁ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς Ἀσσυρίους τε, καὶ Μήδους ἀπενηνεγμένος, διέδρα τὰς ἐκείνων ὕβρεις, ἤτοι πλεονεξίας, ἀεὶ προσκειμένων, καὶ πολεμεῖν εἰωθότων αὐτοῖς· κατὰ τὸν ἴσον τρόπον φησὶν, οἱ λελυτρωμένοι διὰ Χριστοῦ, κρείττους ἔσονται τῶν ἐχθρῶν ὁρατῶν δηλονότι, καὶ ἀοράτων, οἳ μονονουχὶ καὶ κατεβιάζοντο πρὸς ἀβούλητον δουλείαν αὐτοὺς, καὶ οἷα αἰχμαλώτους γεγονότας τῆς ἐξ ἰδίας σκαιότητος συνεῖχον δεσμοῖς. ἀλλὰ καὶ τούτων ἔσονται κρείττους, ὕβρεις τε τὰς παρ' ἐκείνων διαφεύξονται, καὶ πλεονεξίας, Θεοῦ καθισχύοντος, ἐφ' ᾧ καὶ καυχήσονται. μέγα γὰρ φρονοῦμεν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ αὐτὸν ἰσχὺν πεποιήμεθα, καὶ ἐπ' αὐτῷ τεθαῤῥήκαμεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ὅλας ἐξήψαμεν τὰς ἐλπίδας. οὐ γὰρ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ ᾗ φησὶν ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ, καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.

A sicco pede Iordanem transierunt: ita, inquit, per Mosen vocati ad agnitionem Christi, & sanctorum Apostolorum sacris institutionibus salutem consecuti, quasi mare quoddam turbinibus, & procellis agitatum, præsentis vitæ fluctus transmittent, & tumultu mundano expediti, vacui seruient ei qui est naturâ Deus. Transibunt item tentationes veluti quosdam fluuios inundantes, vt hoc ipso gaudentes dicant: [Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, dum insurgerent homines contra nos, forsitan viuos deglutissent nos. Dum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.] Quemadmodum porrò, inquit, captiuus factus Israel, atque ad Assyrios, & Medos abductus, illorum insolentiam, siue dominatũ effugit, qui eum premere semper, armisque lacessere consueuerant: eodem modo liberati per Christũ præualebunt inimicis sub aspectũ venientibus, & nõ venientibus, & qui ad seruitutem nolentes adigebant, & vt captiuos vinculis è stulta eorũ voluntate sumptis coërcebãt. Sed & his præualebunt, eorumque superbiã, & dominationẽ effugient, Deo cõfortante, in quo & gloriabũtur. Placemus enim nobis in Christo, & ipsum robur nostrũ ducimus, & ipso nitimur, & totam vitæ nostræ spem in eo defigimus. Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus saluauit nos: & vt dicit beatus Psalmicen, [Deus noster refugium, & virtus, auxiliator in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.]

Iosue 5. Psal. 123. Psal. 45.

ΚΕΦΑΛ. ια.

CAPVT XI.

Διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. ὀλολύξατε δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος.

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus, quia vehementer miseri facti sunt optimates. Vlulate quercus Basanitidis, quia succisus est saltus consitus.

Μεθίστησι νῦν ἐφ' ἑτέραν τινὰ νοημάτων ὁδὸν τῶν λεγομένων τὴν δήλωσιν. ἀποχρώσαν γὰρ τὴν ἀφήγησιν εὖ μάλα πεποιημένος τὴν περὶ γε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τῆς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τὴν ἐσομένην ἐπ' αὐτῷ δυσπείθειαν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ

DICTORVM significationem nunc ad alios quosdam sensus accommodat. Nam cum quod satis est, & aptissimè narrasset de vocatione gentium in Christo per fidem, futuram super eo incredulitatem Israelitarum,

LXXV.

tempore quo homo inter nos fuit videlicet, luculenter prænuntiat: & hac de causa incendendum templum ipsum, atque etiam Hierosolymam, & insuper subigendas ipsas vrbes Israel, & cum ipsis incolis perituras. Hæc autem per manus Romanorum patrata sunt, aliquando in Iudæam Vespasiano, & Tito mouentibus. Et est, vt apparet, superuacaneũ minutatim singula per censere, quæ Iudæorum vrbibus, siue populis, propter debacchationem in Christum euenerunt, cum volentibus Iosephi historiam legere liceat, & inde quæ libuerit singula accuratè cognoscere. Transit igitur ad eos qui erant de sanguine Israel. Et Libano quidem comparat Iudæam. Quamobrem? est enim Libanus mons decoris arboribus, & syluis densissimis conspicuus. Iudæorum autem regio populosissima, & innumerabilibus incolis frequentissima, & quasi cedros, aut pinus procerissimas, & aliis magis visendas, sacerdotes, inquam, & suis temporibus ex tribu Iuda regnantes, & qui principatus ornamentis eminentes, tota prouincia noti erant, sublimique gloria florebant continens. Postquam autem Christum impiè habuerunt ([tulerunt enim clauem scientiæ, & neque ipsi introierunt, neque ingredi volentes permiserunt,] & tandem crucifixerunt, quamuis scirent ipsum hæredem esse) idcirco iure funditus cum domibus, & vrbibus, & vxoribus atque liberis interierunt. Quare sub ænigmate Libani nomine Iudæam, vt dixi, nuncupat: cum arboribus autem celsissimis primores, & proceres eius confert, vt cæteris sublimiores, & perquam eminentes. Perituram autem vrbem facilè, vt etiam periit, infundentem se suscipiendo Romanorum exercitum, atque ita instar syluæ iniecta flamma consumendam significat cum dicit.

Luc. 11. Luc. 10.

[Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus.] Metaphoricus est sermo. Nam cum Libanũ appellasset, siue monti Iudæorum regionem comparasset, necessario pinui, & quercubus eius incolas similes facit. De hominibus autem verba fieri, nihil negotii est videre. Mox enim ait. Magnates maiorem in modum factos esse miseros. Hoc genus miseriæ ostendit aliquo modo, subiiciens. [Vlulet pinus, quia cecidit cedrus.] Exercitu enim Romano vrbes

A κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλονότι καιρὸν, προαναφωνεῖται σαφῶς. καὶ ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κατεμπρησθῆναι δεῖ τὸν ναὸν αὐτὸν, καὶ μέντοι τὰ Ἱεροσόλυμα, προσαπολέσθαι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ Ἰσραὴλ τὰς πόλεις, καὶ συνδιαλεῖσθαι τοῖς ἐνοικοῦσιν αὐτάς. πεπέρακται δὲ ταῦτα διὰ χειρὸς τῶν Ῥωμαίων, στρατηγούντων κατὰ καιρὸν, Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. καὶ περιττὸν, ὡς ἔοικεν, ἀφηγεῖσθαι λεπτῶς ἕκαστα τῶν συμβεβηκότων ταῖς τῶν Ἰουδαίων πόλε-
B σιν, ἤτοι δήμοις τῆς εἰς Χριστὸν ἕνεκα παροινίας· ἐξὸν τοῖς ἐθέλουσι τοῖς Ἰωσήπου συγγράμμασιν ἐντυχεῖν, ἀναμαθεῖν τε σαφῶς, ἅπερ ἂν ἕλοιντο λεπτῶς. μετακομίζει δὲ οὕτω τὸν λόγον, ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. καὶ Λιβάνῳ μὲν παρεικάζει τὴν Ἰουδαίαν, διὰ ποίαν αἰτίαν; εὔξυλον μὲν γὰρ ὄρος ὁ Λίβανος, καὶ δρυμοῖς ἀμφιλαφέσι κατάκομον. πολυανθρωποτάτη δὲ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τὸ τῶν ἐνοικούντων ἔχουσα πληθὺν, καὶ οἷον κέδρους, ἢ πίτυς εὐμηκεστάτας, τοὺς τῶν
C ἄλλων περιφανεστέρους, ἱερέας τέ φημι, καὶ τοὺς ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλεύσαντας, οἳ καὶ τῆς ἡγεμονίας αὐχήμασιν ὑπερανεστηκότες, γνώριμοί τε ἦσαν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν, ὑψοῦ τε ἠρμένην ἔχον τὴν δόξαν. ἐπεὶ δὲ δεδυσσεβήκασιν εἰς Χριστόν· ἦραν γὰρ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοὺς εἰσερχομένους ἀφῆκαν εἰσελθεῖν, καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν, καίτοι καὶ ἐπεγνωκότες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· ταύτητοι δικαίως ἄρδην ἀπολώλασιν οἴκοις τε ὁμοῦ, καὶ πόλεσι, καὶ φιλτά-
D τοις. ἐνίησιν αἰνιγματωδῶς Λίβανον μὲν, ὡς ἔφην, τὴν Ἰουδαίαν ἀποκαλεῖ. δένδροις δὲ τοῖς εὐμηκεστάτοις παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ προύχοντας, ὡς τῶν ἄλλων ὑπερῃρμένους, καὶ πολὺ λίαν ὑπερφέροντας, ὅτι δὲ ἔμελλεν ἁλῶναί τε ῥᾳδίως. καὶ ὡς ἀπώλετο πόλις εἰσερχόμενον μὲν παραδέξασθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν, δαπανηθῆναί τε οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ δρυμὸς ἐπενεχθείσης φλογὸς, κατασημαίνει, λέγων. διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. ὀλολυξάτω πίτυς
E διότι πέπτωκε κέδρος. καὶ γέγονε μὲν ἐκ μεταφορᾶς ὁ λόγος. ὀνομάσας γὰρ Λίβανον, ἤγουν ὄρει τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ἀπεικάσας, ἀναγκαίως πίτυΐ τε, καὶ δρυσὶ παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ. ὅτι δὲ περὶ ἀνθρώπων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν· ἔφη γὰρ εὐθὺς, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. καὶ τίς ἂν νοοῖτο τῆς ταλαιπωρίας ὁ τρόπος, προέδειξεν εἰπὼν, πῇ μὲν ὅτι ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. καταδύσης γὰρ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς

τὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πόλεις, συνέβαινε καθ᾽ ἡμέραν τοὺς ἐν αὐταῖς ἁλίσκεσθαι λαμπροτέρους. οἱ δὲ μήπω τοῦτο πεπονθότες, κατωλοφύροντο τοὺς ἑαλωκότας, καὶ τὸν ἐπί γε σφισὶν αὐτοῖς εἰσεδέχοντο θρῆνον, ἀθυμίᾳ δὲ ἥσσων καὶ περιδεεῖς, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τοῦτο αὐτὸ πεισόμενοι καὶ αὐτοί. τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ, ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος· δρύας γε μὴν Βασανίτιδος τάχα που τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀποκαλεῖ. Βασανῖτις μὲν γὰρ χωρίον ἐστὶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, εὔγεόν τι, καὶ παμφορώτατον, καὶ ὑψηλὰ λίαν ἐκτρέφον τὰ δένδρα. ἐπεὶ δὲ τῶν ἄλλων ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀμείνους, ἱερέας δέ φημι, καὶ τοὺς τῶν λαῶν ἡγουμένους, Βασανίτιδος αὐτοὺς ἀπεκάλεσε δρύας, οἳ δὴ καὶ τεθρηνήκασιν εἰκότως, διά τοι τὸ κατεσπάσθαι τὸν δρυμὸν τὸν σύμφυτον. ἐμάνθανον γὰρ ὅτι τὴν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν οἷά τις δρυμὸς ἡ πληθὺς δεδαπάνηται, οἷα πελέκεσιν ἐκκοπτομένη ταῖς τῶν πολεμούντων ἀγρίαις ἐμβολαῖς. σύμφυτον δὲ δρυμὸν (ὃν δὴ καὶ κατεσπάσθαι φησὶν) οὐδὲν ἧττον νοήσεις καὶ αὐτὴν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις πληθὺν, λιμῷ τε γὰρ καὶ πολέμῳ διολώλασιν, ἐπολολυζόντων αὐτοῖς τῶν τῆς Βασανίτιδος δρυῶν, τουτέστι, τῶν ἡγουμένων.

Iudææ deuastante, quotidie earum principes ciues capiebantur. Quibus autem ea calamitas nondum euenerat, captos, & semetipsos lamentis, & lacrymis prosequebantur, eràntque in mœrore, & metu magno, vt breuissimo post tempore idem & ipsi perpessuri. Hoc sibi velle opinor, [Vlulet pinus, quia cecidit cedrus.] Quercus autem Basanitidis Hierosolymitanos forsitan vocat. Basanitis enim est regiuncula Iudæa, vbere gleba, & fertilissima, & admodum altas educens arbores. Et quoniam Hierosolymis reliquis erant nobiliores, sacerdotes, inquam, & populi rectores, Basanitidis quercus eos nominauit, qui sane propter consitum saltum succisum non immeritò eiularunt. Cognoscebant siquidem, multitudinem per totam regionem haud secus quàm saltum absumptam esse, hostium immani irruptione veluti securibus excisam. Consitum autem saltum, (quem & succisum dicit) nihilominus & ipsum vulgus Hierosolymitanum intellige, quod fame, & bello periit, vlulantibus super ipso quercubus Basanitidis, hoc est, primoribus.

Φωνὴ θρηνούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλωσύνη αὐτῶν. Φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα Ἰορδάνου.

Vox eiulantium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quoniam miser factus est fremitus Iordanis.

Ἐμφανέστερον τούτοις ὧν ἔφην ἀρτίως ποιεῖται τὴν δήλωσιν. οὐ γὰρ ἔτι πίτυν, ἢ δρῦν ὀνομάζει, ἀπημφιεσμένως δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων σημαίνει καθηγητάς, οὓς καὶ ὀλοφύρεσθαί φησι, καὶ οἷα φωνὰς ἀφιέναι, κατοιμώζοντας, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλωσύνη αὐτῶν. γεγόνασι γὰρ οἰκτροί, καὶ κατερριμμένοι, ἐλεεινοί τε, καὶ ἀτιμότατοι, καίτοι πάλαι περιφανεστέραν ἔχοντες δόξαν. ἐπεὶ γὰρ ἀνεδείχθησαν οἱ διὰ Χριστοῦ ποιμένες, τουτέστιν, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, τεταλαιπώρηκεν εἰκότως ἡ τῶν ψευδοποιμένων μεγαλωσύνη. ᾐτιᾶτο μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ τῆς ἀγέλης δεσπότης, διὰ προφητῶν ἁγίων οὕτω λέγων. ὦ οἱ ποιμένες οἱ διασκορπίζοντες, καὶ ἀπολλύοντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς αὐτῶν. καὶ πάλιν, ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν κύριον οὐκ ἐζήτησαν. διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθη. ἐπηγγέλετο δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τοὺς γνησίους ἀναδείξειν ποιμένας, οὕτω πάλιν εἰ-

LXXVI.

His verbis luculentius ea quæ dixi explanat. Non enim amplius pinum, aut quercum nuncupat, sed nudè Iudaicorum ordinum principes, ac duces significat, quos & eiulare, & tanquam voces emittere, ac lamentari propter afflictam ipsorum magnificentiam testatur. Facti sunt enim miserabiles, & abiecti, miserique & despicatissimi, quamuis olim honoribus circumfluerent. Postquam enim apparuerunt pastores per Christum, hoc est, diuini discipuli, meritò falsorum pastorum magnificentia redacta est ad miseriam. Accusabat enim eos gregis Dominus per prophetas sanctos, ita loquens: [O pastores dispergentes, & disperdentes oues pascuæ eorum.] Et iterum, [Quia pastores stultè egerunt, & Dominum non quæsierunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, & dispersus est.] Promittit autem credentibus in ipsum germanos pastores daturum, sic rursum dicens:

Hier. 23.

Hier. 10.

Hier. 3. 2. Tim. 2.

dicens: [Et inducam vos in Sion, & dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pastores cum scientia.] Quinam isti? diuini discipuli, & Ecclesiarum suis quique temporibus præsides atque rectores, [rectè tractantes verbum veritatis,] & qui sciant subiectum sibi gregem ad quamuis vtilitatem spiritualem deducere. Itaque lamentati sunt falsi pastores, quia in miseriam vertit eorum magnificentia, id quod nobis & alio modo significat, adiungens. [Vox rugientium, quia miser factus est fremitus Iordanis.] Verè enim rugitus est leonum vox, quam edunt, propter famem, & quia cibo carent plorantes. Et de leonibus etiam diuina scriptura sic loquitur. Comperti sunt igitur Iudaicorum ordinum principes vt leones rugientes, esurientes, & plorantes, quod non haberent à populis oblationes, decimas, primitias, dona grati animi. Postquam enim gregem amiserunt, de cætero fœnore, quod ex eo capiebant, recreati non sunt.

Ioan 8. Math 11. Ioan. 19.

Quod si quis censeat, etiam instar leonum rugiisse contra Christum Scribas, & Pharisæos (clamabant enim in ipsum, & voces ex odio, & inuidia, & mera insania iaciebant, Samaritanum, & ebriosum, & ex fornicatione natū affirmantes, & [tolle, tolle, crucifige,] dicentes) verisimiliter sentiet etiam hic. Veruntamen quamuis super eo rugitus dederint, facti sunt miseri non mediocriter, [Quia miser factus est fremitus Iordanis.] Quod quid sibi velit, dicā quoque. Præterfluit Iordanis Hierichuntem, circum quem magna vis leonum horrendum in modum rugientium, & accolas incredibili terrore cōcutientium. Tales erant moribus Scribæ, & Pharisæi, cōtra plebeios, & gregarios rugientes, & tenuiores potētiæ suæ documentis consternantes. [Verùm miser factus est leonum terror.] Hoc est quod ait, [fremitus Iordanis.] Ac fremitus quidē est ex equorum, & mulorum naribus cum feroci spiritu emissus sonitus: sed etiam in iis dicitur, qui de se præclarè sentiunt. Hinc diuinus Dauid de iis, qui in Christum sunt debacchati, [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?] Quando igitur dicit fremitum Iordanis, intellige spiritus, non vtique fluminis, sed leonum qui iuxta inueniuntur: à locis enim nonnunquam quæ in iis sunt significantur.

Psal. 2.

A πών· καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς Σιών, καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου, καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης. τίνες δὲ οὗτοι; οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς ἡγούμενοι, τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες λόγον, καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τελούντων εἰς ὄνησιν τὴν πνευματικὴν, ἀποκομίζειν εἰδότες τὰ ὑπὸ χεῖρα θρέμματα. οὐκοῦν τεθρηνήκασιν οἱ ψευδοποίμενες, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη B αὐτῶν, σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἡμῖν, ἐπιφέρων· φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. ὠρυγμὸς μὲν γάρ ἐστι κυρίως ἡ τῶν λεόντων φωνή, ἣν ἂν ποιοῖντο, κλαίοντες ἐπὶ λιμῷ τε, καὶ ἀσιτίᾳ. δέχεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ λεόντων ἡ θεία γραφή. κατεφωράθησαν τοίνυν οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν προεστηκότες ταγμάτων ὡς λέοντες ὠρυόμενοι, πεινῶντές τε, καὶ κλαίοντες, διά τοι τὸ μὴ ἔχειν τὰς ἐκ τῶν λαῶν καρποφορίας, δεκάτας, ἀπαρχάς, εὐχαριστήρια. ἐπεὶ γὰρ τῆς ἀγέλης ἐκπεπτώκασιν, οὐκ ἔτι τοῖς C ἐξ αὐτῆς κατηυφραίνοντο τόκοις.

Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο καὶ ὡς ἐν τάξει λεόντων κατωρύεσθαι τοῦ Χριστοῦ, τοὺς γραμματεῖς τε, καὶ Φαρισαίους, κατεκεκράγεσαν γὰρ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐκ φθόνου, καὶ βασκανίας, καὶ ἀκράτου μανίας κατηφίεσαν φωνάς, Σαμαρείτην λέγοντες, μέθυσον ἀποκαλοῦντες, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον, καὶ ἆρε, ἆρε, σταύρωσον αὐτόν, τὰ εἰκότα φρονήσει καὶ οὗτος. πλὴν εἰ καὶ ἐπωρύοντο, τεταλαιπωρήκασιν οὐ μετρίως, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. καὶ τί δὴ D τοῦτό ἐστιν, ἐρῶ πάλιν. παραρρεῖ μὲν ὁ Ἰορδάνης τὴν Ἱεριχώ, πλεῖστοι δὲ ὅσοι περὶ αὐτὸν οἱ λέοντες, καταβρυχώμενοί τε δεινῶς, καὶ ἀφόρητον τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐνιέντες τὸ δεῖμα. τοιοῦτοι δὲ ἦσαν τοὺς τρόπους οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι τῶν ἀγελαίων καταβρυχώμενοι, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐξουσίας καταπλήττοντες δείγμασι τοὺς ἀσθενεστέρους. ἀλλὰ τεταλαιπώρηκεν ὁ τῶν λεόντων φόβος. τοῦτο δὲ ἦν, φησί, τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. καὶ φρύαγμα μέν ἐστιν ἡ ἵπ- E πων τε, καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ καθιεμένη τε, καὶ ἀγρίῳ φυσήματι συνεκπίπτουσα· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μεγαλοφρονεῖν. ἔφη γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπαρῳνηκότων· ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; ὅταν οὖν φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου λέγῃ, νοήσεις τὸ φρόνημα, καὶ οὐχὶ πάντως τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν λεόντων· ἀπὸ γὰρ τόπων ἔσθ' ὅτε τὰ ἐν αὐτοῖς σημαίνεται.

Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ποιμαίνετε τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, ἃ οἱ κτησάμενοι, κατέσφαζον, καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ οἱ πωλοῦντες αὐτὰ, ἔλεγον, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν, καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς.

Πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος τοὺς θρηνοῦντας ποιμένας, καὶ ἐν τάξει λεόντων ὠρυομένους, οἷς καὶ ἐφίησιν ἔτι τὰ τῆς σφαγῆς κατανέμειν πρόβατα, καίτοι κατημελημένως λίαν, ὡς πιπρασκομένοις τε, καὶ σφαζομένοις μηδ' ὅσον εἰπεῖν ἐπαλγῆσαι βραχύ. ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν ποιμένων ἀνεπιεικέστεροι, καὶ πρὸς μόνα βλέποντες τὰ σφισὶ καθ' ἡδονὴν, μικρὰ φροντίζοντες κομιδῆ οὐ τῆς ἀγέλης δεσπότου, τὰ μὲν σφάζουσιν ἀπηνῶς, τὰς θηρῶν ἐφόδους ἀπομιμούμενοι, ἃ δὲ καὶ πιπράσκουσιν, οὐδὲν, ὡς ἔφην, ἐπαλγοῦντες ὅλως, ἐπιγαννύμενοι δὲ τοῖς τῶν λημμάτων ἐκτοπωτάτοις, καὶ φιλοκερδίας τῆς οὕτως αἰσχρᾶς ἡττώμενοι· κατὰ τὸ ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἡγούμενοι δήμων, τῶν ὑπ' αὐτοῖς ποιμνίων ἠφειδηκότες ἀλοιὲν αἰ, καὶ ἀδρύνοντες μὲν τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον, κατευρύνοντες δὲ ὥσπερ ἀπλήστῳ χειρὶ τὰ βαλάντια. καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ, τοιούτους ὄντας ἐλέγχων. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. ἰσχνολογοῦντες γὰρ οὕτως, ὡς καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων τοῖς μὴ προσάγουσι τὰς δεκάτας κατὰ νόμον ἐπιτιμᾷν, τῶν βαρυτέρων, ἤτοι τῶν ἀναγκαιοτέρων, καὶ λυσιτελῶν ὅτι μάλιστα θεσπισμάτων οὐδένα παντελῶς ἐποιοῦντο λόγον. ὅτι δὲ ἦσαν ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ, μᾶλλον δὲ πρὸς μόνα βλέποντες κέρδη, σαφηνιεῖ λέγων καὶ διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ. ὦ οἱ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυτούς; οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ τὸ παχὺ σφάζετε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε. καταβόσκετε τοίνυν φησὶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, τουτέστιν, ἢ τὰ ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενα τῇ Ῥωμαίων χειρί· ἤγουν ἃ ὑμεῖς αὐτοὶ σφάζετε, καίτοι τάξιν ἐπέχοντες τὴν ποιμένων. οὐ γάρ που πάρεστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἥξουσιν εἰς σφαγήν. μετὰ γάρ τοι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν ταῖς τῶν Ῥωμαίων ξίφεσιν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς δεδαπάνηται, καίτοι λίαν ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακήσαντος τοῦ Θεοῦ. ὅτι δὲ τῶν ποιμένων γεγόνασι κλῆρος οἱ ὑπὸ χεῖρα λαοὶ, κατέδειξεν εἰπὼν, ἃ

A *Hæc dicit Dominus omnipotens. Pascite oues occisionis, quas qui possederunt, interficiebant, & non agebant pœnitentiam, & qui vendebant eas, dicebat, Benedictus Dominus, & diuites facti sumus, & pastores earum non patiebantur quidquam super eis.*

LXXVII.

Ad eosdem pastores lamentantes, & instar leonum rugientes sermo dirigitur, quibus adhuc permittit pascere B oues occisionis, tametsi negligentissimè, vt qui venditis, & occisis illis nec ad momentum temporis quidem dolerent. Quemadmodum enim pastores iniquiores, & solas voluptates suas spectantes, & gregis Dominum nec hili pendentes, alias oues crudeliter mactant, ferarum impetus imitantes, alias vendunt, nihil penitus, vt dixi, earum vicem dolentes, sed improbissimis quæstibus gaudentes, & cupiditati adeo turpis lucri succumbentes: eodem C modo & populi Iudaici gubernatores greges suos male curasse videas, & exaggerasse suas diuitias, & velut inexplebili manu marsupia ingerendo dilatasse. Quocirca aiebat Saluator, tales reprehendens, [Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & grauiora legis omittitis, iudicium & misericordiam, & fidem.] Tam exacti enim, & minutim rationes subducentes, vt etiam rerum vilissimarum de- D cimas secundùm legis præscriptum non offerentes increparent, grauiorum, siue magis necessariorum, & vtilissimorum mandatorum Dei nullam omnino curam suscipiebant. Fuisse autem pastores non bonos, sed tantum lucra sua sectantes, declarat etiam per Ezechielem, his verbis. [O pastores Israel, num pascunt pastores semetipsos? nonne pastores pascere solent oues? Ecce lac comeditis, & lanis ope- E rimini, & quod crassum est occiditis, & oues meas non pascitis.] Inquit ergo, [pascite oues occisionis,] hoc est, aut mox Romanorum manu morituras: aut quas ipsimet occiditis, quamuis pastorum ordine, & loco sitis. Nondum enim adest tempus, quo iugulabuntur. Post aduentũ namque Saluatoris, & diuturnam Dei erga illos tolerantiam, Romanorum gladiis Iudæorũ multitudo consumpta est. Pastorum autem sortem factam ouibus præerãt populos ita docet,

Matt. 23

Ezech. 34

Ibid. 5. [Quas qui possederunt, interficiebant, A & non agebant pœnitentiam.] Sicut enim dominicam mente aspectabilem vineam, Israelem, inquam, siue hominem Iuda, recens plantatam, & dilectam suam sortem fecerunt: ita & greges quodammodo possederunt, decerpentes eorum fructus, & rem suam semper amplificantes, volentibúsque rapinam permittentes. Ergo qui possederunt occidebant: vendentes autem dicebant, [Benedictus Dominus, B & diuites facti sumus.] Possunt hi intelligi Iudices, iudiciorum integritatem cauponantes, & quasi valere iubentes legem Mosis, quamuis apertè Deut. 1. dicat, [Non accipies personam, in iudicio, quia iudicium Dei est.] Iucundum enim, & amicum erat illis vendere in vnaquaque causa iudicium iis qui emere vellent. Id quod etiam ex vocibus sanctorum planum fiet. Ait enim quidam sanctorum Prophetarum de Mich. 3. Hierusalem, [Duces eius cum muneri- C bus iudicabant.] Diuinus autem Abacuc propemodum vociferatur contra Deum, [Vsquequo, Domine, clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi labores, & dolores, videre miseriam, & impietatem? ex aduerso mei factum est iudicium, & iudex accipit. Propterea dissipata est lex, & non deducitur in finem iudicium, quia impius opprimit iustum. Propter hoc egredietur iudicium peruersum.] Quamobrem ex iniustis quæstibus diuitias congre- D gantes, & iustitiam peruertentes, & iudicia in qualibet causa pretio addicentes, esse possunt iudices ipsi, vt modo dixi, qui dicunt, [Benedictus Dominus, & diuites facti sumus.] In quo vt amentissimi, & audacissimi reprehendi queãt. Fingunt enim se benedicere Deo, perinde ac si ipsius concessu liceat ex iniquitatibus colligere, & è sanguinibus ditescere. Atqui ex vero officio iudicia exercentes illud præstabat dicere, benedictus Dominus, illustrati diuino- E rúmque mandatorum sinceri obseruatores comperti sumus, iustam in quauis causa sententiam pronunciantes. Est igitur dolus, & dedecus speciosus sermo, nisi faciamus quæ placeant Deo.

Propter hoc nõ parcã vltra super habitantes terrã, dicit Dominus. Et ecce ego trado homines, vnumquẽque in manus proximi sui, & vnũquemque in manus

A οἱ κτησάμενοι κατέσφαζον, καὶ οὐ μετεμέλοντο. ὥσπερ γὰρ δεσποτικὸν ὄντα τὸν νοητὸν ἀμπελῶνα, φημὶ δὴ τὸν Ἰσραήλ, ἤτοι τὸν ἄνθρωπον τοῦ Ἰούδα, τὸ νεόφυτον, τὸ ἠγαπημένον, ἴδιον ἐποιήσαντο κλῆρον· οὕτω καὶ τὰ ποίμνια μονονουχὶ κατεκτήσαντο, δρεπόμενοι μὲν τοὺς ἑαυτῶν καρπούς, καὶ ἀεί πως ἐν πλεονασμοῖς τὸν ἑαυτῶν ποιοῦντες κλῆρον, ἀφιέντες δὲ τοῖς ἐθέλουσιν διαρπαγήν. οὐκοῦν οἱ μὲν κτησάμενοι κατέσφαζον· οἱ δὲ πωλοῦντες ἔ- B λεγον, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. νοοῖντο δ' ἂν καὶ οὗτοι κριταί, τὴν ἐν τοῖς κρίμασιν ὀρθότητα καπηλεύοντες, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐρρῶσθαι φράσαντες τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, καίτοι λέγοντι σαφῶς, οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. ἦν γὰρ αὐτοῖς ἡδύ τε, καὶ φίλον τὸ καταπωλεῖν τοῖς ἐθέλουσι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσιν. καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν ἐναργὲς ἔσται διὰ φωνῆς ἁγίων. ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ. οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ C δώρων ἔκρινον. ὁ δέ γε θεσπέσιος Ἀββακοὺμ μονονουχὶ κατακέκραγε Θεοῦ, λέγων· ἕως τίνος κύριε κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃς, βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους, καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν, καὶ ἀσέβειαν; ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον. οὐκοῦν οἱ ἐξ ἀδίκων λημ- D μάτων συναγείροντες πλοῦτον, καὶ παρευθύνοντες μὲν τὸ δίκαιον, καταπωλοῦντες δὲ ὥσπερ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσεις, εἶεν ἂν οἱ κριταί, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, αὐτοὶ καὶ φασιν, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. ἀνόητοι δὲ, καὶ παραβολώτατοι καὶ τοῦτο λέγοντες ἐξελέγχοιντο ἂν εἰκότως. ὡς γὰρ Θεοῦ διδόντος ἐξ ἀδικιῶν συλλέγειν, καὶ ἐξ αἱμάτων πλουτεῖν, εὐλογεῖν ὑποπλάττονται, ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐκεῖνο λέγειν, τὸ κρίνειν ὀρθῶς ἐκτετιμηκότες. εὐλογητὸς κύριος, λαμ- E προὶ γὰρ ἀναδεδείγμεθα, καὶ τῶν θείων θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες, ὀρθὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι τὴν ψῆφον ἐκφέροντες. ἀπάτη δὴ οὖν ἡ χρηστολογία, καὶ μῶμος εἰ μὴ πράττοιτο πρὸς ἡμῶν, τὰ ἐφ' οἷς ἂν ἡσθείη Θεός.

Διὰ τοῦτο οὐ φείσομαι οὐκ ἔτι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, λέγει κύριος. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμι τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον εἰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστον εἰς χεῖρας

βασιλέως αὐτοῦ. καὶ καταχόψουσι τὴν γῆν, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωμαι ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν Χαναανῖτιν.

quod pastores vanorum facti sint, hoc est, temporalium satagentes, adeo autem socordes, vt etiam super ouibus miserè pereuntibus lætarentur. Alii namque vendentes eas dicebant, [Benedictus Dominus, & diuites euasimus:] alii verò occidebant, nec quidquam commouebantur: nam vt rectè pascerent, id sanè non curabant. Tales porro erant doctores Iudæorum, claudentes regnum cælorum, sicut ait Christus, [Et neque ipsi intrantes, nec alios intrare sinentes: sed circumeuntes mare & aridam, vt faciant vnum proselytum, qui cum factus fuerit, faciunt eum filium gehennæ duplum quam ipsi sunt.] Quid igitur adeò improbis pastoribus eueniet? [Gladius, inquit, super brachium ipsius, & super oculum dexterum eius.] Brachium pro viribus, & typo efficientiæ spiritualis accipitur. Itaque de animalibus occisis in sacro tabernaculo selecta altari sancto pars brachium, seu armus erat, & sacrum donarium Deo, ostendente scriptura, vt existimo, sub quodam integumento, Deo proprias corporis, & spiritus vires consecrare oportere. Brachium autem significare vires, testabitur quidam sanctorum, Deum vniuersorum alloquens. [Magnitudine brachii tui fiant vt lapides.] Oculus autem mentis imago est. Patietur itaque qui non rectè pascit brachii, & oculi mutilationem, hoc est, & à corporeo, & à spirituali robore deseretur. Non enim quippiam boni præstare poterit, Deo illum non corroborante: & animo obscurabitur, qui diuini luminis expers est, intelligitur. Haud enim cum fiducia dicet, [Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine: Deus meus illuminabis tenebras meas.] Dexterum autem brachium est quod gladio præciditur, & oculus dexter qui excæcatur. Nihil enim dexterum apud populum Iudæorum, non actio bona, * * * * * Etenim, vt est apud Paulum, [Vsque hodie quando legitur Moses, velamen super cor eorum positum est.] Psallit & alicubi Dauid de ipsis, [Obscurentur oculi eorum ne videant.] Omnia igitur illorum sinistra, siue cogitata, siue mores dicas, siue aliud eorum, quæ illis adesse credita sunt. Ac sinistrorum quidem ablationem conducere posse, eam sustinentibus, nō me latet. Nam abiectio stultitiæ omni culpa, & probro eos liberauerit.

ὅτι ποιμένες γεγόνασι τῶν ματαίων, τουτέστι, τῶν προσκαίρων ἐπιμεληταί, ῥάθυμοι δὲ οὕτως, ὡς ἐπαγάλλεσθαι τοῖς προβάτοις ἀθλίως διολλυμένοις. οἱ μὲν γὰρ πωλοῦντες ἔλεγον, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. οἱ δὲ κατέσφαζόν τε, καὶ οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς. τοῦ γὰρ χρῆναι ποιμαίνειν ὀρθῶς, οὐδεὶς ἦν περὶ αὐτοῖς λόγος. τοιοῦτοι δὲ ἦσαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, κλείοντές τε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καθά φησιν ὁ Χριστός, καὶ μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμενοι, μήτε μὴν ἑτέρους ἀφιέντες εἰσελθεῖν· ἀλλὰ περιάγοντες μὲν τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ξηράν, ἵνα ποιήσωσιν ἕνα προσήλυτον, εἰ δὲ δὴ γένοιτο, ποιοῦντες αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ἑαυτῶν. τί δὲ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω πονηροῖς ποιμέσι συμβήσεται; μάχαιρα, φησίν, ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν αὐτοῦ. λαμβάνεται δὲ ὁ βραχίων εἰς δύναμίν τε, καὶ τύπον τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας. καὶ γοῦν τῶν σφαζομένων ζώων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ ἀπόλεκτον τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ μέρος, ὁ βραχίων ἦν, καὶ ἱερὸν ἀνάθημα τῷ Θεῷ, ὑπεμφαίνοντος, οἶμαι, τοῦ λόγου δι' αἰνίγματος, ὅτι τῷ Θεῷ τὴν ἰδίαν ἀναθετέον ἰσχὺν τήν σωματικήν τε, καὶ πνευματικήν. ὅτι δὲ ὁ βραχίων κατασημαίνει τὴν δύναμιν, πιστώσεταί τις τῶν ἁγίων, τῷ τῶν ὅλων Θεῷ προσπεφωνηκώς. μεγέθει βραχίονός σου ἀπολιθωθήτωσαν. ὁ δέ γε ὀφθαλμὸς εἰς νοῦ τύπον λαμβάνεται. πείσεται δὲ οὖν ὁ μὴ ποιμαίνων ὀρθῶς βραχίονός τε, καὶ ὀφθαλμοῦ τὴν πήρωσιν, τουτέστιν, ἔρημος ἔσται σωματικῆς, καὶ πνευματικῆς ἰσχύος. οὐ γὰρ δυνήσεταί τι κατορθῶσαι τῶν ἀγαθῶν μὴ ἐνισχύοντος Θεοῦ· κατασκοτισθήσεται δὲ καὶ τὸν νοῦν, ἀμέτοχος τοῦ θείου φωτὸς ὑπάρχων τε, καὶ νοούμενος. οὐ γὰρ δυνήσεται λέγειν ἐκ παρρησίας, ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, κύριε. ὁ Θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου. δεξιὸς δὲ ὁ βραχίων ὁ τῇ μαχαίρᾳ τεμνόμενος, καὶ μὴν καὶ ὀφθαλμὸς ὁ τυφλούμενος. δεξιὸν γὰρ οὐδὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, οὐ πρᾶξις ἀγαθή, * * * * * ὡς γὰρ ὁ Παῦλος, φησίν, ἄχρι σήμερον ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτῶν. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. σκαιὰ δὲ οὖν ἅπαντα τὰ παρ' αὐτοῖς, κἂν νόημα, κἂν τρόπον εἴπῃς, κἂν ἕτερόν τι τῶν προσεῖναι πεπιστευμένων. τῶν μὲν γὰρ ἀριστερῶν ἡ ἀφαίρεσις ὀνήσειεν ἂν οἶδ' ὅτι τοὺς ὑπομένοντας. ἀποβολὴ γὰρ σκαιότητος αἰτίας τε, καὶ μώμου παντὸς ἀπαλλάξειεν ἂν αὐτούς.

ἀδικήσοιε δὲ αὖ οὐ μετρίως ἡ τῶν δεξιῶν * ἀπόδειξις. ἀποφέρει γὰρ πάντως εἰς τὰ αἴσχω, καὶ βδελυρώτατα. ἀλλ' Ἰουδαίοις πρέποι αὖ, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ ἐν στερήσει πένεσθαι τῶν δεξιῶν· ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν Χριστῷ τὴν ἀποβολὴν γίνεσθαι σκαιότητος, καὶ τοῖς δεξιοῖς ἐναβρύνεσθαι.

A Contra non mediocriter læserit dextrorum amissio. Omnino enim ad inhonesta, & maximè execrabilia deducit. Sed Iudæos deceat, & perquam conuenienter, spoliatos dexteris paupertatem perferre: nos autem qui sumus in Christo, sinistra amittere, & dextris gloriari.

ΚΕΦΑΛ. ιβ.

Λῆμμα λόγου κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. λέγει κύριος, ἐκτείνων οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ.

Ἀποχρώντως μὲν μάλα ποιησάμενος τὴν ἀφήγησιν τὴν ἐπί γε τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, τουτέστι Χριστοῦ, καὶ μήν τοι τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπείρου τε καὶ ὠμοτάτου, καὶ χρεωνομοῦντι τὰ πρόβατα, τοῦτον δὲ εἶναι φαμὲν τὸν ἀντίχριστον, διαμέμνηται χρησίμως καὶ τῶν ἐσομένων κατὰ καιροὺς διωγμῶν κατά γε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τοῦ κατὰ σάρκα, μᾶλλον δὲ τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ἁγίας ὄντως Ἱερουσαλὴμ, ἥ τίς ἐστιν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. ὥσπερ γὰρ εἶναι φαμὲν νοητὸν Ἰουδαῖον, τὸν ἔχοντα περιτομὴν ἐν καρδίᾳ, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τὴν ἐν σαρκὶ διὰ γράμματος· οὕτω καὶ Ἰσραὴλ νοεῖσθαι φαίη τις ἄν, οὐχὶ πάντως τὸν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, ὃς ἔχει νοῦν ὁρῶντα Θεόν. τοιοῦτοι δὲ πάντως οἱ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν κεκλημένοι πρὸς ἁγιασμὸν, ἐγνωκότες τε δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. θεωρίας γὰρ οὗτος ὁ τρόπος ἀτρεκὴς, καὶ ἐξαίρετος. λαμβανέσθω τοίνυν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένον Ἰσραήλ. ὅτι δὲ ἐστι παναλκὴς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ τὰ ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ποιούμενος προανάρρησιν, ἀποφαίνει, λέγων· ἐκτείνων οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. δέχεται γάρ, φησίν, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τὸ λῆμμα τοῦ λόγου Θεὸς ὁ πάντα ἰσχύων, καὶ ἐκτείνων μὲν ὡσεὶ δέρριν τὸν οὐρανὸν, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνὴν, ἑδραιοτάτην δὲ οὕτως ἀποφαίνων τὴν γῆν, ὡς ἀεί τε, καὶ διαπαντὸς ἀκλονήτως ἔχειν, καίτοι τεθεμελιωμένην ἐπὶ θαλασσῶν· ἔφη γὰρ οὕτως ἡ θεόπνευστος γραφή, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ δὴ οὕτω μεγάλων δημιουργὸς, καὶ τεχνίτης, πῶς οὐκ ἀνιδρωτὶ, καὶ μάλα εὐκόλως τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀποπεραίνει; πλάσσεται δὲ πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, οὐκ εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι καλούμενον, εἰ καὶ γέγονε δι' αὐτοῦ,

CAPVT XII.

B *Assumptio verbi Domini super Israel. Dixit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo.*

XXCVI. POSTQVAM quod sufficiat commodissimè disseruit de vero pastore, hoc est, Christo, atque etiam de imperito, & crudelissimo, & carnifice ouium, quem Antichristum esse dicimus, vtiliter etiam futurarum aliquãdo persecutionum contra Israelem, & neutiquam quidem Israelis secundùm carnem, C sed intelligibilis illius, & verè sanctæ Hierusalem, quæ est [Ecclesia Dei viuentis] mentionem inducit. Sicut enim asserimus esse intelligibilem Iudæum, habentem circuncisionem in corde per spiritum, & minimè eam quæ est in carne secundum literam: ita & Israelem intelligi dixerit quispiam, non vtique qui est de sanguine Israel sed illum potius, qui habet mentẽ videntem Deum. Tales citra controuersiam sunt per fidem in Christum vocati ad sancti- D ficationem, quique per ipsum, & in ipso patrem cognouerunt. Hic enim modus diuinæ visionis verus, & eximius est. Interpretanda igitur sunt hæc verba de Israele, de quo iam diximus. Fortissimum autem esse Deum vniuersorum, qui nobis sequentia prædicit, demonstrat, dicens: [Extẽdens cælum, & fundans terram, & formans spiritũ hominis in ipso.] Accipit enim, inquit, super Israel assumptionem verbi Deus qui potest omnia, E [Et extendens cælũ sicut pellem] iuxta vocem Psalmistæ, firmissimam autem reddens terram, vt semper, & vndiquaque sit immobilis, quãuis fundata super maria: quomodo ait diuinitus inspirata scriptura. [Et fingens spiritum hominis in ipso.] Adeo enim magnarũ rerum cõditor, & opifex, quomodo non citra sudorem, & facillimè quod voluerit conficiet? Fingitur autem spiritus hominis in ipso, non ad initium essentiæ suæ vocatus, quamuis per ipsum factus sit;

1. Tim. 3.

Roma. 2.

Psal. 103.

sed quasi transformatus, ex imbecillitate ad virtutem, ex ignauia ad patientiam, & absolutè, ex turpioribus ad honestiora, secundum quod intelligitur, reformatus. Psallit & diuinus Dauid, [Cor mundum crea me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.] Neque dicet quispiam mentis compos illum velle cor, & spiritum adipisci, quasi prorsus non habeat: sed putabit potius rogare, vt in ipso cor mundum, & spiritus rectus creetur. Atque hæc est transformatio. Consueuerunt autem sancti Prophetę non vulgaria prædicturi, prius conari, vt Deum vniuersorum, viribus valentissimum, & robustissimum ostendant, quò eorum oratio ex omni parte stabilem fidem consequatur, quamuis spe maiora, & si rem cogitatione humana metiamur, captum nostrum excedentia, & incredibilia dicant.

Psal. 50.

Ecce ego pono Hierusalem sicut vestibula, quæ mouentur omnibus populis in circuitu: & in Iudæa erit obsidio super Hierusalem. Et erit in die illa ponam Hierusalem lapidem conculcatum cunctis gentibus. Omnis calcans eam, illudens illudet, & congregabuntur super eam omnes gentes terræ.

XXXVII.

In prædictionibus antegressis, bellum Iudææ à Romano exercitu inferendum dilucidè memoratur. Dicebat igitur supra. [Vox lamentantium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia ipsorum.] Et paulò pòst. [Propter hoc non parcam super habitantes terram, dicit Dominus. Et ecce ego trado homines, vnumquemque in manus proximi sui, & in manus regis eius. Et concident terram, & non eruam de manu eorum] In verbis autem modo illatis institutas contra Ecclesiam persecutiones liquidò vaticinatur. Vexarunt enim credentes in Christum præ aliis omnibus principes synagogæ Iudæorum, denunciantes sanctis Apostolis, ne loquerentur in nomine Christi, flagellantes quoque illos, in Conciliis, & prætereà lapidari curantes, & quid non tandem sceleratissimum in eos dicentes ac facientes? Postquam autem per gentium quoque regiones sermo de Christo percrebuit, & indigenæ euangelicis prædicationibus obtemperarunt,

Act. 4.

Act. 14.

A ἀλλ' οἷον μεταμορφούμενον, ἐξ ἀσθενείας εἰς δύναμιν, ἐξ ἀνανδρίας εἰς ὑπομονήν, καὶ ἁπαξαπλῶς, ἐκ τῶν αἰσχιόνων εἰς τὰ ἀμείνω μεταστοιχειούμενον νοητῶς. ψάλλει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. καὶ οὐ δή που φαίη τις ἄν, εἴπερ νοῦν ἔχοι, καρδίαν, ἢ πνεῦμα βούλεσθαι λαβεῖν, ὡς οὐκ ἔχοντα τὴν ἀρχήν. οἰηθείη δ' ἂν μᾶλλον ἐν αὐτῷ κτίζεσθαι παρακαλεῖν καρδίαν
B καθαρὰν, καὶ πνεῦμα εὐθές. καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μεταπλασμός. ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις Προφήταις, εἰ δὴ μέλλοιεν οὐκ εὐκαταφρονήτων πραγμάτων ποιεῖσθαι παραφήγησιν, πολυσθενῆ τε, καὶ ἀλκιμώτατον παρασταφαίνειν πειρᾶσθαι τὸν ὅλων Θεὸν, ἵνα πανταχόθεν ὁ λόγος αὐτοῖς ἔχῃ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν, κἂν εἰ λέγοιεν τῶν ἐλπίδων ἐπέκεινα, καὶ ὅσον ἧκει εἰπεῖν εἰς ἔννοιαν τὴν ἐν ἡμῖν, ἔξω τοῦ λόγου, καὶ ἀπιστούμενα.

Ιδοὺ ἐγὼ τίθημι τὴν Ιερουσαλὴμ ὡς πρό-
C θυρα, σαλευόμενα πᾶσι τοῖς λαοῖς κύκλῳ, καὶ ἐν τῇ Ιουδαίᾳ ἔσται περιοχὴ ἐπὶ Ιερουσαλήμ. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι τὴν Ιερουσαλὴμ λίθον καταπατούμενον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. πᾶς ὁ καταπατῶν αὐτὴν ἐμπαίζων ἐμπαίξεται, καὶ συναχθήσονται ἐπ' αὐτὴν πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς.

Εν τοῖς ἤδη παρατεθειμένοις ὁ κατὰ γῆς Ιουδαίας πόλεμος διὰ τῆς Ρωμαίων ἐσόμενος στρατιᾶς εἴρηται σαφῶς. καὶ γοῦν ἔφασκε. φωνὴ θρη-
D νούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν, διὰ τοῦτο οὐ φείσομαι ἔτι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, λέγει κύριος. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμι τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον εἰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως αὐτοῦ. καὶ κατακόψουσι τὴν γῆν, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωμαι ἐκ χειρὸς αὐτῶν. ἐν δέ γε τοῖς προκειμένοις, τοὺς κατὰ τῆς ἐκκλησίας γεγονότας διωγμοὺς παραφηγεῖται σαφῶς. πεπολεμήκασι γὰρ τοῖς πιστεύουσιν εἰς Χριστὸν, πρὸ
E μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων οἱ τῆς Ιουδαίων συναγωγῆς ἡγούμενοι, παραγγέλοντες μὲν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μαστίζοντες δὲ καὶ ἐν συνεδρίοις αὐτοὺς, λιθοβολεῖσθαι δὲ καὶ ἑτέρους παρασκευάζοντες, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἀνοσιωτάτων δρῶντες καὶ λέγοντες; ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν χώραις ἐκπεφοίτηκεν ὁ λόγος, ὁ περὶ Χριστοῦ, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων κατήκοοι γεγόνασιν οἱ ἐν αὐταῖς,

πάλιν γεγόνασιν ἕτεροι διωγμοὶ διὰ τῶν κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότων, οἳ τῆς βεβήλου, καὶ βδελυρᾶς εἰδωλολατρείας μεταποιεῖσθαι σπουδάζοντες, καὶ διαβολικῆς ἀνοσιότητος ὑπουργοὶ γεγονότες, ἀπεκτόνασι τοὺς ἁγίους εἰς τοὺς ἐπὶ τοῖς μαρτυρίοις καλοῦντες ἀγῶνας. ἔδοξε δέ πως ἡ ἐκκλησία, καὶ πάρεστιν εὐκόλως, ἐπαμύνοντος οὐδενὸς, ἐοικέναι τε προθύροις σεσαλευμένοις, καὶ πίπτουσιν, ἢ καὶ λίθῳ καταπατουμένῳ. καίτοι γὰρ ἰσχύων ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ πάντα πόλεμον καταλῦσαι ῥαδίως, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποστῆσαι παντελῶς τῶν διωκομένων αὐτὸν, καὶ ἀμείνους ἀποφῆναι παντὸς πειρασμοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν κατὰ μεγέθους ταύτας χειρὸς, ἐφῆκεν οἰκονομικῶς καταλαμπρυνέσθαι διὰ παθημάτων, ἵνα σύμμορφοι γεγονότες αὐτῷ, συνδοξασθεῖέν τε, καὶ συμβασιλεύσειαν. εἰ γὰρ συμπάσχομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εἰ κοινωνοὶ τῶν παθημάτων ἐσμὲν, ἀλλὰ καὶ τῆς δόξης ἐσόμεθα. ἰδοὺ τοίνυν, φησὶ, τίθημι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς πρόθυρα σαλευόμενα. εἰ δὲ δὴ τοῦτο γένοιτο, καὶ περιστείη περὶ αὐτὴν ἡ περιοχὴ, τουτέστιν, ἡ παρὰ πάντων πολιορκία· καὶ ὅταν εἶναι δόξειεν ὡς λίθος καταπατούμενος, τότε πᾶς ὁ ἐμπαίζων ἐμπαίξεται. πέπρακται δὲ τοῦτο, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς διωγμοῖς. ἐπεφύοντο γὰρ τοῖς ἁγίοις, κατὰ πολλοὺς αἰκίζοντες τρόπους, τάχα που καὶ ἀποθνήσκουσιν ἐπιμειδιῶντες οἱ τάλανες. οὐ γὰρ ᾔδεσαν κατὰ τὸ εἰκὸς, τὸ ἐκ τοῦ παθεῖν εὐκλεὲς, καὶ ὅτι πρὸς εὐθυμίας αὐτοῖς τῆς διηνεκοῦς ἔσται δὴ πάντως ὁ πόνος. ἄθρει δὲ ὅπως οὐ τῆς τῶν ἐθνῶν ἰσχύος ἔργον εἶναι φησι, τὸ καταπατηθήσεσθαι τὴν ἐκκλησίαν· ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ βουλῆς. ἐφίεται γὰρ, ὡς ἔφην, διὰ παθημάτων τελειοῦσθαι τοὺς ἰδίους προσκυνητάς. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ τίθημι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς πρόθυρα σαλευόμενα πᾶσι τοῖς λαοῖς κύκλῳ. τούτῳ παραπλήσιον ἐκεῖνο, οἶμαί, ἐστι, τὸ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς εἰρημένον πρὸς Πιλάτον. οὐκ εἶχες οὐδεμίαν ἐξουσίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν δεδομένον σοι ἄνωθεν. φαίη ἂν εἰκότως ἡ νοητὴ πάλιν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστιν, ἡ ἐκκλησία, τῷ διώκοντι κόσμῳ, οὐκ εἶχες κατ' ἐμοῦ ἐξουσίαν οὐδεμίαν, εἰ μὴ ἦν δεδομένον σοι ἄνωθεν.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, πατάξω πάντα ἵππον ἐν ἐκστάσει, καὶ τὸν ἀναβάτην αὐτοῦ ἐν παραφροσύνῃ· ἐπὶ δὲ τὸν οἶκον Ἰούδα διανοίξω τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ πάντας τοὺς ἵππους τῶν λαῶν πατάξω ἐν ἀποτυφλώσει.

rursum aliæ persecutiones excitatæ sunt per eos, qui successione regnauerunt, & impuram, ac detestandam idololatriam vindicare conantes, diabolicæque impietatis ministri facti, sanctos ad martyrica certamina vocantes interemerunt. Visa est autem Ecclesia opportuna iniuriis, nemine defendente, & similis vestibulis agitatis, & labentibus, aut etiam lapidi conculcato. Etenim Saluator communis, cum facilè posset bellum omne sedare, imò potius à vexatis penitus prohibere, eósque ab omni tentatione immunes, hostiúmque viribus superiores præstare, sua diuina prouidentia per casus, & ærumnas illustrari permisit, vt sibi conformes redditi, vnà glorificarentur, & conregnarent. [Si enim compatimur & conregnabimus illi, vt scriptum est, & si socii passionum sumus, etiam gloriæ erimus.] Ait ergo, [Ecce ego pono Hierusalem vt vestibula commota.] Quod si fiat, cingetur, hoc est, obsidebitur ab omnibus: & cum videbitur esse vt lapis conculcatus, tunc omnis illudens illudet. Contigit hoc, sicut paulò antè dicebam, singulorum temporum persecutionibus. Adorti sunt enim sanctos, multis modis eos cruciantes, & morientibus fortè etiam insultantes miseri. Nesciebant enim profectò, quanta ex afflictionibus proueniret gloria, & dolorem illis perpetuam animi hilaritatem pariturum. Perpende porrò, quomodo non dicat, opus esse gentium potentiæ, Ecclesiæ conculcationem, sed suæ voluntatis, & consilii. Cupit enim, vt dixi, adoratores suos rebus aduersis perfici, & consummari. Ait namque, [Ego pono Hierusalem vt vestibula commota omnibus populis in circuitu.] Haud diuersum illud est, opinor, quod à Saluatore ad Pilatum dicitur: [Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.] Sic meritò etiam dicat quam animus intuetur Hierusalem, id est, Ecclesia, persequenti mundo. [Non haberes potestatem contra me vllam, nisi datum esset tibi desuper.]

Rom. 8. 2 Tim. 2. 1. Cor. Ioan. 18.

In die illa, dicit Dominus omnipotens, percutiam omnem equum in stupore, & ascensorem eius in amentia: super domum autem Iuda aperiam oculos meos, & omnes equos populorum percutiam in cæcitate.

Compositurum omne bellum, hostilesque incursus persecutorum inefficaces & inanes redditurum monet, dum dicit, equum & ascensorem percussurum in stupore, & amentia, & excitare insuper. Est autem, vt arbitror, idem stuporem pati, & amentem esse. Nam discessio à mente, non malè stupor intelligi queat. Quod cum factum fuerit, & in cæde grassantibus contigerit, licebit omnino sanctis dicere de oppugnatoribus suis. [Inimici nostri insipientes.] Atque etiam illa. [Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Ipsi infirmati sunt & ceciderunt; nos autem surreximus, & erecti sumus.] Alio item modo desipuerit sanctorum tolerantiæ insultans impiè, & in improuisum stuporem, siue admirationem incidet, cum viderit eos calamitatibus nullis cedere, & coronari cadentes, ac tum maximè vincere, & maiores reportare victorias, cum victi potuissent apparere: siquidem certum est, eos potissimùm in patiendo inclytos conspici, & magnitudini laborum comitem habere cælestem gratiam. Deinde, qui nam oppugnatores suos non obstupefaciant beati martyres, qui ipsum quoque Satanam pessundant, malignósque & immundos spiritus increpant, & nonnunquam magnâ gloriæ suæ admiratione ipsos etiam interfectores suos afficiunt? Quare equitem simul, & equum percussurum se promittit: vt hostium phalangas sanctorum virtuti aduersantes intelligamus. Super domum autem Iuda aperturum se oculos ait. Iudam hoc loco de radice Iesse, & tribu Iuda Christum existentem nominat, domum autem eius Ecclesiam; siue in Christo iustificatorum sanctam multitudinem. Aperiri autem oculos illud sibi velle existimo, quod amplissimè, & toto velut aspectu respiciet, quod suæ erga illum beneuolentiæ, ac præterea indulgentiæ, & charitatis indubitatum erit iudicium. Scriptum est enim, [Oculi Domini super iustos.] Et quos respexerit, eos planè beatissimos efficit; quandoquidem non falsè dici potest, cum auersionibus suis superbum, & peccatorem punire, visitationibus autem pium, & virtutis studiosum exhilarare. Quare diuinus item Dauid, & ex auersione damnum, & ex conuersione commodum

Psal. 19. Psal. 16. Psal. 33.

Οὐ καὶ πάντα κατευνάσειν πόλεμον, καὶ ἀπράκτους ἀποφανεῖν τὰς τῶν διωκόντων ἐφόδους, δίδωσι νοεῖν, ἵππον καὶ ἀναβάτην πατάξειν εἰπὼν ἐν ἐκστάσει τε, καὶ παραφροσύνῃ, καὶ μὴν καὶ ἀποτυφλώσει. ἔστι δὲ, οἶμαι, ταυτὸν τὸ παθεῖν τὴν ἔκστασιν, καὶ τὸ ὑπομεῖναι τὴν παραφροσύνην· τὸ γὰρ ἔξω γενέσθαι φρενὸς, ἔκστασις ἂν νοοῖτο, καὶ μάλα εἰκότως. οὗ δὴ γεγονότος, καὶ τοῖς φονῶσι συμβεβηκότος, ἐξέσται που πάντως τοῖς ἁγίοις εἰπεῖν περὶ τῶν σφισὶ μεμαχημένων, οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἀνόητοι. καὶ μὴν καὶ, οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν, καὶ ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν. παραφρονήσειε δ᾽ ἂν καὶ ἑτέρως, ὁ ταῖς τῶν ἁγίων ἀνεξικακίαις ἀνοσίως ἐπιπηδῶν, καὶ ἀδόκητον ὑπομένει τὴν ἔκστασιν, ἤτοι τὸ θαῦμα, τεθεαμένος ὅτι νικῶσιν ἐν συμφοραῖς, καὶ φαίνονται πεσόντες, καὶ ὅτε ἡττῆσθαι δοκοῖεν, τότε δὴ μάλιστα κρατοῦσι μειζόνως· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἔνι δὴ μάλιστα περὶ τὸ παθεῖν αὐτοὺς ὁρῶνται εὐκλεεῖς, καὶ τοῖς μεγέθεσι τῶν πόνων συμπαραμαρτυροῦσαν ἔχουσι τὴν ἄνωθεν χάριν. εἶτα πῶς οὐκ ἂν καταπλήξαιεν τοὺς μεμαχημένους οἱ μακάριοι μάρτυρες, καὶ αὐτὸν νικῶντες τὸν Σατανᾶν, καὶ πονηροῖς μὲν, καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμῶντες πνεύμασι· πολὺ δὲ τὸ θαῦμα τῆς ἐνούσης εὐκλείας αὐτοῖς ἐνιέντες ἔσθ᾽ ὅτε καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀνῃρηκόσιν; οὐκοῦν ἱππότην τε ἅμα, καὶ ἵππον πατάξειν ἐπαγγέλλεται· ἵνα νοῶμεν τὰς τῶν πολεμίων φάλαγγας, ταῖς τῶν ἁγίων ἐπιεικείαις ἀντιτεταγμένας. ἐπὶ δὲ τὸν οἶκον Ἰούδα ἀνοίξειν ἔφη τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ Ἰούδαν μὲν ἐν τούτοις τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς πεφηνότα Χριστὸν ὀνομάζει. οἶκον δὲ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν, ἤτοι τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων τὴν ἁγίαν πληθύν. τὴν δέ γε τῶν ὀφθαλμῶν διάνοιξιν ἐκεῖνο οἶμαι δηλοῦν, ὅτι πολὺ λίαν ἀμφιλαφεῖ, καὶ οἱονεὶ ὅλῳ βλέμματι κατασκέψεται, σημεῖον δ᾽ ἂν γένοιτο τοῦτο σαφὲς τῆς ἐπ᾽ αὐτῆς εὐμενείας, καὶ μέντοι φειδοῦς, καὶ ἀγάπης. γέγραπται γὰρ ὅτι ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους. καὶ οὓς ἂν ἐπιβλέψῃ, τούτους δὴ πάντως τρισμακαρίους ἀποδείκνυσιν, εἴπερ ἐστὶν εἰπεῖν οὐ διεψευσμένως, ὡς κολάζει μὲν ταῖς ἀποστροφαῖς τὸν ὑβριστήν τε, καὶ ἀλιτήριον, καταφαιδρύνει γε μὴν ταῖς ἐπισκέψεσι τὸν εὐσεβῆ, καὶ φιλάρετον. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀποστροφῆς ζημίαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐπιστρέψεως κέρδος ἐμφανίζ

καθισας, ποτὲ μὲν ἔφασκε, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. ποτὲ δὲ δὴ αὖ, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. ἕψεται γὰρ ταῖς ἀποστροφαῖς ὁ θυμὸς, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ συμβαίνοντα· τῷ γε μὴν ἐπιβλέψαι τὸ χρῆναι λαβεῖν τὸν ἔλεον.

Καὶ ἐροῦσιν χιλίαρχοι Ἰούδα πάντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εὑρήσομεν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐν κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ αὐτῶν.

Χιλιάρχους μὲν Ἰούδα τοὺς ἁγίους ἀποστόλους κατωνομάσθαι φαμὲν, τοὺς δὴ ἐν τάξει τῇ τῶν στρατηγῶν κεχειροτονημένους παρὰ Χριστοῦ, καὶ καθηγῆσθαι λαχόντας τοῦ Ἰούδα, τουτέστι, τῶν κεκλημένων εἰς ἐξομολόγησίν τε καὶ αἶνον. αἶνος γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. εἶεν δ' ἂν ὅτι πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἷς καὶ τὸ χρῆναι δοξολογεῖν τὸν Ἐμμανουὴλ ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς ἐπιτάττει λέγων ἐν πνεύματι. εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἀκουτίσασθε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. Ἰούδας τοίνυν ἐν τούτοις οἱ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς αἴνεσίν τε, καὶ ἐξομολόγησιν· χιλίαρχοί γε μὴν οἱ ἐπ' αὐτοῖς τεταγμένοι, ταξίαρχοί τε, καὶ ἡγεμόνες, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. ἔστι γοῦν ἰδεῖν οἷά τινας στρατιώτας, τοὺς τοῦ σωτῆρος προσκυνητὰς διακεκραγότας τε, καὶ λέγοντας. στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. χιλίαρχοι δὴ οὖν, καὶ μάλα εἰκότως, οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἳ καὶ ἐροῦσι, φησὶν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εὑρήσομεν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ. ἐπεθύμουν μὲν γὰρ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὴν ἁγίαν ὄντως Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν μεμεστωμένην ὁρᾶσθαι προσκυνητῶν, καὶ οἷά τινα πόλιν περιφανῆ πλήθει τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν εὖ μάλα κατασεμνύνεσθαι. καὶ γοῦν διεκήρυττον τὴν πίστιν, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Ἰησοῦν, σημείοις τε, καὶ τέρασιν ἐπισφραγίζοντες τοὺς ἑαυτῶν λόγους. πλὴν οὐκ ἔπειθον. μεμένηκε γὰρ σκληρός τε, καὶ ἀκαμπὴς, καὶ δὴ ἵππος ἀζύγιος. Τοιγάρτοι λοιπὸν ἐζήτουν ἑαυτοῖς τοὺς κατοικοῦντας τὴν ἁγίαν πόλιν ἐν κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ αὐτῶν, τουτέστι, ἐν Χριστῷ. καὶ δὴ καὶ ἐτράποντο πρὸς τὰ ἔθνη, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἐπιφωνήσαντες.

manifestans, aliquando dicebat, [Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo:] Aliquando rursum, [Respice in me, & miserere mei.] Auersionem namque ira, & quæ ab irato infliguntur pœnæ; respectum autem adeptio misericordiæ comitantur.

Et dicent tribuni Iuda omnes in cordibus suis, inueniemus nobis habitantes Hierusalem, in Domino omnipotente Deo eorum.

Chiliarchas, seu tribunos Iuda sanctos Apostolos appellatos asseueramus, delectos tanquam duces à Christo, & principatum in Iudam adeptos, hoc est, in eos qui ad confitendum, & laudandum vocati sunt: Iudas enim laus redditur: qui ex gentibus vtique fuerint, quibus & diuinus cantor mandat, vti Emmanuelem celebrent, dicens in spiritu, [Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.] Iudas igitur hoc loco sunt per fidem ad laudationem, & confessionem vocati; tribuni verò ipsis constituti, centuriones, & duces, diuini discipuli. Obseruare est ergo eos Saluatoris adoratoribus velut quibusdam militibus acclamantes, & dicentes: [State igitur succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela nequissimi ignita extinguere.] Sunt ergo diuini discipuli tribuni, & conuenientissimè, [Qui & dicent, inquit, in cordibus suis, inueniemus nobis ipsis habitantes in Hierusalem.] Desiderabant enim sancti discipuli verè sanctam Hierusalem, id est, Ecclesiam, repletam cerni adoratoribus, & veluti vrbem quandam incolarum frequentia insignem meritissimò gloriari. Quocirca promulgabant fidem, euangelizantes Iesum, signisque & prodigiis dicta sua confirmantes. Veruntamen non persuadebant. Obdurabat enim populus inflexibilis, & velut equus indomitus frœna recusabat. Idcirco deinceps sanctæ ciuitatis habitatores in [Domino omnipotente Deo ipsorum,] hoc est, in Christo, sibi quærebant. Quin & ad gentes conuertebantur, Iudæorum populo occinentes.

Act. 13. [Vobis oportebat primum loqui verbum Dei. Quoniam autem repellitis illud, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad gentes: sic enim nobis mandauit Deus.] Inde ciues Ecclesiæ conquisierunt, cuius & diuinus Dauid meminit, inquiens. Psal. 86. [Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.] Iis quæsitis, propter numerũ multitudinémque innumerabilem ditati sunt. Esai. 54. Quin & aiunt sanctæ ciuitati. [Dilata locum tentorii tui, & tabernaculorum tuorum, fige, ne parcas, protende funiculos tuos, & clauos tuos, conforta adhuc in dextris, & in sinistra extende.] Illa verò multitudine incolarum suorum exultat, & quasi admirans suorum Ibid. filiorum frequentiam, ait. [Ego autem sine filiis, & vidua, istos verò quis genuit mihi, isti autem vbi mihi erant?]

In die illa ponam tribunos Iuda sicut torrem ignis in linguis, & sicut lampadem ignis in stipula, & deuorabunt à dextris, & à sinistris omnes populos per circuitum.

XCI. Tribunos Iuda, vt ante docui, sanctos Apostolos, aut etiam omnes simpliciter, sanctarum Ecclesiarum præpositos nominat. Adeo autem sermonem, siue sacram doctrinam ipsorum mentibus imperaturam affirma vt torris in ligna, aut fax in stipulam facillimè ignem concepit, incidisse videatur. Hier. 5. [Deuorabunt enim, inquit, omnes populos à dextris, & à sinistris in circuitu,] hoc est, quocunque ire voluerint, illic omnimodis valebunt, vocantes ad agnitionem, & tanquam igni diuino, & intellectuali frigidos calefacientes. Dixit quiddam eiusmodi totius naturæ Deus etiam beato Prophetæ Hieremiæ. Rom. 1. [Ecce dedi verba mea in os tuum ignem, & populum istum ligna, & deuorabit eos,] pro, vocabit ad agnitionem, & frigefactos in peccatum iterum spiritu calefaciet. Alget enim errantium cor, & mortuam habent mentem, [Creaturam potius quam creatorem Deum adorantes,] lapidibúsque, & lignis diuinum cultum tribuentes. Sed tales, vt dixi, feruentes spiritu efficiuntur, calentes ad iustitiam, & vt inquit diuinus Ioannes, Matth. 3. [Spiritu sancto, & igne spirituali bapti-

A ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐντέταλται ὁ Θεός. ἐκεῖθεν ἐζήτησαν τοὺς τῆς ἐκκλησίας πολίτας, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμέμνηται, λέγων· δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. ζητήσαντες δὲ πεπλουτήκασι, συνεχόμενόν τε πληθὺν τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα. καὶ δὴ καὶ B φασι τῇ ἁγίᾳ πόλει. πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου. πῆξον, μὴ φείσῃ. μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου, κατίσχυσον ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. ἡ δὲ τῷ πλήθει τῶν κατοικούντων αὐτὴν ἐπαγάλλεται, μόνον δὲ οὐχὶ καταθαυμάζουσα τῶν ἰδίων τέκνων τὴν ὁμήγυριν, φησὶν, ἐγὼ δὲ ἄτεκνος, καὶ χήρα, τούτους δὲ τίς ἐγέννησέ μοι, οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν;

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ θήσομαι τοὺς χιλιάρ-C χους Ἰούδα ὡς δαλὸν πυρὸς ἐν ξύλοις, καὶ ὡς λαμπάδα πυρὸς ἐν καλάμῃ, καὶ καταφάγονται ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ εὐωνύμων πάντας τοὺς λαοὺς κυκλόθεν.

Χιλιάρχους μὲν Ἰούδα, καθάπερ ἤδη προέφην, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ἢ καὶ ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἡγουμένους ἀποκαλεῖ. κατευμεγεθήσειν τε οὕτω τῆς τῶν ἐθνῶν καρδίας τὸν παρ' αὐτῶν ἔφη λόγον, ἤγουν τὴν μυσταγωγίαν, ὡς δοκεῖν δαλὸν μὲν ξύλοις ἐμπεπτωκέναι, D λαμπάδα γέμειν εἰς καλάμην τὴν εὐκατάπρηστον. καταφάγονται γάρ, φησί, πάντας τοὺς λαοὺς ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ εὐωνύμων κυκλόθεν, τουτέστιν, ὅποι περ ἰέναι βούλωνται, πάντη τε καὶ πάντως ἐκδυνήσονται, καλοῦντες εἰς ἐπίγνωσιν, καὶ οἱονεὶ πυρὶ τῷ θείῳ, καὶ νοητῷ, καταθάλποντες τοὺς ἀπεψυγμένους. ἔφη δὲ τοιοῦτον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἱερεμίαν. ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ. καὶ τὸν E λαὸν τοῦτον ξύλα, καὶ καταφάγεται αὐτούς, ἀντὶ τοῦ, καλέσει πρὸς ἐπίγνωσιν, καὶ ἀπεψυγμένους εἰς ἁμαρτίαν, θερμοὺς δὴ πάλιν ἀποτελέσει τῷ πνεύματι. ἀπέψυκται μὲν γὰρ ἡ τῶν πλανωμένων καρδία, καὶ νεκρὸν ἔχουσι τὸν νοῦν, προσκυνοῦντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεὸν, λίθοις τε καὶ ξύλοις ἀνατιθέντες τὸ σέβας. ἀλλ' εἴ γε τοιοίδε ζέοντες, ὡς ἔφην, ἀποτελοῦνται τῷ πνεύματι, θερμοὶ πρὸς δικαιοσύνην, καὶ καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης, πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ τῷ νοητῷ βαπτι-

ζονται, καθάπερ ἵνα συρφετὸν δαπανᾷν εἰωθότι, τὴν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνιζήσασαν ἁμαρτίαν, καὶ τοὺς τῆς φιλοσαρκίας ἐκτήκοντι ῥύπους. εἴρηται γοῦν καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. ἔχεις ἄνθρακας πυρός, κάθισαι ἐπ' αὐτούς, οὗτοι ἔσονταί σοι βοηθοί. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φησί. καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφίμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα πυρός, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν, ἰδοὺ τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου πυρὶ καθαριεῖ. ἄνθρακά που κατὰ γε τὸ εἰκὸς τὸν θεῖόν τε, καὶ ἱερώτατον, καὶ ἁμαρτίας ἐκτήκοντα Χριστὸν εἶναι λέγων. οὐκοῦν γεγόνασι μὲν ὡς δαλὸς πυρὸς εἰς καλάμην οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ κατέφαγον μὲν τὰ ἔθνη κυκλόθεν· πλὴν οὐ δαπανῶντες εἰς ὄλεθρον· καταφλέγοντες δὲ μᾶλλον τῆς ἐν αὐτοῖς ψευδωνύμου γνώσεως τὰ μιαρά τε, καὶ βέβηλα δόγματα, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης τὸν ῥύπον ἐκτήκοντες, ἀποψύχεσθαί τε οὐκ ἐῶντες ἔτι τῶν ἅπαξ πεπιστευκότων τὸν νοῦν πρὸς ἀνοήτους εἰκαιοβουλίας, ὡς ἐπεί γέ σφισιν αὐτοῖς ἀνασκιρτῶντας λέγειν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν, πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό. ὅτι γάρ ἐστι θερμός, καὶ τομώτατος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, σαφὲς ἂν γένοιτο, πρὸς Ἱερεμίαν λέγοντος αὐτοῦ. οἱ λόγοι μου ὡς πῦρ φλέγον, λέγει κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν. ἔχει γάρ, καὶ μάλα ἐπιτηδείως ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος εἴς γε τὸ δύνασθαι καὶ ἀπεψυγμένον ἐν ἁμαρτίαις ἀναζωπυρῆσαι· καὶ οἱονεί πως ἀπεσκληκότα, καὶ πεπιλημένον διαπλύξαι ῥᾳδίως. καὶ γάρ ἐστι ζῶν τε, καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτατος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, διϊκνούμενός τε μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε, καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας· εἴρηται δέ που καὶ διὰ φωνῆς Προφητῶν πρὸς τὸν ἀπηνῆ, καὶ ἀτίθασον Ἰουδαῖον, περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἄνδρες Ἰούδα.

Καὶ κατοικήσει Ἱερουσαλὴμ ἔτι καθ' ἑαυτήν, καὶ σώσει κύριος τὰ σκηνώματα Ἰούδα, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς, ὅπως μὴ μεγαλυνθῇ καύχημα οἴκου Δαβίδ, καὶ ἐπάρσεις τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὸν Ἰούδαν.

Οὐκ ἀεὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν θορύβοις ἔσεσθαι φησίν, οὔτε μὴν ἀτελευτήτους ὑπομεῖναι τοὺς διωγμούς· ἀλλ' ἠρεμήσειν τε κατὰ καιρούς, καὶ κατοικήσειν καθ' ἑαυτήν, τουτέστι, καταμόνας, οὐκ ἐνοχλουμένης

zantur,] qui ceu quisquilias quasdam animabus nostris insidens peccatum consumere, & sordes carnalitatis exurere solet. Dictum est igitur & ab Esaia. [Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adiutorium.] Quin idem de se ipso. [Et missus est ad me vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem ignis, quem forcipe tulit de altari, & tetigit os meum, & dixit, ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua igni mundabit,] carbonem, vt verisimile est, diuinum, & sacratissimum, & peccata consumentem ignem Christum esse dicens. Quamobrem diuini discipuli vt torres ignis in stipula fuerunt, & gentes quidem in circuitu deuorarunt; veruntamen non penitus perdiderunt: sed potius falsæ in ipsis scientiæ detestanda, & impura dogmata incenderunt, veterisque fallaciæ sordes absumpserunt, & animos eorum qui semel crediderant, ad insipientiam, & temeritatem frigefieri amplius passi non sunt, vt in se ipsis exultantes, vniuersorum Saluatori Christo dicerent, [Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud.] Esse enim feruidum, & ad secandum acutissimum Dei verbum, planum fit ex eo, quod Hieremiæ dicit: [Verba mea sicut ignis comburens, & sicut securis incidens petram.] Est enim perquam idoneus Dei sermo vt possit & quod frigefactum est in peccato redaccendere, & quæ velut induruerunt, & coarctata sunt non difficile explicare. Est namque [viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, perueniens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, medullarum quoque, & compagum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.] Dictum est item voce Prophetarum immitibus, & contumacibus Iudæis, [Circumcidimini Deo vestro, viri Iuda.]

Et habitabit Hierusalem adhuc in semetipsam, & saluabit Dominus tabernacula Iuda sicut à principio, vt nō magnificetur gloriatio Dauid, & elationes habitantiū Hierusalem super Judam.

Non semper Ecclesiam tumultibus exagitatum iri, nec sine fine persecutiones passuram vaticinatur: sed quieturam aliquando, & habitaturam in semetipsa, seu in loco suo, hoc est, se-

iunctam, & solam, turbante nemine, non tribulationem excitante, non terrorem immittente, non tentationum mœrores accumulante. [Saluabit enim Dominus tabernacula Iuda, sicut à principio.] Ecclesias suas, siue tabernacula sua ita proteget, vt æquè magnam gratiam in eas conferat, quam in Israelem contulit, quem ex Ægypto liberauit. Eduxit enim illum [è domo seruitutis, & è fornace ferrea, sicut scriptum est,] & è dominatu intolerabili vniuersorum Deus, [in manu forti, & in brachio excelso,] quando persecutores eius [demersit in mari rubro, ponto cooperuit eos, & descenderunt sicut plumbum in aqua vehementi, & transierunt liberati.] Columna autem ignis eos noctu præcedens viam signabat, & per diem nubes supra caput dux, impendebat. Deinde panem de cælo comederunt, & in solitudine morsus serpentum euaserunt. Vicerunt inimicos, transierunt Iordanem, circumcisi sunt, venerunt in terram promissionis. Hæc donabit Christus quærentibus tabernacula, hoc est, Ecclesiam: sic & ipsis salutem restituet, diabolica seruitute exemptis, & dæmoniaca dominatione liberatis, & per distractiones huius vitæ, & turbas inanes velut per mare traductis. Columnam quoque, & firmamentum illustre seipsum illis in alto proponet, illuminantem versantes in tenebris, & instar nubis roribus, quos animo cernimus, irrigantem. Factus item illis panis vitæ, serpentiúmque sub intelligentiam cadentium morsus imbecilles, & irritos faciens, traducens per Iordanem, & circumcisione spiritus puros reddens, & in regnum cælorum introducens. Hæc suis adoratoribus largietur: saluabitque eos talibus modis, [vt non magnificetur gloriatio domus Dauid,] hoc est, Iudæorum principes: nec elationes sint, seu elationis occasio contra Iudam, habitantibus Hierusalem, quam sensus percipit, & terrestrem. Efferebant quippe se, & superbia tumebant contra credentes in Christum, ipsúmque Emmanuelem, per Mosen veteribus munificè collata toties iactantes, & tributam patribus ipsorum indulgentiam obtendentes. Quare dicebant, nunc quidem. [Quod igitur signum tu facis, vt videamus, & credamus? quid operaris? Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est, panem de cælo

Deut. 5.
Exod. 15.
Exod. 13.
Exod. 16.
Num. 21.
Iosue 3.
Ioan. 6.
Ibid.
Exod. 16.
Psal. 77.
Ioan. 6.

A τινος, οὐ θλίψιν ἐπάγοντος, οὐκ ἐνιέντος δεῖμα, οὐ τὰς τῶν πειρασμῶν δυσθυμίας ἐπισωρεύοντος, σώσει γὰρ κύριος τὰ σκηνώματα Ἰούδα, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς. ὑπερασπιεῖται οὕτω τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν, ἤτοι τῶν ἑαυτοῦ σκηνωμάτων, ὡς ἴσην αὐταῖς ἀπονέμειν φροντίδα τῇ πάλαι δεδωρημένῃ λελυτρωμένῳ ἐξ Αἰγύπτου τῷ Ἰσραήλ. ἐξήγαγε γὰρ τὸν Ἰσραὴλ ἐξ οἴκου δουλείας, καὶ ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καθὰ γέγραπται, καὶ ἐξ ἀφορήτου πλεονεξίας ὁ τῶν B ὅλων Θεός, ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, ὅτε τοὺς διώκοντας κατεπόντισεν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, πόντος ἐκάλυψεν αὐτούς, καὶ ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ, καὶ διεβιβάσθησαν μὲν οἱ λελυτρωμένοι. στῦλος δὲ αὐτῶν ἡγεῖτο πυρὸς τὴν νύκτα, καταδεικνύων τὴν ὁδόν, ἐπεκρέματο δὲ καὶ ἐν ἡμέρᾳ νεφέλη. εἶτα τὸν ἐξ οὐρανοῦ κατεδηδόκασιν ἄρτον, καὶ διέφυγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὰ τῶν ὄφεων δήγματα, κρείττους ἦσαν ἐχθρῶν, διεβιβάσθησαν τὸν Ἰορδάνην, περιετμή- C θησαν μαχαίραις πετρίναις, ἦλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ταῦτα χαριεῖται Χριστὸς τοῖς ζητοῦσι τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν. οὕτω καὶ αὐτοὺς ἀνασώσει, δουλείας μὲν ἀπαλλάξας τῆς ὑπὸ τοῦ διαβόλου φημί, καὶ δαιμονιώδους πλεονεξίας ἐξελών, διαβιβάσας δὲ ὥσπερ διὰ θαλάσσης τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ περισπασμῶν, καὶ τύρβας εἰκαίας, στῦλον δὲ, καὶ ἑδραίωμα λαμπρὸν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἀναθείς, φωτίζοντα τοὺς ἐν σκότει, καὶ οἷα νεφέλην τοῖς νοητοῖς καταρδοῦντα δρόσοις. γεγονὼς D δὲ αὐτοῖς καὶ ἄρτος ζωῆς, ἄπρακτά τε, καὶ ἀδρανῆ τὰ τῶν νοητῶν ὄφεων ἀποδείξας δήγματα, καὶ διαβιβάσας τὸν Ἰορδάνην, καὶ τῇ διὰ πνεύματος περιτομῇ καθαροὺς ἀποφαίνων, εἰσκομίζων δὲ καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. ταῦτα χαριεῖται τοῖς ἰδίοις προσκυνηταῖς, διασώσει τε αὐτοὺς κατὰ τοιούσδε τινὰς τρόπους, ὅπως μὴ μεγαλύνηται καύχημα οἴκου Δαβίδ, τουτέστιν, οἱ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενοι· μήτε μὴν ἐπάρσεις εἶεν, ἤγουν ἐπάρσεως ἀφορμαὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ τὴν αἰσθητήν, καὶ ἐπί- E γειον κατὰ τοῦ Ἰούδα. ἐφρόνουν μὲν γὰρ μεγάλα, καὶ κατωφρύοντο λίαν τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἐμμανουήλ, ἄνω τε καὶ κάτω τὰ διὰ Μωσέως τοῖς ἀρχαίοις δεδωρημένα προτείνοντες, καὶ τὴν τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐκνεμηθεῖσαν φειδὼ προϊσχόμενοι. καὶ γοῦν ἔφασκον, ποτὲ μὲν τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν, καὶ πιστεύσωμεν; τί σὺ ἐργάζῃ; οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐ-

ἄρτον ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. νυνὶ δὲ δὴ, ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί. τερατουργήσει δὲ οὕτω φησὶν ἡμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεός, εἰ καὶ μὴ ἐμφανῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ τότε, ἀλλ' οὕτω νοητῶς, ὥστε τὸ ἡμᾶς ἀνασώσειν τοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις σκηνώμασιν, ἵνα μὴ μέγα φρονῶσι καθ' ἡμῶν Ἰουδαῖοι, ἤγουν οἱ παρ' αὐτοῖς ἡγούμενοι. τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὸ καύχημα τοῦ οἴκου Δαβίδ.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὑπερασπιεῖ κύριος ὑπὲρ τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἔσται ὁ ἀσθενῶν ἐν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὡς οἶκος Δαβίδ, ὁ δὲ οἶκος Δαβὶδ ὡς οἶκος Θεοῦ, ὡς ἄγγελος κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν.

Ὅπλῳ μὲν ἡμᾶς εὐδοκίας ἐστεφάνωσεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. δέδωκε γὰρ ἡμῖν τὸν ἴδιον υἱὸν, ὑπερασπιστὴν, καὶ πρόμαχον. δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα, παντὸς μὲν εὐκόλως διεκδιδύοντες πειρασμοῦ. πολέμου δὲ τοῦ παρ' ἐχθρῶν, καὶ τῆς τῶν διωκόντων σκαιότητος κατευμεγεθεῖν εἰωθότες. ἀλλ' ἔν γε τοῖς προκειμένοις δηλοῦται μὲν τι τοιοῦτον, πλὴν ἀσαφείᾳ πολλῇ κατεσκιασμένον τὸν λόγον ἴδοι τις ἄν. ἔφη μὲν γὰρ ὑπερασπιεῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν κατοικούντων Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τῶν παροικούντων αὐτήν. καὶ νοεῖται μὲν ὁμολογουμένως Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ. παροικεῖ δὲ αὐτὴν ὁ μὴ λίαν ἀσφαλὴς, σεσαλευμένος δὲ ὥσπερ, καὶ εὐπάρριστος κομιδῇ, πρὸς τὸ μὴ ἔχειν ὀρθῶς, ἢ καὶ ἄλλως ῥάθυμος εἰς φιλομάθειαν. κατοικεῖ δὲ αὖ ὁ βεβηκὼς, καὶ ἐρηρεισμένος εἰς ἀγάπην τὴν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ ταῖς ἐκ τῶν θείων μαθημάτων ὠφελείαις ἀεὶ προσκείμενος, ὥστε δύνασθαι λέγειν διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ, ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου; ὑπὲρ μέλι, καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. ὑπερασπιεῖ τοίνυν φησὶ τῶν κατοικούντων, καὶ ἔσται ὁ ἀσθενῶν ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς οἶκος Δαβίδ. καὶ οἶκον μὲν τοῦ Δαβὶδ ἐν τούτοις, τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις ἐντιμοτάτους ὀνομάσθαι φαμέν. ἀπὸ γὰρ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐξ Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ ἐβασίλευον κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. ἀσθενοῦντα δέ φησιν ἐκ τῶν κατοικούντων τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥ τίς ἐστιν ἡ ἐκκλησία, τάχα που τὸν ἔτι κατηχούμενον, ὃς οὔπω βεβάπτισται, νοσεῖ δὲ ὥσπερ ἔτι τῷ τῆς ἁμαρτίας φορτίῳ καταχθόμενος, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀρρωστημάτων, ἤγουν παθῶν οὐκ ἀπήλλακται. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων, ὅτι δὴ μόνον πεπίστευκε,

A dedit eis manducare:] nunc verò, [nos scimus quia Mosi locutus est Deus, hūc autem nescimus vnde sit.] Inquit igitur, faciet vobis mirabilia vniuersorū Deus, etsi non manifestè, quomodo videlicet olim: sed tamen quæ intellectus videat, & sic vos saluabit qui estis in eius tabernaculis, ne glorientur contra vos Iudæi, siue qui eorum gubernacula tenent. Idem namque opinor significare [gloriationem domus Dauid.]

B *Et erit in die illa proteget Dominus super incolentes Hierusalem. Et erit qui infirmatur in eis illa die vt domus Dauid, domus autem Dauid, vt domus Dei, vt angelus Domini in conspectu eorum.*

[Armis bonæ voluntatis suæ coronauit eos Deus & Pater.] Dedit enim nobis filium suum defensorem, & antesignanum, per quem & saluati sumus, ex omni tentatione facilè emergentes, & à bello quouis hostili, & à persequentium furore semper inuicti. C Et verbis quidem propositis tale quiddam indicatur, quæ tamen multa obscuritate inuoluta videas. Ait enim, vniuersorum Deum protecturum incolentes Hierusalem, at non potius accolentes eam. Et Hierusalem quidem hoc loco sine controuersia Ecclesia Christi intelligitur. Accolit autem illam non valde tutus, & securus, sed quasi agitatus fluctibus, & vehementer mobilis ad malum, aut alioqui iners ad discendum. D Incolit fixus, & firmatus in charitate erga Christū, & vtilitaribus ex doctrina diuina promanantibus semper deditus, vt dicere possit cum Dauide, [Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel & fauum ori meo.] Inquit ergo, [Proteget incolentes, & erit infirmatus inter ipsos in die illa sicut domus Dauid.] Domum Dauid hic apud Iudæos honoratissimos vocari asserimus. De tribu enim Iuda ex Iesse, & Dauide progeniti, aliquando Hierosolymis regnarunt. E Infirmatum autem ex incolentibus sanctam ciuitatem, intellectualem Hierusalem, quæ est Ecclesia, fortassis adhuc catechumenū dicit, qui sacro fonte nondum ablutus, & quodammodo adhuc peccati onere grauatus ægrotat, veteribúsque morbis, siue turbidis animi motionibus needum vacat. Sed quamuis in hoc statu versans, quoniam tamen credidit duntaxat, &

XCII. Psal. 5.

Psal. 118.

& ab vmbra legis recessit, & penitus ad vitę spiritualis institutũ excolendum, & vitæ in Christo decus declinauit, [Erit, inquit, vt domus Dauid,] hoc est, nulli apud Iudæos sapiẽti, & spectatissimo intelligentia cedet. Eiusmodi quiddam & sapientissimus Paulus, populos Iudæorũ alloquens insinuat. Sic enim ait: [Cum enim gentes quæ legem non habẽt, naturaliter ea quæ legis sunt faciũt, legem non habẽtes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis.] Et iterum, [Circuncisio quidẽ prodest, si legẽ obserues: si autẽ præuaricator legis sis, circuncisio tua præputiũ facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputiũ illius in circuncisionẽ reputabitur? & iudicabit, id quod ex natura est præputiũ, legẽ cõsummãs, eum qui per literam, & circuncisionem præuaricator legis est? Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quę in manifesto, in carne, circuncisio est: sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo.] Qui igitur circuncisionem in carne vt obsoletam auersatus, spiritualem potius amabit, & Iudæum qui in occulto est circũferet, [Cuius laus est non ex hominibus, sed ex Deo,] quomodo nõ præstat, cum virtute legis doctos, & qui inter Iudæos præcipuæ sunt existimationis, superauerit, quãuis fortasse infirmitatis reliquias, vt nondum baptizatus, habeat? Parte enim cordis sui sana, hoc est, fide differet vtique ab eo, qui fidem repudiat. Quod si quispiam de domo Dauid, hoc est, de illustribus, & honoratissimis apud ipsos fidem susceperit, & mysteriũ Christi rectissimè intellexerit, hic erit venerãdus, [& domus Dei, & vt angelus Domini in cõspectu eorum.] Simile quiddã & Saluatorẽ dixisse notũ est, ait enim, [Omnis scriba doctus in regno cælorũ similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua, & vetera.] Qui enim cognitionẽ legis in seipso vt thesaurum collectum habet, si euangelicã adiunxerit, diues quidã intelligẽtia erit, noua, & vetera theoremata, seu res cõsideratione dignas discẽdi studiosis tanquam ex apothecis, seu repositoriis proponens: qualis erat diuinus Paulus, modò ex lege petitis probationibus sermonẽ de Christo cõfirmare enitens: modò etiã doctrina arcana supra legẽ audiẽtes ad voluntatem in eius fide gloriãdi compellens.

Rom. 2.

Matth. 13.

A καὶ τῆς νομικῆς ἀπέστη σκιᾶς, καὶ διανένευκεν ὅλως ἐπὶ τὸ ἑλέσθαι πληροῦν τὴν ἐν πνεύματι πολιτείαν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς τὰ αὐχήματα, ἔσται, φησὶν, ὡς ὁ οἶκος Δαβὶδ, τουτέστι, κατ' οὐδὲν ἐλάττων εἰς σύνεσιν τοῦ σοφοῦ τε, καὶ ἐνδοξοτάτου παρά γε τοῖς Ἰουδαίοις. ὑπαινίττεταί τι τοιοῦτον καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσλαλῶν. ἔφη γὰρ οὕτως. ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες B ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. καὶ πάλιν. περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς. ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, τὸν διὰ γράμματος, καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου; οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περι- C τομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ, πῶς οὐκ ἀμείνων, κατ' ἀρετὴν ἠσκημένος τῶν νομομαθῶν, καὶ ἐνδοξοτάτων παρὰ Ἰουδαίοις, κἂν εἰ ἔχοι τυχὸν ἀσθενείας λείψανον, ὡς οὔπω βεβαπτισμένος, τῷ γὰρ ὑγιαίνοντι μέρει τῆς ἑαυτοῦ καρδίας, τουτέστι, τῇ πίστει, διοίσει πάντως τοῦ τὴν πίστιν οὐ προσιεμένου. εἰ δὲ δή τις ἐκ τοῦ οἴκου Δαβὶδ, τουτέστι, τῶν παρ' αὐτοῖς λαμπρῶν, καὶ ἐνδοξοτάτων παραδέξαιτό τις τὴν πίστιν, καὶ D εἰς σύνεσιν εὖ μάλα τὸ Χριστοῦ μυστήριον αὐτῷ γένοιτο, προσκυνητὸς οὗτος ἔσται, καὶ οἶκος Θεοῦ, καὶ ὡς ἄγγελος κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν. τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διείρηκε λέγων, ἔφη γάρ, ὅτι πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. ὁ γὰρ ἔχων ἤδη τεθησαυρισμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ νόμου γνῶσιν, εἰ προσλάβοι τὴν εὐαγγελικήν, πλούσιος ἔσται τις εἰς σύνεσιν, καινά τε, καὶ παλαιὰ θεωρή- E ματα, καθάπερ ἐξ ἀποθηκῶν τοῖς φιλομαθέσι παραδιδούς· ὁποῖός τις ἦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ποτὲ μὲν νομικαῖς ἀποδείξεσι τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον ἐμπεδοῦν ἐπιχειρῶν· ποτὲ δὲ καὶ ταῖς ὑπὲρ νόμον μυσταγωγίαις συνελαύνων ἤδη τινὰς τοὺς ἀκροωμένους εἴς γε τὸ ἑλέσθαι τῇ εἰς αὐτὸν πίστει κατασεμνύνεσθαι. ποτὲ μὲν γὰρ ἔφασκε, λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;

Gal. 4.

Aliquando siquidem dicebat, [Dicite mihi, qui sub lege esse vultis, legem non auditis?

γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας δι' ἐπαγγελίας, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπ' ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ, τὸ γὰρ Ἄγαρ, ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. ποτὲ δὲ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. συνιεῖς οὖν * * * παλαιοῖς τε ἅμα καὶ νέοις παιδεύμασι τὰς τῶν παιδαγωγουμένων ὀνίνησι ψυχάς. ἔσται τοίνυν φησὶν ὁ οἶκος Δαβίδ, ὡς ἄγγελος κυρίου ἐνώπιον αὐτῶν.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ζητήσω τοῦ ἐξᾶραι πάντα τὰ ἔθνη, τὰ ἐπερχόμενα ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκχεῶ ἐπὶ τὸν οἶκον Δαβίδ, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ πνεῦμα χάριτος, καὶ οἰκτιρμοῦ, καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, —

Σκοπός ἐστι μοί φησιν ἐξᾶραι μὲν τὰ ἔθνη τὰ μεμαχημένα τῇ ἁγίᾳ πόλει, τουτέστι, τῇ ἐκκλησίᾳ· χάριτί γε μὴν, καὶ οἰκτιρμοῖς περιβαλεῖν τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ, τουτέστι, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας πολίτας, καὶ ἐν τοῖς αἰνεῖν ὀφείλουσι καταταγμένους· εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ προσκυνοῦντες Χριστῷ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ἕπεσθαι ᾑρημένοι τὴν εὐκλεᾶ τε, καὶ ἀνεπίπληκτον κατορθοῦντες ζωήν. ὅτι γὰρ ἔμελλον ἀρρωστήσειν τὸ ἀνάλκι πάντῃ τε καὶ πάντως οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, σαφηνιεῖ λέγων καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ. σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἰδοὺ ὧδε πύλας τοὺς διώκειν αὐτὴν ἐθέλοντας, φησὶν, οἷα ὀλέθρους ὄντας, καὶ φθορεῖς, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου κατακομίζειν εἰωθότας τοὺς προσκειμένους αὐτοῖς. ἀτονήσουσι δὲ οὖν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξαρθήσονται οἱ πεπολεμηκότες αὐτῇ, καὶ οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν. πολλαὶ μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τῶν δικαίων αἱ θλίψεις· ἀλλ' ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος. καὶ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι πάντες οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. πλὴν ἀνόνητα καὶ ἀδρανῆ τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ σκέμματα. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἐγχειρήματα τίθησιν ὁ Χριστὸς, ὃς δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν πατεῖν

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar, Agar enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.] Aliquado autem & de filio, [Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, per se ipsum purgationem peccatorum nostrorũ faciens, sedit in dextera throni maiestatis in excelsis.] Intelligis ergo * * * veteribus simul, & nouis doctrinis institutorum animis commodet. [Erit igitur, inquit, domus Dauid, vt angelus Domini in conspectu eorum.]

Et erit in die illa, quæram auferre omnes gentes, quæ veniunt contra Hierusalem, & effundam super domum Dauid, & super habitantes Hierusalem spiritum gratiæ, & misericordiæ, & aspicient ad me, --

[XCIII.] Consilium meum est, inquit, auferre, delere gentes, quæ ciuitatem sanctam, puta Ecclesiam, oppugnauerunt: gratia autem, & miserationibus comprehendere domum Iuda, & habitantes Hierusalem, hoc est, Ecclesiæ ciues, & eos, qui ad laudandum constituti sunt: qui rursum accipi possunt adorantes Christum, & certi parere oraculis Euangelicis, laudabilem, nullique culpæ affinem vitam excolentes. Imbecilles enim fore omnino veritatis inimicos, demonstrat ipse Saluator cùm dicit, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.] [Matt. 16.] Ecce hîc conantes eam persequi portas vocat, veluti pestes, & exitia, & ipsis adhærentes ad pedicas inferorum deducere solitos. Torpebunt igitur, imo tollentur qui bellum ei mouerint, & in perniciem ibunt. [Multæ enim, (quod nemo nescit,) sunt tribulationes iustorum: sed de his omnibus liberabit eos Dominus:] [Psal. 33.] & verum est, [Omnes qui piè volent viuere in Christo, persecutiones passuros.] [2. Tim. 3.] Cæterùm inutiles, & inualidas insidiantium cogitationes, & ausus ipsos Christus facit, qui dedit [nobis potestatem calcandi [Luc. 10.]

supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici,] & confirmat nos cum ait, [In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum.] Tollentur itaque è medio qui aliquando in Ecclesiam insurgunt: super ipsos autem, hoc est, super credentes, vbertim [spiritus gratiæ, & miserationis] effunditur. Ornat enim nos bonis cælestibus Deus & pater, & spiritualibus donis cumulat, vt mentis oculum ad ipsum tollentes, omnem in eo fiduciam collocemus. Id enim est, opinor, quod dicit; [aspicient ad me.] Quo quidem modo affecti, lætamur in sinu, & laudantes Dominum dicimus, [Benedic anima mea Dominum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum.]

Ioan. 16.

Psal. 102.

--in quem insultauerunt, & plangent super se planctum quasi super dilectum, & dolebunt dolorem quasi super primogenitum.

XCIV. Hebræorum editio initium præsentis contextus facit ab illis verbis, [& aspicient ad me:] porrò cum LXX. traditione, & interpretatione non consentit. Nam pro [insultarunt habet illa, videbunt in quem transfixerunt.] Transfixerunt quippe milites Pilati latus eius, sicut legimus. Quocirca hæc verba de persona Christi aptè explicabimus. Atque etiã illa ad eum referenda ducimus, [Et plangent super se planctum, sicut super dilectum, & dolebunt dolorem sicut super primogenitum.] Etenim cum diuinum templum ligno affixissent, circumsteterunt crucifixores, sceleratè conuitiãtes. Alii quippe dicebant, [Qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas illud, salua temetipsum.] Rursum nonnulli, [Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.] At vbi animam suam pro nobis posuit, & spiritibus apud inferos prædicauit, & reuixit, terræ motu concusso monumento, qui assidebant mirabundi dixerunt, [Verè filius Dei erat iste:] nec mediocri pœnitudine multi capiebantur. Postquam autem & Romani eos bello presserũt, regione deuastata, & vrbibus incensis, & domibus vacuefactis, iámque ipsa Hierosolyma obsessa, & fame oppidanos conficiente, vix quidam suos

Ioan. 19.

Matt. 27.

1. Pet. 3.

Matt. 27.

A ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. παραθαρρύνει τε λέγων, θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. ἐκποδὼν ἐξαίρονται μὲν οἱ τῆς ἐκκλησίας κατεξανιστάμενοι κατὰ καιρούς, ἐπὶ δέ γε τοὺς αὐτῆς, τουτέστι, τοὺς πιστεύοντας, ἐκχεῖται πλουσίως, πνεῦμα χάριτος, καὶ οἰκτιρμοῦ. στεφανοῖ γὰρ ἡμᾶς τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ πνευματικῶν ἐμπίπλησι χαρισμάτων, ἵνα τὸν B τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν πρὸς αὐτὸν ἀνατείναντες, ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν ἔχωμεν ἐλπίδα. τοῦτο γάρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, ἐπιβλέψονται πρός με. διακείμενοι δὲ οὕτω, γανύμεθα μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς, φαμὲν δὲ ἐξομολογούμενοι Θεῷ. εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, τὸν εὐιλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει, καὶ οἰκτιρμοῖς, τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου.

C —εἰς ὃν κατωρχήσαντο, καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοὺς κοπετὸν ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ.

Η Ἑβραίων ἔκδοσις ἀρχὴν ποιεῖται τῆς παρούσης κεφαλαίου τὸ, καὶ ἐπιβλέψονται πρός με. πλὴν οὐ συμβαίνει τῇ τῶν ἑβδομήκοντα παραδόσει τε, καὶ ἑρμηνείᾳ. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ ὄψονταί φασι, ἀντὶ τοῦ, κατωρχήσαντο, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. διένυξαν γὰρ οἱ Πιλάτου στρατιῶται τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. D ἐκποδὼν παραθήσομεν εἰκότως τῷ προσώπῳ Χριστοῦ τὴν ἐπὶ τοῖσδε λόγον. πλὴν ἐκεῖνό φαμεν βούλεσθαι δηλοῦν, καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοὺς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ. καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην, ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. προσηλώσαντες μὲν γὰρ τῷ ξύλῳ τὸν θεῖον ναὸν, περιεστήκασιν οἱ σταυρώσαντες, ἀνοσίως ἐπιτωθάζοντες. οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον, ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. ἕτεροι δὲ αὖ, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. ἐπειδὴ δὲ θεὶς ὑπὲρ ἡμῶν τὴν E ἰδίαν ψυχὴν, ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασιν, ἀνεβίω τε αὖ, σεισμοῦ λυομένου, παρὰ τὸ μνημεῖον οἱ προσεδρεύοντες ἐθαύμαζον, λέγοντες, ἀληθῶς υἱὸς Θεοῦ ἦν οὗτος· πολλὴ δὲ παρὰ πολλοῖς ἡ μεταμέλεια ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπέσκηψε πόλεμος, καταδηουμένης αὐτοῖς τῆς χώρας, καὶ πόλεων ἐμπιπραμένων, καὶ οἴκων ἐρημουμένων, πολιορκουμένης τε ἤδη καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ λιμοῦ κατατήκοντος ἔνδοθεν, ἐκ τούτου τινὲς εἰς συναίσθησιν μόλις τῆς

ἐπὶ Χριστοῦ τολμημάτων, ᾔδεσάν τε λοιπὸν, τῆς κακοδαιμονίας τὰς αἰτίας, καὶ ὅτι πρόφασις αὐτοῖς τοῦ παθεῖν τὰ ἐπ' αὐτοῦ γέγονε δυσσεβήματα. Οὐκοῦν ἐπείπερ κατωρχήσαντο, κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην, ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. καὶ γὰρ ἀεί πως ἄσχετον μὲν καταχέουσι δάκρυον τοῖς γεγεννηκόσιν, ἐφ' υἱῷ πρωτοτόκῳ κειμένῳ, καὶ ἀγαπητῷ, κομμοὶ δὲ καὶ θρῆνοι καθείργειν εἰς τέλος οὐκ ἀνεχόμενοι, μακρὰ δὲ δὴ πάντως, καὶ οἷον διηνεκὴς ὀδύνη, δριμείαις τισὶ, καὶ ἀφορήτοις προσβολαῖς ψυχὰς κατατήκουσα. ὅτι δὲ ἔμελλον εἰς πεῖραν ἐλθεῖν Ἰουδαῖοι τῶν τοιῶνδε κακῶν, προμεμήνυκεν ὁ Χριστὸς, ταῖς κλαιούσαις ἐπ' αὐτῷ γυναιξὶν ἐπιτιμῶν τε, καὶ λέγων· θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, κλαίετε δὲ ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν.

in Christum ausus nefarios agnouerunt, tandémque animaduerterunt, quamobrem dira paterentur, & propter impie in eum cōmissa sese illa perpeti. Itaque quoniam [insultauerunt, plangent super se planctum quasi super dilectum, & dolebūt dolorem, quasi super primogenitum.] Profusissimis namque lacrymis paréntes primogeniti, & dilecti mortem semper prosequuntur, nec plangendi, & lamentandi inuenire modum sustinent, éstque dolor longinquus planè, & quasi perennis, acriter, & intolerabiliter vellicando animos macerans. Iudæis autem calamitates istiusmodi experturos Christus prædixit, mulieres super ipso flentes ita castigans, [Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas, & filios vestros flete.]

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μεγαλυνθήσεται ὁ κοπετὸς ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. Καὶ κόψεται ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλάς. Φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς, φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Ναθαν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Λευὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ Συμεὼν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Πᾶσαι αἱ φυλαὶ αἱ ὑπολελειμμέναι, φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς.

In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus mali punicæ in campo succisæ. Et planget terra per tribus tribus. Tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum. Tribus domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum. Tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Tribus domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum. Tribus Simeon seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes tribus reliquæ, tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum.

Καταδηωθείσης ἁπάσης τῆς Ἰουδαίας κατὰ καιροὺς ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, καὶ αὐτῆς δὲ πολιορκουμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, τοιοῦτον ἔσεσθαί φησι τὸν ἐν αὐτῇ κοπετὸν, ὁποῖον ἂν ποιήσαιτο γηπόνος ῥοῶνος ἐκκοπτομένου. εὐανθὲς μὲν γὰρ τὸ φυτὸν, καὶ συχνοὺς ἐκ ῥίζης ἀνίησι κλάδους ὀρθοὺς, καὶ εὐμηκεστάτους. εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτοῖς ἐξωραΐζοιτο τοῖς καρποῖς, τότε δὴ μάλιστα καὶ ἐν πολλῷ κεῖται θαύματι. χρῆμα γὰρ ἀξιέραστον, ἡ ῥοιὰ, φοινικῷ διαπρέπουσα κάλλει τῶν ὀρπήκων ἀπηρτημένη, καὶ τοῖς ἔσω κόκκοις συμπεφοινιγμένον ἔχουσα τῶν ἐλύτρων τὸ εἶδος. πανδεινον δὲ, ὡς ἔφην, καὶ ἀνιαρὸν, ὁμοῦ τοῖς καρποῖς ἀποκείρεσθαι τὸ φυτόν. ἀλλ' ἰδοὺ τι τοιοῦτον ἰδεῖν τοῖς Ἰουδαίοις συμβαῖνον. ὅσον μὲν γὰρ ἧκει εἰς τὰς ἐκ νόμου τιμὰς, ῥοιαῖς ἐγκάρποις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, οἱ προὔχοντες ἐν αὐτοῖς· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, τοὺς τῆς βασιλείας διέποντες θρόνους εἰς λῆξιν εὐκλείας τῆς ἀνωτάτω παρ' αὐτοῖς. οἱ δὲ ἐκ φυλῆς Λευὶ τοῖς τῆς ἱερω-

Ferro igníque deformata olim vniuersa Iudæa à Romano exercitu, ipsáque Hierosolyma obsidione cincta, talē ab incolis planctum editum iri ait, qualem ederet agricola excisa malo punica. Est enim hoc genus arboris bellissimum, atque à radice in crebros, teretes, ac patulos diffusum ramos exsurgit ipsis quoque fructibus decoratū, inprimis est admirabile. Gratissima enim res malum punicū, naturali pulchritudine eximiū, à ramo dependens, & cum granis intus rubētem habens corticē. Grauissimum autem, & molestissimum, vt dicebam, simul cum fructibus arborem amputari. Eiusmodi quiddam Iudæis contigisse videre licet. Nam quod ad honores propter legem perceptos attinet, non immeritò malis punicis comparentur, qui inter eos principem locum obtinuerūt: siquidem de tribu & familia Iuda oriundi, & regno præpositi in summa apud eos gloria fuerunt. Tribules autem Leui, sa-

xcv.

cerdotii ornamentis congruentissimè cohonestati, in claritate, & celebritate vixerunt. Quid ego de iudicibus, & legum peritis, & aliis honoribus illustratis dicam? At postquam in Christum debacchati sunt, hostibus traditi sunt, Vespasianóque, ac Tito eorum prouinciam depopulantibus, & Hierosolymam obsidentibus, & fame incolas omnes enecante, lamento, & planctu omnia redundarunt. Testatur & Iosephus. Nam in libris de bello Iudaico alicubi de Hierosolyma scribit in hæc verba. Vrbe tota plangores, & gemitus, & lamenta dolore expressa latè audiebantur. Et vt eam Libanum, & saltum vocauit, cum diceret. [Aperi Libane portas tuas, & ignis comedat cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus, quoniam magnates vehementer facti sunt miseri. Vlulate quercus Basanitidis, quoniam succisus est saltus consitus:] sic nunc item malum punicam excisam appellat. Testis accedit & diuinus Matthæus, vbi populo Iudæorum ita prænuntiatur. [Iam securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exscinditur, & in ignem mittitur, & ardet.] Inquit ergo, tam ingens existet in ea planctus, ex arescente videlicet eius fructu improuisò, & ipsa excisa. [Planget autem terra per tribus & tribus, & mulieres eorum seorsum.] Non putamus sanè beatum Prophetam illud velle, in qualibet tribu seorsum mares à fœminis staturos, & planctum daturos, hoc enim superuacaneum, & inconsideratum foret. Illud potius docet, vnamquamque tribum cum fœminis suis peculiarem lamentandi causam habituram. Idcirco, inquit, [tribus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum.] Iam vero quantum possumus cuiuslibet afflictionem explanemus. Tribules enim è tribu Dauid, siue Iuda, è regno excisi, impotenter eiulant, vt tanto splendore spoliati. Leuitæ verò sacerdotii honore depulsi, vna cum mulieribus planctui se dabunt. De familia autem Nathan (hic erat Propheta, nec omnino verax) similiter plangent: non enim licebit illis amplius vaticinari iniqua, & loqui de corde suo, & sermones suos pro diuinis venditare imprudentibus, indéque turpe lucrum colligere. Habet porrò traditio, Iudæos iudices per tempora sua constitutos, de tribu Simeonis legisse,

Zach. 11.

Matth. 3.

A στολαῖς καὶ χρήμασιν εὖ μάλα κατεσκευασμένοι, λαμπροί τε ἦσαν, καὶ διεβόηντο. τί δ' ἂν λέγοιμι κριτάς τε, καὶ νομικούς, καὶ τοὺς ταῖς ἑτέραις τιμαῖς κατηγλαϊσμένους; ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστόν, δέδονται τοῖς ἐχθροῖς, καὶ καταδῃούντων αὐτοῖς τὴν χώραν Οὐεσπασιανοῦ τε, καὶ Τίτου, πολιορκουμένης τε τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ λιμοῦ καταφθίνοντος, θρήνων τε, καὶ κοπετῶν τὰ πάντα πεπλήρωται. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἰώσηππος. τὰ γὰρ

B τῆς ἁλώσεως βιβλία συντιθεὶς, ἔφη που περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ αὐταῖς λέξεσιν ὧδε. Κομμοὶ δὲ ἦσαν ἀνὰ τὴν πόλιν πανταχῇ, οἰμωγὴ δὲ διαπρύσιος, καὶ θρῆνος ἐξακέλευστος. ὥσπερ δὲ Λίβανον, καὶ δρυμὸν αὐτὴν ὠνόμαζε, λέγων, διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου, ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. ὀλολύξατε δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος· οὕτω καὶ ῥοιὰν κατακοπτόμενον ὀνομάζει. πιστοῦται δὲ τὸν

C λόγον καὶ ὁ θεσπέσιος Ματθαῖος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προαναπεφωνηκώς. ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, καὶ καίεται. ἔσται γοῦν οὕτω φησὶ μέγας ὁ ἐν αὐτῇ κοπετὸς, οἷος ἂν γένοιτο ῥοιῶνος, ἐκπεπτωκότος αὐτοῦ δηλονότι τοῦ καρποῦ, καὶ ἀδοκήτως ἐκκοπτομένου. κόψεται δὲ ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλὰς, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. καὶ οὔτε που φαμὲν ἐκεῖνο βούλεσθαι δηλονότι τὸν μακάριον Προφήτην, ὡς ἑστήκοι μὲν ἀνὰ μέρος

D τὸ ἄρρεν ἐν ἑκάστῃ φυλῇ, ἀνὰ μέρος δὲ αὖ τὸ θῆλυ, καὶ ποιήσονται τὸν κοπετόν· περιττὸν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χρῆμα, καὶ εἰκαιόβουλον. διδάσκει δὲ μᾶλλον ὡς ἑκάστη φυλὴ κατὰ τὴν ἐν αὐτῇ γυναικῶν ἰδίαν ἕξει τινὰ τοῦ θρήνου τὴν ἀφορμήν. ταύτητοί φησιν ὅτι φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. καὶ δὴ φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι, τὸν ἑκάστης πόνον. οἱ μὲν γὰρ ἐκ φυλῆς Δαβὶδ, ἤτοι τοῦ Ἰούδα, τῆς βασιλείας ἐκκοπέντες, κατοιμώξουσιν ἀφέτως, ὡς τῆς οὕτω περιφανοῦς εὐκλείας ἀπεστερημένοι. οἱ

E γε μὴν ἐκ τοῦ Λευὶ, τῆς ἐκ τῆς ἱερωσύνης ἐξωθούμενοι τιμῆς, ὁμοῦ γυναιξὶ ποιήσονται τὸν κομμόν. οἱ δὲ ἐκ φυλῆς τοῦ Νάθαν, Προφήτης δὲ ἦν οὗτος, καὶ οὐχὶ πάντως ἀληθής· κόψονται πάλιν. οὐ γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔτι προφητεύειν ἄδικα, καὶ λαλεῖν τὰ ἀπὸ καρδίας, καὶ τοῖς ἀσυνέτοις καταπωλεῖν ὡς παρὰ Θεοῦ τοὺς ἰδίους λόγους, καὶ τὰς ἐντεῦθεν συλλέγειν αἰσχροκερδείας. ἔχει δὲ ἡ παράδοσις, ὅτι τοὺς κριτὰς Ἰουδαῖοι τοὺς καθισταμένους κατὰ καιροὺς ἐκ τῆς Συμεὼν ἐδέχοντο φυλῆς.

ἅτε δὴ συνετωτάτους, καὶ νομομαθεῖς ἄνδρας ἐχούσης, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων προφερεστέρους εἴς γε τὸ ζῆν ἑλέσθαι ἐννόμως. διὰ τοῦτό φησιν ὅτι φυλὴ Συμεὼν κόψεται καθ' ἑαυτήν. ἴδοις δ' ἂν καὶ τούτοις ὁ θρῆνος. οὐ γὰρ ἐκεῖνον ὀρθῶς, οὔτε μὴν τοῖς θείοις εἴκοντες νόμοις, τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀποπεραίνειν ἐσπούδαζον, ἦσαν δὲ μᾶλλον φιλοκερδεῖς, καὶ εὐωνότατοι, καὶ ἥ φησιν ὁ Προφήτης, οἱ κριταὶ αὐτῆς ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας. συνοδύρεσθαι δὲ ταύταις ἀναγκαῖόν πως ἦν καὶ τὰς ἑτέρας φυλὰς, ἅτε δὴ τῶν ἡδίστων αὐταῖς ἐθῶν τε, καὶ τόπων ἐκπεμπομένας, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ θανάτου ἐπηρτημένου ταῖς σφῶν κεφαλαῖς, φθάνοντος δὲ ὥσπερ τὸ τῶν πολεμίων ξίφος καὶ αὐτοῦ τοῦ λιμοῦ.

A vtpote quę floreret viris prudentissimis, & legum scientissimis, & in vita ad leges accommodata cæteris multo præstantioribus. Lamẽtabuntur autem hi quoque. Hanc ob causam dicit, tribum Simeon lamentaturã seorsum. Non enim sincerè iudicii munus exercebãt, neque diuinis legibus obsequentes, quæ Deo placerent, præstare conabantur: sed lucris potius inhiabant, leuissimo precio fidem suam addicẽtes, & vt ait Prophe- B ta, [Iudices eorum sicut lupi Arabiæ.] Lamentari autem vnà etiam alias tribus oportebat, vt iucundissimis sibi ritibus, & locis eiectas, imo & ipsa morte earum capitibus imminente, ipsaque fame instar hostilis gladii eas absumente.

Abac. 1.

ΚΕΦΑΛ. ιγ.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν, καὶ εἰς τὸν ῥαντισμόν.

CAPVT XIII.

In die illa erit omnis locus apertus in domo Dauid, & habitantibus Hierusalem, & in transmutationem, & C *aspersionem.*

Ἐπιτρέχει τῷ λόγῳ τὰ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐσόμενα τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. οἱ μὲν γὰρ ταῖς ἀπειθείαις ἐξυβρικότες, ἐν πολιορκίαις ἔσονται, φησὶ, καὶ ἐπί γε τοῖς σφῶν αὐτῶν κατοιμώξουσι κακοῖς. ἐν δέ γε τῇ νοητῇ καὶ ἁγίᾳ κατὰ τὸ ἀληθὲς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, τουτέστι, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ πεφηνότος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστοῦ, πᾶς τόπος ἔσται διανοιγόμενος, τουτέστι, πολλή τις εὐρυχωρία, καὶ οἷον ἀνειμένη δίαιτα, περιπόθητος, καὶ ἀπονωτάτη. ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ῥητὸν Ἑβραῖοι πάλιν ἑτέρως ἐκδεδώκασιν. ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, πᾶσαν ἔσεσθαι πηγὴν ἀναβρύουσαν ἔφησαν αὐτοί. καὶ εἰκός γε σφόδρα, καὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν ἑβδομήκοντα τὸν σκοπὸν εἰς τοῦτο αὐτὸ συντείνεσθαι, κἂν εἰ ἑτέρως ἔχοι τῆς τῶν ῥημάτων προφορᾶς ὁ τρόπος, ἵνα τι τοιοῦτον ᾖ τὸ δηλούμενον. ἡ μὲν γὰρ ἀπειθὴς, καὶ ἀφηνιῶσα Ἱερουσαλὴμ, ἡ πονηρά τε, καὶ ἀποστάτις, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς Προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, τὰς τοῖς ἰδίοις τολμήμασιν ἀναλόγως ἐχούσας ἀποτίσει δίκας. ἐκκοπήσεται γὰρ ῥοᾶς δίκην. τοῖς γε μὴν οἰκοῦσι τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστι, Χριστοῦ, ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, ἤγουν ἐν παντὶ τόπῳ πηγὴ, τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ ἀναβρύουσα, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς εἶναι χρήσιμον τοῖς πεπιστευκόσι καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν,

POST hoc aduentum Christi diligentibus euentura percurrit. Qui enim in sua incredulitate insolentius se gesserunt, obsidebuntur, inquit, & in miseriis suis eiulabunt. Ast in ea, quam mente spectamus, & vere sancta Hierosolyma, & in domo Dauid, hoc est, Ecclesia, vbi ex semine Dauid secundùm carnem Christus apparuerit, [Omnis locus patebit,] hoc D est, multa erit latitudo, & quasi remissum, & laxum, optatissimúmque, & omni molestia solutissimum viuendi genus. Scias porrò velim, in Hebræa editione sententiam hanc aliter extare. Nam pro, [Erit omnis locus apertus, ait, fore vt omnis fons scaturiat.] Et probabile est admodum, etiam LXX. interpretationem eodem tendere, quamuis verba secus habeant, vt quiddam eiusmodi significetur. Incre- E dula nempe, & recalcitrans, peruersa, & apostatrix Hierusalem, [quæ occidit Prophetas, & lapidat eos qui ad eã missi sunt,] condignas audacia sua pœnas persoluet. Exscindetur enim, ceu malus punica. Habitantibus autem Hierusalem quæ intelligentia conspicitur, siue domum Iuda, id est, Christi, erit omnis locus apertus, siue in omni loco fons, purgationis aqua manans, vtique sacri baptismatis, ad vtilitatem credentium, [& in transmutationem

XCVI. 1. Tim. 4.

Matt. 23.

& in aspersionem.] Quænam ista transmutatio? Iudæorum ex institutione legali ad vitam in Christo: ab vmbra ad veritatem: à typo, & litera ad cultum spiritualem. Quænam autẽ Græcorum erit transmutatio? ex incredulitate ad Christo credendum veniunt, & ex ignorantia maxima ad agnitionem puram veri Dei: à tenebris ad illuminationem, Transmutatio autem communis, cuilibet per fidem vocato conueniens, Iudæo & Græco, à sapiendo ea quæ carnis sunt, sanctè, ac purè viuendi, & in spiritu ambulandi consilium, vti B. Paulus hortatur: ex admiratione eorum quæ in mundo sunt ad diligenda quæ supra mundum sunt. Diuinum porrò, & sacrum baptisma suscipientes nos aspergi sanguine Christi ad expurgationem peccati, quis dubitet? Ergo via ad transmutationem, & aspersionem domum Iuda habitantibus salutare baptisma est, siue omnis locus apertus, siue omnis fons dilatatus, & purgationis, seu expiationis aqua scaturiens.

Rom. 8.

Et erit in die illa, dicit Dominus Sabaoth, disperdam nomina idolorum de terra, & non erit vltra eorum memoria. Et Pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra.

XCVII.

2. Cor. 5.

Omnia in statum meliorem migrarunt in Christo, & quæ in eo sunt noua creatura, marcoris antiqui abiecto dedecore. Ac verborum quidem istorum veritatem ex ipsis quoque rebus quispiam perspexerit. Ante tempora enim aduentus, quando nondum corpus vllum induerat vnigenitus, neque diuino lumine omnia collustrabantur, adhuc caligo, & tenebræ in cordibus gentium erant. Colebant enim simulacra, eóque stultitiæ descenderant, vt ligna, & lapides diuinis cæremoniis afficerent, & immundis dæmonibus Deo congruentes honores impenderent. Et hæc quidem errantium vesaniæ crimina fuerunt. Apud Israelem verò acceptum illum, & partem Domini, sicut scriptum est, & funiculum hæreditatis eius, tanta erat consuetudinum, atque morum fatuitas, vt legem quamuis ad auxilium sibi datam, nec ad institutionem vitæ in Christo probatæ insufficientem paruipenderent, potiúsque ad gentium errores sequendos stolide declinarent, finitimarúmque superstitiones amplecterentur.

Eccles. 24.
Deut. 32.

καὶ εἰς τὸν ῥαντισμόν. καὶ τίς ἡ μεταχίνησις; Ἰουδαίων μὲν ἐκ νομικῆς ἀγωγῆς εἰς πολιτείαν τὴν ἐπὶ Χριστοῦ· ἀπὸ σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν. ἐκ τύπου, καὶ γράμματος εἰς λατρείαν πνευματικήν. Ἕλλησι δὲ μεταχίνησις τίς ἔσται; ἐξ ἀπιστίας ἥκουσιν ἐπὶ τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ· ἐξ ἀμαθείας τῆς ἐσχάτης εἰς ἐπίγνωσιν ἀκραιφνῆ τὴν κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ· ἀπὸ σκότους εἰς φωτισμόν. μεταχίνησις δὲ κοινή, πάντι πρέπουσα τῷ κεκλημένῳ διὰ τῆς πίστεως, Ἰουδαίῳ τε, καὶ Ἕλληνι, ἀπὸ τοῦ φρονεῖν τὰ σαρκὸς, ἐπὶ τὸ ἑλέσθαι ζῆν ὁσίως, καὶ καθαρῶς, καὶ περιπατεῖν ἐν πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· ἐκ τοῦ θαυμάζειν τὰ ἐν κόσμῳ εἰς τὸ ἀγαπῆσαι τὰ ὑπερκόσμια. ὅτι δὲ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν δεχόμενοι βάπτισμα ῥαντιζόμεθα τῷ αἵματι Χριστοῦ πρὸς ἀποκάθαρσιν ἁμαρτίας, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; οὐκοῦν ἡ ὁδὸς ἡ εἰς μεταχίνησιν καὶ εἰς ῥαντισμὸν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τὸ σωτήριον βάπτισμα, ἤτοι πᾶς τόπος διανοιγόμενος, ἤγουν πᾶσα πηγὴ καταῤῥεομένη τε, καὶ ἀναβρύουσα τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος Σαβαώθ, ἐξολοθρεύσω τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἔτι ἔσται αὐτῶν μνεία. Καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐξαρῶ ἀπὸ τῆς γῆς.

Πάντα πρὸς τὸ ἄμεινον μεταχεχώρηκεν ἐν Χριστῷ, καὶ καινὴ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, τῆς ἀρχαίας σαθρότητος ἀποβαλόντα τὸν μῶμον. ἀτρεκῆ δὲ ὄντα τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον κατίδοι τις ἂν ἐξ αὐτῶν εἰ βούλοιτο τῶν πραγμάτων. πρὸ μὲν γὰρ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν, οὔπω καθ' ἡμᾶς γεγονότος τοῦ μονογενοῦς, οὔτε μὴν τῷ θείῳ φωτὶ τὰ πάντα περιαστράπτοντος, ἀχλὺς ἦν ἔτι, καὶ σκότος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν καρδίαις. ἐλάτρευον γὰρ εἰδώλοις, καὶ δυσβουλίας εἰς τοῦτο κατώλισθον, ὡς ξύλοις, καὶ λίθοις ἀναθεῖναι τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι τὰς Θεῷ πρεπούσας ἀνατιθέναι τιμάς. καὶ ταυτὶ μὲν τῆς τῶν πλανωμένων ἀβελτηρίας τὰ ἐγκλήματα, παρά γε τῷ Ἰσραὴλ ὁ δεκτὸς καὶ ἀπόδεκτος, καὶ μερὶς κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, σχοίνισμά τε κληρονομίας αὐτοῦ, τοσαύτη τις ἦν ἠθῶν τε, καὶ τρόπων ἐξιτηλία, ὡς ὀλίγου μὲν ἀξιοῦσθαι λόγου, καίτοι πρὸς ἐπικουρίαν αὐτοῖς δοθέντα τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχοντα πρὸς παιδαγωγίαν τὴν ἐπί γε τῷ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς, ἀπονεῦσαι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ δεῖν ἀβούλως ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀποκομίζεσθαι πλάναις, καὶ ταῖς τῶν ὁμόρων δεισιδαιμονίαις

στοιχεῖν. προσέκειντο μὲν γὰρ, καὶ λίαν ἐκτόπως, τοῖς τῶν ψευδωνύμων προφητῶν μαντεύμασιν. οἱ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, τοῖς βεβήλοις τεμένεσι προσεδρεύοντες, χρησμολόγοι τε ἦσαν, καὶ ψευδεπεῖς· οἱ δὲ καὶ τὸ, ζῇ κύριος, ἐπὶ γλώττης ἔχοντες, καὶ εὐσέβειαν ὑποπλαττόμενοι, καὶ οἷα προβάτου δορᾷ τὸν λύκον ἐπισκιάζοντες, τὸ τῆς προφητείας ὄνομά σφισιν αὐτοῖς περιθέντες οἱ τάλανες, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ἀνοσίως ἁρπάζοντες, ἀπηρεύγοντο τὸ δοκοῦν, καὶ τοὺς τῆς αὐτῶν καρδίας λογισμοὺς, θείαν ἔφασκον εἶναι βουλήν. περὶ τῶν τὰ τοιάδε τολμᾶν εἰωθότων καὶ ὁ προφήτης ἔφασκεν Ἱερεμίας, πρὸς τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν. ὁ ὢν κύριε, ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ λέγουσιν, οὐκ ὄψεσθε μάχαιραν, καὶ λιμὸς οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀλήθειαν καὶ εἰρήνην δώσω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. καὶ πρός γε ταῦτα Θεός, ψευδῆ οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματί μου. οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐλάλησα πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ μαντείας, καὶ οἰωνίσματα, καὶ προαιρέσεις καρδίας αὐτῶν, αὐτοὶ ἐλάλησαν πρὸς αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. ψευδεπεῖς γὰρ ἦσαν, ὡς ἔφην, καὶ λήμμασι τῶν αἰσχρῶν ἡττώμενοι, προσελάλουν τοῖς ἀκροωμένοις τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος κυρίου. εἶτα δέον ἐπὶ τούτοις ἀγανακτεῖν Ἰουδαίους, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐποιοῦντο σεπτοὺς, καὶ τιμαῖς ταῖς ἀνωτάτω στεφανοῦν ἐσπούδαζον. ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ᾤχετο μὲν εἰς ἄπαν, καὶ ὠλόθρευτο παντελῶς, τὰ ψυχρὰ, καὶ μειρακιώδη τῆς εἰδωλολατρείας ἀθύρματα, συνεξῄρηται δὲ αὐτῇ καὶ τὸ ἔκτοπόν τι, καὶ δυσσεβὲς ἐπιτήδευμα τῶν ψευδοπροφητῶν, οἳ πονηροῦ, καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἔμπλεῳ ἦσαν, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς ἀδελφὴν, καὶ γείτονα νοσοῦντες τὴν πλάνησιν καταφωραθεῖεν ἂν, καὶ μάλα ὀρθῶς. εἷς γὰρ ἀμφοῖν τῆς δυσσεβείας ὁ ἐπιστάτης, τουτέστιν, ὁ Σατανᾶς. ἐξαρῶ τοίνυν, φησὶν, ἀπὸ τῆς γῆς τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων, καὶ οὐκ ἔσται αὐτῶν μνεία ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἂν τὸ θεῖον καὶ ἐπουράνιον λάμψῃ φῶς, καὶ ἐν ταῖς τῶν πλανωμένων καρδίαις ὁ νοητὸς ἑωσφόρος ἀνατείλῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διαυγάσῃ δὲ ἡ ἡμέρα τῆς πάλαι νυκτὸς ἀπεληλαμένης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δρωμένων ἵνα τῆς ἀρχαίας ἀκαθαρσίας ἐξῃρημένης, οἱ ἀθληταὶ, καὶ ἅγιοι προσκυνηταὶ φαίνοιντο λοιπὸν τῆς εὐαγοῦς πολιτείας ἠρτημένοι τὰ αὐχήματα, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ μετιόντες ζωήν.

A Falsorum enim Prophetarum vaticiniis absurdissimè inhærebant; quorum alii idolorum ministri profanis templis assidentes & oracula, & mendacia loquebantur: alii, [viuit Dominus] in lingua habentes, & pietatem simulantes, & tanquam ouilla pelle lupum contegentes, Prophetarúmque appellationem sibi ipsis arrogantes, miseri, & gloriam eius nefariè rapientes, quod libebat eructabant, & sensa cordis sui B diuinum esse consilium autumabant. Super huiusmodi tam proiectè audacibus etiam Propheta Hieremias vniuersorum Dominum Deum ita compellat. [Quies, Domine, ecce Prophetæ prophetant, & dicunt, non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, quia veritatem, & pacem dabo in terra, & in loco isto.] Et ad hæc Deus. [Falsa Prophetæ prophetant in nomine meo. Non misi eos, & non mãdaui eis, & non sum locutus ad eos, & visiones mendaces, & diuinationes, & auguria, & electiones C cordis sui ipsi locuti sunt ad eos, & ipsi locuti sunt eis, & ipsi prophetabãt.] Mendaciloqui enim erant, vt dixi, & turpibus victi quæsticulis, de corde suo audientibus loquebantur, vt scriptũ est, [& non de ore Domini.] Deinde cum Iudæos istuc iniquo animo ferre oporteret, illi contrà eos venerabantur, & supremis honoribus exornare studebant. Postquam autem aliquando vnigenitum Dei verbum nobis apparuit, inepta, & puerilia idololatriæ D ludicra prorsus euanuerunt, & extincta sunt, & sublatum cum ea nefarium quoque, & impium Pseudoprophetarum studium, qui maligno, & immundo spiritu pleni erant, & cum idolorum cultoribus germano, ac simili errore infecti verissimè coargui potuissent. Vnus quippe ambobus impietatis præses, nimirum Satanas. Ait igitur, [tollam de terra nomina idolorum, & non erit memoria illorum in E die illa,] hoc est, illo tempore, quo diuinum, & cæleste lumen splenduerit, & in errantium cordibus Lucifer, quem intelligentiæ oculo videmus, exortus fuerit, vt scriptum est, & diluxerit dies, antiqua nocte, & quæ in ea fiebant repulsis: vt veteri immunditia sublata, athletæ, & sancti adoratores de cætero conuersationis sanctæ ornamentis instructi, vitam in Christo suspicere videantur.

Hiere. 14.

Hiere. 23.

2. Petri 1.

Et erit, si prophetauerit homo vltra, & dicet ad eum pater, & mater eius, qui genuerunt eum, non viues, quoniam mendacium locutus es in nomine Domini, & compedient eum pater eius, & mater eius qui genuerunt eum, cum prophetaret ipse.

XCVIII. Tanta reuerentia illius sæculi mortales numen prosequentur, inquit, adeóque de perfecta probitate, & vita laudabili erunt solliciti, vt etiam parentes ipsi ad zelum, & iram aduersum liberos exacuantur, quod cum falsa dicant, se prophetare fingant, & de corde suo loquantur, quasi Deus ad ipsos verba fecisset. [Compedibus, inquit, implicabunt eum,] hoc est, vt amentem, & insanum vincient, morásque tollentes, morti eum destinabunt, si in hoc morbo fixè impudentérque manserit. Satis enim est illis ad quoduis supplicium in filium decernendum, quod falsa in nomine Domini locutus sit. Vide autem quam verè hoc dictum sit, & quam stabilem mereatur fidem prædictio. Quis enim nostrûm tolerauerit hodie sic prophetantem quempiam? aut quomodo non de mente ac sanitate deturbatum statim reputabit talem, & sic affectum, quomodo non auersabitur? Quis autem pater filium tæterrimorum maleficiorum compertum inobiurgatum relinquet? Potest igitur hoc, meo iudicio, euidentissima esse demonstratio pietatis in Deum, quando rerum nostrarum natura multum ad meliora processit, Deo illam ad voluntatem suam flectente, & in conditionem pristina meliorem transformante. Quare quæ olim erant in precio, & à multis suspiciebantur, nunc odiosa, & execranda, & bonis intoleranda, ac supplicio obnoxia sunt.

Et erit in die illa, confundentur Prophetæ, vnusquisque ex visione sua dum prophetauerit ipse, & induentur pelle cilicina, pro eo quod mentiti sunt, & dicet, non sum Propheta ego, quia homo colens terram ego sum, quia homo genuit me à iuuentute mea. Et dicam ad eum, quid plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, quibus percussus sum in domo dilecti mei.

A Καὶ ἔσται, ἐὰν προφητεύσῃ ἄνθρωπος ἔτι, καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν ὁ πατὴρ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτὸν, οὐ ζήσῃ, ὅτι ψευδῆ ἐλάλησας ἐν ὀνόματι κυρίου, καὶ συμποδιοῦσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτὸν ἐν τῷ προφητεύειν αὐτόν.

Τοσαύτη τις ἔσται περὶ τὸ ἦθος αἰδὼς τῶν τηνικάδε φησὶ, φροντιοῦσι δὲ οὕτω τῆς εἰς ἄκρον ἐπιεικείας, B καὶ ἀξιαγάστου ζωῆς, ὥστε καὶ γονέας αὐτοὺς ἰδίοις ἐπιθήγεσθαι τέκνοις ζηλοῦν, τὸ τοὺς ψευδεπιεῖς προφητείας ἀναπλαττομένους, καὶ ἀποφθέγξοιντο τὰ τῆς ἀπὸ καρδίας, ὡς Θεοῦ λελαληκότος. συμποδιοῦσι γὰρ αὐτὸν, φησὶ, τουτέστι, καταδεσμεύσουσιν ὡς ἔκφρονά τε, καὶ μεμηνότα, μελήσαντες δὲ οὐδὲν, καθοσιοῦσιν αὐτοῦ τὸν θάνατον, εἰ ἐμμονοῖντε, καὶ ἀναιδῆ τὴν ἐπὶ τῷδε ποιοῖτο νόσον. ἀπόχρη γὰρ αὐτοῖς εἰς τὸ δεῖν ἁπασῶν τοῦ παιδὸς καθοσιοῦσθαι δίκην τόδε, ὅτι ψευδῆ λελάληκεν ἐν ὀνόματι κυρίου. ἄθρει δὲ ὥσπερ C ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ἡ προαναφώνησις ἔχει. τίς γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς διεκαρτέρησεν ἂν ἐν τῷ νῦν καιρῷ προφητεύοντός τινος; ἢ πῶς οὐκ ἐξεστηκότα λογίζεται μὲν τὸν τοιοῦτον εὐθὺς, οὐδέ τε ἔχοντα γνώμας, πῶς οὐκ ἂν ποιήσαιτο στυγητόν; ποῖος δὲ πατὴρ ἀνεπίπληκτον ἐάσει τέκνον, ἐπὶ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐναλόντα πλημμελήμασιν; ἀπόδειξις οὖν ἄρα, καὶ μάλα σαφὴς γένοιτο ἂν, οἶμαι, τουτὶ, τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, ὅτε πολὺ πρὸς τὸ ἄμεινον ἡ τῶν καθ' D ἡμᾶς πραγμάτων μετακεχώρηκε φύσις, Θεοῦ μεταπλάττοντος εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ εἰς τὸ εὖ ἔχειν ἢ πρίν. καὶ γοῦν τὰ πάλαι τιμώμενα, καὶ παρὰ πολλοῖς ἀξιάγαστα, νῦν εἰσι στυγητὰ, καὶ ἐπάρατα, καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐκ ἀνεκτὰ, καὶ τοῦ κολάζεσθαι δεῖν, οὐκ ἠμοιρηκότα.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καταισχυνθήσονται οἱ Προφῆται ἕκαστος ἐκ τῆς ὁράσεως αὐτοῦ ἐν τῷ προφητεύειν αὐτὸν, καὶ ἐνδύσονται E δέρριν τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, καὶ ἐρεῖ, οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγὼ, διότι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν ἐγὼ εἰμὶ, ὅτι ἄνθρωπος ἐγέννησέ με ἐκ νεότητός μου, καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτὸν, τί αἱ πληγαὶ αὗται ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου; καὶ ἐρεῖ, ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου.

Οὐ καὶ ποινῆς, καὶ δίκης ἄξια τέθειται παρ' ἡμῖν τὰ πάλαι τεθαυμασμένα, καὶ ἐκ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. προεφήτευον μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν τῷ Ἰσραὴλ οἱ ψευδοεπεῖς τε, καὶ φένακες, καὶ πλανᾷν εἰωθότες ἕνεκεν δρακὸς κριθῆς, καὶ κλάσματος ἄρτου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. εἶτα τοιαῦτα τολμῶσιν ἐκείνοις, ἐπέπληττε μὲν οὐδεὶς, οὐδ' ἀπείργειν ἤθελεν ὡς δυσσεβεῖν ᾑρημένους, ἐπαίνοις δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοῦν ἠξίουν οἱ τάλανες. ταύτῃ τοι κἀκεῖνοι πρὸς τὸ χεῖρον ᾔεσαν, προφορμοῦντες ὥσπερ αὐτοῖς τῆς νόσου, διὰ τῆς τῶν τεθαυμακότων αὐτοὺς ἐλαφρίας. ἐν δὲ τῷ νῦν καιρῷ καταισχυνθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς, οὐ παραδεχθείσης δηλονότι τῆς ψευδοπροφητείας. ἐπιτετιμημένης δὲ μᾶλλον, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τὰ τοιάδε τολμᾷν εἰωθότων τὰς τῆς ἀπονοίας ἐξαιτουμένων δίκας, ὡς ἐλεγχθέντας, εὐθὺς, καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ δέρριν ἐνδύσασθαι τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, τουτέστι, πενθεῖν ἐπὶ τῷ κακῷ, καὶ ἐπὶ τῇ πλημμελείᾳ κατολοφύρεσθαι, μεταγινώσκοντας, ὅτι λογισμῶν εἰς τοῦτο κατώλισθον ἁμαρτίας, ὡς ψευδοεπῆσαι κατὰ Θεοῦ, ἐρυθριῶντας δὲ ὅλως οὐδὲν, ὁμολογῆσαί τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ συγγνώμην ἐξαιτῆσαι, λέγοντας σαφῶς, Οὐκ εἰμὶ Προφήτης ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος ἐγέννησέ με, ἐκ νεότητός μου, τουτέστιν, ὅτι ἀνθρώπου γέγονα τέκνον. ἀσθενὴς δὲ λίαν ἡ φύσις, καὶ εὐπαράγωγος κομιδῆ πρὸς τὸ μὴ ἔχειν ὀρθῶς, καὶ ἑτοιμοτρεπὴς εἰς ἁμαρτίαν. εἶεν δή αὖ αἱ τοιαίδε μετανοούντων φωναί. εἰ δὲ δὴ βουλοίμην αὐτὸν ἔρεσθαι, φησὶ, τί τὸ χρῆμα τῶν ἐν χερσὶν ὁρωμένων τραυμάτων, ἤτοι πληγῶν; ἀποκρινεῖται πάλιν, ὅτι ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. συμποδισάντων αὐτὸν δηλονότι πατρὸς, καὶ μητρὸς, καὶ τὰς τῆς προπετείας ἐξητηκότων δίκας. οἶκος γὰρ ἀγαπητοῦ ἑκάστῳ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὁ τῶν γεγεννηκότων. ὅρα τοίνυν ὅση τις ἐστὶν ἡ τῶν πάλαι, καὶ νῦν πραγμάτων διαφορά. ἐθαυμάζοντο μὲν γὰρ οἱ παρ' ἐκείνοις ψευδοπροφῆται, καὶ ἦσαν ἐν δόξῃ, καὶ ὑπολήψει χρηστῇ, καὶ ταῦτα δρῶντες οὐδὲ μετεμέλοντο. κατὰ δέ γε τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν, εἰ δή τινες ἕλοιντο ταῖς ἐκείνων μαντείαις κατακολουθεῖν, ἐπιτιμῶνται, καὶ καταισχύνονται, καὶ ταῖς τῶν γεγεννηκότων κολάζονται ψήφοις, μεταγινώσκουσιν ὡς ἡμαρτηκότες, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι, τὴν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁμολογοῦντες ἀσθένειαν, καὶ τὸ εὐόλισθον εἰς ἁμαρτίας. αἱρήσεται

xcix.

Pœna, & vltione digna à nobis æstimata, quæ quondam magni ducebamus, etiam ex propositorum verborum sententia videre, nihil est negotii. Prophetabant enim, vt dixi, in Israel mendaces, plani & impostores, & propter [pugillum hordei fragmentumque panis,] sicut scriptum est, seducere soliti. Quæ cum designarent, nemo erat qui eos reprehenderet, aut tanquam impios coërcere vellet: quin imò laudibus potius, & amplissimis honoribus miseri dignabantur. Quare & illi deteriores euadebant, cum eorum morbum venerantium leuitas aleret. Hoc autem tempore eos confusum iri dicit, repudiata nimirum pseudoprophetia, seu potius accusata, & pœnis amentiæ à tam impudentibus repetitis, vt correpti, mox & scelere abstineant, & pellem cilicinam induant, pro eo quod mentiti sint, hoc est, propter improbitatem suam lugeant, & propter delictum lamententur, pœnitentes, quod in cogitationes adeò insipientes deuenerint, vt perfricta fronte contra Deum falsa proloquerentur, peccatúmque suum confiteantur, & veniam poscant, dicentes apertè, [Non sum Propheta ego, quia homo genuit me à iuuentute mea,] hoc est. quia hominis natus sum filius. Infirma est autem natura vehementer, & ad prauitatem facillimè detorquetur, & ad peccatum nullo negotio flectitur. Voces itaque pœnitentium huiuscemodi esse queunt. Quod si velim ipsum interrogare, inquit, quid sunt quæ in manibus cernuntur vulnera, seu plagæ? respondebit rursum, [Quibus percussus sum in domo dilecti mei,] vinculis eum scilicet patre, & matre constringentibus, & temeritatem plectentibus. Domus enim dilecti vnicuique nostrum est domus parentum. Quamobrem quanta veterum, recentiúmque rerum differentia sit, tecum reputa. Ferebantur enim in oculis falsi Prophetæ, gloriaque, & opinione bona florebant, nec eos talia agentes facti pœnitebat. Ast præsenti tempore, si qui eorum sequi vaticinia voluerint, increpantur, & confunduntur, & parentum calculis ad pœnam vocantur, resipiscunt, vt qui peccarint, lugent, plorant, humanæ naturæ imbecillitatem, procliuitatémque ad peccandum confitentes.

Ezech.

De terra enim spiritus immundus Saluatoris nostri Iesu Christi virtute, potestatéque sublatus est.

Rhomphæa consurge super pastorem meum, & super virum ciuem eius, dicit Dominus omnipotens. Percute pastorem, & dispergentur oues, & inducam manum meam super pastores.

Deus & Pater proprium filium suum pro nobis tradidit, dispensatoriè sinens quamuis Deum, & ex se naturaliter inexplicabili modo generatũ & in forma serui venire, & hominem nobis similem fieri, & crucem sustinere, vt mundo salutem restitueret, & Satanæ in omnes dominatu erueret, & impuram idololatriam euerteret, & vaticinationẽ, Pseudoprophetas & imposturas ex suo cuiusque corde profectas aboleret, auferret item spiritum immundum de terra, & mundum præterea constitueret, formarétque, seductos ad diuinitatis agnitionem transferens, eósque ad pias, & honestas vitę rationes, & ad opinionem omnigenæ virtutis de se præbendã impellens. Hanc ob causam mortem super ligno, quanquam ignominiosissimam pertulit, confusione contempta, cum sic ipsi Deo & patri videretur. Et tale quiddam nobis ipse filius subostendit cùm ait. [Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatẽ meam; sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.] Et vt diuinus Paulus scribit, [Propterea Christus mortuus est, & reuixit, vt mortuorum, & viuorum dominaretur.] Posuit igitur animam suam libens pro nobis, tantum non etiam eum vt hominem voluntate sua Deo & Patre tradente, & velut permittente, vt dixi, illum sanguine suo omnium vitam emere. Itaque Seruator Pilato arbitrante, se in ipsum habere potestatem, occurrit ita, [Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.] Postquam igitur ore Prophetæ prænuntiauit rerum humanarum in melius commutationem fore maximam, vbi ille mortem in corpore pertulerit, quasi festinat tempus ostendere, quo hæc futura sint, & perpetrari passionis mysterium iubet, ipsam rhomphæam adhortans, ac dicens: [Consurge super pastorem meum, & super virum ciuem

Rom. 8.
Philip. 2.
Hebr. 12.
Ioan. 6.
Rom. 14.
Ioan. 19.

γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς, τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμει τε, καὶ ἐξουσίᾳ.

Ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει κύριος παντοκράτωρ. πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας.

Δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, ἐφεὶς οἰκονομικῶς καίτοι Θεὸν ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀπορρήτως γεγεννημένον, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ κατιέναι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀνατλῆναι σταυρόν, ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον, καὶ ἀποστήσῃ τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας τὸν Σατανᾶν, καθέλῃ δὲ καὶ τὴν βέβηλον εἰδωλολατρείαν, καὶ καταργήσῃ μαντείας, ψευδοπροφήτας τε, καὶ τοὺς ἐκ καρδίας φενακισμούς, ἐξάρῃ δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ἵνα καταστήσηται τὸν ὑπ' οὐρανόν, μεταθεὶς εἰς θεογνωσίαν τοὺς πεπλανημένους, ἀναπείθων ἑλέσθαι τὴν εὐσεβῆ, καὶ εὐσχήμονα πολιτείαν, καὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὁρᾶσθαι τετιμηκότας. ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον, καίτοι πολλὴν λίαν ἔχοντα τὸ δυσκλεές, ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας, οὕτω καὶ αὐτῷ δοκοῦν τῷ Θεῷ καὶ πατρί. καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὑποφαίνει λέγων αὐτὸς ὁ υἱός. ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν· ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. καὶ ὥσπερ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν, καὶ ζώντων κυριεύσῃ. τέθεικε τοίνυν ἑκὼν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχήν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ παραδόντος αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον ἰδίῳ νεύματι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ αὖ ἐφιέντος ὡς ἔφην, αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἁπάντων πρίασθαι ζωήν. καὶ γοῦν ὁ σωτήρ, οἰηθέντος Πιλάτου κατεξουσιάζειν αὐτοῦ, προσυπήντα λέγων. οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. προαφηγησάμενος τοίνυν διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ὡς πλείστη τις ἔσται τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον καταδρομή, παθόντος αὐτοῦ τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον, μονονουχὶ καὶ ἐπισπεύδει τοῦ καιροῦ τὴν ἀνάδειξιν, καθ' ὃν ἔσται ταῦτα, καὶ ἐνεργεῖσθαι προστέταχε τὸ ἐπὶ τῷ πάθει μυστήριον, αὐτῇ τῇ ῥομφαίᾳ προτρέπων τε, καὶ λέγων, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην

αὐτοῦ, λέγει κύριος παντοκράτωρ. καὶ ῥομφαίαν μὲν ἐν τούτοις κατὰ δηλοῦσθαί φαμεν ὡς ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμόν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος, τὸ ἐκ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐπενηνεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ. ἔοικε γὰρ συνιέναι πως οὕτω, καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεών, ὅτε προσεκόμιζεν ὀκταήμερον τὸν Ἰησοῦν ἡ ἁγία θεοτόκος, καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαίᾳ κατεσφάζετο, σταυρούμενον ὁρῶσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατά γε τὴν σάρκα φημί. ὦ τοίνυν ῥομφαία, ἐξεγέρθητι φησὶν ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, τουτέστιν, ἐξηγείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος καὶ ὁ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἡκέτω καιρός. ἔστι μὲν γὰρ ἐφ' ἡμᾶς ἀρχιποίμην ὁ Χριστός, καὶ ὑπ' αὐτῷ ἐσμὲν πάντες οἱ πεπιστευκότες, πλὴν οὐκ ἔξω χειρὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. κατάρχει γὰρ ἡμῶν ἐν υἱῷ, δι' αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ σεσώσμεθα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐσχήκαμεν τὴν προσαγωγήν. καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ σωτήρ· τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτά, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου. ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν. ἴδιος οὖν ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ποιμὴν ὁ υἱός, οὐκ ἀλλότρια κατανέμων θρέμματα, τὰ ἑαυτοῦ δὲ μᾶλλον, καὶ τοῦ πατρός, οὐκ ἰδίων αὐτοῦ νοουμένων τῶν μισθωτῶν ποιμένων, οἳ κατέσφαζον μὲν τὰ πρόβατα, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. ἔλεγον δὲ καὶ πωλοῦντες αὐτά, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. πολῖται δέ, ἤγουν οἰκεῖοι, καὶ γνώριμοι τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, οἱ ὑπ' αὐτῷ τεταγμένοι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, οἳ καὶ παταχθέντος τοῦ ποιμένος κατεσκίδναντο, καὶ πεφεύγασιν. ἐπεὶ γὰρ ἧκον τῶν Ἰουδαίων οἱ ὑπηρέται, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ προδότης ὁμοῦ τῇ σπείρᾳ συλληψόμενοι τὸν Ἰησοῦν, πάντες ἀφέντες αὐτόν, ἔφυγον. ἔφη γὰρ οὕτω τὸ γράμμα τὸ εὐαγγελικόν. ὅτι δὲ δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον τὸν ἴδιον υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ πατάξαι πως αὐτὸν λέγεται, τὸ γε ὅλως ἐφεῖναι παθεῖν, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ υἱός, διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀνόσια δεδρακότων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν Ἰουδαίων. ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. ἑκούσιον μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐποιεῖτο τὸ πάθος, ἵνα τὸ ἐκ τοῦ παθεῖν αὐτὸν διαφαίνηται κατόρθωμα. ὅτι δὲ τοῖς ἐσταυρωκόσιν ὀλέθρου πρόξενοι ἔσται τὸ

A eius, dicit Dominus omnipotens.] Rhomphæam hoc loco vt in specie gladii tentationem significare dicimus, aut ipsos quoque cruciatus ex Iudæorum vecordia Emmanueli adhibitos. Sic enim eos intelligere, & appellare videtur iustus ille Simeon, quando sancta Deipara octiduanum Iesum obtulit. [Et tuam ipsius animam pertransibit rhomphæa, seu gladius.] Pœnè enim gladio occisa est, conspiciens in B cruce suffixum ex se progenitum, secundum carnem inquam. Ait ergo, [O rhomphæa consurge super pastorem meum,] hoc est, procedat deinceps salutaris passio, & veniat tempus quo se se bona ostendant. Est enim princeps pastor noster Christus, & sub ipso sumus omnes qui credidimus: veruntamen non extra manum Dei & Patris. Imperat enim nobis in Christo, perque ipsum, & in ipso saluati sumus, & per ipsum accessum obtinuimus. Proinde dicebat Saluator, [Oues meæ vo- C cem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere de manibus Patris mei. Ego & Pater vnum sumus.] Proprius igitur Dei & Patris pastor & filius, non alienum gregem pascens, sed suum potius & patris, cum mercenarii pastores non esse eius proprii intelligantur, qui con- D tra omnem misericordiam oues mactabant. Quin & eas vendentes dictitabant; [Benedictus Dominus, & ditati sumus.] Ciues autem, siue domestici, & noti boni pastoris, sunt ei subordinati, & ante alios diuini discipuli, qui & percusso pastore dispersi sunt. Postquam enim Iudæorum ministri aduenerunt, & cum ipsis proditor cum cohorte Iesum comprehensuri, [Omnes relicto eo fugerunt:] sic enim est in scri- E ptura euangelica. Quod autem Deus & Pater dato pro nobis filio suo in mortem, percussisse ipsum quodammodo dicatur, dum eum siuit omnimodis pati, testificatur & ipse filius per vocem Psaltæ, de nefanda in ipsum machinatis, Iudæis videlicet. [Quoniam tu percussisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.] Voluntariè igitur passus est, vt dixi, vt passionis virtus elucerer. Quam iis qui crucifixerunt exitiosam fore,

Luc. 2.
Ephes. 2.
Ioan. 10.
Zach. 11.
Matth. 26.
Psal. 68.

fore, & calamitates ex diuina ira inuehendas sensuros huius consilii, cœptorúmque istorum architectos (qui erant primores populi) declarat. [Et inducam manum meam super pastores. Corruperunt quippe vineam eius,] iuxta vocem Prophetæ: [dederunt partem eius desiderabilem in solitudinem inuiam. Facta est in dissipationem perditionis.] Inducit porrò manum Deus pastoribus velut compressuram rhomphæam, & impietatis exacturam pœnas, quia non solùm ipsi in Christum insaniuerunt, sed quia insuper aliis horribilis in eum furoris auctores, & duces fuerunt. Nam vt est apud S. Matthæum Euangelistam, cum Pilatus Iudæis Christum, & Barrabam proposuisset, & vtrum sibi ex duobus dimitti vellent, quæsiuisset, principes sacerdotum, & seniores [persuaserunt populis vt Barrabam peterent, Iesum verò perderent.] Impulerunt eos nihilominus vt clamarent, [crucifige, crucifige eum.] Vera est igitur Prophetæ vox, [Pastores stulte egerunt, & Dominum non exquisierunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, & dispersi sunt.] Sicut enim vigilantia bonorum pastorum commodat gregi: sic inertia eundem perdit, & per pastorum vestigia subditi omnino gradiuntur.

Hier. 12. — Matt. 27. — Hier. 10.

Thren. 1. & 2.

A ἤγουν τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ μῆκος ὡς ἐν τύπῳ καταсημαίνοντες. ὥσπερ γὰρ ἐκέλευε τῷ μακαρίῳ Προφήτῃ Ἰεζεκιὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀναμετρεῖν καλάμῳ τὸν οἶκον τῇδέ τε, κἀκεῖ διατείνοντα, ἐναπεμφαίνων, ὅτι πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Θεῷ, μυρία τε ὅσα τῶν ἁγίων ἐνδιαιτήματα· οὕτω μοι κἀνθάδε δοκεῖ διὰ τόπων ἐναπεμφαίνειν εὖρός τε, καὶ μῆκος, καὶ καταγράφειν ἡμῖν τὴν νοητὴν Ἱερουσαλήμ, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ, πρὸς ἣν καὶ ὁ θεσπέσιος B Ἡσαΐας ἀνεφώνει, λέγων· πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου, πῆξον, μὴ φείσῃ, μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον ἔτι, εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. κατευρυνθεῖσαν δὴ οὖν τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ εἰς μῆκος τὸ αὐτῇ πρέπον ἐκτεινομένην, κατοικήσουσιν οἱ ἅγιοι, καὶ οὐκ ἔσται φησὶν ἀνάθεμα ἔτι, τουτέστι, κατ᾽ οὐδένα τρόπον ἀλλοτριωθήσεται Θεοῦ, βεβαίαν γὰρ αὐτῇ χαριεῖται τὴν ἀγάπησιν, καὶ οὐκ ἂν ἐκπέσοιεν ἔτι πρὸς τὸ προσκρούειν Θεῷ, ἀνῃρη- C μένης, ὡς ἔφην, τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸ παντελές, καὶ τοῦ πειράζοντος Σατανᾶ. οὐ γὰρ ἔσται ἐκεῖ λέων, οὐδὲ τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐδὲν οὐ μὴ ἀναβῇ ἐπ᾽ αὐτήν, οὐδ᾽ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐκεῖ. κατοικήσουσι γὰρ πεποιθότως. ἐπειδὴ δὲ τέθειται μεταξύ, Ῥαμὰ δὲ ἐπὶ τόπου μενεῖ, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, τὰς τῶν προκειμένων ἐννοίας, ὡς ἔνι, διερμηνεύοντες. Ῥαμὰ πολίχνη τίς ἐστιν, ἤτοι κώμη, κλῆρος δὲ τοῖς ἐκ φυλῆς Ἀσήρ. καὶ ἑτέρα πρὸς ταύτῃ τῶν ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ. διαμέμνηται δὲ καὶ Προφήτης ἅγιος ἢ ταύτης μιᾶς, D ἤγουν ἑτέρας Ῥαμά. ἔφη γὰρ, ὅτι Φωνὴ ἐν Ῥαμὰ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. τοῦτο πεπεράνθαι φαμὲν κατὰ τὴν Βηθλεέμ, Ἡρώδου προστάξαντος τὰ ἐν αὐτῇ φονεύεσθαι βρέφη. Ῥαμὰ τοίνυν ὀνομάζει τὴν Ἱερουσαλήμ, διότι τὸν ἐν αὐτῇ πολὺν [illegible] ἐπὶ τῇ ἁλώσει θρῆνον. εἰσκεκόμικε γὰρ αὐτὴν ὁ Προφήτης Ἱερεμίας μονονουχὶ δακρύουσάν E τε, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀπολωλόσιν ἐποιμώζουσαν τέκνοις. ἔφη γάρ· ὅτι κλαίουσα ἔκλαιε νυκτὶ, καὶ τὰ δάκρυα αὐτῆς ἐπὶ τῶν σιαγόνων αὐτῆς. καὶ τίς ἦν ὁ θρῆνος; παρθένοι μου, καὶ νεανίσκοι μου ἐπορεύθησαν ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ ἀπέκτεινας, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς σου ἐμαγείρευσας, οὐκ ἐφείσω. εἰ δὲ δή τις βούλοιτο κἀπὶ τῆς νοητῆς Ἱερουσαλήμ, τουτέστι, τῆς ἐκκλησίας τεθεῖσθαι τὴν κλῆσιν, Ῥαμά τε αὐτὴν ὀνομάζεσθαι νυνὶ, φαμὲν ὅτι καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λόγος ἔχει. πολλοὶ γὰρ οἱ κλαίοντες ἐν Ἐκκλησίαις,

καὶ τὴν κατὰ Θεὸν ἔχοντες λύπην, ἥτις μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. ἀποδέχεται τοὺς τοιούτους καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, οὕτω λέγων. μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι αὐτοὶ γελάσονται. οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοιτο Ραμὰ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς ἡ Ἐκκλησία, φορέσει καὶ οὕτω τὸ πιθανὸν ὁ λόγος. πλὴν ἐπὶ τόπου φησὶ μένειν, τουτέστιν, οὐ σαλευθήσεται. ἐρήρεισται γὰρ, ὡς ἔφην, καὶ ἔστιν ἀκλόνητος ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ.

Καὶ αὕτη ἔσται ἡ θραῦσις, ἣν κόψει κύριος πάντας τοὺς λαοὺς, ὅσοι ἐπεστράτευσαν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. τακήσονται αἱ σάρκες αὐτῶν, ἑστηκότων αὐτῶν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ῥυήσονται ἐκ τῶν ὀπῶν αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν τακήσεται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.

Θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ, τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασι προαναπεφώνηκεν ὁ Χριστός. πλὴν ἀθαρσεστέρους ἀποτελεῖ, χρησίμως ἐπειπών· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. δέδωκε γὰρ ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. τίνες δὲ οἱ σκορπίοι, καὶ τίνες οἱ ὄφεις; ἢ δηλονότι τὰ μυσαρὰ, καὶ μιαιφόνα τάγματα τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων, καὶ τῶν διωκόντων ἁγίους, οἳ καὶ γεγόνασιν ὑπουργοὶ τῆς ἀκράτου μανίας τῶν ἐν κόσμῳ πνευμάτων, ἃ καὶ τόδε τὸ σύμπαν περινοστεῖ, πολυτρόπως τοῖς ἁγίοις ἐπιβουλεύοντα, καίτοι τεθριαμβευμένα διὰ Χριστοῦ, προσηλώσαντος τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ἵνα τῆς ἐκείνων ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ πλεονεξίας; οὐκοῦν ἐπειδὴ κατοικήσειν ἔφη πεποιθότως τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, ἣν δὲ δὴ τοῦτο, καὶ μάλα ὀρθῶς, ἀποπερανθήσεσθαι προσδοκᾷ. ἀναιρουμένων ἐχθρῶν, καὶ τῶν εἰωθότων διώκειν αὐτὴν ἀνατετραμμένων, ἀναγκαίαν ποιεῖται καὶ τούτων ἡμῖν τὴν ἀφήγησιν. αὕτη γὰρ ἔσται, φησὶν, ἡ θραῦσις, ἣν κόψει κύριος πάντας τοὺς λαοὺς, ὅσοι ἐπεστράτευσαν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ· αἱ σάρκες αὐτῶν κατατακήσονται, ἐκρυήσονται δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, συντηκομένης καὶ γλώττης. ὁ μὲν γὰρ κοινὸς οὗτος, καὶ ἐκ τῆς φύσεως θάνατος τήκει μὲν τὰς ἁπάντων σάρκας, καὶ ἀποκείρει ὀφθαλμοὺς, καὶ γλώσσας· πάνδεινον δὲ, καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἡκούσης συμφορᾶς εἴη ἂν εἰκότως τὸ ζώντων, καὶ ἑστώτων ἔτι τακῆναι μὲν σάρκας, καὶ ἀπορρεῖν ὀφθαλμοὺς, κολάζεσθαι δὲ καὶ γλώττας. εὖ δὲ δὴ σφόδρα τὰ τοιάδε συμβήσεσθαί φησι τοῖς θεομισῆ, καὶ ἐπάρατον ἐπιτηδεύσασι ζωήν.

A & tristes secundum Deum, quæ quidem tristitia [pœnitentiam in salutem stabilem operatur.] Commendat tales etiam ipse Christus. [Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.] Et iterum, [Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.] Quamobrem quamuis Rama à Propheta dicatur Ecclesia, etiam sic verisimilitudo seruabitur. Veruntamen in loco mensuram ait, hoc est, non agitatum iri. Firmata enim vt dixi, & B immobilis est Ecclesia Christi.

2.Cor.7. Matt.5. Luc.6.

Et hæc erit ruina, qua percutiet Dominus omnes populos, quicunque militauerunt contra Hierusalem. Tabescent carnes eorum, stantium super pedes suos, & oculi eorum defluent de foraminibus eorum, & lingua eorum tabescet in ore ipsorum.

CVIII

[Pressuram in hoc mundo habebitis,] in se credentibus Christus prædixit. Veruntamen ad fiduciam eos erigit, vtiliter subiungens: [Sed confidite, C ego vici mundum.] Dedit enim nobis [calcare super serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici.] Sed qui sunt scorpiones, & quinam serpentes? Num videlicet detestandæ, & cruentæ pestiferorum dæmonum, & sanctos persequentium cohortes, quæ etiam ministræ fuerunt summæ insaniæ spirituum in hoc mundo, qui & hoc vniuersum circumeunt, sanctis multifariam insidiantes, quamuis per Christum triumphati, qui cruci suæ chiro- D graphum contra nos affixit, vt nos illorum dominatu liberaret? Quare quoniam Hierusalem, quæ est Ecclesia Dei viuentis, cōfidenter habitaturam dixit, licebatque iure optimo hoc confectum iri sperare sublatis hostibus, & euersis iis, qui eam persequi consueuerant, necessario & hæc nobis narrat: inquit enim, [Hæc erit ruina, qua percutiet Dominus omnes populos, quicunque E militauerunt contra Hierusalem: carnes eorum tabescent, & oculi eorum defluent, simul tabescente lingua.] Communis enim ista, & naturalis mors omnium quidem carnes tabefacit, & oculis atque linguis spoliat, acerbissimum autem, & calamitosissimum non immerito fuerit, viuentium, & stantium adhuc carnes tabescere; & excidere oculos, & puniri linguas. Talia autē Deo exosam, & execrandam vitam consectatus euentura admodum probè dicit.

Ioan.16. Luc.10. Coloss.2.

Reposcentur enim pœnas, non solum eorum quæ in sanctos commiserunt: sed etiam studii rerum carnalium, quo in hoc mundo flagrarunt: quæ item illis causa fuit, cur neque fidem admitterent, neque pietatem colere, & gloriam vitæ in Christo diligere vellent. Declinauerunt enim vt dixi, ad absurdas voluptates: & quæcunque videbant, ore hiante quodammodo appetebant, ac deglutiebant. Acuerunt enim linguas contra Christum, & sacra Ecclesiæ dogmata impie carpserunt. Iure igitur in carne, & oculis, & linguis pœnam susceperunt. Quemadmodum enim aquam redargutionis bibens mulier, & peierans in femore puniebatur, vbi & crimen fornicationis committitur (ait siquidem, [Num. 5.] » [rumpetur, & decidet femur eius]) eodem, opinor, modo & sanctam ciuitatem persequentibus in carne, & oculis, & linguis supplicium irrogabitur, penes quos amorem carnis, & voluptatis, & insuper oculorum delicta, & linguæ intemperantis voces videre est.

Et erit in die illa ecstasis Domini magna super eos. Et apprehendet vnusquisque manum proximi sui, & implicabitur manus eius ad manum proximi sui, & Iudas pugnabit in Hierusalem, & congregabit robur omnium populorum per circuitum, aurum & argentum, & vestem in multitudinem valde.

CIX. Ecstasim hoc loco timorem, siue stuporem rursum appellat. Illo tempore igitur, inquit, quo se mutuò aggregabunt Ecclesiæ hostes, tam grauibus pœnis irretitos, obstupescent illi quidem terroribus, relicta autem de cætero audacia persequendi sanctam ciuitatem, recedent exules, & frustra inter se auxilia poscent, miserabilésque erunt, & abiecti, & sanctorum pedibus subiecti. Iudas autem, inquit, hoc est, per fidem [Rom. 2.] in Christum iustificati, & Iudæum quem mente intuemur, circumferentes, & circumcisione spirituali diuites, pugnabunt in Hierusalem, hoc est, oppugnabunt hostes, & aduersariis virtute præualebunt, conculcantes [Psal. 90.] » eos, vt scorpiones, [Et super aspidem » ac basiliscum ambulantes leonémque » & draconem] prorsus contemnentes. Erunt autem illustres, & admirabiles,

A εἰσπραχθήσονται γὰρ δίκας, οὐχ ὑπὲρ ἔργων μόνων τῶν εἰς ἁγίους αὐτοῖς πεπλημμελημένων· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἧς ἐσχήκασιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ φιλοσαρκίας· ἣ καὶ γέγονεν αὐτοῖς αἰτία τοῦ μήτε προσίεσθαι τὴν πίστιν, μήτε μὴν ἑλέσθαι ζῆν εὐσεβῶς, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἀγαπῆσαι τὴν δόξαν. γεγόνασι μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἀπονενευκότες ἀτόπως εἰς ἐκτόπους ἡδονάς· ἐσχήκασι δὲ καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμίαν, μονονουχὶ χανδὸν ἐκπίνοντες. ἠκό- B νησαν δὲ καὶ γλώττας κατὰ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀνοσίαν πεποίηνται τὴν κατάρρησιν. εἰκότως δὴ οὖν εἰς σάρκας τε, καὶ ὀφθαλμούς, καὶ γλώττας τὴν δίκην ἐσχήκασιν. ὥσπερ γὰρ ἡ τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ πίνουσα γυνή, καὶ ψευσαμένη τὸν ὅρκον, εἰς μηρὸν ἐκολάζετο, περὶ ὃν ὑφαίνονται καὶ τὰ ἐκ τῆς πορνείας ἐγκλήματα (πρησθήσεται γάρ, φησί, καὶ διαπεσεῖται ὁ μηρὸς αὐτῆς) κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ τοῖς τὴν ἁγίαν διώκουσι πόλιν, εἰς σάρκας τε, καὶ ὀφθαλμούς, καὶ γλώσσας ἡ κόλασις, φιλοσαρκία γὰρ αὐτοῖς, ἡδυπάθειά τε πρὸς C τούτοις, καὶ δι' ὀμμάτων τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἀπαιδεύτου γλώττης φωναί.

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔκστασις κυρίου μεγάλη ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἐπιλήψεται ἕκαστος τῆς χειρὸς τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ συμπλακήσεται ἡ χεὶρ αὐτοῦ πρὸς χεῖρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. καὶ ὁ Ἰούδας παρατάξεται ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ συνάξει τὴν ἰσχὺν πάντων τῶν λαῶν κυκλόθεν χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ ἱματισμὸν εἰς πλῆθος σφόδρα.

D Ἔκστασιν ἐν τούτοις τὸν φόβον, ἤγουν τὴν κατάπληξιν ὀνομάζει πάλιν. κατ' ἐκεῖνο δὴ οὖν φησὶ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν αὖ ἀλλήλοις ἀθροισθήσονται οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐχθροί, ταῖς οὕτω δειναῖς ὑποπίπτοντες δίκαις, καταπλαγήσονται μὲν τοῖς δείμασιν, ἀφέντες δὲ οὕτω λοιπὸν τὸ διώκειν ἀποτολμᾶν τὴν ἁγίαν πόλιν, οἰχήσονται μὲν φυγάδες, καὶ τὰς παρ' ἀλλήλων ἐπιζητοῦντες ἀνονήτους ἐπικουρείας, οἰκτροί τε ἔσονται, καὶ κατερριμμένοι, καὶ ὑπὸ πό- E δας ἁγίων. ὁ δέ γε Ἰούδας, φησί, τουτέστιν, οἱ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένοι, καὶ τὸν νοητὸν περιφέροντες Ἰουδαῖον, καὶ τὴν ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ περιτομὴν πλουτήσαντες, παρατάξονται ἐν Ἱερουσαλήμ, τουτέστι, καταστρατεύσονται τῶν ἐχθρῶν, κατανεανιεύσονται τῶν ἀνθεστηκότων, συμπατοῦντες ὡς σκορπίους, ἐπ' ἀσπίδα, καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνοντες, λέοντός τε, καὶ δράκοντος εἰς ἅπαν ἠφειδηκότες. ἔσονται δὲ λαμπροί, καὶ ἀξιοθαύμαστοι,

τὸν ἐκ τῶν τοιούτων κατορθωμάτων συλλέγοντες πλοῦτον ὡς χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ ἱματισμόν. ὅτι γὰρ οὐκ ἔν γε τοῖς αἰσθητοῖς τῆς προφητείας ὁ νοῦς, πῶς αὖ ἐνδιάστατος; πλοῦτος γὰρ ἁγίων, οὐχ ὁ φθαρτὸς, καὶ ἐπίγειος, ἀλλ' ὁ νοητὸς, καὶ ἐπουράνιος, καὶ διηνεκὴς, ὃν συναγείρουσι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς οἱ διδάσκοντές τε, καὶ καθ' ἑτέρους τρόπους εὐδοκιμοῦντες ἐν ἐκκλησίᾳ. διαρπάζουσι γὰρ ὥσπερ τὴν ἰσχὺν πάντων τῶν λαῶν, προσάγοντες διὰ πίστεως τῷ Χριστῷ τὰ ἐξαίρετα τῶν ἐθνῶν. οὕτω γὰρ ἔφη καὶ αὐτὸς διηρπακέναι τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ. εἰ δὲ δή τις λέγοι τὸν Ἰούδαν συνάγειν τὴν ἰσχὺν πάντων τῶν λαῶν κυκλόθεν χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ ἱματισμὸν, ἵνα νοῶμεν ὅτι καὶ τὴν ἐν κόσμῳ σοφίαν συλλέγοντες καταλαμπρυνοῦνται δι' αὐτῆς, τοῖς τῆς εὐσεβείας ἐπαγωνιζόμενοι δόγμασιν, ἔχοι ἂν ὁ νοῦς τὸν εἰκότα λόγον. ἐσκύλευσαν γάρ ποτε τοὺς Αἰγυπτίους αἱ σοφαὶ γυναῖκες τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, χρησάμεναι παρὰ γειτόνων, καὶ συσκήνων αὐτῶν σκεύη χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἱματισμόν. οὐκοῦν ὡς ἔν γε τοῖς αἰσθητοῖς, καὶ ὡς ἐν ὕλαις ταῖς ὁρωμέναις, ἡ τῶν εἰς νοῦν ἀγαθῶν λαμπρότης σημαίνεται. διδασκάλων δὲ μάλιστα πλοῦτος οἱ μαθηταί. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ σεσωσμένοις, καὶ πεπιστευκόσι προσεφώνει λέγων· νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν ἀδελφοὶ, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, στέφανόν τε, καὶ χαρὰν αὐτοὺς ἰδίαν ὀνομάζει πάλιν.

A ex istiusmodi præclaris facinoribus thesaurum vt aurum, & argentum, & vestem preciosam colligentes. quod enim Prophetiæ sententia non sit in iis, quæ sensum corporis tangunt, certum est. Diuitiæ namque sanctorum non sunt interitui obnoxiæ, & terrenæ: sed quæ intelliguntur tantum, & cælestes, ac sempiternæ, quas animabus suis congregant qui docent, & aliis rationibus in Ecclesia clarescunt. Diripiunt enim quodammodo robur omnium populo- B rum, per fidem ad Christum gentes præcipuas adducentes. Sic enim & ipse dixit, se diripuisse vasa fortis. (Luc. xi.) Quod si quis dicat, Iudam congregare robur omnium populorum in circuitu, aurum, argentum, vestem, vt intelligamus etiam mundanam sapientiam colligentes, claritatem nominis adipisci, dum per ipsam dogmata pietatis tuentur ac defendunt, verisimilia sentiet. Spoliauerunt enim olim Ægyptios mulieres sapientes Israelitides, à vicinis, & con- C tubernalibus suis vasa aurea, & argentea, & vestem mutuatæ. (Exod. 3. 12.) Itaque vt in iis quæ foris sentiuntur, & vt in rebus sub aspectum venientibus splendor bonorum ad animum pertinentium exprimitur. Primariæ autem magistrorum diuitiæ sunt discipuli. Proinde diuinus Paulus per ipsum saluatos, & fidem amplexatos ita alloquebatur, [Per gloriationem vestram fratres, quam habeo in Christo Iesu.] (Rom. 15. Philip. 4.) Et rursum coronam & gaudium suum eos nominat.

Καὶ αὕτη ἔσται ἡ πτῶσις τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡμιόνων, καὶ τῶν καμήλων, καὶ τῶν ὄνων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν ὄντων ἐν ταῖς παρεμβολαῖς ἐκείναις κατὰ τὴν πτῶσιν ταύτην.

D *Et hæc erit ruina equorum, & mulorum, & camelorum, & asinorum, & omnium iumentorum, quæ sunt in castris illis iuxta ruinam hanc.*

Ὁρισάμενος ἤδη τῆς τιμωρίας τοὺς τρόπους, οἷς πάντη τε καὶ πάντως ὑπομενοῦσι κατὰ καιροὺς οἱ τῆς ἁγίας πόλεως κατεστρατευκότες, γεγονότες τε διωκταὶ, καὶ ὑβρισταὶ, βδελυροί. καὶ φιλεγκλήμονες, καὶ λαλοῦντες ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ ἐπαίροντές τε εἰς ὕψος τὸ κέρας κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνὴν, ἐπάγει χρησίμως, ὅτι αὕτη ἔσται ἡ πτῶσις τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡμιόνων, καὶ τῶν καμήλων, καὶ τῶν ὄνων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν. ἀπὸ δέ γε τῶν ὑποζυγίων τοὺς αὐτοῖς ἐποχουμένους ὑποδηλοῖ. ἐπεφύοντο γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις οἱ ἀποτάτω τε, καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν· οἱ μὲν ἵπποις ἔχοντο, Βαβυλώνιοί τε καὶ Σύροι, καὶ μὴν καὶ τὰ Αἰγυπτίων ἔθνη· οἱ δὲ καμήλους τε, καὶ ὄνους, καὶ ὀρεῖς ὑποζεύξαντες, οἷα Μωαβῖται, καὶ οἱ τῆς ἐρήμου νομάδες, ὧν καὶ ὁ προφήτης

C X. Postquam modos iam vindictæ descripsit, quibus suis tẽporibus oppugnatores sanctæ ciuitatis, persecutorésque, & contumeliosi, & execrandi, & scelerati, & loquentes iniquitatẽ contra Deum, [Et tollẽtes in altum cornu,] (Psal. 74.) iuxta Psalmistam, omnino subiicientur, addit vtiliter, [Quoniã hæc erit ruina equorum, E & mulorum, & cameleorum, & asinorũ, & omnium iumentorum.] A subiugalibus autẽ animantibus quæ iis vehuntur significat. Adoriebantur enim Iudæos, & ipsam Hierosolymam gentes disiunctissimæ, & vicinæ; quarum aliæ equis vehebantur, Babylonii & Syri, quin & Ægyptii, aliæ camelos, & asinos, & mulos domabant, vt Moabitæ, & Nomades in solitudine, quorum & Propheta

Esai. 30. Esaias mentionem facit. [In tribulatione, & angustia leo, & catulus leonis, inde & aspides, & genimina aspidum volantium, qui ferebant super asinos, & camelos diuitias suas.] Visum & alibi ait à se ascensorem asini, & ascensorem cameli. Esai. 21. Describit igitur veritatis inimicos vt in figura in gentibus, quæ terrenæ Hierusalem infestæ semper fuerunt, vt ex ipsis aspectabiles, & non aspectabiles hostes nostros perspiciamus, cum quibus nobis certamen est. At si cui placuerit iumentorum proprietates ad Ecclesiæ hostes, tanquam in typo referre, licebit iure affirmare sic intelligendas. Alii siquidem importuni, & audaces, vt equi forte: quibus conuenientissimè & studium voluptatis, & insanus amor in fœminas tribuatur: alii agrestes & sæui instar mulorum, quos & Græcorum poëtis agrestes vocare mos est: alii camelis affectu similes fuerunt, hoc est, inæquales, & arrogantes, & elatam ex amentia mentem habentes: alii nihil ab asinis differentes, extrema rationis inopia laborarunt; segnis enim & tardus est asinus ad sensum, & extremi stuporis imago. Animaduertendum Ecclesiæ oppugnatores nulli mansuetorum, & mundorum animantium comparari, vt oui, inquam, & boui: sed abominandis potius, & immitibus, quæ & à lege vt profana, & impura damnata sunt.

Et erit quicunque derelicti fuerint de cunctis gentibus, qui venerunt contra Hierusalem, & ascendent per annos singulos vt adorent regem Dominum omnipotentem Deum, & vt celebrent festum tabernaculorum. Et erit qui non ascenderint ex omnibus tribubus terræ in Hierusalem vt adorent regem Dominum omnipotentem Deum, & isti illis apponentur.

CXL. Ecclesiarum oppugnatores, & qui contra sanctam Hierusalem supercilium superbè sustulerunt, pœnas condignas luituros cum dixisset, post illos relictorum adorationem prænuntiat, illam scilicet quæ fit per Christum in fidem. Ipse enim est [exspectatio gentium,] iuxta Patriarchæ vocem. Positus est quoque in lumen gentium, & in testamentum generis, vt aperiat oculos cæcorũ, & vinctos à vinculis, & à domo

Gen. 49. Luc. 2. Esai. 42.

A Ἡσαΐας διαμέμνηται, λέγων· ἐν τῇ θλίψει, καὶ τῇ στενοχωρίᾳ λέων, καὶ σκύμνος λέοντος, ἐκεῖθεν καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔκγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. τεθέαται δὲ καὶ ἑτέρωθί φησιν ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου. γράφει δὴ οὕτω τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς ὡς ἐν τύπῳ τοῖς ἔθνεσι, τοῖς ἀεὶ πεπολεμηκόσι τῇ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλήμ, ἵνα ἐξ αὐτῶν νοῶμεν τοὺς καθ' ἡμῶν ὁρατούς τε, καὶ ἀοράτους ἐχθρούς, πρὸς οὓς ἐστὶν ἡ μάχη. B εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις καὶ εἰς τύπον ἀναφέρειν τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐχθρῶν τὰ τῶν κτηνῶν ἰδιώματα, ὃ ἀδικοῦν οὐδὲν ἐκεῖνο φαίνεταί τι νοεῖν· ὡς οἱ μὲν ἐφαίνοντο ὁρμητίαι, καὶ θρασεῖς, ὡς ἵπποι τυχὸν προσεθείη δ' ἄν τις αὐτοῖς. καὶ μάλα εἰκότως τὸ φιλήδονόν τε, καὶ θηλυμανές· οἱ δὲ ἡμιόνων δίκην ἄγριοί τε, καὶ ἀπηνεῖς, ἀγελαιοτέρους δὲ αὐτοὺς καὶ τοῖς Ἑλλήνων ποιηταῖς ὀνομάζειν ἔθος· οἱ δὲ καμήλοις κατά γε τὴν ἕξιν προσεοικότες, τουτέστιν, ἄνισοί τε, καὶ ἀλαζόνες ὑψοῦ τε ἠρμένην ἐξ ἀποπληξίας C τὴν διάνοιαν ἔχοντες· οἱ δὲ ὄνων διενηνοχότες οὐδέν, τὴν ἁπασῶν ἐσχάτην νενοσήκασιν ἀλογίαν· νωθὴς γάρ ἐστιν ὄνος, καὶ βραδεῖα πρὸς αἴσθησιν, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀλογίας εἰκών. σημειωτέον δέ, ὅτι τοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ πεπολεμηκότας οὐδενὶ μὲν ἐξομοιοῖ τῶν ἡμέρων τε, καὶ καθαρῶν ζώων, οἷον προβάτῳ φημὶ καὶ βοΐ, παρεικάζει δὲ μᾶλλον τοῖς βδελυροῖς τε, καὶ ἀνημέροις, ἃ καὶ ταῖς τοῦ νόμου φωναῖς, ὡς βέβηλά τε, καὶ ἀκάθαρτα κατεδικάζετο.

Καὶ ἔσται ὅσοι ἂν καταλειφθῶσιν ἐκ πάντων D τῶν ἐθνῶν τῶν ἐλθόντων πρὸς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀναβήσονται κατ' ἐνιαυτὸν τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ τοῦ ἑορτάζειν τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας. καὶ ἔσται, ὅσοι ἂν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἱερουσαλήμ, τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται.

Τοὺς ταῖς ἐκκλησίαις πεπολεμηκότας, καὶ κατὰ E τῆς ἁγίας Ἱερουσαλὴμ ὑψηλήν τε, καὶ ἀλαζόνα τὴν ὀφρὺν ἀνατείναντας, ταῖς αὐτοῖς πρεπούσαις δίκαις ἐνοχληθήσεσθαι εἰπών, τὴν τῶν μετ' ἐκείνους παραλελειμμένων προαγορεύει προσκύνησιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία κατὰ τὴν τοῦ Πατριάρχου φωνήν. τέθειται δὲ καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν, καὶ εἰς διαθήκην γένους, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξάγειν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου

φυλακῆς καθημένοις ἐν σκότει. ὅτι τοίνυν τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ἀφέντες ἀχλὺν, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου, καὶ σκαιότητος τὰ δεσμὰ διαρρήξαντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἥξουσι φῶς, καὶ τὸν τοῦ σωτῆρος ὑποδραμοῦνται ζυγὸν, σαφηνιεῖ, λέγων, ὡς οἱ κατάλοιποι τῶν κεκολασμένων, ἤτοι τῶν ταῖς ἐκκλησίαις μεμαχημένων· ἀριθμοῦ δὲ οὗτοι κρείττονες. ἀναβήσονται κατ᾽ ἐνιαυτὸν τοῦ προσκυνῆσαι τῷ κυρίῳ τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ τοῦ ἑορτάζειν τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας. ὁ μὲν γὰρ διὰ Μωσέως προσεττάττετο νόμος, ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, συναγηγερμένης εἰς ἀποθήκας τῆς ἐξ ἀγρῶν εὐκαρπίας. ἐξόδιον δὲ ταύτητοι τὴν ἑορτὴν ὀνομάζει, ὡς ἤδη τῶν ἔργων τῶν ἐν ἀγροῖς ἐκκεχωρηκότων ἐς πέρας. ἐκέλευε δὲ λαμβάνειν κάλλυντρα φοινίκων, καὶ καρπὸν ὡραῖον ξύλου, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους, πίνειν τε ὕδωρ ἐκ χειμάρρου, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς κατευφραίνεσθαι. καὶ πρόφασιν μὲν ὁ νόμος ἐποιεῖτο τῆς ἑορτῆς, τὸ ἐν σκηναῖς κατοικῆσαι τὸν Ἰσραὴλ, τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἐξῃρημένον. ἦν δὲ ἄρα τὸ χρῆμα μυστηρίου τύπος τοῦ κατὰ Χριστόν. ἐξῃρήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας, κεκλήμεθά τε, ὡς ἔφην, εἰς ἐλευθερίαν διὰ Χριστοῦ, καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ γεγόναμεν τῷ τῶν ὅλων βασιλεῖ, καὶ ζωῇ, τῆς τῶν πάλαι κρατούντων σκαιότητος ἀλογήσαντες. ἑορτάζομεν δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴν, τουτέστι, τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτε τὰ πάντων ἐν αὐτῷ μονονουχὶ πέπηκται σώματα, καίτοι λελυμένα τῇ φθορᾷ, καὶ θανάτῳ κεκρατημένα. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις. αὐτὸς ἡ ζωὴ, πρωτότοκος ὥσπερ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ὁ νοητῆς ἡμᾶς εὐκαρπίας καταμπιπλῶν, καὶ οἱονεὶ τοὺς ἐξ ἀγρῶν συλλεγέντας πόνους ἐναποθησαυρίζειν ἀποθήκαις ταῖς ἄνω παρασκευάζων. αὐτὸς ἡμῖν ἀποδώσει τὴν ἐν παραδείσῳ δίαιταν, καὶ τρυφὴν, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικὴν, νενικηκόσι τὴν ἁμαρτίαν, εὐωδιάζουσι νοητῶς, ὡραῖον, καὶ ἀξιέραστον τὸν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἔχουσι καρπὸν, ἁγνῶς, καὶ ὁσίως πεπολιτευμένοις. σημεῖον δ᾽ ἂν γένοιτο καὶ τοῦδε λοιπὸν, τὸ κάλλυντρα φοινίκων, καὶ ὡραῖον ξύλου καρπὸν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις σπουδάσαντας ἔχειν. αὐτὸς ἐστιν ὁ χειμάρρους τῆς τρυφῆς ὃν πεπότικεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. αὐτὸς ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ ὁ τῆς εἰρήνης ποταμὸς, ὁ ἐκκεκλικὼς εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένους. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἡμῖν ἰσχνῶς ἐν ἑτέροις. οὐκοῦν οἱ ἀναβαίνοντες προσκυνῆσαι τῷ Θεῷ παντοκράτορι,

A carceris sedentes in tenebris liberet. Idololatriæ igitur relicta caligine, diabolique, & stoliditatis vinculis diruptis, de gentibus ad veritatis lumen venturos, & sub Saluatoris iugum successuros, declarat, dicens, reliquos de punitis, siue Ecclesiæ oppugnatoribus (innumerabiles autem isti) ascensuros in annos singulos ad adorandum Dominum omnipotentem Deum, & ad celebrandum festum tabernaculorum. B Lex enim per Mosen mandauit, peragi festum scenopegiæ decima quinta die mensis septimi, collectis in horrea agrorum prouentibus. Quare festum ἐξόδιον egressionis nominat, quod opera rustica iam finem acceperint. Iussit autem accipere spatulas palmarum, & fructum ligni pulchrum, & ramos arboris densos, & salices, & agni ramos, bibereque aquam de torrente, & in iis lætari. Et causam quidem festi lex faciebat, quod Israel in tentoriis habitasset, Ægyptiorum dominatu liberatus. C Quæ res typus quidam erat mysterii in Christo. Erepti enim sumus nos quoque è diaboli seruitute, & vocati, vt dixi, in libertatem per Christum, & facti sub vniuersorum rege, & vita, veterum Dominorum immanitate contempta. Celebramus autem verum scenopegiæ festum, hoc est, diem resurrectionis Christi, quando omnia in ipso corpora quasi fixa, & compacta sunt, quamuis corruptione dissoluta, & à D morte occupata. Ipse enim est resurrectio, ipse vita, velut primitiæ ex mortuis, [& primitiæ dormientium,] qui nos fertilitate quæ intelligentia cognoscitur, replet, & quasi ex agris collectos labores in superna horrea accumulare facit. Ipse nobis in paradiso victum, & delicias dabit, spirituales nimirum, victoribus peccati, secundum intellectum bene olentibus, speciosumque & amabilem E euangelicæ vitæ fructum habentibus, castè, & sanctè conuersatis. Signum huius esse possit, quod spatulas palmarum, & pulchrum ligni fructum simul cum aliis colligata habebant. Ipse est torrens deliciarum, quo potauit nos Deus & Pater. Ipse est fons vitæ, & fluuius pacis, qui ad nos ex gentibus vocatos declinauit, de quo alibi exquisitius disseruimus. Ergo ascendentes ad adorandum Deum omnipotentem,

Leuit. 23.

Ioan. 11. 1. Cor. 15.

Psal. 35. Esa. 66.

& peragendum festum scenopegiæ, A sunt, qui per fidem in Christo iustificati sunt. Minatur porrò non ascendentibus perniciem, pœnásque pares iis, quas daturi sint persecutores, & contumeliosi. Eodem quippe loco ducentur quo hostes, qui diligere noluerint. Et hoc, opinor, est, quod & ipse Christus dixit, (Luc. 11.) « [Qui non est mecum, contra me est: & « qui non colligit mecum, dispergit.]

καὶ τελέσαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας, οἱ διὰ πίστεως εἰσὶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοι. ἀπειλεῖ δὲ τοῖς μὴ ἀναβαίνουσιν ὄλεθρον, ποινάς τε τὰς ἴσας, ἃς ὑποστήσειν οἱ διῶκταί τε, καὶ ὑβρισταί. ἐν ἴσῃ γὰρ μοίρᾳ κείσονται τοῖς ἐχθροῖς, οἱ μὴ ἀγαπᾶν ᾑρημένοι. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν, ὃ καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστός. ὁ μὴ ὢν μετ᾽ ἐμοῦ, κατ᾽ ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ᾽ ἐμοῦ, σκορπίζει.

Si autem tribus Ægypti non ascenderit, neque venerit illuc, & super hos B *erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæcunque non ascenderint, vt celebrent solennitatem scenopegiæ.*

Ἐὰν δὲ φυλὴ Αἰγύπτου μὴ ἀναβῇ, μηδὲ ἔλθῃ ἐκεῖ, καὶ ἐπὶ τούτους ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν πατάξει κύριος πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ, τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας.

CXII. Ex vna gente, Ægyptiorum, inquam, in summo errore versantes, & improbissimè idola colentes indicat, quibus graue, & ineuitabile, & exitiale supplicium continget, ex eo quod salutis per Christum acceptabilem gratiam aspernati sunt. Tantum enim non interfectores suarum animarum deprehendi C possint, siquidem verum est, quod cum eis liceret apprehêdere vitam æternam, & proposita esset apprehendere volentibus superna benignitas, & exonerare se peccatis, suis indulserunt erroribus, nec maculam inde contractam, nec peccati inquinamentum eluerunt: sed in errore perseuerarunt, quamuis diuinum lumen omnia collustraret, & in caligine atque tenebris degêtes ad aspiciendum hortaretur. De singulis horum (Eccles. 6.) « quoque dixerim, [Bonum super illum D « abortiuus. Quoniam in vanitate venit, « & in tenebris pergit, & in tenebris no- (Matth. 26.) « men eius operietur. Bonum enim ei si « natus non fuisset,] iuxta vocem Saluatoris. Non de solis autem Ægyptiis hoc dictum: sed omnibus gentibus futurum, quæ ob contemptum salutis per Christum seuerissimè punientur, & celebritatem eius non honorarunt, testificatur, dicens.

Ὡς ἐξ ἑνὸς ἔθνους, τῶν Αἰγυπτίων φημὶ, τοὺς εἰς ἄκρον ἥκοντας πλάνης, ἐκτόπως τε ἄγαν εἰδωλολατρεῖν ἑλομένους, καταδηλοῖ, οἷς ἔσται δεινὴ, καὶ ἀδιάφυκτος δίκη, καὶ ὀλέθρου πρόξενος, τὸ μὴ ἐλέσθαι τιμᾶν τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίας τὴν ἀξιόληπτον χάριν. μόνον γὰρ οὐχὶ φονευταὶ τῶν ἰδίων γεγονότες ψυχῶν ἁλοῖεν ἂν εἰκότως, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἐνὸν αὐτοῖς ἐπιδράξασθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ προκειμένης εἰς μέθεξιν τοῖς ἐθέλουσι τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος, καὶ μὴν καὶ ἀποφορτίσασθαι τὰς ἁμαρτίας, ταῖς ἑαυτῶν ἐνεπλήκασι πλάναις, καὶ ἀναπόνιπτον ἐσχήκασι τὴν ἐκ τοῦ πλανᾶσθαι κηλῖδα, καὶ τῆς πλημμελείας τὸν μολυσμὸν, διατετελέκασί τε καὶ ἐν πλάνῃ· καίτοι τοῦ θείου φωτὸς τὰ πάντα περιαστράπτοντος, καὶ καλοῦντος εἰς ἀνάβλεψιν τοὺς ἐν ἀχλύϊ καὶ σκότει. φαίην δ᾽ ἂν καὶ περὶ ἑκάστου τῶν τοιούτων· ἀγαθὸν ὑπὲρ αὐτὸν τὸ ἔκτρωμα. ὅτι ἐν ματαιότητι ἦλθε, καὶ ἐν σκότει πορεύεται, καὶ ἐν σκότει ὄνομα αὐτοῦ κατακαλυφθήσεται. καλὸν γὰρ αὐτῷ εἰ μὴ ἐγεννήθη, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν. ὅτι δὲ οὐ καθ᾽ ἑνὸς τῶν Αἰγυπτίων ὁ λόγος ἥκει, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, οὐ πάντα τε, καὶ πάντως κολασθήσονται, τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἠφειδηκότα· καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ πανήγυριν οὐ τετιμηκότα, πιστώσεται, λέγων.

Hoc erit peccatum Ægypti, & E *hoc peccatum omnium gentium, quæcunque non ascenderint celebrare festiuitatem scenopegiæ.*

Αὕτη ἐστὶν ἡ ἁμαρτία Αἰγύπτου, καὶ ἡ ἁμαρτία πάντων τῶν ἐθνῶν, ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας.

CXIII. Ante Saluatoris enim aduentum, fortè adhuc ex parte speciosa erat gentium excusatio, dicentium, se à nemine vocatas, nemo enim illis prædicarat. Quare & Saluator in parabolis euangelicis hoc ipsum nobis ostendens, operarios circa vndecimam horam vocatos

Πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας τάχα που ἦν ἔτι καὶ ἀπὸ μέρους εὔμορφος τῶν ἐθνῶν ἡ παραίτησις, παρ᾽ οὐδενὸς κεκλῆσθαι λεγόντων, διεκήρυξε γὰρ αὐτοῖς οὐδείς. τοιγάρτοι καὶ ὁ σωτὴρ ἐν εὐαγγελικαῖς ἡμῖν παραβολαῖς αὐτὸ τοῦτο δεικνύων, τοὺς ἐργάτας ἔφη τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην κεκλημένους εἰ-

πεῖν, τὸ, οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἐπέλαμψεν ὁ Χριστὸς, ἔδησε τὸν ἰσχυρὸν, ἐξείλετο τῆς ἐκείνου δυστροπίας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κειμένους, δεδικαίωκε τῇ πίστει τοὺς προσιόντας αὐτῷ, τέθεικε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς, οὐδένα λοιπὸν ἀποχρώντως πρὸς παραίτησιν εὑρήσουσι λόγον, οἱ τὴν οὕτω σεπτὴν οὐ προσηκάμενοι χάριν. ἀληθεύοι δὴ οὖν καὶ περὶ αὐτῶν εἰ λέγοι τῶν ἐθνῶν ὁ Χριστός. εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι.

Ὡς παντὸς ἤδη πολέμου κατηυνασμένου, καὶ μάχης ἀνῃρημένης, καὶ σεσοβημένων ἐχθρῶν, καὶ ἀλήκτου λοιπὸν εἰρήνης τὴν ἁγίαν στεφανούσης πόλιν, τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν, ἀπράκτα ἤδη φησὶ τοῦ πολέμου τὰ σκεύη, φάλαρά τε, καὶ ἐπιχάλινα. τίνος γὰρ ὅλως ὁ ἱπποκράτης τούτου ἕξει χρείαν, ἀριστεύειν εἰδὼς ἐν μάχῃ, εἰ μηδεὶς ὅλως ὁ ἀντεξάγων ἐστίν; οὐκοῦν ἱερὰ, φησὶν, ἔσται σκεύη καὶ ἀναθήματα τῷ Θεῷ, τὰ τοῖς τοῦ πολέμου χρήσιμα. ἐπειδὴ γὰρ αὐτός ἐστι τῆς εἰρήνης ὁ βραβευτὴς, αὐτῷ δὴ δικαίως καὶ ἀνακείσεται περιττά τε, ἤδη καὶ ἀπρακτοῦντα λοιπὸν τοῦ πολέμου τὰ σκεύη. ὥσπερ γὰρ ὁ μακάριος Προφήτης Ἡσαΐας ἔφη περί τινων, ὅτι συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐκ ἀρεῖ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν, τῶν τῆς εἰρήνης καιρῶν μονονουχὶ καὶ ἀναπειθόντων αὐτοὺς τῇ τῆς γεωπονίας χρείᾳ χαρίζεσθαι τὰ πολεμικὰ, καὶ εἰς ἑτέρας δὲ ὥσπερ μεταπρέχειν σπονδὰς, τὴν τῶν τακτικῶν μελέτης ἠφειδηκότας· οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Ζαχαρίας, ὡς ἀλήκτου λοιπὸν εἰρήνης δοθείσης παρὰ Θεοῦ, τὰ τοῖς μαχομένοις χρήσιμα σκεύη μεταπλασθήσεσθαί φησιν εἰς ἀνάθημα τῷ Θεῷ. ἀργήσει γὰρ πάντως τὸ μάχιμον, οὐχ ἵππων πεφροντικὸς, οὐ χαλινῶν, ἢ φαλάρων, μετοιχόμενον δὲ μᾶλλον εἴς γε τὸ ἑλέσθαι δεῖν τοῖς εἰς ἀρετὴν, καὶ θεοσέβειαν διαπρέπειν σπουδάσμασι.

Δοκεῖ δέ τισι καθ' ἕτερον ἐκπεπεράνθαι τρόπον, τῆς Προφητείας τὴν δύναμιν. φασὶ γὰρ ὅτι εὕρηται μὲν κατὰ καιροὺς τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον, ἐμπεπαρμένους ἔτι τοὺς ἥλους ἔχον· ὧν ἕνα λαβὼν ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος ἐπὶ χαλινὸν ἐνεῖναι τῷ ἵππῳ τῷ ἰδίῳ παρεσκεύασεν, εὐλογηθῆναι παρὰ Θεοῦ καὶ διὰ τούτου πεπιστευκώς. οὐκ ἀπίθανον δὲ τὸ χρῆμα φαίη τις ἄν, εἴπερ ὧδε ἔχει, καὶ οὐκ ἔξω λόγου πρέ-

dixisse ait, [Quia nemo nos conduxit.] Postquam autem Christus illuxit, alligauit fortem, illius peruersitati sub ipso positos ademit, fide ad ipsum accedentes iustificauit, animam suam pro omnium vita posuit, nullam de cætero sufficientem excusationem inuenient, qui tam venerabilem gratiam non admiserunt. Vera igitur Christus etiam de gentibus diceret. [Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.]

In die illa erit, quod super frenum equi sanctum Domino omnipotenti.

Vt omni bello iam sopito, & pugna sublata, & hostibus repressis, & perpetua pace sanctam ciuitatem, hoc est, Ecclesiam, decorante, otiosa deinceps fore ait instrumenta bellica, phaleras, & frænorum ornatum. Quis enim tandem vsus horum equiti in prælio fortiter dimicare sueto, si nullus omnino aduersarius? Quamobrem sancta erunt, inquit, instrumenta, & anathemata Deo ad bellum requisita. Quoniam enim ipse pacis est arbiter, ipsi quoque superuacanea iam, & de cætero otiosa belli instrumenta iure consecrabuntur. Nam vt beatus Esaias de quibusdam dixit: [Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non tollet gens contra gentem gladium,] & non discent amplius bellare temporibus pacis tantum non impellentibus eos ad bellica necessitati rusticationis condonanda, & veluti ad alia fœdera currendi, militaribus studiis posthabitis. Sic & diuinus Zacharias, vt perenni deinceps pace donata à Deo, bellantibus idonea instrumenta in anathema Deo transformatum iri narrat. Penitus enim militia desinet, nec equorum, nec frænorum, aut phalerarum cura geretur, & ad studia potius, quibus in virtute, & pietate excellatur inclinabunt animi.

Videtur autem nonnullis alio modo vis prophetiæ finem consecuta. Aiunt enim crucis signum olim cum clauis adhuc infixis inuentum esse, quorum vno accepto, pius Constantinus curauit, vt is equo suo in frænum insereretur, credens, se etiam per hunc à Deo benedictionem consecuturum. Non incredibile quis dixerit istuc, si ita est, nec decoro alienum im-

Matt. 20.

Ioan. 15.

CXIV.

Esai. 2.

meritò intelligatur, in memoria Deo fuisse, & eum prophetica prædicatione honorasse Imperatorē religiosissimum. Plurimorum enim meminerunt, & de iis vaticinati sunt sancti Prophetæ, sicut nimirum de Iosia, & quibusdam aliis. Aliquando & temporum tranquillitas, & pietas per eos qui in ipsis rerum potiuntur significatur. Nihil ergo vero absimile, si & nunc Propheta Zacharias rei inprimis memorandæ, Deóque chari, & veri ac pii imperatoris, & temporum charitati in Christum dedicatorum meminit. Nam & Imperatorum equos decorari clauo à pretiosa cruce sumpto, quid aliud nobis quam maximam, & reuera admiratione dignam Imperatorum pietatem declarauerit?

3. Reg. 13.

A παντος νοοῖτ' ἂν εἰκότως, τὸ καὶ ἐν μνήμῃ γενέσθαι τῷ παρὰ Θεῷ, καὶ ἐν προῤῥήσει τετιμῆσθαι προφητικῇ βασιλέα τὸν εὐσεβέστατον. πλείστων γὰρ ὅσων ἐποιήσατο μνήμην, καὶ προανεφώνησεν κατὰ καιροὺς τῶν ἁγίων Προφητῶν ὁ λόγος, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰωσίου, καὶ ἑτέρων τινῶν. ἔσθ' ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν καιρῶν ἡμερότης, καὶ εὐσέβεια διὰ τῶν ἐν αὐτοῖς κρατούντων σημαίνεται. οὐδὲν ἄρα τὸ ἀπεικὸς, εἰ διαμέμνηται καὶ νῦν ὁ Προφήτης Ζαχαρίας ἀξιολογωτάτου B πράγματος, καὶ θεοφιλοῦς βασιλέως, ἀληθοῦς τε, καὶ εὐσεβοῦς, καὶ καιρῶν ἀνακειμένων τῇ εἰς Χριστὸν ἀγάπῃ. τὸ γὰρ δὴ καὶ βασιλέων ἵπποις ἐμπρέπειν τὸν ἧλον ἀπὸ τοῦ τιμίου ληφθέντα σταυροῦ, τί ἕτερον ἡμῖν ἀπεμφήνειεν ἂν, ἢ πλείστην ὅσην καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς τὴν κρατούντων εὐσέβειαν;

Et erunt lebetes in domo Domini sicut phialæ ante faciem altaris.

Καὶ ἔσονται οἱ λέβητες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ κυρίου ὡς φιάλαι πρὸ προσώπου τοῦ θυσιαστηρίου.

CXV. Lebetes erant in sacro tabernaculo, & in templo post illud extructo, in quibus sacrificiorum carnes coquebantur, absumentibus eas sacerdotibus in loco sancto, lege id fieri imperante, ne sanctificata extra sancta loca efferrentur. Postquam autem veteribus illis ritibus desitis, mysteria nobis ad aliam diuini cultus rationem transierunt, nec amplius ouium mactationibus, & thure, sed sacrificiis potius incruentis vniuersorum Deum, ipsúmque vniuersorum Saluatorem Christum, sacrificiis quæ intelliguntur, in Ecclesiis quomodo veneremur docti sumus, pro lebetibus aliis vasis vtimur, quas & phialas Propheta hoc loco dicit. Hæc porro vasa bibentibus commodissima: & intelliget planè sapiens auditor quid significetur, tametsi obscurius quam oporteet id à nobis dictum sit, quoniam absconditis narrandis breuiores esse debemus. Ergo tunc quidem erant lebetes: nunc autem [phialæ ante faciem altaris.]

Λέβητες ἦσαν ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, καὶ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα κατεσκευασμένῳ ναῷ, ἐν οἷς τὰ τῶν θυσιῶν C ἥψετο κρέα, δαπανώντων αὐτὰ τῶν ἱερέων ἐν τόπῳ ἁγίῳ, καὶ τοῦτο τοῦ νόμου τελέσαι προστεταχότος, ὡς ἂν μὴ ἔξω που τῶν ἱερῶν ἐκκομίζοιντο χώρων τὰ ἡγιασμένα. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀρχαίων ἐκείνων ἐθῶν ἀποπεπαυμένων, εἰς ἕτερον ἡμῖν λατρείας τρόπον μετακεχώρηκε τὰ μυστήρια, καὶ μηλοσφαγίαις μὲν οὐκέτι, καὶ λιβανωτοῖς, θυσίαις δὲ μᾶλλον ταῖς ἀναιμάκτοις τὸν τῶν ὅλων καταγεραίρειν Θεὸν ὁ διὰ πίστεως δεδιδάγμεθα, καὶ αὐτὸν νοητοῖς ἱερουργοῦντες ἐν ἐκκλησίαις τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, D ἀντὶ τῶν λεβήτων ἑτέροις κεχρήμεθα σκεύεσιν ἱεροῖς, ἃ δὴ καὶ φιάλας ἐνθάδε φησὶν ὁ Προφήτης. σκεύη δὲ ταῦτα τοῖς πίνουσι χρεωδέστατα, καὶ συνήσει πάντως ὁ σοφὸς ἀκροατὴς τοῦ σημαινομένου τὴν δύναμιν, κἂν εἰ ἀμυδρότερόν πως ἢ χρὴ ὁ παρ' ἡμῶν πεποίηται λόγος, διά τοι τὸ δεῖν περιεσταλμένως ποιεῖσθαι τὴν τῶν κεκρυμμένων ἀφήγησιν. ἐκεῖνο τότε μὲν ἦσαν οἱ λέβητες. νυνὶ δὲ φιάλαι πρὸ προσώπου τοῦ θυσιαστηρίου.

Et erit omnis lebes in Hierusalem, & in Iuda sanctus Domino omnipotenti. Et venient omnes immolantes, & sument ex ipsis, & coquent in eis.

E Καὶ ἔσται πᾶς λέβης ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ Ἰούδᾳ ἅγιος τῷ κυρίῳ παντοκράτορι. Καὶ ἥξουσι πάντες οἱ θυσιάζοντες, καὶ λήψονται ἐξ αὐτῶν, καὶ ἑψήσουσιν ἐν αὐτοῖς.

CXVI Lebetas vocat, veteribus adhuc nominibus vsus, vasa mystica, quę & sancta sunt, venerāda, & preciosa etiā ipsis qui in Hierusalem, id est, in Ecclesia sunt, vtique diuinis sacerdotibus, & ministris. Et rursum apud ipsum Iuda, id est, spiritualem circūcisionem sortitos, qui item

Λέβητας ἀποκαλεῖ τοῖς ἀρχαίοις ὀνόμασι χρησάμενος ἔτι, τὰ σκεύη τὰ μυστικὰ, ἃ καὶ ἔστιν ἅγια, σεπτά τε, καὶ τίμια, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἤγουν τῇ ἐκκλησίᾳ, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς θείοις ἱερουργοῖς, καὶ παρ' αὐτῷ δὲ τῷ Ἰούδᾳ, τουτέστι πάλιν, τοῖς τὴν ἐν πνεύματι λαχοῦσι περιτομήν. εἶεν δ' ἂν οὗ-

τοι πάλιν οἱ πεπιστευκότες. παρ' οὐδενὸς γὰρ ὅλως εἰς κοινὴν λαμβάνεται χρείαν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου τὰ σκεύη, ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἔφην, ἅγια, καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ τετηρημένα, καὶ μόναις ταῖς χρείαις ὑπηρετεῖν εἰωθότα τῆς ἁγίας τραπέζης, δι' αὐτῶν τε, καὶ ἐν αὐτοῖς αἱ τῶν προσαγόντων τελοῦνται θυσίαι, οὐχ ἑκάστου φέροντος ἴδιον σκεῦος· ἁπάντων δὲ μόνοις τοῖς ἱεροῖς κεχρημένων. πᾶς γὰρ λέβης ἅγιος ἔσται φησὶ τῷ κυρίῳ. οὐκοῦν διαλέγεται μὲν ὁ Προφήτης ὡς ἐπὶ θυσιῶν ἔτι τῶν κατὰ νόμον. λέβητάς τε, καὶ ἕψοντας ὀνομάζει, νοήσομεν δὲ πρεπόντως ἡμεῖς τοῖς διὰ Χριστοῦ καιροῖς. οἰκονομικῶς δὲ φαμὲν ἀσυμφανῆ γενέσθαι, καὶ οὐ πᾶσιν ἁπλῶς ἐκκείμενον τῶν ἁγίων Προφητῶν τὸν λόγον, ἵνα μὴ βάλληται πρὸς αὐτῶν τοῖς κυσί, μήτε μὴν τοῖς βεβήλοις, καὶ βδελυρωτάτοις ὁ μόνοις πρέπων ἁγίοις ἐκκαλύπτηται λόγος.

Καὶ οὐκ ἔσται Χαναναῖος οὐκ ἔτι ἐν οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

Σαθρόν τε, καὶ εὐδιάκλαστον τὸν ἀρχαιοτέρων τὸν νοῦν κατίδοι τις ἄν, καὶ ταλαίπωρον κομιδῇ. λελύτρωνται μὲν ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως οἱ ἐξ Ἰσραήλ, καὶ τὸν ἀφορήτου δουλείας ἀπεσείοντο τὸν ζυγόν, πλείστων τε ὅσων, καὶ ἀξιαγάστων ἐπ' αὐτοῖς τετελεσμένων σημείων, ἐξήεσαν μόλις, διεβιβάσθησαν δὲ καὶ διὰ θαλάσσης αὐτῆς, κατεδηδόκασί τε τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας ἀδοκήτως ἐκκομισθὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ πεπώκασι. τί οὖν οἱ τάλανες; μεμοσχοποιήκασιν ἀπόντος Μωσέως, καὶ ὡς ὁ Προφήτης φησίν, ἀνέλαβον τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ αὐτῶν Ῥεφάν, τοὺς τύπους οὓς πεποιήκασι προσκυνεῖν αὐτοῖς. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν διολώλασι. πέπτωκε γὰρ τὰ κῶλα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὰ γέγραπται. ἐπειδὴ δὲ διέβησαν τὸν Ἰορδάνην οἱ μετ' αὐτούς, στρατηγοῦντος Ἰησοῦ, πάλιν τοῦ χρόνου προβαίνοντος, γεγονότες ὑπὸ κριταῖς, λελατρεύκασι τοῖς εἰδώλοις. ἀλλὰ καὶ ἐν καιροῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν τεθύκασι ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, ἃς πεποιήκει αὐτοῖς ὁ ἐπάρατος Ἱεροβοάμ. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τεμένη τε, καὶ βωμοὺς ἀνιστάντες, οὐδὲν ἧττον προσκεκυνήκασι τῷ Βαάλ, τῷ Χαμώς, τῇ Ἀστάρτῃ, τῷ Βεελφεγώρ. καὶ τὸ τούτων ἐπέκεινα τῶν κακῶν, οὐ γὰρ δὴ τὴν ἀγελαίαν, καὶ συρφετώδη πληθὺν μόνην ἐν τούτοις γενέσθαι φαμέν· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἱερέων ἐκκεκλικότας πολλοὺς εὑρήσομεν. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε διὰ τοῦ Προφήτου ὁ Θεός. οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπον ποῦ ἐστι κύριος; καὶ οἱ ἀντεχόμενοι νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ ποι-

A credentes esse possunt. A nullo enim prorsus ad communem vsum sacri altaris vasa adhibentur: sed sunt, vt dixi, sancta, & ad Dei gloriam seruata, & solis vsibus sacræ mensæ ministrare solita: per ipsáque, & in ipsis offerentium sacrificia consummantur, non vnoquoque suum vas afferente; sed omnibus solis sacris vtentibus. [Omnis enim lebes sanctus erit Domino,] inquit. Itaque disserit quidem Propheta vt de sacrificiis adhuc legalibus, B lebetas autem, & *coquent* dicit, quod nos conuenienter temporibus Christi intelligemus. Oeconomicè porrò sanctorum Prophetarum sermonem obscurè, & non simpliciter omnibus planum dicimus, ne proiiciant eum canibus, neque profanis, & detestandis reueletur verbum, quod solos sanctos decet.

Matt.7.

Et non erit vltra Chananæus in domo Domini omnipotentis in die illa.

CXVII.

Infirmam, & fragilem veterum C mentem, & miseram valde videre queas. Liberati sunt enim ex Ægypto per Mosen Israelitæ, & intolerabile seruitutis iugum excusserunt, longéque plurimis, & admirabilibus signis in se editis, tandem exierunt, transierúntque per mare ipsum, comederunt panem de cælo, & aquam de petra inexspectato eductam in solitudine biberunt. Quid igitur miseri? Mose absente vitulum conflarunt, & vt Propheta habet, [Susceperunt D tabernaculum Moloch, & sydus Dei ipsorum Rhempha, figuras quas fecerunt adorare eas.] Sed illi quidem perierunt. [Ceciderunt enim membra eorum in deserto,] sicut scriptum est. Ast vbi posteri eorum Iordanem transierunt, duce Iosue, deinde procedente tempore sub iudicibus fuerunt, seruierunt idolis. Sed & temporibus sanctorum Prophetarum sacrificauerunt vitulis aureis, quos eis fecit maledictus Hieroboam, & insupér delubra, & aras erigentes, nihilo-E minus Baal, Chamos, Astarten, Beelphegor adorabant. Et quod malis istis peius, non plebeium, & ignobile vulgus tantum in his fuisse dicimus; sed ex ipso quoque sacerdotum ordine multos deflexisse constat. Quare & per Prophetam dicebat Deus, [Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? & profitentes legem non agnoscebant me, &

Exod.14. & 16.
Num.20.
Exod.32.
Amos 5.
3.Reg.12.
Hier.2.

pastores impiè agebant in me, & Prophetæ prophetabant Baal, & post inutile abierunt.] Vidit etiam Propheta Ezechiel circiter viginti quinque viros de senioribus Israel terga tantum obuertentes templo Domini, & vultus auertentes, ac solem versus orientem adorantes. Et huiusccemodi plurima accumulare nihil est negotii. Suffecerint autem, opinor, & hæc ad eorum ruditatem conuincendam. Ergo fluctuabat mens veterum, & delirabat magnopere. Quocirca & de ipsis aiebat Deus, [Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt, & Deo non complacuit in eis.] Facile enim in terras idololatrias abducebantur, & cum essent oriundi è sanguine Israel, alienigenas Chananæos imitari conabantur. Postquam autem vnigenitum Dei Verbum nostri simile factum est, & iustificatos fide, sancto Spiritu ad se accedentes obsignauit eius gratia mens nobis stabilis, inconcussa, & firmata in pietate euasit. Nec enim quisquam persuadebit sanctificatis, alium colere Deum præter eum, qui natura, & vere est Deus, quem Deum in Christo cognouimus. Ostendit enim nobis in seipso patrem, dicens: [Qui vidit me, vidit & Patrem.] Itaque [in die illa, inquit, hoc est, in illo tempore, non erit Chananæus,] id est, alienigena, & idololatra in domo Domini omnipotentis. Stabiliti enim sumus, vt dixi in fide, & securitatis ornamentis per Christum cohonestati, per quem, & cum quo Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu in omnem æternitatem, Amen.

Ezech. 8.

Ioan. 14.

A μένες ἠσέβουν εἰς ἐμέ, καὶ οἱ Προφῆται προεφήτευον τῇ Βαάλ, καὶ ὀπίσω ἀνωφελοῦς ἐπορεύθησαν. τεθέαται δὲ καὶ ὁ Προφήτης Ιεζεκιὴλ ὡς εἴκοσι καὶ πέντε ἄνδρας ἐκ τῶν πρεσβυτέρων Ισραὴλ, τὰ ὀπίσθια μόνον ἐρείσαντας πρὸς τὸν ναὸν κυρίου, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀπέναντι, προσκυνοῦντάς τε κατὰ ἀνατολὰς τῷ ἡλίῳ. καὶ πλεῖστα μὲν ἐν τούτοις ἐπισωρεύειν ἕτερα χαλεπὸν οὐδέν. ἀρκέσει δὲ οἶμαι καὶ ταῦτα πρὸς ἔλεγχον τῆς ἐν αὐτοῖς ἀφιλομαθίας. οὐκοῦν ἐσαλεύετο μὲν τῶν ἀρχαιοτέρων ὁ
B νοῦς, καὶ ἦν περιφορὰς κομιδῇ. τοιγάρτοι καὶ περὶ αὐτῶν ἔφη Θεός. ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐφείσαντο, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ηὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς. παρεκομίζοντο γὰρ εὐκόλως εἰς ἀτόπους εἰδωλολατρείας, καὶ γεγονότες ἐξ αἵματος Ισραὴλ, τοὺς ἀλλογενεῖς Χαναναίους ζηλοῦν ἐσπούδαζον. ἐπειδὴ δὲ καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ δικαιώσας τῇ πίστει, τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατεσφράγισε τοὺς τῇ παρ' αὐτοῦ προσιόντας χάριτι, γέγονεν ἡμῖν ἑδραῖος ὁ νοῦς, ἀσφαλής τε, καὶ ἀκατάσειστος,
C καὶ πεπηγὼς εἰς εὐσέβειαν. ἀναπείσει γὰρ οὐδεὶς τοὺς ἡγιασμένους, ἕτερον τιμῆσαι Θεὸν, παρὰ τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς, ὃν ἐγνώκαμεν Θεὸν ἐν Χριστῷ. παρέδειξε γὰρ ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, λέγων· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. οὐκοῦν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ φησὶ, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, οὐκ ἔσται Χαναναῖος, τουτέστιν, ἀλλογενὴς, καὶ εἰδωλολάτρης ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος. ἐρηρείσμεθα γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν πίστει, καὶ τοῖς εἰς ἀσφάλειαν αὐχήμασι κατεστέμμεθα διὰ Χριστοῦ, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, Αμήν.

IN ZACHARIAM COMMENTARII FINIS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙC ΠΑΤΡΟC ΗΜΩΝ
ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑC,
ΕΞΗΓΗCΙC ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΚΗ ΕΙC τὸν προφήτην Μαλαχίαν.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ
ARCHIEPISCOPI,
IN MALACHIAM PROPHETAM COMMENTARIVS, CONTINENS TOMOS II.

PRÆFATIO.

Καὶ περὶ τῆς τοῦ Μαλαχίου προφητείας ὀλίγα προειπεῖν ἀναγκαῖον, διά γε τὸ τῶν ἐντευξομένων εὐμαθὲς, καὶ πῶς ἂν εἰδεῖεν ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοῦ κειμένων. πεπερασμένων τοιγαροῦν τῶν τῆς αἰχμαλωσίας καιρῶν, ἀνεκομίζετο μὲν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν αὖθις ἀφίκετο πόλιν, τὸν τῆς δουλείας ζυγὸν ἀποφορτισάμενος. καὶ δὴ ὁ θεῖος ἐγήγερται ναὸς, ἐφεστηκότων τοῖς ἔργοις Ζοροβάβελ τε, καὶ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. προεφήτευον δὲ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λελυτρωμένοις Ἀγγαῖός τε, καὶ Ζαχαρίας, Ἔσδρα τε, καὶ Νεεμίου συνόντων αὐτοῖς τῶν ἱερουργῶν. σύγχρονος δὲ τοῖς μνημονευθεῖσιν ἁγίοις προφήταις, ἢ ὀλίγον βραχὺ μετ' ἐκείνους καὶ ὁ θεσπέσιος γέγονε Μαλαχίας, ὃς δὴ καλεῖται καὶ ἄγγελος, διερμηνεύεται γὰρ ὧδε Μαλαχίας. οὐ παραδεκτέον τοὺς τινῶν περὶ αὐτοῦ λόγους, οἳ μάτην

I. De Malachiæ quoque vaticiniis pauca præfanda sunt ad docendos lectores, & ostendendum, quomodo singula quæ dicuntur intelligant. Itaque transmissis temporibus captiuitatis, è Babylone in Iudæam remigrauit Israel, & in ciuitatem sanctam venit, iugo seruitutis exoneratus. Diuinum quoque templum iam stabat, Zorobabele Salathielis filio ex tribu Iuda oriundo, & Iesu filio Iosedec sacerdote magno Præfectis operum. Illo tempore captiuitate liberatis Aggæus, & Zacharias vaticinati fuerant, cum Esdras, & Neemias sacerdotes viuerent. Quo eodem, aut paulo post memoratos Prophetas sanctos diuinus quoque Malachias vixit, qui & angelus vocatur: sic enim Malachiæ nomen redditur. Explodendum est autem quorundam de ipso nec audiendum commentum, qui crediderunt, temeréque fabulati

fabulati sunt, eum natura angelum fuisse, sed voluntate Dei corporis formam, habitúmque assumpsisse, & Israelitis Prophetiæ officium præstitisse. Dictus est namque angelus in primis quidem, quod eius nomen, vt dixi, hanc notionem haberet: deinde quod cum cælestes, & à Deo inspiratos sermones Israeli nunciarit, non inscitè etiam angelus vocari possit. Itaque ipse Propheta Malachias in contextu de quolibet sacerdote ait, (Malac. 2.) [Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quoniam angelus Domini omnipotentis est.] De Emmanuele autem Propheta Esaias. (Esai. 9.) [Et volent si fuerint igne combusti, quia puer natus est nobis; filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius magni consilii angelus.] Vides quemadmodum ἀναδεῖν, nunciare quæ illius supremæ naturæ sunt, quibusdam etiam angelorum nomen conciliet, quamuis natura angeli non sint? Homines enim sunt, qui diuinam legem explanant, nempe sacerdotes: Deus autem, & ex Deo secundum naturam filius. Homo igitur, nostrum similis Propheta Malachias, cuius vaticinii scopus vniuersus ad duo hæc refertur quodammodo. Constructo enim iam diuino templo, cum tempus populi præpositos, siue eos qui erant de sanguine Leui ad sacrificia vocaret, atque etiam ipsis Israelitis preces & vota secundum legem, si liberet, obeunda quodammodo suggereret, seruabant illi quidem mandata Mosis, non tamen citra culpam, & vt ratio flagitabat. Nam populus consueta ad altaris sacrificium offerebat, verum non magna cura adhibitâ; sed perfunctoriè, & negligenter. Deteriora quippe gregis, & morbida, & reiectanea ad aram offerebant. (Leuit. 22.) Sacerdotes porrò suscipiebant, non amplius maculas, vt lex iubebat, id est, num claudum, aut aure scissa, aut naso mutilum, aut cauda amputata, aut scabiosum, aut impetigines, aut vnum testiculum haberent, considerantes. Reiiciebat enim ista Lex, nec aliud quam dedecora erant. Alia item ratione sacerdotes etiam subiectum sibi populum negligebant, cum Legem prauè explicarent, nec ad Dei voluntatem exequẽdam probè homines erudirent. Sed à recta semita ad ineptias, & fatuitates, deflectere finerent. Et hoc quidẽ obiurgationis genus vnũ est. Alterũ ad Israelitas pertinet, ob causas huiuscemodi. Alii namque amoré in vxores valere iubentes,

A ἐρραψῳδήκασιν, ἄγγελον μὲν τὴν φύσιν οἰόμενοί τι, καὶ λέγοντες, σεσωματῶσθαι γε μὴν κατὰ βούλησιν Θεοῦ, καὶ ἐν Προφήτου τάξει γενέσθαι τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. εἴρηται γὰρ ἄγγελος, ὡς ἔφην, μάλιστα μὲν καὶ τοῦ ὀνόματος ταύτην ἔχοντος ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ἑρμηνείαν. εἶτα ὅτι τοὺς ἄνωθεν, καὶ παρὰ Θεοῦ λόγους ἀπαγγέλλων τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καλοῖτ' ἂν οὐκ ἀπιθάνως καὶ ἄγγελος. καὶ γοῦν αὐτὸς ὁ Προφήτης Μαλαχίας ἐν τοῖς ἐφεξῆς περὶ B παντὸς ἱερέως φησὶν, ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ, διότι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστι. περὶ δέ γε τοῦ Ἐμμανουὴλ ὁ Προφήτης Ἠσαΐας, καὶ θελήσουσι, φησὶν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. ὁρᾷς ὅτι τὸ ἀπαγγέλλειν ἑτέροις τὰ τῆς ἀνωτάτης φύσεως ὀνομάζεσθαι καὶ ἀγγέλους παρασκευάζει τινὰς, καίτοι κατὰ φύσιν οὐκ ὄντας ἀγγέλους; ἄνθρωποι μὲν γὰρ οἱ τὸν θεῖον διερμηνεύοντες νόμον, τουτέστιν, οἱ ἱερεῖς. C Θεὸς δὲ, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. ἄνθρωπος δὲ οὖν καθ' ἡμᾶς ὁ Προφήτης Μαλαχίας. σύμπας δὲ ὥσπερ αὐτῷ τῆς προφητείας ὁ σκοπὸς εἰς δύο ταῦτα συντείνεται. ἐγηγερμένου γὰρ τοῦ θείου ναοῦ, καιροῦ καλοῦντος εἰς ἱερουργίαν τοὺς προεστηκότας λαοῦ, ἤτοι τοὺς ἐξ αἵματος τοῦ Λευὶ, ἐφιέντος δὲ ὥσπερ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πληροῦν, εἰ ἕλοιντο, τὰς κατὰ νόμον εὐχὰς, ἐτελοῦντο μὲν τοῖς διὰ Μωσέως ἐντολαῖς, οὐ μὴν ἀμωμήτως, καὶ ἐπιεικῶς. προσεκόμιζον μὲν γὰρ D εἰς θυσίαν οἱ λαοὶ τὰ συνήθη, πλὴν οὐ σφόδρα πεφροντισμένως, ὀκνηρῶς δὲ μᾶλλον, καὶ κατημελημένως. τὰ γὰρ αἰσχίονα τῶν ἐν ποιμνίοις, ἄρρωστά τε, καὶ ἀδόκιμα προσῆγον τῷ θυσιαστηρίῳ. προσεδέχοντο δὲ οἱ ἱερεῖς, οὐκέτι μωμοσκοποῦντες κατὰ τὸν νόμον, μὴ χωλὸν, ἢ ὠτότμητον, ἢ κολοβόρρινον, ἢ κολοβόκερκον, ἢ ψωραγριῶν, ἢ λειχῆνας ἔχον, ἢ μονόρχις. ἀποβλητὰ γὰρ ἐποιεῖτο ταῦτα ὁ νόμος, ὕβρεις δὲ ἦν τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον E οὐδέν. κατημέλησαν δὲ καὶ ἑτέρως οἱ ἱερεῖς καὶ τῶν ὑποχειρίων λαῶν, οὐχὶ τὰ ἐκ νόμου ὀρθῶς εἰσηγούμενοι, καὶ παιδαγωγοῦντες εἰς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, ἀλλ' εἰς ἐκτόπους ἐξιτηλίας ἀποδιδράσκειν ἐῶντες, καὶ τῆς εὐθείας ἔξω φέρεσθαι τρίβου. καὶ εἷς μὲν οὗτος τῆς ἐπιπλήξεως τρόπος. ἕτερος δὲ πρὸς τούτῳ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐπ' αἰτίαις τοιαύταις. οἱ μὲν γὰρ ἐρρῶσθαι φράσαντες ταῖς εἰς γυναῖκας φιλοστοργίαις,

εἶτα βιβλίον ἀποστασίου ῥιπτοῦντες αὐταῖς, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων ἑάλω ὅτι κατηγορουμέναις, συνεπλέκοντο μὲν ἑτέραις, ᾤοντό τε, ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον λυποῦσι Θεόν, κἂν εἰ ἕλοιντο τοῦτο δρᾷν. ἕτεροι δὲ ταῖς τῶν ἀλλοφύλων ἐπεμαίνοντο θυγατράσι, καίτοι διακεκραγότος τοῦ νόμου σαφῶς, Τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. γέγονε δὲ μακρὸς περὶ τούτου λόγος καὶ ἐν τοῖς τοῦ Ἔσδρα βιβλίοις. ὅθεν τινὲς αὐτὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὸν Μαλαχίαν. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως τὸ ἀληθές. καὶ τὰ μὲν τῆς ἐπιπλήξεως ἐν τούτοις. ἐν δέ γε τῷ τέλει τῆς προφητείας τὸν περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναδείξεως ποιεῖται λόγον, ἅτε δὴ μελλούσης τὸ τηνικάδε καθαρᾶς τε, καὶ ἀναιμάκτου θυσίας προσκομίζεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ παραλήγειν δὲ τὰ πάντων ἐγκλήματα, τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, καὶ εἰς καινότητα ζωῆς ἀναμορφουμένων τῶν ἐπὶ γῆς, καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, τῶν ἀρχαίων παρῳχηκότων, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

libellúmque repudii illis, & nonnunquam nihil mali commeritis, obiicientes, aliis copulabantur, nec se vllo modo Deum hoc facto offenderere opinabantur. Alii in alienigenarum filias insaniebant, quamuis lex apertis verbis proclamasset, [Filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo. Seducet enim filium tuum à me, & abiens seruiet diis alienis.] De hoc in libris Esdræ multa disseruntur. Vnde quidam ipsum esse Malachiam arbitrantur, quod secus est. Et in his quidem Prophetiæ de ostensione Saluatoris nostri verba fiunt, quando scilicet munda, & incruenta hostia Deo offeretur: quæ sublato peccato omnium crimina desinere faciat mortalibus in nouitatem vitæ reformatis. Noua enim creatura erunt, quæ in Christo sunt, vbi vetera transierint, vt scriptum est.

Deut. 7.

2. Cor. 5.

ΚΕΦΑΛ. α.

Λῆμμα λόγου κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ.

ΛΗμμά φησι τοῦ λόγου τῆς παρὰ Θεοῦ προφητείας οἱονεὶ τὴν λῆψιν. ἐδέχοντο γὰρ οἱ μακάριοι προφῆται διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν, τάς τε συμβουλάς, καὶ μὴν καὶ τὰς ἐπιπλήξεις ἐποιοῦντο πρός τινας, οὐκ ἐξ ἰδίας αὐτῶν καρδίας, οὓς ἂν ἕλοιντο τυχὸν ἀνασπῶντες λόγους, ἢ ψευδοεποιοῦντες κατά τινας, διερμηνεύοντες δὲ τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄνωθεν τοῖς ἄλλοις καθαρούς τε, καὶ ἀμωμήτους διαπορθμεύοντες λόγους. οὐκοῦν τῆς προφητείας τὴν λῆψιν γενέσθαι φησὶ παρὰ κυρίου. ὑπεμφαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς οὔτε προαγόρευσιν ἔχει τινὰ τῆς προφητείας ὁ λόγος, μοχθηροῦ τε καὶ ἀνιαροῦ πράγματος ὡς συμβησομένου τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, οὔτε μὴν ἐπαίνους ὡς βεβιωκόσιν ὀρθῶς· ἐπίπληξιν δὲ μᾶλλον ἐπί τε ἱερέας, καὶ λαούς. τὸ δέ, ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ, τοιῶσδε νοήσεις, διαχειρίζοντος ὥσπερ, ἤγουν ἐκπεραίνοντος τὴν τῆς προφητείας διακονίαν τοῦ ἐπίκλην ἀγγέλου τὸ λῆμμα γέγονεν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. εἴρηται δὲ ἄγγελος ὁ Μαλαχίας δι' αἰτίας ἃς ἤδη προεῖπον.

CAPVT I.

Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli eius.

II.

ASSVMPTIONEM verbi nominat prophetiæ à Deo inspiratæ velut susceptionem. Suscipiebant enim beati Prophetæ per spiritum cognitionem futurorum, & quosdam consilio instruebant, atque etiam obiurgabant, non è cordibus suis quos fortè vellent sermones depromentes, aut in quosdam falsa dictitantes: sed quæ à Deo didicissent proferentes, & supernos sermones aliis sincerè, citráque reprehensionem apportantes. Itaque prophetiam à Domino susceptam, siue assumptam dicit. Subostendit autem per hæc, nec prædictionem aliquam calamitosæ, aut molestæ rei alicuius quæ Israelitis euentura sit, neque laudes, quasi vitam ex virtute vixissent, ista prophetia contineri: sed sacerdotum & populi increpationem potius. Illud, [in manu angeli eius,] sic intelliges, velut per manus administrante, siue peragente prophetiæ ministerium eo, cui cognomentum angelus, assumptio facta est super Israel, Angelus autem Malachias propter causas à me ante allatas nuncupatus est.

Ponite super corda vestra. Dilexi vos, dicit Dominus.

III. Non oscitanter quæ dicenda erunt audire iubet: sed studiosè potius & attentione animaduersionéque singulari. Sic enim affectos esse condecet, qui diuinos sermones sunt auscultaturi, quorum vberrima, & amplissima futura sit vtilitas, cum in animum infusi fuerint. Psallit enim alicubi, & ait diuinus Dauid, [In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.] Licet enim, licet audientem putare non audiuisse, nisi mentem verba tetigerint. A lingua enim loquentis auolantia, & solas audientis aures verberantia vanis meritò ac non prolatis similia iudicentur. Huius generis erant nonnulli, de quibus quidam sanctorum Prophetarum, [Ecce populus stultus, & sine corde: oculi eis, & non vident, aures eis, & non audiunt.] Hortari itaque Prophetam necesse fuit. [Ponite super corda vestra,] hoc est, intra animum, & cor diuina verba reponentes, supernorúmque oraculorum vim intelligentes, assentiamini planè, [Quoniam dilexi vos, dicit Dominus,] omnique mansuetudine & indulgentia, & cura sedula, quæ dilectis adhiberi solet, dignatus sum Hoc autem rursum meritissimò illis exprobrat, quod sibi pro bonis mala retribuerint, cum, vt charitate dignati, vicissim eum probitate, & studio, alacritatéque ad omnia ipsi accepta delectare deberent. Si enim absurdum est, naturæ nostræ consortibus præstare nolle, quod debeas, quid super Deo respondebimus, qui nobis omnia ad iucunditatem pertinentia abundanter subministrat, nisi dona donis rependerimus; siquidem sana mente reuera præditos maximè decet illud dicere, [Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?]

Psal. 118.

Psal. 115.

Et dixistis, in quo dilexisti nos? Nonne Esau erat frater Iacob? dicit Dominus, & dilexi Iacob, & Esau odio habui? & posui terminos eius in desolationem, & hæreditatē eius in domos solitudinis.

IV. Percutiebantur aliquando Iudæi ab infenso Deo, cum multis se impietatibus obstrinxissent. Vastata enim eorum terra, captiui abigebantur, domibus exinanitis, & Hierosolymis vnà cum diuino templo crematis.

A Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν. ἠγάπησα ὑμᾶς, λέγει κύριος.

Οὐ παρέργως ποιεῖσθαι προστάττει τὴν τῶν ῥηθησομένων ἀκοὴν· ἐσπουδασμένως δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν πλείστῃ προσοχῇ, καὶ καταμονήσει. Διακεῖσθαι γὰρ ὧδε προσήκει τοὺς θείων μέλλοντας ἀκροᾶσθαι λόγων, ὧν ἔσται πλείστη τε ὄνησις, καὶ μάλα ἀμφιλαφὴς ἡ ὄνησις, ὅταν εἰς αὐτὸν εἰσδέχωνται τὸν νοῦν. Ψάλλει γάρ που, καὶ φησὶν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ, B ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. ἔστι γάρ, ἔστιν ἀκούοντά τινα μηδὲ ἀκοῦσαι δοκεῖν, εἰ μὴ ἅπτοιντο μὲν διανοίας οἱ λόγοι, ἀποπτάντες δὲ ὥσπερ τῆς τοῦ λέγοντος γλώττης, εἶτα μόνην περιαράξαντες τὴν τοῦ ἀκούοντος ἀκοήν, εἰκαίοις ἐν ἴσῳ καταλογισθεῖεν καὶ χρησθεῖσι. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν περὶ ὧν ἔφη τις τῶν ἁγίων Προφητῶν, ἰδοὺ λαὸς μωρός, καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσι. Παρεγγυᾷ τοιγαροῦν ἀναγκαίως ὁ Προφήτης, C λέγων. Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν, τουτέστιν, εἰς νοῦν ἔσω καὶ καρδίαν τοὺς θείους ἐναποθέμενοι λόγους, καὶ τῶν ἄνωθεν χρησμῳδημάτων συνέντες τὴν δύναμιν, συναινέσατε πάντως. ὡς ἠγάπησα μὲν ὑμᾶς, λέγει κύριος, ἠξίωσά τε ἁπάσης ἡμερότητος, καὶ φειδοῦς, καὶ τῆς τοῖς ἀγαπωμένοις πρεπούσης φιλοτιμίας. τοῦτο δὲ αὖ δὴ μάλα κατονειδίζοντος μὲν, ὡς πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀπέδοσαν αὐτῷ, καί τοι δέον, ὡς ἀγάπης ἠξιωμένους, ἀντιφέρειν ταῖς ἐπιεικείαις, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἁνδανόντων D αὐτῷ σπουδαῖς τε, καὶ προθυμίαις. εἰ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, τὸ μὴ βούλεσθαι τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀποδιδόναι τὰς ὀφειλάς, πῶς ἂν γένοιτο λόγος ἐπὶ Θεοῦ τοῦ πάντα ἡμῖν πλουσίως διανέμοντος τὰ πρὸς εὐθυμίαν, εἰ μὴ βούλοιτό τις ἀντιτιθέναι αὐτῷ τῶν δεδωρημένων τὰς ἀμοιβάς; εἰ καὶ ὅτι μάλιστα πρέποι ἂν ἐκεῖνο λέγειν τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτίφροσι, τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;

E Καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἠσαῦ τοῦ Ἰακώβ, λέγει κύριος, καὶ ἠγάπησα τὸν Ἰακώβ, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα; καὶ ἔταξα τὰ ὅρια αὐτοῦ εἰς ἀφανισμόν, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ εἰς δώματα ἐρήμου.

Ἐπλήττοντο μὲν Ἰουδαῖοι κατὰ καιροὺς τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς συμβαίνουσι, πολυτρόπως δεδυσσεβηκότες· ἀπήγοντο γὰρ εἰς αἰχμαλωσίας, καταδῃωθείσης αὐτοῖς τῆς χώρας, οἴκων τε ἠρημωμένων, καὶ ὁμοῦ τῷ θείῳ ναῷ καταπυρπολησθέντων τῶν Ἱεροσο-

λύμενον. προφάσει δὲ τοῦ τὰ τοιάδε παθεῖν αὐτοὺς, τὸ ἀποφοιτᾶν ἐλέσθαι τῆς γνησιότητος τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιῶσαι λόγου τὴν ἐκ τοῦ νόμου αἰδῶ. ἐπειδὴ τοίνυν ἀγαπῆσαι λέγοντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ σφόδρα γε, ἦν εἰκὸς τῶν τῆς αἰχμαλωσίας διαμεμνῆσθαι κακῶν, φάναι τε οὕτω τυχὸν τὸ, ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; οἰκονομικώτατος λίαν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς παρίησι μὲν τὰ διὰ μέσου συμβήματα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς παραιτεῖται διήγησιν, ἀνακομίζει γεμὴν τὴν τῆς ἀγάπης ἀπόδειξιν ἐπὶ τὴν τοῦ γένους ἀρχὴν, φημὶ δὲ τὸν Ἰακὼβ, ὃν ἀγαπῆσαι μὲν ἰσχυρίζεται, κατεσυγκέναι δὲ πεποιῆσθαι τὸν Ἠσαῦ, καί τοι τοῖς φύσεως νόμοις εἰς ἀδελφότητα τῷ τετιμημένῳ συνδούμενον. ὡς γάρ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, μήπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, ἀπόλεκτον ἐποιεῖτο τὸν Ἰακὼβ, ἐξ οὗ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀνέφυ γένος. ἐκβέβληκε δὲ τὸν Ἠσαῦ, καὶ οὐ δή που φαύλην κατὰ πρόσκλησιν. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, οὔτε μὴν ἄνισον ἢ ἑτεροκλινὲς τὸ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς διεξάγει κρῖμα. προεγνωκὼς δὲ ὡς Θεὸς τὰ περὶ ἀμφοῖν ἐσόμενα, καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον, ἀγάπης ἠξίου τὸν ἀμείνω τε, καὶ ἱερώτερον. καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν μακάριον Ἱερεμίαν πρὶν ἐν κοιλίᾳ διαπλάσαι φησὶν ἐγνωκέναι, ἁγιάσαι τε πρὶν ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας. ᾔδει γάρ, ᾔδει προφήτην ἐσόμενον, καὶ ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς ἀποστολὴν, τὴν ἐπὶ τὸ δεῖν τῶν ἐσομένων ποιεῖσθαι τὴν προαγόρευσιν. οὕτω δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους ἡγιάσθαι φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. οὓς γὰρ ἔγνω, καὶ προώρισεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. τούτους καλέσαι τε, καὶ ἁγιάσαι λέγεται. οὐκοῦν κατὰ πρόγνωσιν ἠξίωται μὲν ἀγάπης ὁ Ἰακὼβ, μεμίσηται δὲ δικαίως ὁ Ἠσαῦ. ἐπειδὴ τοίνυν φησὶ Ἰσραὴλ, ἠγάπησα μὲν ὑμᾶς. ψευδομαθήσαιμι γὰρ οὐδαμῶς, εἰ τοῦτο λέγοιμι πρὸς ὑμᾶς, εἴσεσθε δὲ μᾶλλον ὡς ἔστιν ὀρθός τε, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἰς τὴν τοῦ γένους ἀρχὴν ἀναφέροντες τῆς ἀγάπης τὸν τρόπον. ἄμφω μὲν γὰρ ἤστην ἐξ Ἰσαὰκ, ἀλλ' ἦν ἀγαθὸς τοῖς τρόποις, καὶ φιλόθεος ὁ Ἰακὼβ, ὁ γε μὴν ἕτερος σκληρὸς, καὶ δυσάντητος, καὶ ἕτοιμος εἰς βεβήλωσιν. τοιγάρτοι προσνένευκα τῷ Ἰακὼβ, καὶ τὴν μὲν ἐκνεμηθεῖσαν τῷ Ἠσαῦ κατηφάνισα κλῆρον, ἔδωκά τε αὐτὸν εἰς ἐρήμωσιν. συγκεκρότηκα δὲ τῇ περὶ ἐμαυτοῦ φειδοῖ τὸν τοῦ Ἰακὼβ, τουτέστιν, ὑμᾶς, ἤγουν τὴν χώραν, ἣν κατῳκήκατε. ἰστέον δὲ ὅτι ἑρμηνεύεται μὲν δρῦς, σκληρὸς δὲ, καὶ ἀκαμπής, καὶ τοῖς ἐκ δρυὸς ξύλοις ἐλίγοις παραχαράττεται ὁ Ἠσαῦ.

A Quod autem ista perpessi fuissent, inde legitima erga Deum deserendi, & reuerentiam legis parui omnino pendendi occasionem arripiebant. Quia igitur dicente Deo, se illos dilexisse, & valde quidem credibile erat, eos miseriarum captiuitatis denuò memores, ita fortasse dicturos, [In quo dilexisti nos?] prudentissimo consilio vniuersorum Deus quæ acciderant prætermittit, eorúmque narrationem relinquit, dilectionisque demonstrationem ad generis eorum principium, B Iacob nimirum, reuocat, quem se dilexisse confirmat, odisse autem Esau, quantumuis ei qui diligebatur naturæ legibus, vt frater, deuinctus esset. Etenim vt diuinus Paulus scribit, [Cum nondum nati fuissent, neque aliquid boni egissent, aut mali,] Iacob elegit, à quo Iudæorum gens originem duxit: abiecit autem Esau, non quod ab eo prouocatus esset. Non est autem iniustus Deus, nec iniquam, aut ancipitem, seu variabilem fert sententiam in C vnumquemque mortalem: sed cum tanquam Deus amborum futuras actiones, & vtriusque mores, prænosset, meliorem & sanctiorem complexus est; vt, exempli causa, etiam beatum Hieremiam priusquam eum formaret in vtero, nouisse se dicit, & sanctificasse, antequam de vulua exiret. Sciebat vtique, sciebat eum Prophetam futurum, & ad futura prænuntianda legatum idoneum. Sic & nos ipsos in fide iustificatos sanctificari diuinus Paulus asse- D rit. [Quos enim præsciuit, illos & prædestinauit Deus & Pater conformes fieri imagini filii sui.] Eosdem vocasse, & sanctificasse ibidem dicitur. Itaque secundum præscientiam dignus dilectione habetur Iacob, & meretur odiū Esau. Inquit igitur, ô Israel, *dilexi vos*. Nec mentiar vllo modo, si ita vobis dicam. Nam vt me recta, & vera loqui cognoscatis, ad principiū generis modum dilectionis reducite. Ambo enim satu Isaaci erant editi. Verùm Iacob vita bonus, & amans Dei, alter præfractus, E & intractabilis, & ad piacula non imparatus. Quapropter inclinaui in Iacob, & hæreditatem Esau attributam vastaui, ipsamque in desolationem dedi. Hæreditatem verò Iacob colligi indulgentia mea, hoc est vos, siue regionem quam incolitis. Sciendum porrò, Esau vocabulum exponi Latinè quercus.

Rom. 9.

Hiere. 1.

Rom. 8.

Fuit enim durus, & inflexibilis instar duræ quercus. Appellatus est item Edom, quod sonat *terrenus*. Vnde & regionem posteriorum Esau Idumæam nominatam sacra Scriptura testatur, quam subactam aliquando Iudæi desolatam, & desertam penitus reddiderunt. Quid autem prophetia Israelitis indicat? Illud, opinor, Iacob se dilexisse ait, nec alia de causa, nisi quia erat vir [simplex, habitans domum:] Odisse autem Esau, erat enim iuxta beatum Paulum terrenus, & profanus. Quamobrem Iudæos intelligere oportebat, non fuisse passuros desolationem, nec è patria ad alienigenas migrationem, si Iacob imitandum sibi proposuissent. Quoniam autem Esau mores exprimere, & per vestigia stultitiæ illius incedere maluerunt, hostibus postea traditi sunt.

Gen. 36. — Gen. 25. — Hebr. 12.

Quod si quis dicta spiritualiter considerare vult, certò sciat Iacob reddi *supplantator*: ac proinde cuiuslibet peccatum supplantantis typus esse possit. Esau autem *quercus*, vt dixi, & Edom *terrenus*; qui & ipse cuiusuis sola terrena cogitantis typum, & imaginem gerit. Diligit ergo supplantatorem Iacob, Esau autem pertinacem, & asperum, siue Edom, hoc est, terrenis affixum, & qui temporanea ac pereuntia spiritualibus bonis stultè anteposuit, odio prosequitur. Ita solitorum viuere hæreditatem dissipabit Deus noster, qui virtutem diligit. Non enim firmitatem nec statum inconcussum habent res terrenæ. Casuras autem penitus, tanquam in figura Idumæorum hæreditas desolata prorsus declarabit. Ast qui Deo adhæret, spe certa, & firma sustentabitur, & bonorum largitori acclamabit, [In manu tua sortes meæ.]

Psal. 30.

ἀπεμπολήσας δὲ καὶ τὰ πρωτοτόκια βρώσεως ἕνεκεν μιᾶς, ὠνόμασται δὲ καὶ Ἐδὼμ, ὅ ἐστι γήϊνος. Τοιγάρτοι καὶ Ἰδουμαίαν κεκλῆσθαί φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, τὴν ἐξ Ἠσαῦ γεγονότων τὴν χώραν, ἣν ἐχειρώσαντο κατὰ καιροὺς Ἰουδαῖοι, ἄβατόν τε, καὶ ἀοίκητον ἀπέφηναν παντελῶς. Καὶ τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς προφητείας ὁ νοῦς; ἐκεῖνο, οἶμαί που. Τὸν μὲν γὰρ Ἰακὼβ ἀγαπῆσαί φησι, καὶ οὐχ ἑτέραν χάριν, ἢ ὅτι γέγονεν ἀνὴρ ἄπλαστος, οἰκῶν οἰκίαν· μεμισηκέναι δὲ τὸν Ἠσαῦ, γέγονε γὰρ γήϊνός τε, καὶ βέβηλος, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον εἰδέναι τοὺς Ἰουδαίους, ὡς οὐκ ἂν συνέβη παθεῖν αὐτοὺς τὴν ἐρήμωσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἐνεγκούσης πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἀποδρομὴν, εἰ ἐμεμίμηντο τὸν Ἰακώβ. Ἐπειδὴ δὲ ζηλωταὶ, καὶ ὁμότροποι γεγόνασι τοῦ Ἠσαῦ, καὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος ἰόντες κατ' ἴχνος κατεφώραντο, λοιπὸν δέδονται τοῖς ἐχθροῖς.

Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ πνευματικὴν τοῖς εἰρημένοις ἐφαρμόσαι τὴν θεωρίαν, διαγνωσέσθω σαφῶς, ὡς ὁ μὲν Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται πτερνιστής· τύπος δὴ ἂν εἴη παντὸς τοῦ πτερνίζοντος ἁμαρτίας. Ἠσαῦ δὲ, ὡς ἔφην, δρῦς, καὶ μὴν καὶ γήϊνος ὁ Ἐδώμ· τύπος δὴ ἂν εἴη καὶ οὗτος παντὸς τοῦ μόνα φρονοῦντος τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀγαπᾷ τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν πτερνιστὴν Ἰακὼβ, μεμίσηκε δὲ τὸν Ἠσαῦ τὸν ἀκαμπῆ, καὶ σκληρὸν, ἤτοι τὸν Ἐδώμ, τουτέστι, τὸν τοῖς γηΐνοις προσνενευκότα, καὶ τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν τὰ πρόσκαιρά τε, καὶ ἀπολλύμενα φλυαρῶς ἀνθῃρημένον. Τῶν οὕτω ζῆν εἰωθότων ἀφανιεῖ τὸν κλῆρον ὁ φιλάρετος ἡμῶν Θεός. Οὐ γάρ τοι βέβαια τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε μὴν ἀκλόνητον ἔχει τὴν στάσιν. Ὅτι δὲ πεσεῖται πάντως, ὡς ἐν τύπῳ σαφηνιεῖ τῶν Ἰδουμαίων ὁ κλῆρος εἰσάπαν ἠρημωμένος. Ἀλλ' ὅγε Θεῷ προσκείμενος, ἀσφαλῆ, καὶ ἠρηρεισμένην ἕξει τὴν ἐλπίδα, καὶ τῷ τῶν ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ προσφωνήσει λέγων, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου.

Quia dicet, Idumæa subuersa est, & reuertamur, & reædificemus deserta. Hæc dicit Dominus omnipotens. Ipsi ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur eis termini iniquitatis, & populus super quem extensus est Dominus vsque in æternum.

Διότι ἐρεῖ, ἡ Ἰδουμαία κατέστραπται, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ ἀνοικοδομήσωμεν τὰς ἐρήμους. Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἐγὼ καταστρέψω· καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς ἐφ' ὃν παρατέτακται κύριος ἕως αἰῶνος.

V. Perdifficilis est verborũ cõtextus, siue cõnexio: veruntamen sentẽtia subiecta non inconueniẽs. Inquit enim, dedi qui-

Δυσχερὴς μὲν λίαν ἡ τῆς λέξεως συνθήκη, πλὴν οὐκ ἄτοπος τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Δέδωκα μὲν γὰρ ἐγώ φησι, τὴν Ἠσαῦ κληρονομίαν εἰς ἀφανισμὸν,

καὶ εἰς ἐρήμωσιν ὑμῶν τὴν ἐξ Ἰακὼβ ἐκπεπορθη-κότων. ἐρεῖ δὲ ἴσως ὁ Ἰδουμαῖος, εἰ καὶ κατέστραπται παντελῶς, καὶ εἰς λῆξιν ἥκει κακῶν ἣν κατῳκήκαμεν χώραν, ἀλλ' οὖν ἐπιστρέψαντες ἐγεροῦμεν μὲν τὰς ἠρημωμένας πόλεις τε, καὶ κώμας, κατοικήσομεν δὲ αὐτὰς οἱ διασεσωσμένοι. τί οὖν; πρὸς ταῦτα, φησὶ, τάδε λέγει κύριος. αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἐγὼ καταστρέψω. κεκλήσεται δὲ πάντως ἡ Ἰδουμαία ὅρια ἀνομίας (ὡς διὰ πλείστων ὅσων ἁμαρτιῶν κατεστραμμένη) καὶ λαὸς ἐφ' ὃν παρατέταται κύριος ἕως αἰῶνος. ὁ μὲν οὖν τοῦ γράμματος νοῦς οὐχ ἕτερος οἶμαί τις παρὰ τοῦτόν ἐστι. προσθείην δ' ἂν, ὅτι τῶν τὸ γεηρὸν, καὶ γήινον ἐχόντων φρόνημα (γήϊνος γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Ἰδουμαῖος ἑρμηνεύεται) πάντῃ τε καὶ πάντως ὁ κλῆρος πεσεῖται Θεοῦ καταστρέφοντος. οὐ γὰρ ἔχει τὸ βέβαιον τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πρακτία, οὔτε μὴν διηνεκῆ τὴν μέθεξιν. παροίχεται γάρ τις ἔχουσα πρόσκαιρος εὐθυμία, καὶ ἐν ἴσῳ σκιᾶς μεταφοιτῆται, ἢ θανάτου ὑφελόντος τινὸς, ἤγουν ἀδοκήτου συμφορᾶς ἐπενηνεγμένης.

Ἀλλ' εἰ καί τις ἕλοιτο τῶν Ἰδουμαίων τὸν ἑαυτοῦ κλῆρον οἰκοδομεῖν, ἢ πλοῦτον συλλέγων τὸν ἐξ ἀδικίας, ἢ ταῖς διακένοις δοξαρίοις ἐντρυφῶν, ἢ δυναστείαις ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐναβρύνεσθαι θέλων, αὐτὸν εὑρήσει τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μονονουχὶ καὶ ἀνθεστηκότα, καὶ μαχόμενον. ὡς γὰρ ὁ θεσπέσιος γέγραφε μαθητής, εἴ τις θέλει εἶναι φίλος τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. οὔπω παύσεται γὰρ, ὡς ἔφην, τῶν τὰ γήϊνα φρονεῖν ᾑρημένων, ἀλλ' οὐδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς καταλήξει μάχης. μισεῖ γὰρ ἀεὶ τὸν ἀλιτήριον, καὶ ἀπόπεμπτον ποιεῖται τὸν φιλαμαρτήμονα.

Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὄψονται, καὶ ὑμεῖς ἐρεῖτε, ἐμεγαλύνθη κύριος ὑπεράνω τῶν ὁρίων τοῦ Ἰσραήλ.

Ὅταν, φησὶ, τὴν τῶν πραγμάτων κατορθώσητε φύσιν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀναμμύοντι τῷ καρδίας σαφῶς ἃ δὴ ἔφην ἀρτίως, τότε δὴ πάντως ἐρεῖτε συγκατατιθέμενοι, ὅτι δεδόξασται, καὶ ἐμεγαλύνθη Θεὸς ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ Ἰσραήλ. οἱ μὲν γὰρ ἐξ Ἰακὼβ γεγονότες, τουτέστιν, Ἰουδαῖοι, προσκεκρουκότες, ὡς ἔφην, διὰ πλείστην ἀσέβειαν ἔξοικοί τε γεγόνασιν, καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ ἁλώσιμοι τοῖς ἐχθροῖς. ἐπεὶ δὲ τὰ προσχόντας ἀθλίως, καὶ ἀποχρώντως κεκολασμένους κατηλέησεν ὁ Θεὸς, ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ἀνεγηγερκότων αὐτοῖς ἐπὶ τὸ ἄμεινον τῶν πραγμάτων.

A dem ego hæreditatem Esau in desolationem, in solitudinem, à vobis ex Iacob propagatis deuastatam. Sed Idumæi dicent fortasse. Et si regio quam habitauimus prorsus in vastitudinem redacta, & extremis afflictata est malis, nihilominus, reuersi desolatas vrbes vicósque instaurabimus, & qui salutem retinuimus, eas incolemus. Quid igitur? Adhæc, inquit, ista dicit Dominus. [Ipsi ædificabunt, & ego destruam.] B Et Idumæa omnino vocabitur termini impietatis, (vtpote peccatis plurimis deprauata) [& populus super quem extensus est Dominus vsque in æternum.] Literæ igitur sensus, vt arbitror, præter hunc nullus est. Libet apponere; carnalia, & terrena cogitantium (terrenus enim, vt dixi, sonat nomen Idumæus) hæreditas, Deo subuertente, cadet penitus. Nam quæ in hoc mundo actitantur, firmitudine carent, neque vsum sui perpetuum præbent, quoniam temporanea lætitia præterit, vmbræ similis, C aut morte è medio tollente, aut improuisa calamitate interueniente.

Sed etsi quis Idumæorum sub intelligentiam cadentium, hæreditatem suam ædificare voluerit, aut diuitias ex iniquitate congregans, aut in gloriolis inanibus delicias sibi constituens, aut potentia in hac vita efferri volens, vniuersorum Deum ipsum tantum non obsistentem contráque pugnantem inueniet. Nam vt diuinus discipulus scriptum reliquit, [Qui voluerit esse amicus sæculi huius, inimicus Dei constituitur.] Nondum enim quiescet, vt dixi, D ab his qui terrena sapiunt, nec iis aduersari desistet. Semper enim flagitiosum odit, & cupidius peccantem, reiicit.

Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis, magnificatus est Dominus super terminos Israel.

VI. Quando, inquit, rem pro natura sua rectè præstiteritis, & tantum non apertis animi oculis videritis perspicuè quæ modo dixi, tunc omnino annuentes, E glorificatum, & magnificatum esse Deum in finibus Israel fatebimini. Ex Iacob enim proseminati, Iudæi nempe, cum Deum offendissent, vt dixi, extorres, & captiui, & inimicis expugnabiles propter summam impietatem facti sunt. Vbi verò miseriis exercitos, & pro dignitate punitos Deus miseratus est, redierunt, & res eorum in melius, atque in antiquum statum restitutæ sunt.

Et benefactum deinceps regioni, vrbes de integro incoluerunt, tẽplum condiderunt, Hierosolymam mœnibus communierunt, & quæ magis optabant, quã sperabant, iis denuò sunt perfruiti. Idumæa autẽ vt vastata est, ita permãsit, nec ad cõditionẽ fæliciorẽ erecta est. Itaque glorificatus est Deus in terminis Israel.

Sciendum porrò, etiam secundum reconditissimum sensum, quamuis quidam Deum agnoscentes ipsum offenderint, ac propter peccatum pœnas dederint, tamen non funditus perituros; nam Deus, vbi quantum satis est in eos animaduerterit, miseretur, & ad prosperum statum eos reducit. Terrenũ autem affectum diligẽtibus, & ad sola quæ carnis sunt respicientibus, aduersatur semper, & iræ suę super illos tempus producit. [Vocabuntur enim, inquit, illis termini impietatis, & populus super quem extensus est Dominus in æternum.]

Filius glorificat Patrem, & seruus Dominum suum. Et si Pater sum ego, vbi est gloria mea? & si Dominus sum ego, vbi est timor meus? dicit Dominus omnipotens.

VII. Limitem rationis egressos contempsisse quæ minimè oportebat, ostendit vbique. Frugi enim filiis conueniebat, & quidem iure admodum ac meritò, vt Patris sui gloriam procurandam seriò susciperẽt, quò ita inclyti patris filii vocarentur. Iam si quis fidelis, seu germanus sit minister, etiam Dominum suum celebrem fieri, & non obscurũ, & velut pedibus protritum manere magnoperè optabit. Nam sic ipse quoque partem fælicitatis, quæ in his est, feret, & quod sibi ornamento sit faciet, & eam summę voluptatis occasionem sibi ducet. Vos autem, inquit, cum me vt Patrem honorare, atque vt Dominum timere deberetis, in ambobus non parum ab officio desciuistis, & inueniemini, nec vt Patri honorem, nec vt Domino timorem impertiẽtes. Vbi enim est honor meus? vbi timor, si nihil ad gloriã meam pertinens facere sustinetis, neque pœnam à Domino metuentes, eius iussa capessitis? Istiusmodi quippiã per Esaiam quoque dicit. [Audi cælũ, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Filios genui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerũt me.] Quærenda igitur à nobis, quæ Deo sunt honorifica, & ad opera sancta incumbẽdum, cũ sciamus scriptũ esse, [Viuo ego, dicit Dominus, qui glorificãtes me glo-

Isai. 1. — 1. Reg. 2.

A καὶ γέγονε μὲν ἐν εὐπαθείᾳ ἡ χώρα, κατῳκήκασι δὲ τὰς πόλεις, ἀνεδείμαντο τὸν ναὸν, ἀνετείχισαν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ γεγόνασι πάλιν ἐν τοῖς παρ' ἐλπίδα, καὶ κατ' εὐχήν. ἡ δέ γε τῶν Ἰδουμαίων ἠρήμωται χώρα, καὶ μεμένηκεν ἐν κακοῖς, οὐκ ἀνασφήλασα περὶ τὸ ἄμεινον. οὐκοῦν δεδόξασται Θεὸς ἐν τοῖς ὁρίοις Ἰσραήλ.

Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ κατὰ τὸν ἐσώτατον νοῦν, κἂν εἰ ἐν προσκρούσει γένοιντό τινες τῶν εἰδότων Θεὸν, κἂν εἰ παιδεύοιντο δι' ἁμαρτίας, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰσάπαν αὐτοὺς ἀπολέσθαι συμβαίνει· κατοικτείρει δὲ Θεὸς παιδεύσας ἀρκούντως, καὶ ἀνακομίζει πάλιν εἰς εὐθυμίαν. τοῖς δέ γε τὸ γήϊνον ἀγαπῶσι φρόνημα, καὶ εἰς μόνα βλέπουσι τὰ σαρκὸς, μάχεται διηνεκῶς, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοὺς ὀργῆς παρατείνει τοὺς χρόνους. κληθήσονται γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς, ἐφ' ὃν παρατέτακται κύριος ἕως αἰῶνος.

Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ. καὶ εἰ πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Ἔξω τοῦ καθήκοντος ἰόντας λόγου, καὶ ὧν ἥκιστα χρὴν ἀφειδεῖν ἠρημελόσεις, ἀποφαίνει πανταχῆ. τοῖς μὲν γὰρ ἐπιεικέσι τῶν υἱῶν πρέποι ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ μεταποιεῖσθαι σφόδρα τῆς τοῦ φύσαντος δόξης, ἵνα καὶ εὐκλεεστάτου πατρὸς ὀνομάζωνται τέκνα. εἰ δὲ δή τις εἴη καὶ οἰκέτης γνήσιος, περιφανῆ που πάντως, καὶ διαβόητον τὸν οἰκεῖον εὔξεται γενέσθαι δεσπότην, οὐκ ἄσημον εἶναι, καὶ πεπατημένον. μεθέξει γὰρ οὕτω καὶ αὐτὸς τῆς ἐν γε τούτοις εὐημερίας, καὶ καύχημα τὸ χρῆμα ποιήσεται, καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτης λογιεῖται πρόφασιν. ὑμεῖς δὲ, φησὶν, ὡς πατέρα με δοξάζειν ὀφείλοντες, δεδιέναι δὲ καὶ ὡς δεσπότην, κατ' ἄμφω τοῦ πρέποντος οὐ μετρίως διημαρτήκατε, ἁλώσεσθε δὲ μήτε ὡς πατρὶ τὴν δόξαν, μήτε μὴν ὡς δεσπότῃ τὸν φόβον ἀνάπτοντες. ποῦ γὰρ ἡ δόξα μου; ποῦ δὲ ὁ φόβος, εἰ μηδὲν τῶν εἰς δόξαν ὁρώντων τὴν ἐμὴν ἀνέχεσθε δρᾶν, μήτε μὴν τὸ κολάζεσθαι δεδιότες, τοῖς δεσπότου εἴκετε νόμοις; ἔφη τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν. υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. χρὴ τοίνυν ἡμᾶς τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ ζητεῖν, καὶ μὴν καὶ ἐπείγεσθαι κατορθοῦν. τὸ γεγραμμένον εἰδότας, ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξά-

σω, καὶ ὁ ἐξουθενῶν με, ἀτιμωθήσεται. δοξάσεται δὲ πρὸς ἡμῶν ὁ πατὴρ ὁ τῶν ὅλων Θεός, οὐχὶ τὸ αὐτοῖς ἡμῖν ἡδύ τε, καὶ φίλον ἀποπεραίνειν ἐσπουδακότων· ἀνατεθεικότων δὲ μᾶλλον αὐτῷ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ἑπομένων πανταχοῦ. φοβηθησόμεθα δὲ καὶ ὡς κύριον, τὴν εἰς φαυλότητα ῥοπὴν ἀνακόπτοντες αἰδοῖ τοῦ προσκρούειν αὐτῷ, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος ἐννοοῦντες ἔλεγχον· τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον.

Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἠλισγήσαμεν αὐτούς; ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς, τράπεζα κυρίου ἠλισγημένη ἐστί, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα βρώματα ἐξουδενωμένα.

Ἐπαιτιᾶται σφόδρα τῶν Ἰουδαίων τὸ ῥᾴθυμον, οἷς καὶ ὁ νόμος ἐπιφωνεῖ τό, εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. ἕπεται γὰρ ὡς ἐπίπαν ταῖς τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείαις τὸ ὑπὸ χεῖρα πλῆθος, ἀδικεῖται δὲ οὐ μετρίως, ὅταν ἴδῃ κατημεληκότας τῆς πρὸς Θεὸν αἰδοῦς. συγκαθίσταται γὰρ αὐτοῖς, καὶ συναρρωστεῖ τὸ ῥᾴθυμον εἰς εὐλάβειαν, καὶ τῇ τῶν καθηγητῶν ὑπτιότητι συμπλάττεται. ὅτι δὲ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λόγος, πιστώσεται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός, ὅτι οἱ ποιμένες ηὐφρονεύσαντο, καὶ τὸν κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ καὶ διεσκορπίσθησαν. οὐκοῦν ὡς ἐπίπαν οἱ τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερουργοὶ πρόφασις εὑρίσκονται τοῖς ἄλλοις εὐδοκίμου ζωῆς μέν, εἴπερ ἕλοιντο διαβιοῦν ὀρθῶς, καὶ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τὸ σέβας ἀναπλεῖν· αἰσχρῶν δέ, καὶ βδελυρῶν ἐπιτηδευμάτων, εἰ πρός γε τῶν ἄλλων οὗτοι τὰ τοιάδε τῶν κακῶν εὑρίσκοιντο κατηρρωστηκότες. ταύτητοι καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος τοῖς τελοῦσι διδασκάλοις ἐπιφωνεῖ σοφῶς, ὅτι προσήκει αὐτοὺς τύπους γενέσθαι τοῖς ποιμνίοις. ὑμεῖς ἐστε τοίνυν, φησί, οἱ τοῖς τῆς ἱερωσύνης αὐχήμασι διαπρέποντες, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. καὶ εἰ βούλεσθε μαθεῖν τοῦ φαυλισμοῦ τὸν τρόπον, ἀκούσεσθε διακεκραγότος. ἐν τῷ προσφέρειν ὑμᾶς εἰς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. εἰ δὲ δὴ λέγοιντο καὶ πρὸς τοῦτο πάλιν, τίνα δὴ τρόπον ἠλισγήσαμεν αὐτούς; ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, ὡς οἴεσθε μὲν ἴσως, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῖς βοᾶτε πράγμασιν,

A rificabo, & qui contemnit me, contemnetur.] Glorificabitur autem à nobis, pater vniuersorum Deus, si nō quod nobis iucundum, & amicum est agere studuerimus: sed illi potius mentē nostram dedicauerimus, & in omnibus ad eius nutum nos conformauerimus. Timebimus verò vt Dominum, si propensionē ad improbitatem, pudore quodā illius offendēdi resciderimus, accusationémque apud diuinum tribunal nobiscum volutauerimus. [Omnes siquidem nos B manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo siue bona, siue mala.] (2. Cor. 5.)

Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis, in quo despeximus nomen tuum? Offerentes ad altare meum panes pollutos. Et dixistis, in quo polluimus eos? In eo quod dicitis, mensa Domini polluta est, & superpositæ escæ sunt despectæ.

VIII.

Expostulat vehementer cum sacer- C dotibus ob socordiam, quibus & lex acclamat illud, [Religiosos facite filios Israel.] Subiecta enim multitudo pœnè in omnibus principum bona exempla sequitur, nec mediocre detrimentum accipit, cum eos reuerentiam erga Deum posthabere cernit. Statim enim eodem redigitur, & desidia in cultu diuino simul languet, & ad magistrorum supinam negligentiam fingitur. Vera me dicere ex verbis Dei D vniuersorum patet. [Pastores stultè egerunt, & Dominum non exquisiuerunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, & dissipati sunt.] (Hier. 10.) Itaque in omnibus ferè, qui ad diuina altaria sacrificant, cæteris ad vitam probatam incitamento sunt, si ex virtute viuere, & Deum modo quo conuenit colere voluerint: ad nefanda autem, & detestabilia studia duces, si præ aliis huiusmodi malis malè habere conspiciantur. Hinc & diuinus Petrus (1. Pet. 5.) magistros sacros sapienter admonuit, E conuenire, eos formam gregis fieri. Vos igitur estis, inquit Propheta, qui sacerdotii dignitate conspicui, qui despicitis nomen meum. Et si modum despectionis audire vultis, audietis clamantem. [In eo quod offertis ad altare meum panes pollutos.] Quod si obiiciant, [in quo polluimus eos?] dicam vobis. Quia putatis fortè, vel potius ipsis rebus testamini,

[mensam Domini despectam esse.] Quoniam autem singula dictorum recolligere, & perspicuè declarare oportet, age dicamus, quid sibi panis pollutus velit. Pollutum itaque contaminatum, siue immundum nominat. Sciendum porrò, ex voluntate legislatoris in sacrificiis quæ peragebantur etiam panes offerri solitos; sed azymos, & puros: solum autem sacrificium laudis in fermentatis peragi iussit. De quibus quod mysticè disseri possit, alibi satis docuimus, quæ nunc strictim repetam, ne in rebus longè vtilissimis tædio captus videar. Panis ergo azymus, seu non fermentatus, signum esse queat vitæ non fermentatæ, ac puræ. Atque ita etiam diuinus Paulus in fide iustificatis scribit. [Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.] Et iterum. [Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.] Hortatur item Christus sanctos Apostolos his verbis, [Cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum.] Puræ igitur, & sanctificatæ, & azymæ vitæ hoc genus panis est symbolum. Offerebant igitur pro se, vt in typis adhuc, & vmbris qui secundum legem panes azymos, & azyma offerebant.

Psal. 49. — 1 Cor. 5. — Matt. 16.

Quoniam autem catechumenos, & ita per sacrum Baptisma nondum à peccato purgatos Ecclesiis non eiicimus cum Deum glorificamus: quin eos potius in consummando sacrificio laudis socios adsciscimus, ideo lex in fermentato illam, glorificationem putà, faciendam inquit, sicut dixi; veteris nequitiæ reliquias, quasi quoddam fermentum in se habentem significans, panem fermentatum per ænigma nondum baptismate purgatum. [Vos igitur sacerdotes estis, inquit, qui despicitis nomen meum,] dum ad altare meum panes pollutos offertis. Curandum ego sacerdotio ornatis, ne quid tale in Ecclesia committatur; & tenendum, accuratam obseruationem Deo gratam, & iucundam accidere: contrà, socordiam in rebus tam venerandis magnam illi creare molestiam: nec id supinè negligentes impunè ferent. Et quomodo non miserabile est istuc videre; cum illi audiant, [Vos sacerdotes estis, qui despicitis nomen

A ὅτι τράπεζα κυρίου ἐξουδενωμένη ἐστίν. ἐπεὶ δὲ ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἀναμηρύσασθαι χρή, καὶ διερμηνεῦσαι σαφῶς, φέρε λέγωμεν, τί ποτε ἄρα βούλεται δηλοῦν ὁ ἄρτος ὁ ἠλισγημένος. ἠλισγημένον μὲν οὖν τὸ μεμολυσμένον, ἤγουν τὸ ἀκάθαρτον ὀνομάζει. εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν ἐπὶ ταῖς τελουμέναις θυσίαις καὶ ἄρτοι προσεκομίζοντο· πλὴν ἄζυμοί τε, καὶ καθαροί· μόνην δὲ τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις τελεῖσθαι B προστέταχε. καὶ τίς ὁ περὶ τούτων μυστικὸς ἂν γένοιτο λόγος, ἀποχρώντως ἐν ἑτέροις εἰρήκαμεν. ἀφηγησόμεθα δὲ νῦν καὶ ἐν ἐπιδρομῇ, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ὀκνηρὸς εἶναί τις ἔν γε τοῖς οὕτω λυσιτελεστάτοις. οὐκοῦν ὁ μὲν ἄζυμος ἄρτος σημεῖον ἂν γένοιτο ζωῆς τῆς ἀζύμου, καὶ καθαρᾶς. οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις ἐπιστέλλει, λέγων· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας, καὶ πονηρίας· ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, καὶ ἀληθείας. C καὶ πάλιν, ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. παρεγγυᾷ δὲ Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οὕτω λέγων. προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ Σαδδουκαίων. οὐκοῦν καθαρᾶς, καὶ ἡγιασμένης, καὶ ἀζύμου ζωῆς σημεῖον ὁ ἄρτος. προσεκόμιζον τοίνυν αὐτὴν ἑαυτῶν ὡς ἐν τύποις ἔτι, καὶ σκιαῖς οἱ προσάγοντες ἄρτους τε ἀζύμους, καὶ ἄζυμα κατὰ τὸν νόμον.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς ἔτι κατηχουμένους, καὶ οὔ- D πω τὴν ἁμαρτίαν ἐκνενιμμένους διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος οὐκ ἐκπέμπομεν τῶν ἐκκλησιῶν δοξολογοῦντες Θεὸν, ποιούμεθα δὲ μᾶλλον κοινωνοὺς, τὴν τῆς αἰνέσεως πληροῦντες θυσίαν, ταύτητοί φησι καὶ ὁ νόμος, ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις χρῆναι δρᾶν αὐτὴν, ἄρτον ζυμίτην λέγων αἰνιγματωδῶς τὸν οὔπω κεκαθαρμένον, ὡς ἔφην, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἔχοντα δὲ ὥσπερ τινὰ ζύμην ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς ἀρχαίας φαυλότητος λείψανα. E ὑμεῖς οὖν, φησὶν, οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου διὰ τὸ προσφέρειν εἰς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. χρὴ τοιγαροῦν φροντίδα ποιεῖσθαι τοὺς τὴν θείαν ἔχοντας ἱερωσύνην, μὴ ἄρα τι δρῷτο τοιοῦτον ἐν ἐκκλησίᾳ· εἰδέναι τε, ὅτι ἡ μὲν ἀκριβὴς ἐπιτήρησις εὐφραίνει Θεὸν, καταλυπήσει δὲ λίαν τὸ ῥᾳθυμεῖν ἑλέσθαι τῶν οὕτω σεπτῶν· ὅτι οὐκ ἀζήμιον τὸ χρῆμα τοῖς [illegible]ζουμένοις. πῶς οὐ ταλαίπωρον ἰδεῖν, ἀκουόντων ἐκείνων, ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομα

μου. Φαύλισμα γὰρ ὥσπερ εἰς Θεὸν τῶν ἱερέων τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εἰς τὴν αὐτῷ πρέπουσαν τε, καὶ ὀφειλομένην δόξαν ἀναφέρεται τὸ πλημμέλημα.

Διότι ἐὰν προσαγάγητε τυφλὸν εἰς θυσίας, οὐ κακόν; καὶ ἐὰν προσαγάγητε χωλὸν, ἢ ἄῤῥωστον, οὐ κακόν; προσάγαγε δὴ αὐτὸ τῷ ἡγουμένῳ σου, εἰ προσδέξεταί σε, εἰ λήψεται πρόσωπόν σου, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Μωμοσκοπεῖν τοῦ νόμου τὰ ἱερεῖα προστάττοντος, καὶ ἀπόβλητον μὲν ποιεῖσθαι τὰ ἔμπηρα, καθιεροῦν δὲ τὰ ἄμωμα, προσεκόμιζον τῷ θυσιαστηρίῳ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πάντα χύδην, καὶ ἀδιακρίτως, καὶ τῆς μὲν πρεπούσης δόξης τῷ Θεῷ ὀλίγος ἦν παντελῶς ὁ λόγος· φροντὶς δὲ λίαν ἐσπουδασμένη, τὸ πλεῖστα ὅσα συναγείρειν θύματα, καὶ κριῶν ἀφθονίαν οἴκοι τε ἔχειν, καὶ ἐν αὐτῇ που τάχα τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. ἆρ' οὖν, ὦ τοῦ νόμου φύλακες, εἰ προσάγει τις τυφλὸν εἰς θυσίαν, οὐ κακὸν τὸ θῦμα; εἰ δὲ δὴ καὶ χωλὸν, ἢ ἄῤῥωστον, τὸν τῆς ἐμπηρίας διαφεύξεται μῶμον; οὐ γὰρ δὴ καὶ τὰ τοιάδε λογιεῖσθε κακὰ, καὶ πρὸς θυσίαν οὐκ ἐπιτήδεια; ἀλλ' εἴπερ οἴεσθε κατὰ σφᾶς οὐχ ὧδε ἔχειν, ἀποφερέτω τις αὐτὰ ξένιον, καὶ ἐν δώρου τάξει τῶν καθηγητῶν ἑνί. ἀλλ' οὐκ ἂν προσδέξαιτο φησὶ, οὐδ' ἂν τὸ τοῦ προσκομίζοντος πρόσωπον αἰδεσθεὶς, οἰκεῖον τὸ χρῆμα ποιήσαιτο, χαλεπανεῖ δὲ λίαν ὡς ὑβρισμένος. ἔστι τοίνυν τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων, Θεῷ προσφέρειν ἀποτολμᾶν, ἃ μηδ' ἂν εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς ἕλοιτο λαβεῖν. πολὺ τοῦτο παρ' ἡμῖν τὸ πλημμέλημα. Εἰ γάρ τι μέλλοιμεν προσκομίζειν Θεῷ, ὡς ἂν ἔχοιμεν τὰ αἰσχίω, καὶ δεύτερα ζητοῦμεν οἱ τάλανες, οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι καὶ Κάϊν θυσίαν οὐκ ἐποιεῖτο δεκτὴν, ὅτι προσεκόμιζε μὲν οὐκ ὀρθῶς, ἑαυτῷ μὲν τὰ πρῶτα, καὶ ἐξαίρετα τετηρηκὼς, τιμᾶν δὲ νομίσας τοῖς δευτέροις Θεόν. ἀλλ' οὐ προσέσχεν αὐτοῦ τῇ θυσίᾳ ὁ τῶν ὅλων Θεός. οὐ γὰρ λογιεῖται τιμὴν τῶν προσφερόντων τὸ ῥᾴθυμον.

Ἀπαράδεκτά γε μὴν ὁ νόμος εἰς θυσίαν ἐποιεῖτο τὰ τυφλὰ τῶν θρεμμάτων, καὶ μὴν τὰ χωλά τε, καὶ ἄῤῥωστα, τοῦ μὲν τυφλοῦ σημαίνοντος αἰνιγματωδῶς τοὺς τὸν θεῖον οὐκ ἔχοντας φωτισμὸν ἐν καρδίαις· τοῦ δὲ χωλοῦ τοὺς οὐκ εἰδότας ὀρθοποδεῖν ἐν ἀγαθοεργίαις· τοῦ γε μὴν ἀῤῥώστου τοὺς μὴ λίαν εὐσθενῶς, ἐκλύτως δὲ ὥσπερ, καὶ κατημελημένως τὴν ὑπὸ Θεοῦ πληροῦντας δουλείαν. ἔφη δέ που καὶ διὰ φωνῆς Προφήτου. οὐαὶ οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς.

meum.] Est enim quidam contemptus Dei sacerdotum segnities, & peccatum illud gloriæ ipsi tribuendæ, ac debitæ aduersatur.

Quia si offeratis cæcum in sacrificium, nonne malum? & si offeratis claudum, aut languidum, nonne malum? Offer illud duci tuo, si suscipiet te, si accipiet faciem tuam, dicit Dominus omnipotens.

IX. Leuit. 22.

Cum lex mandaret victimarum vitia considerare, & mutilas, seu membris captas repudiare, ex omni parte integras sacrificare, illi eo tempore citra delectum, & nullo discrimine cuncta offerebāt, & gloriæ Deo dignæ ratio omnino exigua ducebatur: vt autē quam plurimas victimas congregarent, & copiam arietū domi, ac fortasse in ipso tabernaculo haberēt, in eo plurimum operæ ac studii consumebatur. An igitur, ô præclari legum custodes; Si quis cæcum ad sacrificiū obtulerit, hoc sacrificiū vitiosum non est? Quod si claudum, aut languidū, num se à crimine mutilatæ victimæ tueri poterit? An nō istiusmodi mala, & ad sacrificiū inepta censebitis? Sin aliter apud animos vestros statuitis, age quispiam pro xenio, & in loco muneris vni suorum gubernatorū offerat. Atqui non suscipiet, inquit, nec offerentis faciem reueritus, illud offerendum fuisse iudicabit, vehementérque, vt iniuria lacessitus, irascetur. Est itaque à ratione prorsus alienissimū, Deo audere offerre, quæ nec nostrum aliquis dignaretur accipere. Magnum hoc nobis peccatū est, si oblaturi Deo, quæramus miseri quod fœdius, aut vilius est: non cogitātes, quo pacto Caini sacrificium repudiauerit, quoniam sinistre offerebat, cum sibi prima, & præcipua reseruaret, & deterioribus Deum se honoraturum putaret. Verùm vniuersorū Deus ad sacrificium eius non respexit. Non enim offerentium negligentiam sibi honori ducit.

Genes. 4.

Porrò lex cæca animalia à sacrificio excludebat, vt etiam clauda, & morbida, cæco per ambagem significante, diuinam illuminationem in cordibus non habentes: claudo, nescientes in bonis operibus rectà incedere: languido verò, seu infirmo, non admodum firmiter, & constanter, sed quasi dissolutè, & oscitanter Deo seruientes. Ait & per Prophetam alicubi, [Væ qui faciunt opus Dei negligenter.]

Hier. 48.

Quare mentem illuminatam, rectè gradientem, & robustam habeamus necesse est. Tunc enim Deo virtutis amanti accepti, & sacri erimus.

Et nunc placate faciem Dei vestri, & deprecamini eum. In manibus vestris facta sunt hæc; si suscipiam facies vestras, dicit Dominus omnipotens.

X. Impios ad pœnitentiam inuitat, & mutatione in melius, iram diuinam propter illatam ipsi Deo contumeliam amoliendam iustissimè pronunciat. Bonus est enim Deus, [Et erigit elisos, & sanat contritos corde, & quod errauerat reducit.] Dum dixit, [Placate faciem Dei vestri] subostendit Deum, & quidem meritò auersari ipsum offendere non refugientes, & à gloriam suam non quærentibus, velut aspectum auertere, nec eos indulgentia, aut charitate, aut inspectione complecti. [Oculi enim Domini super iustos,] vt scriptum est. Et ad quosdam scelestos voce Esaiæ ait. [Cùm extenderitis manus, auertam oculos à vobis. Et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.] Propitiare igitur Deum sibi peccatores debent, si fortè faciem eius ad se conuertant, & quæ ex eius auersione sibi noxia imminebant, ea à capitibus suis arceant. Definit enim, & quale fuerit peccatum sacerdotum demonstrat, & inficiationem præcidit. Nec enim mentitur cùm ait, [In manibus vestris hęc facta sunt.] Non modo enim aliis peccantibus vos siluistis, inquit: sed in me impie designata, velut manibus vestris perpetrauistis, eaque vestræ dissolutionis piacula sunt, cum vestrum nemo obstaret. Quod si qui etiam obstare fortasse vellent, vos super his redarguere, credo, timuerunt. Verum enimuerò non ego quoque vt vnus vestrum ero, nec peccatorum accipiam faciem. Simile illud Dauidicum, [Cogitasti, inquit, iniquitatem, quod ero tui similis, arguam te, & statuam ante faciem tuam peccata tua.] Non enim nouit personam iudex: sed est sincerus, & incorruptus tanquam Deus.

(Margin notes: Psal. 144. Psal. 146. Ezec. 34. Psal. 33. Esai. 1. * deest verbū ἐκκαλοῦσι, aut simile. Psal. 49.)

Quia & in vobis claudentur ostia, & non accendetis altare meum gratis.

A χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς πεφωτισμένον μὲν ἔχειν τὸν νοῦν, ὀρθοποδοῦντα δὲ, καὶ ἰσχύοντα. τότε γὰρ ἐσόμεθα δεκτοί τε καὶ ἱεροὶ παρὰ τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ.

Καὶ νῦν ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, καὶ δεήθητε αὐτοῦ. ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα, εἰ λήψομαι ἐξ ὑμῶν πρόσωπα ὑμῶν, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Καλεῖ πρὸς μετάγνωσιν τοὺς ἠσεβηκότας, καὶ B τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ὀργὴν προσαποσείσασθαι δεῖν εὖ μάλα φησὶ, ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον μεταβολαῖς. καὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ ἀνορθοῖ τοὺς κατερραγμένους, καὶ ἰώμενος τὸ συντετριμμένον, καὶ ἐπιστρέφων τὸ πεπλανημένον. λέγων δὲ τὸ, ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὑπεμφαίνει αὖ, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἀποστρέφεται Θεὸς τοὺς προσκρούειν αὐτῷ μὴ παραιτουμένους, καὶ ὅτι τῶν μὴ ζητούντων τὴν δόξαν αὐτοῦ τοὺς ἰδίους ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἀποφέρει, μήτε φειδοῦς, ἢ ἀC γάπης, μήτε μὴν ἐποπτείας ἀξιοῖ. ὀφθαλμοὶ γὰρ κυρίου ἐπὶ δικαίους, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔφη δὲ καὶ πρός τινας τῶν ἀλιτηρίων διὰ φωνῆς Ησαΐου. ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν, αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. χρὴ τοιγαροῦν ἐξιλάσκεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, εἰ δύναιντο ἄρα μεταστρέψειεν ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς ἀποστροφῆς ἐσόμενα ἀποκρούσαιντο βλάβη, D καθορίζει γὰρ τῶν ἱερουργῶν τὸ πλημμέλημα, καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἄρνησιν. οὐ γὰρ ἂν ψευδεπιχήσοι, λέγων, ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα. μονονουχὶ γάρ φησι, ἑτέρων ἡμαρτηκότων ὑμεῖς σεσιγήκατε, ἀλλ' οἱ αὐτόχειρες ὑμεῖς αὐτοὶ γεγόνατε τῶν εἰς ἐμὲ δεδυσσεβημένων, καὶ τῆς ὑμῶν ῥαθυμίας εἶεν ἂν τὰ ἐγκλήματα μεσολαβοῦντος οὐδενός. πλὴν εἰ καί τινες * ἐκδεδίασι τυχὸν τὸ πείθεσθαι πρὸς ἡμᾶς τοὺς περὶ τούτων ἐλέγχους. ἀλλ' οὖν οὐκ ἔσομαι καὶ αὐτὸς καθὰ καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν, οὐδ' ἂν λάβοιμι πρόσωE πον τῶν ἠσεβηκότων. ὅμοιον τούτου τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ. ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. ἐλέγξω, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. οὐ γὰρ οἶδε πρόσωπον ὁ κριτής. ἀλλ' ἔστιν εὐθὺς, καὶ ἀδέκαστος ὡς Θεός.

Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψατε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεάν.

Qui igitur habet viscera misericordiæ, talem planè experietur Deum, & cumulabit in cælum, fructúsque laborũ suorum mãducabit, vt scriptum est: nec illum immitem, & amentissimum diuitem imitabitur, quẽ in parabola Euangelica Saluator villam suam impleuisse narrat. Ille enim aiebat, [Quid faciam? destruam horrea mea, & maiora faciam, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, lætare.] Cogitanti autem talia, & ignoranti futura, Deus, [Stulte, inquit, hac nocte repetent à te animam tuam: quæ autem parasti, cuius erunt?] Quamobrem, vt dicebam, benedictione plenus est, sua communicans. Talis etiam spirituales imbres, cor eius irrigantes, & affatim exhilarantes accipiet, pietatisque fructus producet, aliàs aliter, & velut diuisim, partim charitate, partim benignitate, & humanitate reciproca, fortitudinéque, & patientia excellens: eritque sicut terra beata frugibus, & fœcundissima, clarúsque & celebris, & reuera longè beatissimus. [Melius est enim nomen bonum, quàm diuitiæ multæ,] vt scriptum est.

Ingrauabatis super me verba vestra, dicit Dominus. Et dixistis, in quo oblocuti sumus contra te? Dixistis, vanus qui seruit Deo, & quid amplius, quia

XXXIX. XL. Psal. 117. Luc. 12. Prou. 22.

custodiuimus mādata eius, & quia ambulauimus supplices ante faciē Domini omnipotētis? Et nūc nos beatos dicimus alienos, & exædificantur omnes qui faciunt iniqua, & restiterūt Deo, & salui facti sunt. Hæc oblocuti sunt qui timēt Dominum, vnusquisque ad proximum suum. Et attēdit Dominus, & audiuit.

XL. Quando quosdam notos, & amicos in peccatum prolapsos corrigere vult Deus, in medium adducit admissa, & apertè redarguit, & expostulando quodammodo ferit, vt delictis suis erubescentes ad meliora, & vtiliora transire velint, & ita eius misericordia exquisita salutem obtineant. Accusat igitur & propter aliud Israelitas, & velut communem quandam posteris quoque ipsorum increpationem contexit, cum sciret id commodum, & salutare futurum omnibus. Quæcunque enim antiquis illis in figura contigerunt, ad nostram correptionem scripta sunt, sicut & sapientissimus Paulus ait. (1.Cor.10.) Incusat ergo eos & lingua incontinentes, & verbis maledicis deditos. Inquit enim, [Ingrauastis super me verba vestra.] Quo autem modo illi obtrectarunt? [Dixistis, inquit, vanus est qui seruit Deo,] & nihil facere lucri, qui vult obtemperare mandatis eius, hoc est, præceptis per legem diuinitus traditis. Ad hæc inane est, dixistis, supplicare illi, id est, preces offerre pro quibus libuerit. Est sane veracissimus vniuersorum Deus, dum hæc dicit, & sic accusat Israelem. Quam autem blaterantes peccati sui excusationem prætendant, videndum est. Mille gentes regebat Deus: sed ex omnibus vnam elegit, quæ vocata est pars, & funiculus, & hæreditas eius. (Deut.32.) Eam sibi vindicatam, lege instituit, per Prophetas eidem consuluit. Quid autem ad hæc insanus Israel? adorauit militiam cæli, seruiuit idolis, dixit sculptilibus, vos estis dii nostri. Ast vniuersorum Deus super tam nefariis sceleribus non immeritò indignatus, multis modis in eos vindicabat, & ad pœnitentiam vocabant, fame, corruptione aëris, fructuum penuria, locustis, & brucho, ictero, & eruca. Nondum enim eos manu valida ferire voluit, sed quodammodo terriculamentis, & ira tēperata adhuc ad persequenda ipsis conducibilia, atque ad verum, & natura Deum diligendum adigere.

(* Corruptā puto vocem fortè legendum δείμασι.)

A τὰ φυλάγματα αὐτοῦ, καὶ διότι ἐπορεύθημεν ἱκέται πρὸ προσώπου κυρίου παντοκράτορος; καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους· καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἄνομα, καὶ ἀντέστησαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. Ταῦτα κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Καὶ προσέσχε κύριος, καὶ εἰσήκουσε.

Ὅτι τινὰς τῶν γνωρίμων ὀλισθήσαντας εἰς ἁμαρ- B τίαν ἐπανορθοῦν ἐθέλῃ Θεὸς, παρακομίζει μὲν εἰς μέσον τὰ διεπλημμελημένα, διελέγχει δὲ σαφῶς, καὶ τῇ πλήττει μομφαῖς, ἵνα τοῖς ἰδίοις ἐρυθριῶντες πλημμελήμασιν ἕλοιντό τε μεταφοιτᾷν ἐπὶ τὰ ἀμείνω, καὶ χρησιμώτερα, τετύχοιεν τε οὕτω, τὸν παρ' αὐτοῦ ζητήσαντες ἔλεον. αἰτιᾶται τοίνυν καὶ ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ κοινὴν ὥσπερ τινὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐξυφαίνει τὴν ἐπίπληξιν, τὸ χρῆμα εἰδὼς ἐπωφελὲς ἅπασι, καὶ σωτήριον. ὅσα γὰρ τοῖς πρὸ ἡμῶν συμβέβηκε τυ- C πικῶς, ταῦτα γέγραπται πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καθά φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος. αἰτιᾶται τοίνυν τοὺς ἀθυρογλωσσοῦντας αὐτοὺς, καὶ παλιμφήμοις ῥήμασι, καταλαλεῖν ἠρημένους. ἐβαρύνατε γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν. καὶ ποῖος ἦν ἄρα τῆς καταλαλιᾶς ὁ τρόπος; εἴπατε, φησὶ, μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ, καὶ ὅτι περιττὸν οὐδὲν ἐν τῷ βούλεσθαι τηρεῖν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ, τουτέστι, τὰ διὰ νόμου θεσπίσματα. εἰκαῖον ἐστὶ πρὸς τούτῳ, φατὲ, καὶ τὸ ἱκετεύειν αὐτὸν, τουτέστι, τὰς ὑπὲρ D ὧν ἂν ἔλοιτο προσάγειν λιτάς. καὶ ἀληθὴς μὲν πάντως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰ ταυτί τε λέγοι, καὶ καταιτιῷτο τοὺς ἐξ Ἰσραήλ· τί δὲ δὴ τοῖς πεφλυαρηκόσιν ἦν τῆς ἁμαρτίας πρόφασις; ἀναγκαῖον εἰπεῖν. μυρία μὲν γὰρ κατεβόσκετο ἔθνη· ἀλλ' ἐκ πάντων ἓν τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ἐπελέξατο ὁ Θεὸς, ὠνόμασται δὲ μερὶς, καὶ σχοίνισμα, καὶ κλῆρος αὐτοῦ. οἰκειωσάμενος δὲ πεπαιδαγώγηκε νόμῳ, ὠφέλησε διὰ προφητῶν. καὶ τί πρὸς ταῦτα πέπραχεν ὁ ἀπό- E πληκτος Ἰσραήλ; προσκεκύνηκε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, λελάτρευκεν εἰδώλοις, ἔφη τοῖς γλυπτοῖς, ὑμεῖς ἐστε θεοὶ ἡμῶν. ἀγανακτήσας εἰκότως ἐπὶ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἀνοσιουργήμασιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπαίδευε πολυτρόπως, καλῶν εἰς μετάγνωσιν λιμοῖς, ἀνεμοφθορίαις, καρπῶν ἐνδείαις, ἀκρίσι, καὶ βρούχῳ, ἰκτέρῳ, καὶ κάμπαις. οὔπω γὰρ πλήττειν ἤθελεν χειρὶ στερεᾷ, μονονουχί τε καὶ μετασοβεῖν τοῖς * δαίμοσι, καὶ συμμέτροις ἔτι κινήμασιν ἐπὶ τὸ δρᾷν ἐλέσθαι τὸ ὠφελοῦν, καὶ τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς ἀγα-

τῆσαι Θεόν. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς οὐδὲ τοῦ συμμέτρου πλήττεσθαι λόγος, ἀπώχοντο δὲ ἀχαλίνως εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, ἔπεμψεν εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν παρεσκεύασε τὴν Βαβυλωνίαν. ἐπεὶ δὲ κέκληνται πάλιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, Θεοῦ κατοικτείραντος, ἀνετείχισάν τε τὴν πόλιν, καὶ ἀνεδείμαντο τὸν ναόν, πάλιν ἐτράποντο πρὸς τὸ ῥᾴθυμον, οὐ πληροῦντες εὐχάς, οὐχ ἑπόμενοι τοῖς διὰ νόμου θεσπίσμασι, προσάγοντες δεκάτας ἢ ἀπαρχάς· ἀλλ' ὀκνηροί, καὶ μόλις ἐπὶ τὸ θύειν ἐρχόμενοι, καὶ κατασφάξαντες τὰ χωλά, τὰ τυφλά, καὶ τὰ ἐσεγλυμμένα, καὶ ταῦτα δρῶντας ἐκτόπως, οὐδὲν ἧττον ἐπαίδευε Θεὸς λιμῷ τε, καὶ ἀκαρπίᾳ. οἱ δέ, καίτοι δέον, εἴπερ ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ τῶν συμφερόντων ἐπιστήμονες, ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομαῖς θεραπεύειν λελυπημένον τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἀσύνετοι ἐποιοῦντο τὴν καταβοήν. ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν καὶ τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότα, προσκυνοῦντα δὲ μᾶλλον τοῖς γλυπτοῖς, καὶ τὴν ἐσχάτην νοσοῦντα πλάνησιν, ἐν εὐπαθείαις ὄντα, καὶ τρυφαῖς, ἔφασκον ἀσυνέτως, μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ, καὶ τί πλέον ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ; ἡμεῖς γάρ, φησίν, οἱ νομοφύλακες ἐν ἀπορίαις ἐσμέν, καὶ πληγαῖς. ᾠχήμεθα δὲ καὶ αἰχμάλωτοι καίτοι προσαιτοῦντες ἀεί, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ κυρίου παντοκράτορος. οἱ δὲ τῶν τοιούτων δρῶντες οὐδέν, οὐ πληγὴν ἔχουσιν, οὐ πόνον. οὐκοῦν μακαρίζομεν ἀλλοτρίους. καὶ ἀνοικοδομοῦντες ποιοῦντες ἄνομα, ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. ἀντιπράττουσι γὰρ κατὰ ἀλήθειαν τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ κατὰ πολλοὺς τρόπους οἱ πλανώμενοι, καὶ τοῖς χωνευταῖς προσάγοντες τὰς θυσίας, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες, Θεός μου εἶ σύ, καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐγέννησάς με. ταῦτα, φησί, κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον. δυσφημίας δὲ πάντως τὸ ἔγκλημα, καὶ τῶν ἐσχάτων ἀρρωστημάτων ἀπόδειξις ἐναργής. νοσούσης γὰρ διανοίας οἱ λόγοι, καὶ μεθύοντος νοῦ θεοστυγὲς ἀπόβρασμα τὸ φάναι τι κατὰ Θεοῦ. ὅτι δὲ τῶν τοιούτων ἐπακροᾶται λόγων οὐχ ὡς παρέργως, ἀλλ' ἐν σπουδῇ, πεπληροφόρηκεν εἰπών, καὶ προσέσχε κύριος, καὶ εἰσήκουσεν. ὅτι πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς. Εἰ δὲ δή που τις γένοιτο κατὰ τῆς θείας αὐτοῦ δόξης λόγος, οὐκ ἔσται βαρύς, καὶ οὐκ ἀφόρητος, καίτοι λίαν ἀνεξικακεῖν εἰωθότι. ταύτητοι καὶ ἔφασκεν, ἐβαρύνετε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν. δεῖ δὴ οὖν ἔτι, κἂν ὦμεν ἐν πόνοις, χρησίμως ἡμᾶς παιδεύοντος τοῦ Θεοῦ, μὴ λίαν ἀκηδιᾶν,

A Quia verò mediocres plagas contemnebant, & impotenter in omne genus impuritatis ruebāt, eos in captiuitatem misit, manibúsque Babyloniorum obtulit. Postquam autem Deo miserante in Iudæam sunt reuocati, & vrbem reædificarunt, templúmque excitarūt, denuo ad ignauiam reuoluti, vota non impleuerunt, nec legi in decimis, & primitiis offerendis paruerunt: sed pigri, & vix ad sacrificium venientes, clauda, cœca, & debilia mactabant. Et cū hæc insolenter B facerēt, nihilominus Deus fame, & sterilitate eos vlciscebatur. Qui, tametsi deberēt, si quidē essent boni, & quæ sibi conducerent non ignorarēt, mutatis in melius cōsiliis Deum à se offensum colere, ac venerari, imprudēter de illo conquerebantur. Cum enim viderēt gentes vicinas, & Deum nescientes, sculptilia potius adorare, & grauissimo errore laborare, nihilominus tamē voluptariam vitā agitare, stultè dicebant, [Vanus est, qui seruit Deo. Et quid emolumēti percepimus, quia mandata eius custodiui-C mus?] Nos enim legi obsequentes, sterilitatem, & incōmoda patimur. Discessimus etiam in captiuitatē, tametsi assiduè Domino omnipotenti supplices aduolueremur. Contrà, qui horū nihil faciūt, non plagas sentiunt, nō miserias. Quamobrem beatos numeramus alienos. [Et reædificantes qui faciunt iniqua restiterunt Deo, & saluati sunt.] Repugnant enim profectò gloriæ Dei multipliciter qui errant, & conflatilibus sacrificant, D [Et ligno dicunt, Deus meus es tu, & lapidi, Tu genuisti me. Hæc oblocuti sūt, inquit, qui timent Dominum.] Habet autem accusatio nihil præter maledictū, morbúmque pestiferum euidenter demonstrat. Est enim ægrotæ mētis, & animi ebrii, Deo inuisum reiectamentum, contra Deum quidquam loqui. Se autem tales sermones non obiter, sed studiosè auscultare affirmatè pronuntiat, [Et attendit Dominus, & audiuit. Quia spiritus Domini repleuit orbem E terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.] Quod si quid aduersus diuinam eius gloriam dictum fuerit, id erit graue, & propè intolerandum illi, quamuis tolerantissimus iniuriarum esse soleat. Quocirca dixit, [Ingrauabatis super me verba vestra.] Officium ergo nostrum est, quamuis laboribus, & miseriis conflictemur, Deo nos ad vtilitatem nostram corripiente, non vsque adeo animo concidere,

Hiere. 2.

Sap. 1.

nec putare virtutis tam amantem aspernari bonos: sed potius sollicitè inquirere, in quo apud Deum offenderimus, & ita eum mitigare, & misericordiam flagitare. Quod si etiam peccatores aliqui in voluptatibus mundanis ætatem habeant, temporaneis bonis fruantur, rationes patientiæ ipsius erga illos ad arcanam prouidentiam referre æquum est.

Et scripsit librum monumenti in conspectu suo his qui timent Dominum, & qui reuerentur nomen eius. Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in diem quam ego facio in acquisitionem, & eligam eos sicut eligit homo filium suum seruientem sibi.

XLI. Israelitas sese criminantes, & impiè blaterantes attendit, & audiuit Deus. Deinde cum in reos pœnam æqualem constituere oporteret, & verborum petulantium rationem reposcere, hoc etiam, iniuriæ vt Deus immemor, prætermittit. Scribit autem librum monumenti timentibus ipsum, de quibus, ni fallor, & ipse Dauid scribenti librum hunc, [Et in libro tuo omnes scribentur.] (Psal. 138.)

Dixit etiam ipsemet Dominus noster Christus discipulis suis: [Nolite gaudere, quia dæmonia subiiciuntur vobis: gaudete autem potius, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.] (Luc. 10.) Male precatur quoque, & quidem iustissimè, diuinus Dauid Iudæorum populis Christi interfectoribus his verbis. [Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.] (Psal. 68.) Scribitur ergo liber monumenti timētibus Dominum, quos item sibi domesticos, & familiarissimos tempore acquisitionis fore affirmat, quando scilicet sedebit Christus super thronum gloriæ suæ, stipantibus angelis, [Et statuet oues à dextris, hœdos autem à sinistris, & dicet his qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratū est à constitutione mundi.] (Matth. 25.) Tunc enim eos eliget, hoc est, electos faciet, philostorgia, & amore illo singulari nihil cedens patribus nostris, qui super filiis exultant, cum sunt quam sapientissimi, & morigeri: & quorum satu progenerati sunt, eos summa obseruantia prosequuntur.

Et conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum, & iniustum, & inter

A μήτε μὴν οἴεσθαι τὸν οὕτω φιλάρετον ἀφειδῆσαι τῶν ἀγαθῶν· περιεργάζεσθαι δὲ μᾶλλον τὸ ἐφ' οἷς προσκεχρούκαμεν, ἐκμειλίσσεσθαί τε οὕτω, καὶ τὸν ἔλεον αἰτεῖν. εἰ δὲ δὴ καί τινες τῶν φιλαμαρτημόνων ἐν εὐπαθείαις εἶεν κοσμικαῖς, τὴν τῶν προσκαίρων ἀπόλαυσιν ἔχοντες, ἀπονέμειν ἀκόλουθον ταῖς ἀπορρήτοις οἰκονομίαις τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακίας τοὺς λόγους.

Καὶ ἔγραψε βιβλίον μνημοσύνου ἐνώπιον B αὐτοῦ τοῖς φοβουμένοις τὸν κύριον, καὶ εὐλαβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ ἔσονταί μοι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, εἰς ἡμέραν, ἣν ἐγὼ ποιῶ εἰς περιποίησιν, καὶ αἱρετιῶ αὐτοὺς, ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν δουλεύοντα αὐτῷ.

Καταχερτομούντων αὐτὸν τῶν ἐξ Ισραὴλ, καὶ ἀνόσια κατ' αὐτοῦ πεφλυαρηκότων, προσέσχε μὲν, καὶ εἰσήκουσεν. εἶτα δέον τοῖς ἡμαρτηκόσι τὴν πρέπουσαν ἐπιρτῆσαι δίκην, καὶ τοὺς τῆς ἀθυρογλωσ-C σίας περιτρέψαι λόγους, παρίησι μὲν ὡς Θεὸς ἀμνησίκακος καὶ τοῦτο. γράφει δὲ βιβλίον μνημοσύνου τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, περὶ ὧν οἶμαί που καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν γράφοντα βιβλίον. καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται.

Εὑρήσομεν δὲ αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῖς ἁγίοις λέγοντα μαθηταῖς, μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ὑμῖν· χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφησαν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐπαρᾶται δὲ σφόδρα εἰκότως ὁ θεσπέσιος D Δαβὶδ, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, ἀποκτονοῦσι Χριστὸν, οὕτω λέγων. ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν. γράφεται τοίνυν τὸ τοῦ μνημοσύνου βιβλίον τοῖς φοβουμένοις Θεὸν, οὓς καὶ οἰκείους ἔσεσθαί φησιν ἑαυτοῦ, καὶ γνωριμωτάτους κατά γε τὸν τῆς περιποιήσεως καιρὸν, ὅτε καθίζηται μὲν ὁ Χριστὸς ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, δορυφορούντων ἀγγέλων, καὶ στήσῃ τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, καὶ E ἐρεῖ τοῖς ἐκ δεξιῶν, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. τότε γὰρ αὐτοὺς αἱρετιεῖ, τουτέστιν, αἱρετοὺς ποιήσεται, παραχωρῶν οὐδὲν εἰς φιλοστοργίαν τοῖς καθ' ἡμᾶς πατράσιν, οἳ τοῖς ἰδίοις ἐπαγάλλονται τέκνοις, ὅταν εἶεν μάλιστα σοφὰ, καὶ εὐήνια, καὶ διὰ πλείστης αἰδοῦς ποιοῦνται τοὺς φύσαντας.

Καὶ ἐπιστραφήσεσθε, καὶ ὄψεσθε ἀνὰ μέσον δικαίου, καὶ ἀνὰ μέσον ἀνόμου, καὶ ἀνὰ

μέσον τοῦ δουλεύοντος τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ μὴ δουλεύοντος.

Τότε δὴ τότε, φησὶ, τῆς οὕτω λαθραίας εἰκαιομυθίας ἀποπαυσάμενοι, καὶ τὴν ἀκρατῆ, καὶ ἀπαίδευτον ἀνακόψαντες γλῶτταν, διαλοιδορήσασθε μὲν οὐκ ἔτι τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ, μονονουχὶ δὲ τὴν μέθην ἀποπεμψάμενοι, καὶ οἷον ἐπιστρέφοντες ἐκ πλάνης, εὖ μάλα καθαρῶς ὄψεσθε τότε, καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μεταξὺ δικαίου, καὶ ἀνόμου, τοῦ δουλεύοντος Θεῷ, καὶ τοῦ μὴ δουλεύοντος. οἱ μὲν γὰρ ἄνομοί τε, καὶ ἐξιώτοι, καὶ τὸν τῆς ὑπ' αὐτῷ δουλείας ἀποσειόμενοι ζυγὸν, οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν, καὶ εἰς ἀτελεύτητον κόλασιν. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, καθὰ γέγραπται. οἱ δὲ ἀγαθοὶ, καὶ φιλόθεοι, καὶ τῶν θείων νόμων ἐπιστήμονες, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐπιμεληταὶ, λαμπροὶ, καὶ ἡγιασμένοι τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀναδήσονται στέφανον, καὶ ἐν ταῖς ἄνω γεγονότες μοναῖς, συνδιαιτήσονται μὲν ἁγίοις ἀγγέλοις, κοινωνοὶ δὲ τῆς δόξης ἀποφανέντες Χριστοῦ, τοῖς εἰς μακραίωνα βίον ἐντρυφήσουσιν ἀγαθοῖς, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πλὴν εὐημεροῦντας βλέποντες ἐν τῷδε τῷ βίῳ τοὺς τῆς φαυλότητος ἐραστὰς, γεγόνασι μὲν ἐν λογισμοῖς τῶν ἁγίων τινὲς, οὐκ ἠγνόησαν δὲ ὅτι τὸ τοῦ βίου πέρας ἕξουσιν εἰς ἀπώλειαν. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Ἱερεμίας οὕτω πως φησί. δίκαιος εἶ κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σέ, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται; εὐθηνήσαν ἅπαντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; ἐφύτευσας αὐτοὺς, καὶ ἐρριζώθησαν· ἐτεκνοποίησαν, καὶ ἐποίησαν καρπόν. ἐγγὺς εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόρρω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. καὶ σὺ, κύριε, γινώσκεις με, ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου ἐναντίον σου. εἶτα πάλιν φησὶ, ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν. ἕως πότε πενθήσει ἡ γῆ; ὁρᾷς ὅπως ἐμπέπλευκεν εἰς λογισμῶν δυσχέρειαν, οὐκ ἠγνόηκε δὲ τῶν δυσσεβούντων τὸ πέρας. πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Διότι ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ φλέξει αὐτοὺς, καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἀλλογενεῖς, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες ἄνομα καλάμη, καὶ ἀνάψει αὐτοὺς ἡμέρα ἡ ἐρχομένη, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ἐξ αὐτῶν ῥίζα, οὐδὲ κλῆμα.

seruientem Deo, & non seruientem ei.

XLII. Tunc tunc, inquit, ab ista clandestina vaniloquentia desinentes, & incontinentem, ac stultam linguam compescentes, Deo bonitatis amanti non amplius obloquemini, & propemodum ebrietate repudiata, & quasi pede ab errore reuocato intuebimini clarissimè, quod & quantum inter iustum & iniustum sit discrimen, inter seruientem Deo, & non seruientem. Improbi enim, & rebelles, & iugum eius reiectantes, in perditionem, & extrema supplicia amandabuntur, [Ibi erit fletus & stridor dentium] iuxta scripturam. Boni contrà, & Dei amantes, diuinarúmque legum gnari, virtutibúsque dediti, splendidi, & sanctificati, immortalitatis corona induentur, & in supernas mansiones recepti, cum angelis fruentur æuo sempiterno, & participes facti gloriæ Christi, in longa sæcula suauiter carpent bona, [Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt,] vt scriptum est. Veruntamen cernentes in hac vita homines improbitati amicos rebus secundis beatos, ac florentes, cogitatione distracti fuerunt sanctorum nonnulli, quamuis non nescirent, vitam illorum in exitiũ desituram. Proinde ita sanctus Hieremias. [Iustus es, Domine, quia respõdebo ad te: veruntamen iudiciũ loquar ad te. Quid est quod via impiorũ prosperatur? abundauerũt omnes præuaricatione præuaricãtes? Plantasti eos, & radicẽ egerunt: filios generauerunt, & fecerunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et tu Domine cognoscis me, probasti cor meum coram te.] Et rursum: [Sanctifica eos ad diem occisionis eorum. Quousque lugebit terra?] Cernis quomodo in cogitationes perplexas inciderit, cum tamen finem impiorum haud ignoraret. [Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni,] sicut scriptum est.

Matt. 8. — Ioan 14. — 1. Cor. 2. — Hier. 12. — Esai. 4.

CAPVT IV.

Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus, & comburet eos, & erunt omnes alienigenæ, & vniuersi qui faciunt iniqua stipula, & succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens, & nõ relinquetur de eis radix, neque germen.

XLIII DIEM iudicii in igne futurum reputare secum consentaneum est, A [In quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera exurentur omnia. Nouos vero cælos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus:] sic enim quidam sanctorum discipulorum dixit. Inquit ergo, veniet vt clibanus dies Domini, & omnes quidem alienigenas comburet: nihilominus etiam facientes iniqua B assumet: vnum enim & illi, & hi supplicium subibunt. Vide autem hic festiuitatem. Nunc meminit alienigenarum. Postquam enim eos beatos prædicarunt, dicentes, [Et nunc nos beatos dicimus alienos, & reædificantur omnes qui faciunt iniqua, Deo restiterunt, & salui facti sunt,] hic eos combustum iri autumat, vt qui gloriam Dei oppugnauerint, & creaturam quàm creatorem adorare maluerint.

2.Pet.3.

Ratiocinabimur & aliter, alienigenas appellatos esse idololatras, & alio C quodam modo alienatos à sacra, & electa gente: hæreticos, inquam, de quibus appositissimè dicitur, [Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.] Hi namque diuina nobilitate adiecta, & à gente sancta, atque electa separati, quæ facta est in acquisitionem (per fidem vtique in Christum) cibus erunt ignis omnia deuorantis. Eodem loco apud Deum erunt qui faciunt iniqua, tametsi ad- D misti fuerint fortasse credentibus, & electis, & eum, qui natura ac veritate Deus est, cognouerint. Non enim hoc illis ad ablutionem peccatorum sufficit: siquidem verum illud, [Fidem sine operibus mortuam esse.] Iustificat enim fides in Christum, præteritorúmque peccatornm maculam abstergit. At si quis post hæc socors extiterit, & in ea quæ carnis, & mundi sunt, reciderit, is in seipso fidem quasi E occidit, dum nihil laudabilium factorum ei adiungit; sed ad veterem potius vitæ prauitatem recurrit. De talibus diuinus item discipulus, [Melius enim erat illis non cognouisse viam iustitiæ, quam post agnitam retro conuerti ab eo quod traditum est illis sancto mandato. Contigit enim illis illud veri prouerbii, canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti.]

1.Ioan.2. 2.Pet.2.

Iacob.2.

2.Pet.2.

ΕΝ πυρὶ γὰρ ἔσεσθαι τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν ἐννοεῖν ἀκόλουθον. ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, γῆ δὲ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται πάντα. καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. ἔφη γάρ ὧδέ τις τῶν ἁγίων μαθητῶν. ἥξει τοίνυν φησὶν ὡς κλίβανος ἡ ἡμέρα κυρίου, καὶ καταφλέξει μὲν ἅπαντας τοὺς ἀλλογενεῖς, προσαφήσει δὲ τούτοις καὶ τοὺς ποιοῦντας τὰ ἄνομα. μία γάρ ἔσται τοῖς κατ' ἀμφοῖν ἡ δίκη. ἄθρει δὲ οὕτως ἀστειότητα. νυνὶ διαμέμνηται τῶν ἀλλογενῶν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐμακάριζον, λέγοντες, καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους, καὶ ἀνοικοδομοῦνται ποιοῦντες ἄνομα, καὶ ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν, ταύτῃ καταφλεχθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς, ὡς τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ πεπολεμηκότας, καὶ προσκυνεῖν ἑλομένους τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα.

Λογιούμεθα καὶ ἑτέρως ἀλλογενεῖς ὀνομάζεσθαι τοὺς εἰδωλολάτρας, καὶ τοὺς καθ' ἕτερον τινὰ τρόπον ἠλλοτριωμένους τοῦ ἱεροῦ τε, καὶ ἀπολέκτου γένους, οἷς τί φημι τοὺς αἱρετικοὺς, περὶ ὧν ἂν λέγοιτο, καὶ μάλα εἰκότως, ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν. οὗτοι τῆς θείας εὐγενείας ἀποβεβληκότες ἀπονοσφιζόμενοί τε τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἀπολέκτου γένους τοῦ γεγονότος εἰς περιποίησιν (διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ) πυρὸς ἔσονται τοῦ παμφάγου τροφή. ἐν ἴσῃ δὲ μοίρᾳ κείσονται παρὰ Θεῷ καὶ οἱ ποιοῦντες ἄνομα, κἂν εἰ ἐγκέοιντο τυχὸν τοῖς πεπιστευκόσι, καὶ ἐκλελεγμένοις, καὶ τὸν φύσει, καὶ ἀληθῶς εἰδόσι Θεόν. οὐ γὰρ ἀπόχρη τοῦτο αὐτοῖς πρὸς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἡ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι. δικαιοῖ μὲν γάρ ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστὸν, καὶ τῆς τῶν προεπταισμένων ἀπαλλάττει κηλῖδος. Εἰ δὲ δή τις μετὰ τοῦτο ῥᾴθυμός τε, καὶ ἀναπεπτωκὼς διείσκοιτο πρός τε τὰ σαρκὸς, καὶ τὰ τοῦ κόσμου πάθη, νενέκρωκεν οἱονεί πως ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν, προστιθεὶς μὲν οὐδὲν τῶν ἐπαινουμένων, παλινδρομήσας δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ βίου σκαιότητα. περὶ τῶν τοιούτων φησὶ καὶ ὁ θεσπέσιος μαθητὴς, κρεῖττον γάρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς, συμβέβηκεν γάρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

οὐκοῦν ἐν ἴσῳ τοῖς ἀλλογενέσι καὶ οἱ ποιοῦντες ἄνομα, οἳ καὶ ἔσονται καλάμη, καταφλεχθήσονται δὲ οὕτως, ὥσπερ εἰ κἀκείνη πυρὸς ἐπενηνεγμένου. συνάγεται γὰρ ὁ σῖτος εἰς ἀποθήκην, καθὰ καὶ ὁ σωτὴρ φησὶ περὶ τῶν ἁγίων θεριστῶν· τὸ δὲ ἄχυρον κατακαίεται πυρὶ ἀσβέστῳ, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ αὐτοῖς ῥίζα, οὐδὲ κλῆμα, τουτέστιν, οὐδεμίαν ἕξουσιν ἐλπίδα τοῦ καὶ αὖθις ἀναφῦναι πρὸς ζωήν, ζωὴν δέ φημι τὴν ἀξιέραστόν τε, καὶ ὡς ἐν δόξῃ τῇ παρὰ Θεῷ, τήν τε ὡς ἐν ἁγιασμῷ, καὶ μακαριότητι νοουμένην. ῥίζης μὲν γὰρ οὐκ εἰσάπαν ἐκκεκομμένης, οὔτε μὴν κλήματος ὄντος ἐκ βάθους ἐξῃρημένου, σώζεταί τις ἐλπὶς τοῦ καὶ ἀναφῦναι πάλιν. ἔστι γὰρ δένδρῳ ἐλπίς, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ, πάλιν ἐπανθήσει, καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτῆς οὐ μὴ ἐκλείπῃ. εἰ δὲ δὴ κάτωθεν, καὶ ἐξ αὐτῆς ῥίζης εἰσάπαν ἀναμοχλεύοιτο, καὶ ἀγρίαν τῶν κλημάτων ὑπομένοι τομήν, συναπόλλυται πάντως αὐτῷ καὶ ἐλπὶς ἅπασα, τὸ καὶ εἰσαῦθις ἀναφῦναι δύνασθαι πρὸς ζωήν. οὐκοῦν ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῆς τῶν φυτῶν ἐξῃρῆσθαί φησιν ἅπασαν τῶν φιλαμαρτημόνων ἐλπίδα. καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας ἐπαγγέλλει, λέγων, ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. Καὶ ἐξελεύσεσθε, καὶ σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα. Καὶ καταπατήσετε ἀνόμους, διότι ἔσονται σποδὸς ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν. ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐγὼ ποιῶ, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Ἐπέλαμψε μὲν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος τοῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑποδύς, γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, ἐν ἀχλύϊ δὲ ὄντας, καὶ σκότῳ, καθάπερ τις ἥλιος ταῖς οἰκείαις περιαστράπτων μαρμαρυγαῖς, καὶ τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἀκτῖνα λαμπρὰν ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐνιείς, καθαροὺς ἀπέφηνε, καὶ σοφούς, καὶ ἁπάσης ἀγαθουργίας ἐπιστήμονας. ἔδειξε δὲ ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, καὶ διὰ τῆς ἀπορρήτου μυσταγωγίας * εὐτυχεστάτους ἀπέφηνε καὶ σεσοφισμένους, ἔμπλεών τε τὸν νοῦν τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως ἔχοντας. πλὴν καὶ εἰς τοῦτο φαιδρότητος παρενηνεγμένοι, πεπλουτισμένοι τε, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ ἐν πάσῃ γνώσει, καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ, βλέπομεν ἄρτι ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ αἰνίγματι, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους.

A Quare qui iniqua faciunt, eiusdem farinæ sunt cum alienigenis, qui etiam erunt stipula, & perinde comburentur, vt illa igne iniecto comburitur. Triticum enim congregatur in horreum quemadmodum Saluator sanctis messoribus ait: palea verò comburitur, igne inextinguibili, nec relinquetur ipsis radix, neque germen. Hoc est, nullam spem ad vitam renascendi habebunt. Loquor autem de ea vita, quæ expetenda est, & ad gloriam Dei dirigitur, B & in sanctificatione, ac beatitudine intelligitur. Radice enim non prorsus excisa, nec germine velut ab imo euulso, spes renascendi manet. [Est enim spes arbori,] vt scriptum est. Si enim amputata fuerit, reflorescet, & germen eius non deficiet. Quod si ab imo, & ab ipsa radice penitus emota fuerit, germinibus quoque crudeliter amputatis, vnà omnino etiam spes omnis cum ipsa peribit, posse ad vitam in posterum repullulare. Ex similitudine igitur stirpium spem omnem iis qui C peccandi delectatione ducuntur, ademptam autumat. Id quod perspicuè Esaias diuinus nuntiat, cum dicit, [Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visionem omni carni.]

Matt. 3. *Dan. l. 4* *Esai. 66.*

Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in alis eius. Et egrediemini & salietis sicut vituli de vinculis relaxati. Et conculcabitis iniquos, quia erunt cinis sub pe- D *dibus vestris, in die qua ego facio, dicit Dominus omnipotens.*

LXIV Illuxit sanè vnigenitum Dei Verbum hunc mundum incolentibus, & similitudine nostri suscepta, [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,] & in caligine ac tenebris positos, velut sol quidā propriis splendoribus circumfulgens, & veræ cognitionis Dei clarū radium credētium animabus immittens, puros, sapientes, omniúmque bonorum operum scientes reddidit. Ostendit au- E tem nobis in semet patrē, pérque arcanam mystagogiā fœlicissimos ac sapientes, mentémque eius cognitione plenā habentes effecit. Verùm etiam ad hunc splendorem adducti, [Et diuites facti, iuxta verbum B. Pauli, in omni sermone, & in omni scientia, & in omni sapientia, videmus nunc in speculo, & in ænigmate, & cognoscimus ex parte.]

Ioan. 1. * ἐυτυχεστάτους. *1. Cor. 1.* *1. Cor. 13.*

" Veniet autem aliquando, quod perfe-
" ctum est,] & tum plenissimè Christum
cognoscemus, cùm iterum de cælo no-
" bis illucebit, [& euacuabit quod est
" parte est,] & cognitionem in speculo &
ænigmate, & tanquam perfectiores il-
luminabit, & diuina quadam, atque in-
effabili luce mentẽ replebit, & Spiritus
sancti effusione exhilarabit. Ait enim
" diuinus Paulus, [Siue Prophetiæ eua-
" cuabuntur, & scientiæ cessabunt.] Non
putamus autẽ nos à cognitione ex parte
ad nihil prorsus sciendum processuros,
multum abest. Alioqui quomodo futu-
ræ spei tempus Sanctorum animabus
non detrimentosum erit, si penitus et-
iam quæ habemus, amittere oportebit,
non meliora acquirendo, non ad quid-
dam sublimius mentem extollendo: sed
vendendo potius etiam iam, & non ci-
tra defatigationem aliquando acquisi-
ta? Euacuabuntur autem & prophetiæ,
& cessabit scientia, cum nimirum ani-
mabus nostris illa superexcellens se in-
sinuauerit. Quemadmodũ enim si quis
vna in domo lucente lucerna, & modi-
cum ipsam intuentibus lumen funden-
te lampadem intulerit, necesse erit om-
nino lumen illud prius tantum non o-
tiosum, ac nullum esse, cedens videlicet
immensitati maioris: & sicut sole mun-
dum illustrante, imbecillus stellarum
fulgor relinquitur: sic lucidiore nobis
scientia apportata, minor aliquando e-
uacuabitur. Ait & Christus sanctis Apo-
Ioan. 16. " stolis: [Hæc in prouerbiis locutus sum
" vobis. Venit hora, quando non iam in
" prouerbiis loquar vobis, sed palam de
" patre meo annuntiabo vobis.] Quam-
obrem sanctis qui nomen Dei eximiè
timuerunt, & adhuc corporum inclusi
compagibus in omni genere virtutis
sedulo elaborarunt, instar solis cuius-
dam iustitiæ Christus illucebit, perfe-
ctissimæ scientiæ radios immittens, &
quacunque animæ imbecillitate, ac
languore eos leuans, & à pristina tri-
bulatione longissimè disiungens. Hoc
" enim est quod ait, [Sanitas est in alis,
" seu pennis eius:] quasi de aquilis, &
pullis earum loqueretur, iuxta illud si-
ne dubio, quod per Mosen sapientissi-
mum de Deo, & de liberatis ab Ægy-
Deut. 32. " pto prolatum est. [Sicut aquila coope-
" riet nidum suũ. Expandens alas suas su-
" scepit eos.] Erit igitur, inquit, [sanitas in
" pennis eius.] In hoc enim sæculo exul-
tãtes in nobis carnis motus magnoperè
sentimus, qui mentem ad inconcessas

A ἥξει δὲ κατὰ καιροὺς τὸ τέλειον, καὶ ἐν πληρεστάτῃ λοιπὸν ἐσόμεθα γνώσει Χριστοῦ, πάλιν ἡμῖν ἐξ οὐρανῶν ἐπιλάμψαντος, καὶ καταργοῦντος μὲν τὸ ἐκ μέρους, καὶ τὴν ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ αἰνίγματι γνῶσιν, καταλάμποντος δὲ ὥσπερ τοὺς τελειοτέρους, καὶ θείου τινὸς καὶ ἀπορρήτου φωτὸς ἀναπιμπλάντος τὸν νοῦν, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χύσει καταφαιδρύνοντος. ἔφη μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, B καὶ γνώσεις παύσονται. φαμὲν δὲ, οὐκ ἀπὸ τοῦ γνῶναι ἐκ μέρους ἐπὶ τὸ μηδόλως εἰδέναι τι βαδιούμεθα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ τῆς μελλούσης ἐλπίδος καιρὸς, οὐ πρὸς ζημίας ἔσται ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς, εἰ χρὴ παντελῶς καὶ ὧν ἂν ἔχοιμεν ἀπολισθεῖν, οὐ τὰ ἀμείνω κερδαίνοντας, οὐκ ἐπί τι τῶν ὑπερκειμένων ἱέντας τὸν νοῦν· ἀπεμπολοῦντας δὲ μᾶλλον καὶ τὸ ἤδη πεπορισμένον οὐκ ἀταλαιπώρως ἔσθ' ὅτε; καταργηθήσονται καὶ προφητεῖαι, πεπαύσεται δὲ καὶ γνῶσις, ἐπεισκεκομισμένης δηλονότι ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς τῆς ἄγαν C ὑπερκειμένης. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑνὸς ἐν οἴκῳ φαίνοντος λύχνου, καὶ μετρίαν ἐν τοῖς αὐτὸν ὁρῶσιν ἱέντος αὐγὴν, εἰσκομίσειε λαμπάδα, πᾶσά πως ἀνάγκη μονονουχὶ καὶ ἀπραγκτεῖν τὸ ἐκείνου φῶς τὴν τῇ τοῦ μείζονος ἀμετρίᾳ παραχωροῦν· καὶ ὥσπερ ἡλίου τὴν ὑπ' οὐρανὸν καταυγάζοντος, ἀμαυρὰ ἤδη πως ἡ τῶν ἀστέρων ἀπολέλειπται λαμπρότης· οὕτω φαιδροτέρας ἡμῖν εἰσκεκομισμένης γνώσεως καταργηθήσεταί πως ἡ μείων. ἔφη δέ που D καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν. ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω πρὸς ὑμᾶς· ἀλλ' ἐν παρρησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. οὐκοῦν τοῖς ἁγίοις, οἳ καὶ σφόδρα πεφόβηνται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐπιμεληταὶ γεγόνασιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ Χριστὸς ἀναλάμψει, καθάπερ τις δικαιοσύνης ἥλιος τῆς τελειοτάτης γνώσεως τὰς αὐγὰς ἐνιεὶς, καὶ ἁπάσης αὐτοὺς ἀπαλλάττων ψυ- E χικῆς ἀρρωστίας, καὶ θλίψεως τῆς ἀρχαίας ὡς ἀπωτάτω τιθείς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ· οἷα ὡς ἐπ' ἀετοῦ, καὶ νεοττῶν εἰρημένον, κατ' ἐκεῖνό που πάντως, τὸ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως λελεγμένον περὶ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐξ Αἰγύπτου λελυτρωμένων, ὡς ἀετὸς σκεπάσει νοσσιὰν αὐτοῦ, διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς. ἔσται τοίνυν, φησί, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ δεινά πώς ἐστιν ἐν ἡμῖν τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα. καταθήγει γὰρ τὸν νοῦν εἰς ἀτόπους ἡδονὰς,

ἀγριαίνει δὲ ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ὁ τῆς ἁμαρτίας νόμος, ἢ καὶ νικᾶται τυχὸν διὰ τῆς τῶν ἁγίων ἐπιεικείας ἐπαμύνοντος τοῦ Χριστοῦ. καταμεθύει δέ πως ὁ νοῦς, καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον περιεργαζόμενος ὑπὸ παθῶν· ἀλαζονεῖαί τε γὰρ ἐπισκήπτουσι, καὶ φιλοδοξίαι κοσμικαὶ, ὀργαὶ, καὶ φιλοκέρδειαι, καὶ τὰ ἕτερα τῶν κακῶν. ἐπειδὴ δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος διὰ Χριστοῦ πεπλουτήκαμεν, εἰθίσμεθά τε κατευμεγεθεῖν τῶν παθῶν, πλὴν ἱδρῶτος οὐ δίχα, κατὰ δέ γε τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα πλήρη τῆς θεογνωσίας ἔχοντες τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν τελειοτάτην τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου πλουτοῦντες πνεύματος, ἀποδυσάμενοί τε τὴν φθορὰν, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, Θεῷ λατρεύομεν ὁλοτρόπως, οὐ μεθελκόμενοι πρὸς ἁμαρτίαν, οὔτε μὴν ὑπό του τῶν πάλαι παθῶν ἐνοχλούμενοι, ἀλλ᾽ ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις τὸν καθαρὸν, καὶ ἀπήμονα βιοῦντες βίον. γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων, ὅτι ἐπιλήσονται τὴν θλίψιν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀναβῇ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν, αἴνεσις, καὶ εὐφροσύνη, καὶ ἀγαλλίαμα καταλήψεται αὐτοὺς, ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. ταῦτά τοί φησιν ὁ Προφήτης, ἤτοι Θεὸς ὁ τούτων ἐργάτης, καὶ δοτὴρ, ὅτι ἐξελεύσεσθε, καὶ σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα. ὥσπερ γὰρ τὰ μοσχάρια τὰ ὑπομάσθια δεσμῶν ἀνειμένα κατασκιρτῶσι τῶν ἀγρῶν, ἐν εὐανθεῖ τῇ πόᾳ ἀποπηδῶντά τε, καὶ διαμυκώμενα· οὕτω κατὰ καιροὺς οἱ ἅγιοι μονονουχὶ δεσμῶν ἀνειμένοι τῶν ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ θλίψεως, φροντίδος, ἱδρῶτός τε, καὶ πόνων εἰς τὴν τοῖς ὁσίοις πρέπουσαν εὐθυμίαν ἐκβήσονται, πατοῦντες ἀνόμους, οὐ μαχομένους ἔτι, καὶ ἀνθεστηκότας, πεσόντας δὲ ἤδη καὶ νενικημένους, καὶ οἷον ὑπὸ πόδας κειμένους, ὡς καὶ ἀνῃρῆσθαι παντελῶς τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. οὐ γὰρ ἔσται ἐκεῖ λέων, οὐδὲ τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐδὲν μὴ ἀναβῇ ἐκεῖ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔσται δὲ μᾶλλον ὁδὸς καθαρὰ, καὶ ὁδὸς ἁγία κληθήσεται. ἀπόλεμος γὰρ καὶ ἁπάσης κηλῖδος ἀπηλλαγμένη κατ᾽ ἐκεῖνο μάλιστα τοῦ καιροῦ τῶν ἁγίων ἔσται ζωή.

Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἔλθω, καὶ πατάξω τὴν γῆν ἄρδην.

Ἀπόδειξις ἡμερότητος, καὶ ἀνεξικακίας Θεοῦ, τὸ καὶ Ἠλίαν ἡμῖν τὸν Θεσβίτην προσαναλάμψεσθαι κατὰ καιροὺς, ὅτε παρέσται λοιπὸν ὁ κριτὴς τοῖς ὅλοις.

voluptates exsuscitant, & saeuit in membris nostris peccati lex, quamuis Christo adiuuante Sanctorum moderatione interdum vincatur. Inebriatur autem quodammodo mens, & alio modo à passionibus irritata. Irruunt enim arrogantiae, & amor vanae ac mundanae gloriae, irae, lucri auiditas, & aliae demum pestes. Postquam autem pignore spiritus per Christum ditati sumus, domitas habere cupiditates, quāuis haud citra sudorem consueuimus, & secundum saeculum futurum plena luce diuinae cognitionis praediti perfectione doni Spiritus sancti diuites sumus, & corruptionem, passionésque carnis exuimus, Deo seruimus omnimodis, non diuisi propter peccatum, neque à veteribus passionibus agitati, sed instar sanctorum angelorum puram, & innocentem vitam ducimus. Scriptum est enim de Sanctis, obliuiscentur tribulationis suae, & non ascendet in cor eorum. [Erit autem, inquit, laetitia sempiterna super capita eorum, laus & laetitia, & exultatio comprehendet eos, fugiet dolor, tristitia, & gemitus.] Idcirco ait Propheta, siue Deus horum effector atque dator, [Egrediemini, & salietis sicut vituli teneri vinculis soluti.] Sicut namque vituli adhuc subrumi, seu lactentes, vinculis demptis per agros exiliunt, & in herba virenti subsultant, & mugiunt: Ita olim sancti huius vitae tribulationis, curarum, sudoris, laborum quasi vinculis exsoluti, in iucunditatem sanctis congruentem ingredientur, & iniquos, non iam pugnantes, & resistentes: sed prostratos, & victos, & tanquam sub pedibus iacentes conculcabunt, quod etiam belli materia, & metus omnis ab ipsis ablatus sit. [Non enim erit ibi leo, neque vlla malarum bestiarum ascendet illic, vt scriptum est. Sed erit potius via pura, & via sancta vocabitur.] Exsors enim pugnae, & omnis maculae pura illo potissimum tempore Sanctorum vita erit.

Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus, & illustris, qui restituet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne veniam, & percutiam terram penitus.

XLV.

Argumentum mansuetudinis, & tolerantiae Dei, quod Elias Thesbites quoque nobis prius olim affulsurus est, qui omnibus

Rom. 7. Matt. 11. Phil. 3. Matt. 16. 2. Cor. 1. Luc. 1. Matt. 5. Psal. 9. Esai. 35. Ibid.

mortalibus affuturum iudicem prænunciet. Descendet enim iudex in gloria Dei & Patris, comitantibus angelis, [Et sedebit in sede maiestatis suæ iudicans orbem terrarum in iustitia, & reddet planè vnicuique secundum opera sua.] Quoniam autem multis peccatis obstricti sumus, vtiliter præcedit diuinus Propheta, homines per terras in concordiam reducens, vt omnes in vnitatem fidei congregati, & à peruersorum operum studiis quiescentes, quod bonum est, efficere velint, atque ita veniente iudice saluentur. Prius igitur venit beatus Baptista Ioannes [in spiritu & veritate Eliæ.] Sed quemadmodum ipse prædicabat, [Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri:] ita & diuinus Elias vicinum iam tunc prædicabit, & iam iam affuturum, [vt iudicet orbem in iustitia.] Ac nunc quidem fortasse diffident quidam, & diuisus est pater in filium, filius autem sicut in patrem. Hic enim credidit in Christum, ille in Apostolis numeratur, alii diffident charitate mutua, diuisi propter odium, & perpetuas iras, & contentiones super quocunque mundi negotio. Restituet autem Propheta, & olim discrepantes ad vnam fidem reuocans, [Et conuertens hominem ad proximum suum, ne veniam, inquit, & percutiam terram penitus,] hoc est, omni ratione, & omnimodis. Vides igitur lenitatem Domini omnium. Prius auctor est mortalibus, & propemodum protestatur per vocem Eliæ, se iudicem venturum, vt conuersi ad meliora, & vitam suam emendantes, qui tunc vixerint in terris, in rigidum iudicem ne incidant, à quo in flammas, [& in tenebras exteriores mittantur:] audiant autem potius, [Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi.]

Matt. 25. Psal. 9. Matt. 16. Luc. 1. Matt. 3. Psal. 9. Matt. 22. Matt. 25.

Mementote legis Mosi serui mei, sicut præcepi ei in Horeb ad omnem Israel præcepta, & iudicia.

XLVI Rursum suadet Prophetæ sermones legentibus, vti cogitent, non nouam, aut inconsuetam super Christo prædicationem esse factam, neque à solo Malachia prænuntiatam: sed ab antiquis, & primis temporibus, vt ita dicam, quibus ad Dei notitiam Israel vocatus est, quando leges in Oreb diuinitus

A πᾶσαν τὴν οἰκουμένην προαγγέλλοντα. καταβήσεται γὰρ κριτὴς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δορυφορούντων ἀγγέλων, καὶ καθίσεται μὲν ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, κρίνων τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἀποδώσει δὲ πάντως ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐν πλείσταις ἐσμὲν ἁμαρτίαις, προβαδίζει χρησίμως ὁ θεσπέσιος Προφήτης, εἰς ὁμοψυχίαν ἄγων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα δὴ σύμπαντες εἰς ἑνότητα τὴν διὰ πίστεως συνηγμένοι, καὶ τῶν εἰς φαυλότητα σπουδασμάτων ἀποπαυσάμενοι, πληροῦν ἕλοιντο τὸ B ἀγαθὸν, οὕτω τε σωθῇεν καταφοιτήσαντος τοῦ κριτοῦ. φθάσας μὲν οὖν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς Ἰωάννης προῆλθεν ἐν πνεύματι, καὶ δυνάμει Ἠλίου. ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς διεκήρυττε λέγων, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Ἠλίας ἐγγὺς ὄντα διακηρύξει τότε, καὶ ὅσον οὐδέπω παρεσόμενον, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. καὶ νῦν μὲν ἴσως διχονοοῦσί τινες, καὶ μεμέρισται μὲν πατὴρ πρὸς υἱὸν, υἱὸς δὲ C ὡς πρὸς πατέρα. ὁ μὲν γὰρ πεπίστευκεν εἰς Χριστὸν, ὁ δὲ τοῖς ἀποστόλοις ἐστὶν ἐναρίθμιος, ἕτεροι δὲ διεστήκασι τῆς ἀλλήλων ἀγάπης διεσχισμένοι πρὸς ἔχθρας, καὶ ἀκαταλήκτους ὀργὰς, καὶ τὰς ἐφ' ὁτῳοῦν τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων φιλονεικίας. ἀποκαταστήσει γε μὴν ὁ Προφήτης, καὶ εἰς μίαν συνάγων πίστιν πάλαι διῃρημένους, καὶ ἀποκαθιστὰς ἄνθρωπον πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἔλθω, φησὶ, καὶ πατάξω τὴν γῆν ἄρδην, τουτέστιν, ὁλοτρόπως, καὶ παντελῶς. ὁρᾷς οὖν ἄρα τὴν ἡμερότητα τοῦ πάντων D δεσπότου. προαναπείθει τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μονονουχὶ διαμαρτύρεται διὰ τῆς Ἠλίου φωνῆς, ὅτι ἀφίξεται κριτὴς, ἵνα τοὺς εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομοῦς τὸν οἰκεῖον ἐπανορθοῦντες βίον, οἱ τὸ τηνικάδε ζῶντες ἐπὶ τῆς γῆς, μὴ πικρῷ περιτύχωσι δικαστῇ, πέμποντι πρὸς φλόγα, καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἀκούσειαν δὲ μᾶλλον, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

E Μνήσθητε νόμου Μωσῆ τοῦ δούλου μου, καθότι ἐνετειλάμην αὐτῷ ἐν Χωρὴβ πρὸς πάντα τὸν Ἰσραὴλ προστάγματα, καὶ δικαιώματα.

Ἀναπείθει πάλιν ἐννοεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς τοῦ Προφήτου λόγοις, ὅτι μὴ καινὸν, ἢ ἀσύνηθες τὸ ἐπὶ Χριστῷ γέγονε κήρυγμα, μήτε μὴν μόναις ταῖς Μαλαχίου φωναῖς προαπηγγελμένον· ἀλλὰ γὰρ ἄνωθέν τε, καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκ πρώτων, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, χρόνων, καθ' οὓς κέκληται πρὸς θεογνωσίαν ὁ Ἰσραὴλ, ὅτε τοὺς ἐν Χωρὴβ κεχρησμω-

δηκε νόμοις. καταβέβηκε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, ἐφαίνοντο δὲ καπνοὶ μὲν, καὶ φλόγες ὑψοῦ τε διαστίλβουσαι, καὶ πολὺ τοῖς θεωμένοις ἐμποιοῦσαι τὸ δεῖμα. σκότος δὲ ἦν, καὶ γνόφος, καὶ θύελλα, καὶ φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἠχοῦσα μέγα. τότε δὴ τότε περίφοβοι γεγονότες υἱοὶ Ἰσραὴλ προσῄεσαν λέγοντες τῷ μεσίτῃ, καὶ παιδαγωγῷ Μωσῆς δὲ ἦν, λάλει σὺ πρὸς ὑμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν. καὶ δὴ πρὸς ταῦτα Θεὸς, ὀρθῶς φησὶ πάντα ὅσα ἐλάλησαν. Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σὲ, καὶ δώσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς κατὰ πάντα ὅσα ἐντείλωμαι αὐτῷ. ὁρᾷς ὅπως ἐκ μακρῶν τῶν ἄνωθεν χρόνων προαναφωνεῖ Χριστὸν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν; ἀλλὰ καὶ αὐτὰς εἰ δὴ βούλοιτό τις τὰς τοῦ νόμου βασανίζειν σκιὰς, Χριστὸν εὑρήσει γραφόμενον, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. καὶ γοῦν ἔφασκεν Ἰουδαίοις, εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν καὶ ἐμοὶ, περὶ ἐμοῦ γὰρ ἐκεῖνος ἔγραψε. πλήρωμα γὰρ νόμου, καὶ Προφητῶν ὁ Χριστὸς, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A latæ sunt. Descendit enim vniuersorum Deus in specie ignis super mõtem Sina, apparuitque fumus, & flammæ in sublimi micantes, & aspicientibus multum terrorem incutientes. Erant item tenebræ, & caligo, & procella, & sonitus tubæ ingens. Tunc tunc perculsi timore filii Israel, accedebant, dicebántque mediatori, & institutori, Mosi videlicet, [Loquere tu nobis, & ne loquatur nobis Dominus, ne moriamur. Ad quæ Deus, bene, inquit, omnia quæcunque locuti B sunt. Excitabo illis Prophetam de fratribus ipsorum sicut te, & dabo verbum meum in ore eius, & loquetur eis secundum omnia quæ mandauero ei.] Vides quomodo iam à vetustissimis temporibus Christum sacra Scriptura prænuntiauit? Sed & si quis vmbras ipsas legis examinare voluerit, Christum in iis, & mysterium eius scriptum deprehendet. Itaque dicebat Iudæis, [Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.] Plenitudo enim Legis, & Prophetarum Christus, per quem, C & cum quo Deo & Patri gloria, cum sanctissimo Spiritu in omnem æternitatem, Amen.

Exod. 19.

Exod. 20.

Deut. 18.

Ioan. 5.

IN MALACHIAM COMMENTARII FINIS.